

BIBLIOTHECÆ
SANCTORVM PATRV

TOMVS SECVNDVS,

QVO RERVM DIVINARVM, VARIÆ AB ILLIS
DESCRPTÆ CONTINENTVR HISTORIÆ,
quarum Indicem pagina sequente habes.

Per MARGARINVM DE LA BIGNE,
Theologum Doct. Parisiensem.



PARISIIS,
APVD MICHAELEM SONNIVM, VIA IACOBÆA,
SVB SCVTO BASILIENSI.

M. D. LXXV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTHECÆ
SANCTORVM PATRV

TOMVS SECVNDVS,

QVO RERV DIVINARVM, VARIÆ AB ILLIS
DESCRPTÆ CONTINENTVR HISTORIÆ,
quarum Indicem pagina sequente habes.

Per MARGARINVM DE LA BIGNE,
Theologum Doct. Parisiensem.



PARISIIS,
APVD MICHAELEM SONNIVM, VIA IACOBÆA,
SVB SCVTO BASILIENSI.

M. D. LXXV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

INDEX OPERVM, ET HISTORIARVM
 QVÆ CONTINENTVR SACRÆ BIBLIOTHECÆ
 VETVRIUM PATRVVM, TOMO 2.

A RISTEÆ de. 72. Scripturæ sacræ Interpretibus, ad Philocratem fratrem, Historia. colona 1.

Sanctorum 4. Euangeliorum harmonia, Tatiano Alexandrino authore. col. 29.

Sanctorum 4. Euangelior. narratio ex Ammonio Alexandrino. col. 105.

Sibyllinorū Oraculorum Libri 8. col. 123. Eorundē fragmenta quædam ex Lactatio. co. 170.

Sancti Dorothei ~~metaphrasin~~ ~~episcopi~~ ~~Tempa~~, de vita & morte Prophetarū & Apostolorum, Synopsis. col. 171.

Sophronij patriarchæ Hierosolymitani, de laboribus, certaminibus, & peregrinationibus sanctorum Petri, & Pauli, Historia, col. 185.

Prochori discipuli beati Ioannis Euangelistæ, de eius vita, miraculis, & Assumptione, Tractatus. col. 185.

Diui Lini Romanorum Pontificis secundi, de Diui Petri & Pauli passione, Orientalium Ecclesius traditā, Lib. 2. col. 231.

Sancti Sulpitij Seueri Bituricensis, Archiepiscopi Opera. col. 245.

Oprati Affri Episcopi Mileuitani, contra Parmenianum, Libri 7. col. 355.

B. Victoris, Episcopi Vticensis de persecutione Vuandalicā in Affrica, Libri 3. col. 413.

Collectaneorum ex Ecclesiastica historiā Theodori Lectoris, Lib. 2. col. 453.

Marcellini Comitis V. C. Chronicon, quod rerum Orientalium historiam Eusebij, & Diui Hieronymi vsque ad Iustiniani tempora prosequitur. col. 463.

Chronologia tripartita beati Nicephori Episcopi Constātinop. per Anastasium sedis Apostolicæ Bibliothecarium Latina olim facta, nunc verò ad fidem Anastasiani exemplaris emendata, & notis illustrata per Ant. Cont. col. 481.

D. Methodij Pataren. Episcopi, & Martyris, de rebus quæ ab initio Mundi contigerunt, & deinceps futuræ sunt, Reuelationes, per paraphrasin translata, authore incerto. col. 513.

D. Melitonis Episcopi Sarden. de virginis Mariæ transitu, Liber col. 519.

Abbatis Ioannis Mosci, cognomento Euirati, Pratum spirituale ad Sophronium, primū Sophistam, deinde Patriarcham Hierosolymit. cum additionibus. R. P. D. Aloysij Lipomani, Veronen. Episcopi, contra hæreses. col. 535.

Ep. d. d. d. d. d.



RERVM DIVINARVM VARIÆ

A PATRIBVS DESCRIPTAE
 HISTORIÆ BIBLIOTHECÆ

TOMVS SECVNDVS.
 ARISTEÆ, DE SEPTVAGINTA DVOBVS SCRIPTVRÆ
 SACRÆ INTERPRETIBVS AD PHILOCRATEM
 FRATREM HISTORIA.

Proemium Aristæ.



QVOD permagni semper feceris (Philocrates) cuiusque rei cognitionem, miroque discendi amore tenearis: rem præstantem & cognitū dignam ad te scribere statui, quæ nuper nobis cõtigat apud Eleazarum summum Iudæorum sacerdotē. Verū enim quo harum rerum facilius tibi foret cognitio: causas primū ob quas eō missi sumus, inde rem ipsam quæ uerissime explicare conabor, cum propter ipsius rei dignitatem, tum propter eam (quæ animo tuo instat) rerum omnium noscendi cupiditatem. Inest nāque id homini præstantissimum: ut vel ab historiis, vel ab ipsis rebus semper aliquid discat. Sic enim rudis adhuc animus & quasi infans maxime exornatur: cum in initio pulcherrima quæque & rerum dignissima complectens, pietatem lege infallibili, rationemque sequitur. Igitur cum rerum diuinarum notitiam magno studio pequireremus, & diuina lex sine interprete cognosci non posset: nos pro eius translatione legationem vel vltro suscepimus, ad hunc talem virum qui bonitate & gloria, & à suis ciuibus & aliis omnibus honoratissimus habeatur, quique magno decori atque vsui sit non solum his quibus cum vna versatur, sed cæteris etiam ciuibus quocunq; in loco sint: diuina siquidem lex apud eos membranis conscripta, literis Hebraicis continetur. Hanc vero rem nos cupide egimus sumpta à rege proficiscendi occasione à Iudæorum coloniis, quæ primū à Patre huius Regis (qui urbem & prouinciam obtinuit) in Ægyptum deductæ sunt. Sed quando in harum rerum mentionem deuenimus, dignum duximus eadem tibi aperire, quo maior inde esset cognitio. Arbitramur te namque venerando cultui longe magis intendere, quam hominum (et si sanctas) legum constitutiones inquirere. quod quidem desiderium tuum vel maxime parer, quando ex insula ad nos vsque profectus sis, ea solum gratia ut quicquid vbiq; est.

set quod animum exornaret, coram cognosceres. Et enim primò, quæ memoratu digna visa sunt de Iudæorum genere ad te scripti sicuti accepi ab eruditissimis Ægypti Sacerdotibus viris quidem prudentissimis, quo eruditionem hanc tuam si quomodo possem iuuarer. Oportet enim acceptas gratias omnibus quidem referre, sed maxime similibus: verū multo magis tibi, cui cognita sit virtus, neque solum ex genere ipso fratris nomē referas, sed & decus quidem & pulchritudinem, & eodē mecum impetu ducaris. Neque enim auri gratia, aut quibus præciosissimarū rerum ad inanem gloriam apparatus, eos nobis fructus afferunt quales ab eruditionis institutione, earumque rerum consideratione percipimus. Sed ne longius præfati, nos ad ostentationem exercere videamur, iam redeat vnde discessit oratio. Demetrius Phalereus cum regis Bibliotheca præpositus esset: diligenti cura elaborabat ut ex vniuerso orbe (quoad fieri posset) volumina compararet, distributis per opportuna loca hominibus, qui libros & emerent & transcriberent. Quo studio demum perfecit, ut quantum in se erat adimpleretur Regis propositum. Nam præsentibus nobis, cum ab eo peteretur quot librorum milia congregasset (inquit) Rex supra ducenta milia iam in Bibliothecā redacta sunt, breuique numerū adimplebo, qui ad quingentorum milium summam ascendat. Nunciatur quoque mihi Iudæorum leges transcriptione dignas esse, & quæ in Bibliotheca tua habeantur. Quid igitur obstat, ait, quod te hoc facere prohibeat? Nonne omnia tibi in huc vsū præpta subiecta q; sunt? Cui respondisset Demetrius, interpretatione opus esse, quoniā ita propriis characteribus secundū eorum linguam Iudæi vterentur, quemadmodum & Ægyptij suarum litterarum dispositionem ad propriam vocem sequantur: Nam longe falluntur qui Syria lingua illos loqui putant, cum alius sit illorum dicendi modus. Intercipiens ea rex (inquit) scripturam sese ad Iudæorum Pontificem ut omnia perficiatur. Hic equidem tempus adesse ratus sum eos liberandi quos ex Iudæa, Regis Pater traduxerat, quaque pro re sæpe rogaueram. Sosibium Tarentinum, & Andream præfectum corporis custodum. Ille enim vnā cū Andra ducens exercitū per Celēm Syriam atque Phœniciam omnia sibi subiecit. Nam hos quidem in Coloniam, illos in prædam abduxit, cuncta terrore prosternens, adeo ut ex Iudæa

Demetrius Phalereus

Sosibius Andream

Vide Io-
seph. Lib.
12.
Aniquit
Cap. 11.

hominū ceterum milia in ægyptum deduceret. Ex quorum numero armatis electorum triginta millibus, eos in Provincia custodiam disposuit. Antea quoque & multi cum Persis, atque inde aliis cū sociis qui aduersus Æthiopum regem cum Pflammitico missi sunt, venerant, sed non tanta multitudine affuerunt, quantum solus Ptolemæus Lagus deduxit: Nam sicut diximus ille viros quosque ætate atque robore præstantes eligens, armauit. Cæteram vero colluionem iuniorum, senum, & sceminarum, in Coloniam instituit, ea mente ut si quando milites sui ob bellorum necessitatem insolescerent, his eorum iactantiam compesteret. Nos igitur qui ad horum hominum libertatem, modum aliquem (quemadmodum dictum est) perquirerebamus: supra tunc opportunitate, verbis huiusmodi ad regem vsi sumus. Non absurdum est Rex si aliquando accidar, ut quis ab ipsa re redarguatur. Nam cum omnibus Iudæis vna sit lex quam nos non solum transcribere cupimus, sed interpretari, qua ratione ad eos mittemus, quando in regno tuo detinetur magna eorū multitudo? Verum enim verò diues animus & præstans, solutis his qui in grumnis habentur legem peteret: præsertim quando Deus ipse regnum tuum fortunet, qui illis eam legem dedit propter quam tantopere laboramus: omnium enim factorem & creatorem Deum isti colunt, quem & mortales omnes. Sed nos rex aliter denonantes, Iouem appellamus, quemadmodum non insipienter maiores nostri significauerunt, quoniam singula quæ sunt, per eum & fiunt & viuunt, quem ductorem omnium & dominatorem volunt, qui etsi omnes mortales subiectos habeat, tamen splendore animi præfulgens, implorantium vota minime fallit: sic & nos animo Deum precari debemus, ut mentem nostram erga omnium libertatem recte instituat. Nam cum figmentum Dei genus hominum sit, & mutetur rursus atque vertatur ab eo, propter hoc sæpius multisque modis precamur dominatorem cordium ea perficere quæ imploramus. Hoc equidem sermone, magnam spem contuleram rei patranda: cum præsertim recta precantibus, diuinum quoque numen adsit. que enim ad iusticiam atque bonorum operum rationem tendunt, si ea homines sancte agere enituntur, dominator omnium Deus, illorum actiones, affectusque dirigit. Rex tunc paululum se inclinans vultu exhilarato, quot (inquit) milia esse arbitris? Andreas qui aderat, breui respondit, supra centum milia. Tunc Rex. Paruum est (inquit) quod nos orat Aristæas. Sosibius autem & astantium quidam, dignum est (aiunt) tua magnanimitate Rex, si horum libertatem pro gratiarum munere, maximo Deo offeras. Nam cum maximè honoratus es à dominatore omnium, & sublatus super maiores tuos: decens quoque est ut maiores etiam tu gratias referas. Hic Rex conuiuio in læticia effusus, conquiri omnes præcepit, ac singulorum corpora dragmis viginti redimi: proponi que super his edicta, ceteri hac in re promptitudine vsus. Deus enim desideria nostra perficiebat, impellebatque illum non solum eos libertati reddere, qui ab exercitu Patris transfuisti fuerant, sed omnes qui & prius & postea quocumque modo in regnum peruenerant: precium autem redemptorum supra quadringenta talenta ascendit. Edicti vero exemplum ad te transcribere, haud absurdum duxi, quo clarius appareat & rei magnitudo, & regis facilitas. Deus enim illum in multorum salutem impulit.

Pflammiticum.

Iupiter.

Edictum liberationis Iudæorum.

Mnes qui cum Patre meo per Syriam atque Phœniciam militantes, Iudæam terram intraverunt, abduxeruntque Iudæorum corpora quæ in vrbibus, in agro, aliisque operibus relegauerunt, ea omnia soluere iubemus & libera esse. Præterea & Iudæos oēs qui vel prius vel postea quocumque modo abducti sunt, libertati restituere, pro quibus statim in corpore quodque dragmas viginti accipiant: quas milites quidem in cibariorum distributione, cæteri ex regia mensa sument. Arbitramur namque præter Patris mei consilia, præterque eorum & rectè hos capti uos deductos, vastatamque regionem, atque hominum huiusmodi in ægyptum deductionem, militum temeritate factam esse putamus. Satis enim comodi sibi fuerat ex loci militibus, quādò provincia omnis dicto pareret. Cum igitur iusta vniuersis hominibus reddere intendamus, atque his maxime quibus per iniuriā dominatur, perscrutantes singula quæ ad rectum iustumque ducunt, ac pietatem ante omnia proponentes: quocumque Iudæorum corporum vbi que vel in Colonias vel quocumque modo in regnum deducta, capite seruiant, libera esse censemus. Ad hæc ne quis damno afficiatur, iubemus, ut omnes, tribus diebus ex quo hoc edictum fixum fuerit, extemplo libellos poingant quibus certo continetur, quot quisque capita libertati tradiderit, hoc enim sic perfici, & nobis & regno conducere arbitramur. Eorum vero qui non paruerint, bona publicentur. quos quisque deferre voluerit, cuiuscumque sententiam aperiat, imperamus. Perfecto edicto cum id Regi traderetur ut cognosceret an ita ex voluntate sua conscriptum esset, & cætera omnia ad essent: præter hoc tantum: & qui antea & qui que postea in regnum peruenerant: Rex id ipsum ob magnificentiam adiecit, in opeque accumulata pecunia depromi ac ministris numulariisque suis distribui iubet. Diebus vero septem perfecta est huiusmodi distributio: persolutaque sunt supra sexcentorum sexaginta talentorum milia. Nā ingens puerorum multitudo cū ipsis matribus libertati reddita est, & in cuiusque capita pro regis iussu dragmæ viginti appesæ, hæc enim summa cū voluptate perfici mandauerat. Post hæc imperat rex Demetrio: ut summam Hebræicorum Voluminum sibi libello præbeat. Mos namque regibus his, cūta edictis proferre: ita ut nec minimū quidem sine rescripto agatur propter magnificentiam, & certam rerū fidem. Quapropter quoque res ipsas vel oculis cernere possis: rogationis, & epistolarum exempla traduxi: licet enim ipsis in tabulis cerni liberatorum multitudinem: quoue quisque habitu & arte differret. Rogationis vero Demetrii, ad regem, exemplum hoc est.

Demetrii Rogatio.

Um instituisse Rex ut volumina vndique perquireretur, quæ ad implendā bibliothecam tuam decemtemque ornatum facerent. Id equidē omni diligentia, cuncta perscrutatus: tibi significo Iudæorum legis libros, & paucos quosdam adhuc deesse. Illa quidē hebræicis litteris & lingua conscripta est, & propter hoc hætenus suis tantū cognita, ad regias manus adhuc minime peruenit. Sed digna est ut ipsa quoque inter tuos libros habeatur, cum propter sapientiam quæ in illa continentur, tum propter eius sublimitatem, utpote diuinam. Cuius rei gratia & apud poetas & historicos, horum voluminum frequens est mentio: quoniam perutilis sit & ad regēdos mores, & respublicas instituendas, ob hominum præstan-

Ægyptiorum regum rescripta.

præstantiam, qui illic describuntur, & rerum venerationem, quemadmodum Hecateus abderites inquit. Igitur si tibi videtur rex scribatur Hierosolymam ad Pontificē, ut mittat ad te ex omni Tribu, sex viros quidem optimis moribus institutos, & ætate venerandos, ac ipsius legis meditatione doctissimos, ut multis omnium acuminē interpretantibus, consonum quoddam diligentes, rem tanto opere tuaque electione dignam concifiamus: Perpetuo Vale.

Finis rogationis.



Ac rogatione accepta, Rex litteras ad Eleazarum de his rebus decernit, quibus significabatur captiuorum liberatio. Addit præterea ad Sacerdotum decus, crateras, phialas, mensam, atque libamina, auri pondo talenta quadraginta, argenti septuaginta, & preciosorum lapidum ingens precium, præcepit ad hæc arariis & artificibus cuncta ad opus illico præbeari: & pecuniam ad sacrificia atque alios vsus talentorum centum: sed quo huius apparatus quæque rectius intelligas, regiæ epistolæ exemplar (quæ huiusmodi verbis extat) afferemus.

Rex Ptolemæi Eleazarum summo Iudæorum Sacerdoti. S. P. D.



Um Iudæorum plurimi nostram regionem incolerent, qui Hierosolymis adducti fuerant eo tempore quo Persæ rerum potiebantur, quique patrem meum in Ægyptum vindicti sequuti sunt, ex quibus plures in militum ordinem adiecit, fidos quosque in prædiis collocans quo auxilio munitus insolescentes Ægyptios compelecerit: nos vbi regni gubernacula cepimus, benignitate erga omnes, tum maxime erga ciues tuos affecti, eorum supra centum milia libertate donauimus, in capita quæque digno præcio dominis reddito, Studentium enim ea ratione componere, si quæ armorum impetus à bono rectoque deduxit: arbitranter pie id agere, si hoc munus pro gratis referamus magno Deo, qui regnum nostrum pace atque gloria insigni, per vniuersum orbem concelebrauerit. Quapropter alios qui in exercitu seruibant: ut contubernales essent effecimus. Alios qui fide digni haberentur, quæ nostræ præficiamus. Sed cum his & vniuersis qui per orbē sparsi sunt Iudæis grata edere cupimus, institutum legem vestrâ quæ hebræicis litteris continetur in græcam transferri linguam, ut & ipsa quoque in Bibliotheca apud nos, cum aliis regis libris habeatur. Recte igitur facies & rem nostro studio dignam: si ex omni tribu sex elegendis seniores, qui quàm optime educati sint, & in legis eruditione comprobati, quique ad interpretandum optimi sint. Nam quando ad eam interpretandam acutiori meditatione opus est: ex plurium consideratione verum elicietur. Arbitramur siquidem tanto opere perfecto, magnam inde nos gloriam assequuturos. Mittimus igitur harum rerum gratia, Andreæ custodum corporis nostri principem, & Aristæam viros quidem apud nos honoratos, qui munera ad sacrificia aliosque vsus offerant argenti talenta centum, Tu vero si ad nos rescribas, si quid est quod desideres rem gratam nobis & amicitiæ dignam facies: & statim enim perficiemus: quæ te cupere intelligemus.

Andreas & Aristæas.

Eleazarus Epistola hæc accepta verbis huiusmodi respondit.



Lezarus Pontifex Regi Ptolemæo amico splendidissimo salutem. Si valet & regina Artenoce, foror & liberi: bene est & ut volumus, Ego quoque valeo. Litteræ tuæ ma-

gno nos gaudio affectum, cum propter consilium tuum & institutum, tum propter egregiam erga nos voluntatem: quibus acceptis, aduocato in concionem populo: multa de benignitate tua erga nos disseuimus, ut cognosceret oblationes & pietatem tuam erga Deū nostrum, ostentantes aureas phialas viginti, & argenteas xxx. quas misisti, crateres quinque & mentam propositionis: atque argenti inde talenta centum in victimarum apparatus, aliisque vsus quorum sacra indigent: quæ obtulerunt Andream præstantium vnus apud te, & Aristæas: viri quidem pulchritudine & moribus insignes, doctrinæque præstantes, tua profecto instructione & iusticia rebus omnibus digni, qui nobis desiderium tuum quemadmodum & litteris continetur, plurimis explicauerunt. Igitur cuncta quæ tibi cordi sunt quamquam difficilia, perficiemus: quod magnum amicitie & amoris argumentum est, maximo enim beneficio & incomparabili: ciues nostros affecisti. Quare extemplo sacrificiū laudis pro te, pro sore, pro liberis, & amicis obtulimus, & omnis multitudo id orauit, ut bene sit tibi, dirigatque voluntatem tuam in omnibus, & fortunet regnum tuum in pace & gloria dominator omnium Deus: Utque sacræ legis translatio multa tibi tranquillitate & commodo eueniat: peractis sacris nos ex omnibus (nam adertant omnes) elegimus viros bonos & venerandos ex omni tribu sex: quos vna cum lege mittimus. Bene itaque facies Rex iustissime: si perfecta librorum interpretatione, viros ad nos dimiseris. Vale.

Ptolemæi dona.

Sacrificiū pro rege.

Hi sunt viri qui ex cunctis Iudæorum tribubus profecti sunt.

Ex prima tribu.

Iosephus, Ezechias, Zacarias, Ioannes, Ezechias, Heliseus.

Ex secunda.

Iudas, Simō, Somocel, Adeus, Matthias, Elchemias,

Ex tertia.

Neemias, Iosephus, Theodosius, Bascas, Ornias, Datis,

Ex quarta.

Ionathas, Auxeus, Heliseus, Ananias, Chabrias, Sachus,

Ex quinta.

Iasachus, Iacobus, Iesus, Cabatheus, Simon, Lewis.

Ex sexta.

Iudas, Iosephus, Simon, Tacarias, Somelus, Selmias.

Ex septima.

Sabbateus, Iasan, Iesu, Theodorus, Ioannes, Ionathas.

Ex octaua.

Theodosius, Iason, Iesus, Theodotus, Ioannes, Ionathas.

Ex nona.

Theophilus, Abrahamus, Arfamus, Iason, Endermias, Danielus.

Ex decima.

Ieremias, Eleazarus Tacarias, Bancas, Elifeus, Dathæ.

Ex vndecima.

Samuel, Iosephus, Iudas, Ioathes, Cabel, Desithe.

Ex vndecima.

Iraclius, Ioannes, Theodosius, Arfamenus, Abietas, Azscelus. omnes. 27.

Hæc quidem ad regiā Epistolam respōsa sunt. Nūc hæc ornamenta quæ apud Eleazarum inuenimus, & quæ missa ad eū sunt: tibi perquam breui explicare conabor. Vario enim opere, singulariq; elegantia perfecta sunt: rege nō modo cūctā abundatissime præbete, sed sic artificum quosque per se circumeunte, ut ne minimum quidem illis prætermittendi vagandique locus daretur. Mensa quidem primo enarranda.

aa iij

est, quoniam singulari studio expolita sit. Rex enim in eo opere prestans quid atque elegans reddere cupiēs, cui mensa quæ Hierosolymis victimas reciperet, dimensiones ornatusque exposcit. Ea ubi accepit, maior ne recipi possit rogar. Quod cum & sacerdotum quidam & aliorum respondissent nihil prohibere, inquit rex, velle se in quinquā excellere, ni vereretur, ne incommoda sacrificantibus reddatur magnitudo. Nam non solum quid capiat locus considerandum est, sed multo magis ad gratā quādā habitudinem ad ea sacra quæ supra preparanda sunt, intendendum: non enim auri inopia (quando cuncta illis abundarent) brevioribus mensuris, quæ ad sit, compositam arbitrāndū esse, sed ratione quadam eiusmodi dimensionibus perfectam apparere ait. Quapropter neque si longior altiore fabricetur, recte se habere putare. Igitur cuncta reolucens: ut est ingenio ad singula iudicanda bono, promptoque illam summis artificum ingeniis variāte opere expoliri iubet, ita ut quæcunque celata essent ad speciem, pulchritudinemque plana vero ad mensuram refereretur, eius enim lōgitudinem duorum cubitorū, altitudinem vero cubiti unius & semissem perfecterit non lentesceret in folia metallo eius aream superliniens, sed auro purissimo totam solidam elaborauerunt. huic mensæ in circuitu inerat corona palmi unius, plectæ enim de & reticulari sculpturam connexat, inter se se reticulatū speciem opere referētes, intertrabili expolita sunt, in tribus lateribus. Est enim mensa triangularis, & per singulas partes eandē ad opus dispositionem habens, ita ut ad quodcumque te lateris vertas, eandem faciem, frontemque existimes. Nam si peradiacentem coronam ad ipsius mensæ planicem inspexeris, mira pulchritudinis forma resulget. Exterior vero tractus propter excellentem geminorum laterum fulgorem (quæ prospectui subiiciuntur) oculos perstringit. Nam triangularis mensa (sicut supra diximus) quocumque modo vertatur, eandem frontem eademque opportunatē præbet: preciosorum vero lapidū ornatus illi inerat per medias unius cubiti altitudine ambit: lapidum disponēbatur, ut inimitabilis operis implicantem redderent, sustentabanturque omnes extenuatis ex auro fibulis ob firmitudinem infixi. At iuncturæ Angulis ad constringendam inuicem opus secludebantur, ut inspectantes fallerent: in latitudine autem circa coronulam in circuitu ad superiorem aspectum, lapides qui quādā oniculorum similitudinem referent, componebantur, iungebantur & crassiores inde virgula, sculptura paululum extantes, & densa inter se positione fulgentes, quæ mensam omnē ambiēbant. Inferius autem sub huiusmodi lapidū ouiculatione coronulam omni fructu contextam, artificis manus ita expolierant, ut in ipsis coronæ thoris, colligatas vuas, spicas, palmulas, mala, oleas, rosas, & similia multa ostenderent. In quibus nexi auro lapides qui colore speciemque fructus quosque redderent, mira arte illigabatur, quæ singula in mensæ circuitu, frontem, lateraque ornata simili ambiebant. coronæ ouulorum ornatus iungitur: Additur & reliquavirgulati. sculpiq; decoris, quæ utraque parte auream mensam sic complexa sunt, ut quacumque vertatur, eandem sculpturam vndatiumque plicarum prospectum, & coronæ elegantiam usque ad locum pedū retineant. etenim laminam rotius mensæ solidam altitudine digitorū quatuor fecerāt, quo in ea pedes firmius inferebantur, quos quidem ad ipsam coronam obscuris clausuris fibula stringebant: ita ut si quando mensa vertatur, utraque parte

ornatus mensæ.

Mensa triangularis.

utilis, peropportunaque esset, & eūdē aspiciētibz decorem præberet. Mensæ vero superficiē Meander curuatis sinibus influere videtur: in cuius verticibus alioque preciosi lapides, carbunculi, smaragdi, Onichini & cuiuscumque generis plures, decora specie fulgēt. post huiusmodi amnē, trica quēdā innectitur (visu mirabile) quæ romborū prospectū præbens, chrysolito, electroque figurabatur, in qua quidē terio opere, spectatium etiam formæ referebantur. At pedes in liliōrum figuras expolierāt artificis manus, quæ repādis in ipso vertice foliis mensam sustentaret, erectis intrinsecus ad aspectū frondulis: in pavimēto pedes huiusmodi firmabatur. Carbunculi lapidis extēsiō erat in circuitu palmi unius, abrupti cuiusdā speciem visui præbens: producebatūque in latitudinem digitorū octo, quā supra, fulcri huius onus omne recumbit. Ex hoc autem lapide hedera assurgit, quæ florido achātō innexa, viti implicatur, quacu vna pendētibus vndique racemis ad summum usque circumambiant. Sed pedibus (qui quatuor mensæ luberāt) similis operis dispositio, prospectūque vnus erat. Enimvero sic cuncta diligenti arte, præstantique expertorum hominum opere perfecta sunt, ut non veri modo fallerent, sed leui quoque aura frondium crepitum exaudias, referentibus singulis verarū rerum imagines. Fecerant & mensæ labia vndique mobilia, quæ inexplicabilis clausus sic inter se se operis crassitudinem innectebat, ut visu cognitum, iuncturæ nusquam paterent, inerat namque mensæ per totum non minus semicubiti crassitudo. Ex quo multoties talētōrum sumptus exposulauit. Nā vbi statuit rex prioris magnitudinē hanc quāquam supercūda esse, id omne & longe plura quōd antea magnitudini adici cōcupierat, ornatui abundantissime præbuit, cūctaque prōregis desiderio, excellēter & elegāter expolita sūt arte inimitabili, & pulchritudine decora. Craterū vero duo à base ad medium usque squameo ornatu, opere egregio visum fallēbant, relucētibus per squamarum media lapidibus multa arte dispositis. Hos supra, Meander fluminis unius cubiti altitudine ambit: lapidum varietate & specie inenarrabili cuncta implicans. Post huc, virgultorum ornatus, inde romborum trica ad summum labium frequens, retis specie præbet, per quorum medium in clypei formam lapides sic componebantur, ut non minus digitorum quatuor spatio inter se distarent, quo fulgore gratior inerat pulchritudo. Supra labium vero, liliōrum corona floribz racemisque innectitur, quæ implicatorum inter se unius speciem referens omnia circumambit, hi enim crateres tali ex auro ornato decori, supra duas metretas capiunt. At argentei crateres præstantiori decore exornabantur, opere terio. In eo enim sic intrinsecus singula relucēt, & clarius etiam quā in speculis apparere solent. Nec dictu facile est quā ad veri formas cūcta exposita essent, adeo ut si huiusmodi vasa aliud apud aliud disponantur utpote si primo argenteus crater, inde aureus ac deinceps argenteus, & item aureus eodem ordine statuatur, res prorsus mira aspectui efficietur & quæ intueri non possit, oculorum aciem hebetante fulgore. Nam si te ad aurei crateris ornatum verteris, tanto splendore varij operis oculi percipiuntur, ut præ admiratione, radiorumque multitudine qui inde emittuntur, abstrahatur animus & desiciat. Et rursus si ad argenteos te descedere volueris, omnibus circumstantibus maior luminis effusio ita occupat intuentem, ut omnino operis structurā cernere nequeat. Phialas vero aureas ita perfecte sunt,

Crateres argenti.

Phiale.

runt: ut fertis viteis eorum media exornarentur, oras, & labia hedere, myrtus atque oleæ in coronæ modum ambit: in quibus preciosi lapides per comoda quæque loca inferebantur. Singula nanque artifices ad excellentiam quandam regis gloriæ, sic expolierant, ut neque in regis ætatis, neque ornamentis, neque usquā alibi quicquam inueniretur, aut ornatūs aut operis elegantioris. Rex enim gloria auidus, in his exornandis curam quam diligentissimam, magnificentissimamque habuit. Nam sæpius veniens, opus per sese inuidebat, atque opificibus immixtus nonnulla mutabar: studio quoque instans ne loco moueantur, donec singula exsententia sua perficiantur. Quapropter cuncta perquam eleganter, decenterque expolita sunt tum propter regis ipsius præstantiam, tum propter Pontificis dignitatem, qui tanto loco præerat ad quem mittebatur. Etenim preciosorum lapidum ingenj multitudine & signota, sed qui mira magnitudine præstare ad quinq; milia numerum fuerunt, artificio tamen cūcta superante, ita ut lapidum munus artificumque manus in quinqueplum aut pondus, elegātia, precioque excellent. Hæc iccirco ad te scripsi, quoniam vtilitatis plurimum ad rerum cognitionem tibi allatura putarem: ea vero quæ sequuntur, cuncta iter nostrum ad Eleazarium continebunt. Quod ut clarius intelligas, provinciam primum omnem figurabo. Enimvero ubi ad loca ventum est: urbem in monte suspicimus totius Iudaicæ regionis mediam, sublimē prospectum præbentē. In cuius vertice Templum apparebat visu pulcherrimum: hoc muri tres circumambiant altitudine supra septuaginta cubitos sublimēs: latitudine ea quæ ad altitudinem deceret, longitudine omnem templi apparatus magnifico opere & decore circueunt. Portarum vero aspectus, & lapidum connexiones, & superliminarium mirum decus summa claritudine fulgent, utpote quæ nulla sumptuum parsimonia ob magnificentiā cuncta abundantissime constructa fuerāt. Erat & extrinsecus velū (quo templum in circuitu clauditur) appensum, simili portarum magnificentia. Quod quidem visu iocundissimum spectaculum præbebat: tum maximē cum mota per pavimētū aura velum subintrans illud ad summū usque crispantibus sinibus in vndarum morem morat. Altare illic pro loco conuenientissime constructum (propter hostias quæ superincenduntur) fumario amplectitur. ascensus autem erant ad illud pro loci magnificentia perquādecēter & ad decorē simul aditi, & comodum sacrificantium sacerdotum qui talaribus ex bisso tunicis induunt. Templum ipsum ad orientem solem versum occiduo terga monstrat. Cuius tractus quadā dimensionū inter se conuenientia, venusti decoris formam præ se ferunt: scilicet omne strato lapide ornatu. A quarum vero receptacula quæ plurimæ ad diluēdum ingularū hostiarū sanguinem funduntur: commodis locis occuluntur. Nam festis diebus multa victimarum milia ceduntur. Etenim tantus est educarum aquarū assiduus fluxus, ut perennem fontem inundare putes. Sed mirabilis est & fere inenarrabile subterraneorum conceptaculorum magnitudo quæ ad quinq; usque stadia per circuitum templi cūcta penetrat: plūbeæ ad ea fistulæ quacumque per muros & tēplī solū quibus omnia abluatur, mūdanturq;, descēdunt. Sūt & apud aræ basim frequētes aperturæ: omnibus quidem, nisi his qui ministrāt, incognitæ, quatuor influxu & impetu omnis ex hostiarū multitudine cruor purgetur: receptarū autē aquarū multitudine per hūc modū cōiectauimus.

Hierusalē in medio Indæ.

Templum salomonis.

Velum i.

Altare cum fumario.

Vestes sacerdotum bis sing.

De aquis piscinarū.

Nā cū nos vltra quatuor stadia extra urbē deduxissemus ad quendam locū, iubent nos subterfluentiū vndarū sonitū exaudire: qui mihi quidē magnorū valōrū cōfluxus visus est. Venū enimvero ministeriū Sacerdotū robore, decore & silentio cūcta superabat, omnibus sua spē laborātibz, quādo quisque institūtū opus iniussus curat: hi quidē ligna, hi oleū, hi similia, alij aromata, alij carnes incēdentes, & roboris excellentiā quādam dexteritatēque ostentat. Suptis enim duobus vitulorū crucibus quæ pōdo supra duo talēta sint: mira, in altū, facilitate sic decēter proiciūt, ut nūquā à loco aberrent: Similiter oviū caprarūq; pōdera iaciūt: sūt autē hostiæ omnes absq; macula, & pinguedine præstātes. Sternitur & ad quietē locū, vbi omnes cubāt, vnde nullo exitate, celeres quiq; ad opus per vices exurgūt, silentiū vero tantū inest, ut cū septingenti fere ministrorū continuo adsint, & offerentiū libamina multitudo ingēs: nec vnū quidē hominē loco versari putes. Summa namque veneratiōe cūcta, & magna Dei pietate perficiūtur. Maxima vero omniū illa nos tenuit admiratio: ubi primū Eleazarum ad sacra conspicimus, stola ac vestibus quibus vitur indutū & sua gloria astantem, & preciosorū lapidum fulgore nitētē. Aurea namque tintinnabula in circuitu vestimenti eius appensa, suam eōcentum reddūt: interque punica mala, miro colore variūque floribus vnumquodque distingūt. Cingulū supra pulcherrimis coloribus intextū perquādecēter stringitur: supra pectus quod rationale dicitur, pendet: in quo duodecim lapides varij generis auro illigantur, quibus cuiuscumque tribus principum nomina, quæ in initio fuerit, scripta sunt. Species natiuū coloris inenarrabilis, caput cidarini (ut appellantur) ornatur, supra quod mitra decore incomparabili erigitur, regium decus præferens. Ex qua dependet lamina aurea frontem ad supercilia operis: vbi sacris litteris Dei nomen inscribitur, cōspectus profecto summa gloriæ plenus, ac tā ministerio dignus, tātus enim huiusmodi ornatus fulgor emanat, ut horrorem intuentibus, turbationēque incutiat, referatque venientis ad se hominis speciem. Ad singulorum conspectus adeo inenarrabilis decoris pulchritudo mentem suspendit, ut illorum quæque animum in sui considerationem rapiat. Hinc ad contemplandam arcem conscendimus: quæ altissimo loco frequentibus turribz (quæ & ipse magnis lapidibus constructæ sunt) iuxta templū cōmunitur. Et quantum cōiectura colligere possumus: veluti ipsius Tēplī propugnaculū: ne si quādo seditio aut tumultus, hostiū impetus ingruat, quispiam viā ad Templi claustra penetranda inuenire possit. Cum & adiacentibus speculis, archisque turribz, tum dispositis vbique machinis, atque prærupti ipsius loci ubi muri assurgūt difficultate tueatur. Sertatur autem arx ipsa, dispositis in turres robustissimorum iuuenum fidissimis excubiis: qui ob bene de se merita patriæ plurimum debeant: his arcē egrediendi nulla potestas datur, præterquam cū festus dies adfulserit, idq; nō nisi ex parte quadam ac per vices conceditur. Intromittendi quonquā nemini est facultas. Nam summa diligentia perspicuitateque arcis præfectus si quando aut rediēs quis, aut nouus admitatur, ita cūcta explorat ut falli procul nequeat, quæ admodū nobis contingit, qui inermes ac multa rogādo solī duo vix tandem ad inspicienda sacra recepti sumus. Dicebant enim & Sacramento idem firmabant: omnes qui quinq; ad huius custodiā semper aderāt, sacro iure in dō adactos ne supra quinq; eodē tempore recipiant, quoniam omnis templi custodia salutemque in

Eleazarus vestibus preciosorū lapidum.

Arx Hierusalē.

Circuitus Hierusalē

ea arce consistat, qua victa nullum superesset templi propugnaculum. Urbis vero ipsius magnitudo quantum colligere potuimus, ad quadraginta stadia in circuitu extenditur, muro & turrium dispositione, spectaculo digna. Earum viarum strata quæ recto tendant, multis & opportunis diuerticulis exornant, quippe ut ciuitas quæ in monte constructa sit multam ad ascensus descendisque facilitatem habeat. Sicut & ad ipsos viarum exitus traçensus quidam, per quos præstantiores altius incedant, cum aliis depressius eatur, & maxime ad primores vias, ne qui sacra ferunt, immundorum contactu inter eundum polluantur. Quare non iniuria hanc urbem maiores talibus dimensionibus situque condidere, sapienter locum captantes: regio enim lata & pulchra, hinc ad Samaritas finitimoque Idumeos apertis campis extenditur, illinc cõstitis collibus & cultu læticia quæ commodis se erigit. Ex quo euenit ut cum prouincia omnis ferax sit, & summo agriculturalum studio excolatur, cuiusque generis fructu abundet. Ciuitates namque quæcunque magnitudine excellunt, & felicitate assequuntur: ocio torpescere solent, & agros negligere propter frequētes voluptates, quibus illecta iuuentus atque luxui dedita, efformatur. Quod quidem Alexandria maxime accidit: quando & magnitudine & fortunis lōge excellit: siquidem iuuentus ex agro in urbem confluens, ubi voluptatum dulcedine distrahitur, atque operum suorum oblita, desidet. Quam ob causam Rex instituit: ne homines in ea diutius morarentur, neque quis supraviginti dies domo abesse possit, idque non nisi viginti negotiorum gratia tribuit: in quibus ne longius tempus teneatur, controuersia omnes in lites intra quintum diem decerni finireque iussit lege promulgata, atque iudicibus ad ea ministrisque per regiones institutis: ne iudiciorum longitudine agricolæ in vrbe versantes culturam negligere: unde erariū diminutis agrorum tributis damno afficiatur. Hæc idcirco perstrinximus: quoniam singula docente Elazaro recte cognouimus. Magnum igitur illic agriculturalum studium: ingensque cultura sollicitudo homines habet. Nam in tanta populari multitudine, & arboribus confusa regio est, & frumento abundans ubique viret: vestiuntur vineis colles: palmarum ad hæc & glandiferarum arborum multitudo in regione numerati non potest: pecoribus quæ innumera possident, vberima pascua tondentur. Quapropter recte animaduertentur loca huiusmodi multitudini opportuna, unde & vrbes apparatus & pagorum frequentiam commodissime disposuere. Eo præterea inmensa aromatum & preciosorum lapidum atque copia ab Arabibus affertur: prouincia enim negotiationibus apta se singulis velut emporium præstat, & vrbs opificum multitudine abundat. Nam neque vilius rei quæ mari aduehitur indiget: quando opportuni illi portus propius affunt apud Ascalonem Ioppem & Gazam, atque item ab Ptolomaide (quæ à rege condita est ciuitas) plurima comportantur. Urbis vero ipsa sic in medio horum quos diximus locos sita est, ut non longe à singulis absit ex quibus cuncta facili cursu accipiat. Cum præsertim vniuersa in circuitu regio, longe lateque culta: magnam præstet securitatem: circumfluit prouinciam Iordanis perennis fluius, qui ab ortu ipso decurrens non minus sexaginta milia passuum ambit. In huius fluminis vberiori ripa, posterioribus temporibus robustissimi Iudeorum numero ad sexcenta milia traiecto amne, agrorum obtinuerunt. Ad hæc fluius ipse æstiuis mensi-

Iordanis fluius

Iudic. 18.

bus plenior factus, eodem modo quemadmodum & Nilus agri plurimum inundat, ingreditur inde & aliud per Ptolomaidem flumen, atque vna in mare exit. Sunt & plures quoque torrentes qui Gazam versus atque Azotum crumpentes, prouinciam omnem irrigant. Securitatem vero prouincia: natura ipsa præstat, locorum asperitate. Nam montibus vndique circumscripta regio: hinc abscessis rupibus fluentiumque cõcursum effossis vallibus clauditur, illinc implexis altisque anfractibus sic ubique coartatur, ut vix viatoribus per angustos calles transitus pateat. fertur & in montibus Arabia adiacentibus, aris ferrique metalla effodi solita. Sed postea dum Persæ rerum potirentur, huiusmodi ratione derelicta sunt, veluti inutilis & sumptuosa esset effossio. hanc enim contumeliam incolæ loci confluxerunt, ne & regio fossoribus subiretur, neque ea occasione inuentis apertisque faucibus, externis inde aditus in regionem aperirentur. Sed de his hæcenus, quæ ob cognitionis facilitatē carptim ad te perstrinxi Philocrates frater: Deinceps quæ ad interpretationem sunt, aperiam. Eliguntur igitur viri optimi & doctrina præstantes omnes claris parentibus orti, non Iudaicarum tantum litterarum eruditione excellentes, sed qui græcam quoque linguam multa meditatione excoluerint. Quapropter ad legationes commodi semper paratique aderant, munusque huiusmodi si quando res postulat, ipsi obeunt. Conciones etenim, & de lege interrogati, responsa: mira facilitate peragunt, & ad dicendum & ad iudicandum proprii. Atque qui omni iam explosa Barbarie ipsi iocundissimorum morum suavitate præditi, vitæ atque ordinis mediocritatem quandam, quod quidem pulcherrimum est, sequuntur: hæc vna in re nitentes ceteros superare, ut & prudentia & doctrina vincant. hoc enim illis est studium, hoc perquirunt, in hoc viribus omnibus entuntur: scilicet ut consuetudine inter æquales, mitius audiendo respondēdoque aliis alij præstet. Cum quisque suorum principatu propter virtutem dignus habeatur, opere præcium est cognoscere quanta pietate Eleazarum obseruent, quantoque illos amore & ipse profecquat. Nam ut prætermittam eius ad regem litteras pro eorum redditu: multa insuper rogando, homines Andree commendabat, ut omni conatu in eorum gratia ageremus. Cui cum respondissemus curæ omnia nobis fore: propterea animo quiesceret. Immo inquit, & longe animo angor: Noui enim regem virum diligētē & bonorum amatorem: quantaque industria præstantes viros inquirat, adeo ut nichil potius ducat quam ad omnia loca mittere: ubi acceperit egregium quempiam hominem, vel disciplina vel prudentia singularem. Nam illum quoque dicere solitum audiui & recte quidem, in hoc magnum regni esse tutamen & robur: circa se quamplurimos viros habere iustos & prudentes, qui quocunque casu in amicorum commodum consulant. Quod quidem in his experior qui ab eo mittuntur. Exin iureiurando affirmat sese huiusmodi homines minime missurum, si propria quædam ingruat necessitas: sed ob commune ciuium commodum, pro quo omnia pati possit, nihil negare audent. Nam etsi recte viuendi norma in mandatorum obseruatione consistat: id tamen rerum cognitione multo rectius perficitur quam simplicitate assequatur: his igitur atque huiusmodi pluribus claruit quo ille animo erga tales viros afficeretur. Dicendum est quoque breuiter de iis quæ interrogatus à nobis Eleazarus disseruit. Nam cum magna in lege habeatur

Iudaicorum legationes

Eleazarus benivolentia in suos

Aegyptior. Idolatria.

beatur obseruatio de cibis & poculis, & his animalibus quæ immunda putantur: Idcirco interrogauimus quando omnia vna creatione subsistant, qua ratione quædam ut immunda ad esum tactumque reiciantur, quæque plurima legis institutio habet, in his profecto infeliciter. Ad ea ille. Non cernis (inquit) quam vim habeat consuetudo ad recte viuendum, qualesque rerum mutationes afferat: atque ut qui malis conuersantur facile corruptis moribus in procliuē labantur, fiantque per omnem vitam miseri? qui vero sapientibus & prudentibus affuescunt, ex inscitia qua tenentur in reatum bonumque mutati vita fortunantur? Animaduertens igitur hæc nos ter Legislator, cunctaque ad pietatem atque iusticiam intendens: singula non sermionibus tantum docuit, sed exemplis quæque demonstrans, mala prohibuit, ante oculos ponens cuius quæque gratia à Deo creata sint demonstrat omnium primum, quoniam solus sit Deus: cuius potentia consistit singula & regantur, ipsæque locis omnibus adsit, sine quo nec minimum quiddam subsistat: nichilque eum lateat eorum quæ in terra ab hominibus vel clanculum gerantur, sed singula quæ aut secum agat quis, aut cum alio contrahat aperta illi atque ante oculos posita esse: futura, seu præsentia intueri. Hæc igitur omni studio peragens: id maxime ostendere enititur, ut si quando quis in malum adducitur: haudquaquam se latere intelligat: neque aliud quicquam per totam legem animo intendit, nisi ut Dei potentiam ostendat. his igitur ab ipso initio intentus demonstrat ceteros mortales qui plures arbitrantur esse Deos: quæ potentiores sint ipsi diis, quos fatuitate quadam colunt: simulachris enim aut ex lapide aut ligno fabricatis, eorum illas esse formas dicunt qui suis inuentis vtilitatem aliquam ad communem viuendi vsum attulerunt: hos genibus aduoluti, atque extra sese positi sub lato animo adorant. Quod si quis quales eorum sit inuentum roget: signari profus, quoddam natura productum veluti præclarum illorum compositionem afferant, quam ipsi non fecerint. Quia in se vani nempe & stolidi comprobantur. Nam & nunc multo quidem doctiores & ad inueniendum promptiores elegantioresque plures inueniuntur quam priores illi fuerint: neque hos tamen venerantur ut Deos, quanquam harum rerum factores & scriptores græcorum sapientissimi honore dignos putent. Quid enim Aegyptios, atque his finitimos referam, aliis longe stultiores: quorum alij feras, alij reptilibus insensatorum plurima sibi constituerunt, quæ colerēt, quæ adorarēt, quibus & viuis & mortuis victimas cederent? Sapiens itaque Legislator atque à Deo in cognitionem omnium institutus singula reuoluens: nos vallo infrangibili, murisque ferreis circumseptis: ut animo innoxij & corpore mundi, nulli gentium profus immisceremur, ac vanis opinionibus abiectis, solum Deum: qui supra omnes creaturas potest, coleremus. Quamobrem Aegyptiorum sacerdotes, populi principes: qui etsi multis aberrent, tamen in quibusdam nobiscum conueniunt: Nos quidem homines Dei appellant, quoniam non sic ceteris eueniat, ut secundum veritatem Dei cultores existant: sed homines mensis poculisque & vmbra dediti (quod omne illis est studium) ventri tantum indulgeant: quæ quidem nostrum curat nemo. Immo per omnem vitam in sola diuina virtutis cognitione versamur: ne vlla re polluti neque vanis conuersantes in crimine labamur, vndique nos puritate communiuit, cum ad esum & potum, tum ad tactum, auditum atque visum. vniuer-

sa enim ad physicam rationem referens, quemadmodum cuncta vna potentia subsistant: sic & in singulis alto sensu instituit quibus vteremur, & quibus abstineremus. ut exempli gratia vnum aut alterum percurram: ne simplicia tantum verba inspiciens, arbitreris murium aut mustellæ & similibus causa, Mosem tanroptere in ferendis legibus elaborasse: sed ad mundiciem contemplandam, emendandisque mores: ad bene recteque viuendum cuncta pereleganter instituit. Volatilium namque quibus quotidie vesceremur, illa tribuit quæ mansueta & puritate à ceteris seiuncta, frumento ac seminibus alerentur, ut sunt columbæ, turtures, pauones, perdices, anseres, ac cetera huiusmodi. Aues vero quarum vsum prohibet: feras esse inuenies, & quæ carne pascantur, quæque superbientes raptriciæque, suis in alias viribus illata: nusquam cibum querant, nisi aliarum auium damno & iniuria, ac maxime mansuetarum. nec solum in aues inuehantur, verum & agnos & hedos rapiunt, homines viuentes adhuc, & exanimis contumelia afficiunt. Igitur translatione quadam ab his & similitudine vsus Legislator: ea immunda nominauit, quoniam veller singula ad considerationem, & mentis puritatem referri: atque ut quisque quotidianis exemplis monitus intelligeret, iusticiam & æquitatem vtendum, neque superbiendo aut rapiendo quicquam omnium ledendum esse, quanquam viribus plurimum valeas ad recte vitam deducendam, viuendumque esse quemadmodum ille (quas prædiximus) aues quæ seminibus mitem vitam degunt: nec nostri generis quemquam insequi, rapere, turbare debere veluti ea animalia faciunt quæ ad esum prohibet. Nec vi, vlla in re agendum, nec viribus fidendum esse demonstrat iis qui sensu omnino non carent. Tenetis igitur inquit, causam cur nos ab eorum (quæ prædiximus) vsu prohibuit: propter eam scilicet inclinationem quæ singula habent. ut vero omnibus in rebus quibus affuescimus ad emendandos, firmandosque mores ab ipsis brutis intenderit: aduertite. Nam quod præcepit nos his quadrupedibus, vesci quibus duo sunt labia, & bus sindungulas findunt: signum est vt nos quoque operationibus nostras ad rectum, bonumque patriamur. sic omnia distribuendo: his signis nos, ad iusticiam intēdere coe-

Leuit. 11.

Aues immunda.

De anima vberibus vberibus vberibus

Leuit. 11.

ad vnumquodque sensuum compositionem aduertat, si quæ sint mentis actiones, & motus inuisibiles confideret, vt que quaque in re ingenij acumen, perspicacitasque cluceat: vnde innumerabilem percipere inuentio prodiit. Quapropter recte iussit meminisse: quemadmodum huiusmodi omnia, diuina potentia & fabricatione perfecta sint, atque vt singula tempore & loco circumscriptis; memoriam semper reuocans ad considerationem dominantis omnium, & perfectoris Dei. Etenim vt à mensis poculisque incipiamus, recte iussit tunc Deum laudare, cum mensæ accumbimus: in qua quidem nec aliquid ad confabulandum concessit quod diuini numinis memoriam abiceret. Simili quoque ratione supra portas & hostia ea eulogia figere instituit, quæ Dei cogitationem mentibus innouarent. Apertissimo enim id signo ostendit, omne studium nostrum ad æquitatis puritatisque memoriam referri oportere. Atque in omnibus Dei timorem ante oculos versari præcepit: & cum discumbimus & cum asurgimus Dei fabricam non solum verbo, sed veneratione laudare, illarum rerum perpetuum motum meditantibus, vtque diuina sit & incomprehensibilis harum rerum alternatio. Sic igitur breuiter demonstrata est partiendi, reminiscendique ratio: veluti præposuimus eorum quæ vngulas diuidunt & ruminant. Neque enim vanum quicquam ad animum reddidit, verum hac dicendi vltis figura, singula ad veritatem accommodauit. Nunc vero que gustu auditue percipiuntur, referamus. Nā ne quid agas, ne quid audias, aut dicēdi flumine sisus ad iniqua labaris, eadem similitudine admonuit, quod quidem & in pecorum consideratione inspicere licet. Sunt enim peruersorum morum mustelle & mures, atque his similia animantia quorum contactum prohibuit. Nam mures cuncta fœdant, maloque afficiunt: & homini quidem non modo ad esum perniciosi, sed nec vlli procius vsui viles sunt. Mustellæ autem proprium est genus, & supra ea quæ diximus vt est ad deturpanda omnia immundum. Aurius præterea concipit, quæ ore parturiat: qui mos hominibus perniciosissimus est, vt quæ ipsi auribus accipiunt, eadem verbis exaggerantes, maioribus malis inuoluant, instantemque turpitudinem, omnibus ipsi modis auctam inique fœdēt. Quapropter recte rex vester huiusmodi homines (sicuti accepimus) supplicio tollit. Hic equidem (inquam) emplanistas te dicere arbitror. Illos enim iudiciis, supplicio, fedaque nece, assidue insequitur. Ille hos ipsos (inquam) refero. Nam eorum inertia perniciofa viris perditio est. Iuber namque lex nostra, nec sermone nec opere quenquam malo afficias. Sed de his ad te, hæc paucis dicta sint: quo intelligas nostra omnia, lege, ad iustum rectumque dirigi: neque quicquam aut decenter minus, aut ex animi impetu factum, sacris in litteris admitti, verum vt per omnem vitam ac vniuersis operationibus nostris erga omnes homines mites, iusteque conuersetur dominantis Dei nusquam oblitū. De cibis igitur & immundis reptilibus atque pecoribus, vtque ad iusticiam atque rectos hominum mores omnis intendat sermo: mihi quidem recte dixisse visus est. Addidit insuper & de oblationibus vitulorum, arietum & hircorum, multa differens: quemadmodum illa ex armentis gregibusque assumentes, mansueta animalia Deo cedant: nichilque ferum macent, ne qui sacris adolent victimasque faciunt, elatum quid sibi ipsi proponentes, a-nimo eleuentur, sed victimarum mansuetudine, & exemplo moniti, humiles & omni mente in Deum in-

Murium immundiciæ misterrimum.

De Mustellis.

tenti, sacra peragant. Hactenus hæc ad te scripti Philocrates memoratu digna: propter eam quæ tibi inest discendi cupiditatem, quo ex his paucis, totius legis maiestatem, physicamque eius meditationem perciperes. Sed iam redeamus, vnde digressi sumus. Eleazarus saceris prius de more peractis, viros quos ad regem mittat, deligit: præclara inde munera regi accumulans, nos itinere quietos dimittit. Post vbi vero Alexandriam venimus, annunciatusque est regi aduentus noster, exemplo Andreas & ego in atrium admissi, regem comiter salutauimus, reddidimusque simul & ab Eleazaro epistolas. Ille quod maximi faceret rem sibi secundam in impetrandis hominibus euenisse, seque voti eopotem factum gauderet: cæteros qui multi negotiorum causa aderant excedere iubens, viros acturum aduocat præter omnium opinionem. Est enim mos genti, ne legatorum quicumque in regis conspectum admittatur, etiam si propter negocia missi redierint. Regum vero & excellentium vrbium legationes, vix trigesima die in atrium recipiuntur. Ac deinceps habita ratione pro dignitate eorum qui miserint & præstantia. Rex itaque emissis omnibus quos minime necessarios duxit, restitit deambulans, donec venientes se salutassent. Hi posteaquam cum muneribus & diuersis pellibus in quibus diuina lex aureis litteris hæbraico sermone conscripta erat, & membranarum tenuitate quæ inter sese quadam ligaturæ excellentia constringerentur, exornabatur, rem visum mirabilem: intronissi in regis conspectu steterunt. Rex sedulo in eos versus, vt primum viros circumspexit, de libris interrogat. Cum autem illa inuolucra aperuissent, explicuissentque membranas: diutius hæsit Rex, septiesque adorās, Grariam (inquit) vobis habemus viri, maiorem ei qui vos misit, maximam vero Deo, cuius eiusmodi verba sunt. Acclamantibus autem viris & omnibus qui vnà aderant voce simili applaudentibus, ipse præ gaudio lachrimis effusus est, profusa enim exhilaratio, & honoris sublimitas, lachrimas etiam nolentibus excutit. Hic admonens vt libri in suum ordinem redigerentur viros salutans, ait. Aequum erat viri vt quorum gratia vos aduocassem, illos primum veneraret: atque inde vobis dexteram præberem, propter quod id primum egi: hæc vero dies per omne vitæ tempus magna mihi semper in annos erit & celebris, in qua & vos mihi adfuitis, & euenit vt aduersus Antigonum nauali prelio victor euaerem. Quapropter & vos quoque hodie vna mecum conuinitio letari volumus: principes mox adesse, inter quos & me discumbere dignatus est, & omnem edium apparatus quo vitur depromi imperat, iuber & viris diuersoria quæ ornatissima, & arci proxima sterni mandat, & conuiuium quæ opulentissime apparari: hic Nicanor medicorum princeps Dorotheum huiusmodi rerum præpositum aduocans imperat, vt omni promptitudine, quæ vsus decusque postulat, in singulos expediat. Etenim sic à rege institutum erat quemadmodum & nunc quoque cernere licet, vt quotcumque ciuitates ad præbenda cibaria poculentia & lectisternia præparata sunt, totidem earum rerum præfectos habeant, qui regibus assistant, homines nulla in te morosi, quique si quando opus sit, necessaria exornent, & multa cum hilaritate iussa prosequantur: Quod quidem in his maxime factum est. Nam Dorotheus vir in huiusmodi rebus dexter profususque, cum sibi talium virorum cura demandata esset, vniuersa quæ in sua potestate continebantur in tales vsus pridem præparata magnifice depromit, per-

Physica
Legis Mo-
saice me-
ditatio.

terque cuncta exornans, thoros cuique pro regio imperio distribuit. Iussit enim rex eorum partem mediam coram se, reliquos iuxta sui ipsius solum discumbere, nihil præmittens quod ad hominum honorem spectare arbitraretur. postea vero quam cuique suis stratus est thorus, præcepit rex Dorotheo, vt omnibus qui à Iudea venerant, consuetas ex patrio more dapes, & quicquid concupiscant, præbeat, detque cuncta abundanter ad oblationes & sacra, atque alia vota peragenda sicuti genti mos est. his peractis, primum omnium Eleazarum virum grauem, ac omnibus qui nobiscum venerant senioem, vota facere rogat. Ille (vt erat venerandus) stans inquit: implet te rex bonis omnibus quæ fecit omnipotens Deus, detque tibi vxori & liberis, & amicis ea omnia immota esse per vixit tempus. Eo adhuc dicente, sequitur durior, cum clamore plausus, gaudij & exultationis plenus, moxque rebus iocunditate multa præparatis, in lætitiâ vertuntur, ministris quemadmodum instituerat Dorotheus, festiuissime cuncta præbentibus, inter quos & regij liberi & honoratissimi quique ministrabant, post vbi vero tempus sermone opportunum visum est, Rex per internalla quædam (vt omnes ordine secundum ætatem assederant) cum qui primo loco discubuerat, interrogat,

Quoniam pacto regnum incoluim, in finem vsque conseruauer.

Quest. 1. Ille parumper cunctatus inquit. hoc maxime modo regnum optime dispones, si Dei mansuetudinem in rebus omnibus imitatus, patientia ac longanimitate vteris: extollesque dignos, elatos aures, affabilitate, ex magno in penitendinam traduces. Eo collaudato, rex proximum rogat, Quemadmodum iuste singula perficere possit? Respondit ille. Si in rebus omnibus seipsum obseruet, omnia eum recte acturum: & si consideret omnem sensum à Deo esse, proponatque ante omnia Dei timorem, nulla in re aberrabit. Hunc maxime laudatum dimittens, tertium dicere hortatur. Quomodo amicos, sui similes habeat? Qui ait: si intelligent te multa meditari in subiectorū populorum commoda: & tu id facias considerans quemadmodum & Deus genus humanum bonis afficiat, valetudinem illis, & vitæ alimenta, atque alia cuncta oportunitis temporibus præbens. Attestatus quoque & huic, ad alium qui illi assederat, inquit. Quoniam modo in negociis ac iudiciis peragens delictis que puniendis bonâ assuequatur famam? Tum ille. Si omnibus te æquum ratione præberis, inquit, & nihil superbe, nihilque pro potentia tua: viribus contra delinquentes ages. Id autem assequeris: si Dei dispositionem inspicias, qui dignis sua vota perficit, peccantibus vero vel per insomnia vel opere demonstrat, quid illis nocuum sit: neque secundum eorum peccata, neque pro magnitudine virium suarum homines cedit, sed mansuetudine vsus corrigi recte: Et hoc quoque collaudato, deinceps postulat: Vt in rebus bellicis inuisens existat? Qui respondit, si non armis, si non potentia suæ fidat, sed Deum semper impleret, vt iuste agendi sibi consilia dirigat. huius dicta recipiens, alium inde petens poscit. Quemadmodum inimicis formidolosus sit? Qui ait. Si armis & exercitu, multoque veluti ad bellum apparatu instruentis fueris: ea tamē omnia diutius ceu vana priusquā

his vteris, detineas: nam & Deus ipse ante quā maiestatis suæ trepidationem incuriat, inducias quasdam præbet. Exin omni apparatu mentes deterret. Et hunc item collaudatum dimittens: alium interrogat. Quid sibi optimum in vita sit? At ille si cognoscat (inquit) quoniam Deus mortalibus dominetur, atque vt ad optimas quascumque operationes non per nos ipsos consilia dirigamus: Deus enim qui cunctis dominatur, omnium opera perficit & deducit. Annuens & huic, alium ordine respondere iubet, Quomodo recte omnia seruans & illela, eundem filii statum tradat? Tum ille, si Deum (inquit) assidue imploraueris, vt rectos tibi sensus ad ea quæ in posterum peragenda sunt tribuat: & filius imperaueris, ne gloria, diuitisque superbiant, sed arbitrentur Deum benignitate sua cuncta illis elargiri, neque per sese alicuius rei substantiam possidere. Et attestatus rex ab alio petir. Vt bonam & malam famam æquo animo ferat? Ad ea ille: tibi ipsi proposueris inquit: cunctos mortales sic à Deo esse creatos, vt maximis malis iactari, bonis rursus afficiantur, neque quisquam omnium sit, qui huiusmodi alternationem effugere valeat: Deus enim implorandus est, qui tranquillitatem tribuat. Approbans & hunc, recte (inquit) omnes responderunt. Sed quando vnum deinceps, qui adhuc superest, interrogauero; hæc ad præfens prætermittam, vt ad lætitiâ versi, reliquum huius diei iocundissime transigamus. Deinde sex qui sequentur dies, ea quæ modo prætermittuntur addiscemus: his simul dictis, virum interrogat. Quis fortitudinis sit finis? Ille si quando periculosa imminet (ait) in rebus aggrediendis recte quis consuluerit, & consulendo proposuisset assuequatur. Tibi enim recte vtiliterque consulenti Deus cuncta perficit: acclamantibus omnibus & plausu viri collaudantibus: Rex in philosophos versus inquit (nō enim pauci aderant) Arbitror equidem hos viros virtute excellere, ac plurimum intelligere, qui talibus rogationibus ex tempore tam decenter responderunt: dicendi initium à Deo omnes assumentes. Ad ea Menedemus Eriræus philosophus, profecto rex (ait) cum homo diuinum si topas, quod quidem & totius mundi fabrica monstrat: recte sequitur, vt omnem virtutis & sermonis sui pulchritudinem principiumque à Deo deducat: his vbi rex annuit, in iocunditate cuncti versus, conuiuium summa festiuitate in hostem vsque prætrahunt. Post die eodem ordine mensæ patantur, eorum trahitur. Cum vero tempus ad rogandas sententias accommodum adfuit: rex eos interrogat qui deinceps ordinem seruabant ab illis qui superioti die rogati sententias dixerant. Cæpit enim ab undecimo rogare: quoniam pridie decem responderunt. Conticuerunt omnes: & rex poscit. Quibusnam modis diuitias conseruet? Ille dum petita reuoluit paululum moratus: si nihil (inquit) indignū Regno tuo, neque flagitiose ages, neque in vanis rebus & incōmodis, sumptus facies, & erga populū tuū te beneficium benignumque præberis. Etenim Deus, honorum omnium, quem sequi oportet, largitor est: hoc collaudato, sequentem ediscere hortatur. Quando veritatem colat? His ille respondit: si cognoueris quā magnum dedecus incedacia mortalibus omnibus afferant, & multo maiorem notam regibus iniurant. Nam quando ea potentia sunt, vt quæ volunt facile perficiant, cuius rei gratia mentientur? Oportet etiam te considerare Rex: vt Deus amator veritatis existat. Hunc quoque valde approbans, in proximum respiciens inquit. Quæ est disciplina sapientie? Tum ille,

Quest. 7.

Quest. 8.

Quest. 9.

Quest. 10.

Quest. 11.

Quest. 12.

Quest. 13.

nam valetudinem, & sensus & alia huiusmodi. Quare & tu simile quid imitatus, laborantibus calamitosissime, malorum vicissitudinem quietemque tribue: Ea namque perpetua, quæ ex iusticia perficiuntur. Recte & hunc respondisse affirmans, decimum rogat. *Quæst. 50* Quis sit sapientiæ fructus? Is, non conscientiam sibi esse mali respondit, & vitam in veritate transigere. Ex his enim maximum gaudium, & animi voluptas gignitur, præstantissime rex, & spes in Deo optimæ tibi regnanti pie, aderunt. His auditis: cuncti, ea multo applausu approbarunt. Post hæc Rex multa læticia plenus, ad propinandum vertitur. Postredie vero ubi ex consuetudine thoris omnes discubuerunt, Rex sumptotempore, eos qui supererat interrogat, à primo eorum petens. *Quæst. 51* Quomodo quis in superbiam non extollatur? Respondit ille, si æqualitatem feruet & singulis in rebus sui ipsius meminerit: reuoluens animo, vt homo hominibus præsit, vtque Deus debeat superbos, mansuetos & humiles extollat. Hortatus hunc: sequentem ad dicendum monet. *Quæst. 52* Quibus consultiorebus vtendum sit? His (ait) qui multis in rebus versati, summâ erga se beneuolentiam feruent: atque moribus sint tui similes. Sed Dei claritas ostendit, qui sint huiusmodi digni. *Quæst. 53* Laudas & hunc, ab alio postulat. Quid regi sit maxime necessarium? Subditorum (inquit) amor & dilectio, per hoc namque insolubile beneuolentiæ vinculum tenetur. Deus enim ea perficit quæ recte eliguntur. Huic annuens: alium desinare hortatur. *Quæst. 54* Quis sit orationis finis? Tū ille, proposito (ait) de quo dicendum sit, aduersario persuadere, diluendo contraria & inepta ostendendo. Sic enim inoffenso currans pede, finem multa laude assequetur. Sed Dei opere dirigitur persuasio. Bene & hunc dicere testatus: alium interrogat. *Quæst. 55* Quomodo multis in regno populis se accommodet? Si decenter cuique distribuere (inquit) iusticiamque (quemadmodum facis) ducem sequaris præbente Deo tibi recta discernere. Congratulatus huic, ad alium dixit. *Quæst. 56* In quibus est tristandum? Ad hæc ille respondit: in amicorum aduersis quandoquidē diuturna ea & inuitabilia cernimus, quæ calamitatibus operos interrimant. Nam in his mœsticiam nulla ratio leuat. Sed de iis in quibus desperamus neque quicquā in his vile inuenimus, mortales omnes cōtristatur: malū vero omnino effugere, diuinæ potentie est. Sic illi respondendum fuisse, testatus: ad alium transit petens *Quæst. 57* Quare quis inglorius fiat? Respondit ille: si quando superbia quis ductus exasperetur: vituperationes tunc subeunt & gloriæ priuatio. Nam Deus totius gloriæ dominator, eam quo vult declinat. Hoc collaudato: alium exinde ostendere vt velit præcatur, *Quæst. 58* Quibus seipsum credere oportet? Is qui tibi beneuolentiā ita afficiantur inquit, vt neque timore neque cupiditate vlla lucrone tangantur. Amoris vero signum, difficulter apparet, & temporis obseruatione indiget. Nam qui diuitiis intendit: naturā proditor existit. At tibi omnes tui amatores adfunt, Deo tibi recta consilia præbente. Prudenter & hunc dixisse dicens, alium rogat *Quæst. 59* Quid regnum conseruet? Ille cura & meditatio (respondit) ne quid à reum prepositis male agatur committaturque in plebē, quemadmodum facies, cum tibi Deus præstantem intellectum præbeat. Hoc laudato: deinceps petit, *Quæst. 60.* Quare gratia, honorque seruetur. Virtute ille (inquit) ea enim pulcherrimorum operum perfectrix, malum conculcat, quemadmodum & tu quidem excellentem erga omnes bonitatem obseruas: quod diuino tibi munere præstat. Gratia multa, huius quoque dicta recit-

piens: vndecimum inde (quoniā duo à lxx. superarent) postulat. *Quæst. 61* Quomodo & in bellis quoque, animo pacifico se habeat. Si proposueris animo (ait), nichil perperā à tuis ducibus committi, verum omnes de virtute inter se certare: quoniam eam spem animo fixam habeat, te suarum rerum curam gesturum, si illos vitæ cedere contingat. Non enim tristitia afficeris: quandoquidē cuncta diuino munere recta disponas, præbente Deo tibi bona sapere. Hic omnes applausu suscipiens, læticia effunditur, ac cuique propinans, cum iis diuitius oblectatur. Septima vero die splendidiori apparatu, quod plures è ciuitatibus legationes adessent: conuiuio instructo, Rex per occasionem ad eos versus qui nōdum sententiam dixerant, eorum primum dicere monet. *Quæst. 62* Quemadmodum recte ratiocinetur? Ille, si tecum (inquit) reputaueris & dicta ipsa, & à quo dicatur, ac qua quisque de re loquatur, eandemque multo post tempore variis modis perquisieris. Nam ingenij acumen ad discernenda quæque, quemadmodum & tu possides rex, Dei pulcherrimum est donum. Ea plausu approbans, Rex alium postulat: Propter quid est quod plerique virtutem non assequantur? Hic, ille: quoniam natura (ait) mortales omnes incontinentes & ad voluptates pronos finxit, ex quibus iniusticia gignitur, & avaritiæ cumulus: virtutis vero status alto loco fixus, eos maxime prohibet & reicit, qui voluptatibus deuincuntur: fortitudinē namque & iusticiā potissimum colendas iubet, quorum ductor & largitor Deus est. Recte & hunc respondisse afferens, ab alio petit. *Quæst. 64* Quid reges potissimum sequi oporteat. Respondit ille, leges, vt iustis operationibus immortalium vitam regant, quemadmodum & tu peragens, perennem tui memoriam fecisti, diuina præcepta secutus. Hoc collaudato, sequentē rogat inquit. *Quæst. 65* Qui magistratibus præficiendi sint? Ille, quicumque (ait) iniqua odio habent, ac tuos imitantur affectus, laudumque dulcedine tracti iusta semper ad adipiscendam gloriam operantur. Quod & tu profecto (Rex) quandoquidē Deus iustitiæ coronam tribuit, assequeris. Et hunc voce approbans, ad alium versus poscit. *Quæst. 66* Qui sint in duces eligendi? Qui fortitudine & iustitia excellant (inquit) quique hominum salutem cruentæ victoriæ anteponant: Nam & Deus, bona ad omnes operatur: quem tu sequutus, bonis afficis subditos tuos. Huius responsum laudans, quærit inde. *Quæstio. 67.* Qui vir admiratione dignus sit? Ad ea, ille quicumque refert, gloria, diuitiis & potentia exuberans: æquam tamen erga omnes mentem habeat, quemadmodum & tu talem te gerens, omnibus admirandus existis, Deus enim in hanc curam te ducit. Annuens huic ad alium dixit. *Quæst. 68* Quibus in rebus reges diuitius versari debeant? Tum ille, in rerum gestarum cognitione (ait) in legendisque incumbentium operum libellis, temporis plurimum assumere oportet, & quæcumque ad conferuanda regna, emendandisque hominum mores scripta sunt perquirere: quod tu cum studio peragas, Deusque consilia tua fecundet, excellentem supra alios gloriam obtines. Gestiens huic, iubet vt inde ordine alius dicat. *Quæstio. 69.* Quid per ocium agendum sit, ne inertia torpeas? Ille ad hæc: considerandum est (ait) multa cum diligentia quæcumque in mentem veniunt, & ante oculos vitæ formam & imaginem quandam proponendam, tum qua quæque vi perfecta sint, considerandum: est enim & in his decus suum & eruditio quædam. Nam & sapie in minimis egregium quiddam elucet, quod eligas. Tu vero quando bonitatem tibi Deus sufficit, elegantiam omnem propter Philosophandi studium ample-

cteris. Hunc extollens dictis: nouū petens dic ait. *Quæstio. 70.* Quomodo in conuiuio transigendum sit? Is discendi cupidus assūmēdos esse refert. & qui regni negotia meminisse possint, & principum vitas narrare. his nāque suauis nihil, neque iocundius inuenies. Quoniam hi quidem ad eruditionem pulcherrima quæque instructi: deum venerantur, quod tu profecto facis: cū præsertim cuncta tibi deus fortunet. Quo probato: rex ab alio petit. *Quæstio. 71.* Quid potius sit populis an priuatum quempiam regem sibi constituent, an vero ex rege genitum regē sequantur? Respondit ille: id quod naturæ decentius est. Etenim cū reges ex regibus orti infraues & asperi erga populos habeantur: longe magis & qui à priuato loco ad hanc magnitudinem vehuntur (quādo & pauperiem & duros labores experti sunt) truculētiore impii tyranni euadent, vi quadam subiectis imperitates. Verum vt supra dictum est: mos optimus est & institutio cōmunis valentissima ad regnandum, quæadmodum tu rex magnis imperas. Nam non tantum gloria & imperio & diuitiis excellis: quātum mansuetudine & benignitate vniuersos dei munere allicis. Diuitius & hoc collaudato, versus ad vltimum. Et tu dic inquit, *Quæstio. 72.* Quid sit in regno optimum? Tum ille, in pace inquit semper populos continere: vt in causis peragendis quantotius recte diiudicare, hæc per principē sunt: quando malos exosos, bonos diligit, plurimūque existimat si hominis animam saluam reddat. Sicuti & tu: qui hominis necem, summum ducis scelus: cunctāque iustitia moderans perennem gestorum tuorum gloriam exornas, cum deus tibi liberam malis mentem, omnique labe exemptam illustrauerit. His simul dictis ingens plausus attollitur, cuncta læticia & gaudio diuitius complentur. Sed vt sunt facta silentia tectis: rex craterem mero statuens propinat, & his qui sententias dixerant, & præsentibus omnibus, atque ita orsus. Maxima inquit, mihi vestra præsentia adfulserunt bona. Nam & plurimum commodi vestris respōsis, & doctrinam ad regnandum attulistis. Hinc tria cuique talenta argenti & puerū qui ministravit donari instituit. Ea approbantibus vniuersis & applaudentibus: læticia & gaudio conuiuio effunditur, rege ante omnes festiuissime soluto. Plura eadem de his dixi Philocrates: hominum sapientiæ affectus. Mirabar namque viros sic ex tempore ad proposita quæque tam accommodate, tamque eleganter respondere potuisse: cum præsertim quæstiones huiusmodi, diuturna meditatione perquisitæ fuerint: & qui interrogabat: multa prius cogitando singula proponeret. Et illi extemporaneis responsis, ita inter sese conuenerunt: ac si de his diuitius consultassent. Quapropter admiratione digni visi sunt: cū mihi & præsentibus omnibus, tum maxime philosophis. Verum enimuero legentium hæc fidem excellere arbitror: & maiora videri, quam quicquā credere possit. Sed qui ipse falsum adiciere voluerim: eum eadem & in regis monumentis cerni liceat, in quibus vel minimum prætermitti summo sceleri ducatur? vera igitur atque vt singula gesta sunt: omni profusus errore abiecto referimus. Quia in re quo verius singula teneremus, ea diligentia vti sumus: vt assumptis regis actis in quibus gesta regis dicta quæque & responsa conuiuiaque referuntur, nostra hæc ex illis mutuati sumus. Mos est etenim quotidie quemadmodum nosti: ex ea diei hora qua primum rex respōsa reddere cœperit, vsque dum in somno quiescat, singula eius dicta, gesta, facta litteris demandare, rem profecto vtilem & recte institutam. vt cum prioris diei responsa & acta relegū-

tur, si quid minus commode gestum sit, emendari possit. Igitur cuncta (sicuti diximus) regis monumenta diligentius perscrutatus: hæc ad te idcirco transcripsi: quoniam intelligerem quantopere bonarum artium desiderio teneris. Post treis vero dies quam ea gesta sunt: Demetrius viros ad maris insulam deduxit, transfretumque aggere septem stadiorum, pontem transgreditur: regionem inde quæ ad boream vergit petens, ad præparatum confessum venit. Domus erat supra litus perquam decenter ornata: & quæ multo silentio quiesceret, rebus omnibus ad vitæ vsum elegantissimè dispositis. Illic eos ad peragendam interpretationem horatur, viri singula inter se differendo: consonum quid edebant. Rursūque ex iis in quibus omnium cōsensus accesserat: illa Demetrio habenda seruabant, quæ digniora, elegantioraque videbantur. extendebatur vero confessus huiusmodi & disceptatio ad nonā vsque diei horam: soluto huiusmodi cōsilio ad curanda corpora discederet. Etenim (vt prædiximus) cuncta sumptuosissimè præbebantur. Nam & quæcūque per singulos dies rex præparabat: eadem & his Dorotheus, cui ea cura demādata erat, studio assequatur. Ad hæc quotidie regiam aulam inuisebāt: vbi rege consulato ad consueta loca diuertunt. atque vt mos est iudeis omnibus manib⁹ prius in mari lotis: deo preces effundūt. lectioni inde & rerum interpretationi operam dant. Interrogauit equidē & illud quodque cuius gratia cum vota facerent, manus prius lauarent. Quærenti talia, demonstrant illud testimonium esse: ne quid peperam agant, sed pie cuncta sanctèque perficiant, quandoquidem vniuersa opera manibus exerceantur, rectè singula ad iusticiam & veritatem (sicut prædiximus) referentes. Igitur viri & loci silentio & quieti habitū, magnaque vbiq̄ rerum amoenitate, splendore traducti: propositum opus expoliunt. Euenit autē vt duobus & septuaginta diebus quasi id è composito inter sese factum fuisset: perficeretur huiusmodi scripture interpretatio. Enimvero Demetrius rebus ritè peractis: omnem iudeorum multitudinem in eundem locum vbi interpretatio perfecta est, aduocat. rem omnē à principio edocet à præstantibus interpretibus: qui ab vniuersa multitudine maximis gratiis, & laudibus prosequuti sunt, quippe qui præstantiam bonorū causa extiterint. Exin Demetrium venerantur: orantque vt legem huiusmodi transcriptam suis principibus permittere velit, donec eius compositione considerent. Igitur dū lex cognoscitur: astates interpretum seniores, vrbiumque legati & multitudinis principes, vnā omnes obrestantur: rectè, sanctèque vnūquodq; interpretatum esse, beneque se habere si sic permancant, neque in vno quidē permutetur. Approbantibus ea omnibus & rogationi applaudentibus: iubet Demetrius vt pro eorum consuetudine imprecentur, si quis vel addere, vel mutare, transferre, delerere audeat quicquam ex iis omnibus quæ scripta sunt. Cum vniuersa hæc ritè expleuissent: vt perennis illa sit sempèrque seruetur adiurat. Eadem vbi & illi leto plausu exoptarent: regi maxime gratificatus est quod demandatum sibi munus egregie obisset, traderetque perfectum. Hic rex post vbi studio cūcū explorat discitque, legumlatoris sensus quōsque longè admiratus, ad Demetrium ait. Vt fieri potuit quādo talia hæc tamque perfecta sunt: quod historiarum aut poetarum nemo sibi assumpserit? Tum ille: cum ob venerandam legis institutionē refert, tum quia deus prohibuerit. Nam quidam tantū opus sibi assumere ausi: mox diuinaylione percussū, cōsilio abstinere. T. C. I. I.

que inde se audisse Theopompum quonia ex lege se-
cretiora quædã in historia audacius transferre conare-
tur: supra triginta dies mētis turbatione correptū. Qui
cum per morbi intervalla deum implorasset: ei mani-
festo per infomnium demonstratum est, ea gratia id sibi
contigisse, quod diuina peruertens in vulgus proicere
tentasset, quibus visis emēdatus: & menti redditus est.
Et quidem & ipse comperi apud Theodectum tragœ-
diarum scriptorē felumimbus captum: dum quædam
ex huiusmodi libris in solum poema transferre vellet.
Vernū ubi eam cæcitatē causam animaduertit: deum
plures orasse dies, atque ita restitutum, ait. Tum rex ob-
testatus hæc à Demetrio perpulchrē dicit: adiurat, iu-
bētque vt in seruandis custodiendisque; ab omni macula
libris, summa exhibeatur cura. Exin interpretes perbe-
nigne alloquens vt cum in iudæam venerint: frequen-
tius ad se commearē velint, hortatur. Equum enim
est inquit: vt nunc pro dignitate domū deducantur. Si
verò redierint: amicos illos sicut fas est habiturū, & ma-
gnis in super muneribus ornaturum, pollicemur. Mox
hominum reditus pareretur, imperat: digna sui magnifi-
centia erga eos vsus. Etenim singulos tribus inclitis

stolis donat: additque præterea auri talenta duō, crate-
rēque præstantem, talenti pondō vnus. addit omnē
diuersorij ornatum. Mirit adhæc Eleazarō thoros decem
argenteis pedibus suffultos: cum his omnibus re-
bus quæ ad illorum decus exquiruntur, alia in super ta-
lenta triginta, stolas decem, purpurā, coronamque de-
centem, tunicas byssinas ad centum: & phialas & pel-
nes craterēque aureos ad libamina duos. Literis dein-
de suis eum exhortatus est: ne homines prohiberet, si
quando eorum quispiam ad se redire malet. Nam cum
doctōrum virorum cōsuetudines pluris faceret: in his
consequendis opes suas non quidem vanis in rebus vt
prodigi: sumptuosissimē elargiebatur. Habes tu quidē
Philocrates munus, quod polliciti sumus: in quo legē-
do maiorem te profecto voluptatem capturum arbi-
tror, quam si in percurrendis fabulorum rerū libris,
oblecteris. Cum præsertim magnorum gestorum exer-
citatione, in quo quidem diutius verlaris, ingenium
exerceas. Quapropter enitar digna quæque ad te dein-
ceps perscribere: vt præstantissimarum rerum, inter nos
amoris certamen excitetur. Vale.

TATIANI VITA EX D. HIERONIMI LIBRO DE SCRIP-
TORIBUS ECCLESIASTICIS.

Tatianus, qui primū oratoriam docens, non parua sibi ex arte Rhetorica gloriam comparauerat, Iustini martyris se-
cutor fuit, florens in ecclesia, quandiu ab eius latere non discebat. Postea vero in flatu eloquentiæ tumore, nouam condidit
heresim, quæ Encratitarum dicitur, quam postea Severus auxit, a quo et in eadem parua heretici, Severiani vsque hodie appellantur.
Porro Tatianus infinita scripsit volumina, è quibus vnus contra genes florentissimus extat liber, qui inter omnia opera eius
fertur insignis. Et hic sub imperatore M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo floruit. Hæc ille.

IN EVANGELIORVM, TATIANI ALEXANDRINI,
CONSONANTIAM, VICTORIS EPISCOPI CAPVANI.

P R Æ F A T I O.

Fortuitu in manus meas incidere vnū ex quatuor Euangelij composum, & absente titulo, non inueni-
rem nomen auctoris, diligenter inquires, quis gesta vel dicta Domini & saluatoris nostri, Euangelica lectione di-
sereta, in ordinem, quo se consequi videbantur, non minimo studij labore redegerit: reperi Ammonium quendam
Alexandrinum, qui canonum quoque Euangelij fertur inventor, Matthæi Euangelio reliquorum trium excerpta
inncisse, ac in vnam seriem Euangelium nexuisse. Sicut Eusebius Episcopus Capriano cuidam scribens, in præfatione editionis
sue, qua canones memorati Euangelij edidit, supra dicti viri imitatus studium, refert in hunc modum: Ammonius quidam
Alexandrinus, multum (vt arbitror) laboris & studij impendens, vnū ex quatuor nobis reliquit Euangelium. Ex historia
quoque eius comperi, quo d Tatianus vir eruditissimus, & orator illius temporis clarissimus, vnū ex quatuor compaginauerit
Euangelium, cui titulum Diapente imposuit. Hic beati Iustini Philosophi & martyris, dum adiuuaret, discipulus fuit. Quo
migrante ad Dominum cum palma martyrij, magistri sanctam deserens disciplinam, & doctrinæ supercilio elatus, lapsus in En-
cratitarum heresim, Marcionis potius amplexus errorem, quam Iustini Christi Philosophi veritatem, suæ vitæ perniciosus ex-
stitit, asserens inter alia nuptias & supra, pari crimini subiaccere. Sed & dictis Apostolicis manus profana emendationis, vel
(vt dicam verius) corruptionis dicitur intulisse. Sed quia & hominum perfidorum (Christi Dei nostri operante potentia) confes-
sione, vel opere, sæpè triumphat gloria veritatis. Nam & demones Christum facebantur: & filij scenæ in actibus Apostolo-
rum in nomine Iesu, quem Paulus predicaret, demonia fugabant. Tatianus quoque, licet profanis implicitis erroribus, non inu-
tile tamen exhibens studiosis exemplum, hoc Euangelium (vt mihi videtur) solerti compagine dispoſuit. Et forsitan adhuc
beati Iustini adhaerens lateri, illius eruditionis merito, hoc opus explicuit. Arbitror enim propterea non Ammonij, sed huius
esse editionem memorati voluminis, quod Ammonius Matthæi fertur relationi, Euangelistarum reliquorum relationem discre-
tos amplexisse sermones: hoc vero sancti Lucae principia sunt assumpta. Licet ex maxima parte Euangelio sancti Matthæi, reliquo-
rum trium dicta coniunxerit, vt iure ambigi possit, vtrum Ammonij an Tatiani inuentio eiusdem operis debeat estimari. Ve-
runtamen, vel si iam hæresis arches huius editionis auctor extitit Tatianus, verba Domini mei cognoscens, libet amplētor inter-
pretationem. Si fuisset eius propria, procul abijcerem. Nam & contra genes magnificos libros edidisse narratur. Hocigitur Eua-
gelij, cum absque numeris reperisset, quos Ammonius mirabili stuaio reperit, Eusebius vero Casarea Episcopus Palestina ab
eo accipies exemplum, diligenter excolluit, quibus cōmuniter ab Euangelistis dicta, propriis sunt notulis declarata, Domino adiun-
ctum laboris impendit, vt memoratos numeros per loca cōgrua diligenter adſcriberet. Quod si dubitatio alicuius verbi fortasse
prouenerit, ex apposis numeris ad plenariam recurrens quilibet Euangelij lectionem, an & ibidem ita se sermo habeat, de quo
ambiguitas prouenerat, incūctanter inueniat. Et absque scrupulo, studij mens secura, hoc posui in volumine. Quod
& si à compositi huius auctore voluminis cum numeris editum fuit, sed transcribentium desidia emissa putantur: Nos tamen
in eo

in eo sumus labore versati, quo opera solet nouella præsumi. Sciendum sanè, quod hic numerus Canonum, vsque ad denarium
perueniat quantitatem. Neque scribentis voluntate, horum numerorum summa defixa est, sed ratione, & regula naturali ab
Ammonio inuenta est saga ceter. Neque enim aut infra denarium, aut ultra poterit illo modo alius numerus reperiri, qui qua-
tuor Euangelistarum dicta communia, aut propria valeat explicare. Quod præsentis facile potest exemplo probari. Nam aut om-
nes quatuor sibi concordare necesse est, aut Matthæus, Marcus, Lucasque sibi conueniunt, aut Matthæus Ioanni consentit, aut
Matthæus, Lucae concordat, aut Matthæus cum Marco, eadem loquitur, aut Marcus cum Luca & Ioanne, propria loquitur, aut
Marcus cum Ioanne, similibus loquitur: aut Marcus cum Luca, eadem narrat: aut Lucas cum Ioanne, non discrepantia referunt:
aut singuli, propria inueniuntur exponere. In quatuor igitur Euangelistis euidenter numerorū ratione monstratum est, quod nō va-
leat cōmunis propriaque relatio ultra progredi, aut intra denariā cōtrahi quantitatem. Quos tamē Canones breuiter subter adnexui,
quibus vnusquisq; canō numeris declaratur, vel vt manifestius fiat, in quo canone qui Euangelistæ cōmunia vel propria dixerint,
facile lector inueniat. Ordinem vero quem in canonum ratione digessimus, ad hoc exercuimus, vt sola probatio fieret, rationabili-
ter denarij summam fuisse conscriptam. Nam quæ sit eorum positio, breuiter vt diximus, infra notare curauimus. Ipsos quoque
numeros in vnū pariter congregatos, in modum quo eos sanctus Hieronimus digessit, curauit describere: iuxta seriem diuinxit,
qua totius Euangelij huius lectio explicatur, vt qui eadem vel alia, aut vbi propria Euangelistæ protulerint (memoratos nume-
ros prius curiosus lector si velit inspiciens) facile ex nota numeri, reperta comprobet lectione: sanctam & beatissimam Trinita-
tem præcantes, vt nos in veritate scripturarum suarum erudire dignetur, & discretionis gratiam tribuat, quatenus, vt optimi
trapezita, omnia probemus secundum Paulum, & quæ sunt bona seculum.

S. QVATVOR EVANGELIOR. HARMONIA, TATIA-
NO ALEXANDRINO AVTHORE.

Præfatio Lucae.

LUC. I.



Vohiam quidē multi conati sunt
ordinare narrationem, quæ in no-
bis completæ sunt rerum, sicut
tradiderunt nobis qui ab initio
viderunt, & ministri fuerunt ser-
monis, visum est & mihi affecuro
ad principio, de omnibus diligen-
ter ex ordine tibi scribere, optime
Theophile, vt cognoscas eorum verborum,
de quibus eruditus es, veritatem.

In Principio erat
verbum, Deus a-
pud Deū,
per quem
facta sunt
omnia.
Cap. I.
De Sacer-
dotio Za-
chariæ.
Cap. 2.

In principio erat verbum, & verbum erat apud
Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio a-
pud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso
factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, &
vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & te-
nebræ eam non comprehenderunt.
Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ, sacerdos qui-
dam nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illi de fi-
liabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Erant autem iu-
sti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis
& iustificationibus Domini, sine querela. Et non erat
illis filius, eo quod esset Elizabeth sterilis, & ambo pro-
cessissent in diebus suis. Factum est autem cum sacer-
dotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante
Deum: secundum consuetudinem sacerdotij forte exiit
vt incensum poneret, ingressus in templum Domini.
Et omnis multitudo erat populi orans foris, hora in-
censi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans à
dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est; vi-
dens, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum
Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est
deprecatio tua, & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium,
& vocabis nomen eius Ioannem. Et erit gaudium tibi
& exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. E-
rit enim magnus coram Domino, & vinum & sicc-
ram non bibet. Et Spiritus sancto replebitur adhuc ex
vtero matris suæ. Et multos filiorum Israel conuertet
ad Dominum Deum ipsorum, & ipse præcedet ante il-
lum in spiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda pa-
trum in Filios: & incredibiles, ad prædiciam iustorum,
parare Domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias
ad Angelum: Vnde hoc sciam: ego sum senex, & vxor
mea processit in diebus suis. Et respondens Angelus,
Tom. 2.

dixit ei: Ego sum Gabriel, qui adſto ante Deum, &
missus sum loqui ad te, & hoc tibi euangelizare. Et ec-
ce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem, quo
hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ
implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans
Zachariam, & mirabantur quod tardaret ipse in tem-
plo. Egressus autem non poterat loqui ad eos. Et cog-
nouerunt quod visionem vidisset in templo. Et ipse
erat inuens illis, & permanſit mutus. Et factum est, vt
impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam.
Post hos autem dies cōcepit Elizabeth vxor eius, & oc-
cultabat se mensibus quinque, dicens: Quia sic mihi
fecit Dominus in diebus, quibus respexit auferre op-
probrium meum inter homines.
In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel
à Deo in ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad
Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph,
de Domo David, & nomen virginis Maria. Et ingres-
sus Angelus ad eam dixit: Aue gratia plena, Domi-
nus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum au-
disset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qua-
lis esset ista salutatio. Et ait Angelus: Ne timeas Ma-
ria, inuenisti enim gratiam apud Dominum. Ecce
concupies, & paries filium in vtero, & vocabis nomen
eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabi-
tur. Et dabit illi Dominus sedem David patris
eius, & regnabit in domo Iacob in æternum; & re-
gni eius non erit finis. Dixit Maria ad Angelum: Quo-
modo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et
respondens Angelus, dixit ei. Spiritus sanctus super-
ueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideò-
que & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Fi-
lius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concep-
sit Filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est il-
li, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile a-
pud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ec-
ce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum
tozum. Et discessit ab illa Angelus. Exurgens autem
Maria, in diebus illis abiit in montana, cum festina-
tione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Za-
chariæ, & salutauit Elizabeth. Et factum est, vt au-
diuit salutationem Mariæ, Elizabeth: exultauit in fan-
tu in vtero eius. Et repleta est Spiritu sancto, Elizabeth,
bb

Hoc opus non est Ta-
ni, sed Ammonij, sed
dicitur, sed pleriq;
firmant.

LUC. I.

Angelus
Gabriel
ad Mariam
loquitur.
cap. 3.

Luc. 1.

& exclamavit voce magna, & dixit ei: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. Et beata quæ credidit, quoniam perficietur ea quæ dicta sunt ei à Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius in progenies & progenies, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis & divites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiæ suæ. Sicut loquutus est ad Patres nostros Abraham & femini eius in sæcula. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.

De nativitate Joannis Baptistæ. Cap. 4.

Elizabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem Patri eius, quem vellet vocari eum, & postulans pugillarem scripsit dicens Ioannes est nomen eius. Et mirari sunt universi, Apertum est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur, benedicens Deum. Et factus est timor super vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ divulgabantur omnia verba hæc & posuerunt omnes qui audierunt in corde suo, dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius impletus est Spiritu sancto, & prophetauit, dicens. Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti. Iurans quod iuravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi. In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer, propheta altissimi vocaberis, præbis enim ante faciem Domini, parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum. Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu. Et erat in desertis usque in diem ascensionis suæ ad Israel.

De generatione vel Nativitate Christi. Cap. 5.

Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem, genuit Iudam, & fratres eius. Iudas autem, genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem, genuit Esrom. Esrom autem, genuit Aram. Aram autem, genuit Aminadab. Aminadab autem, genuit Naafon. Naafon autem, genuit Salmon. Salmon autem, genuit Booz de Rahab. Booz autem, genuit Obed ex Ruth. Obed autem, genuit Iesse. Iesse autem, genuit David regem. David autem rex, genuit

Salomonem. ex ea quæ fuit Vria. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem, genuit Abia. Abia autem genuit Afa. Afa autem, genuit Iosaphat. Iosaphat autem, genuit Ioram. Ioram autem, genuit Ozias. Ozias autem, genuit Ioathan. Ioathan autem, genuit Achaz. Achaz autem, genuit Hiezechiam. Hiezechias autem, genuit Manasse. Manasses autem, genuit Amon. Amon autem, genuit Iosias. Iosias autem, genuit Iechoniam & fratres eius, in transmigratione Babylonis. & post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem, genuit Zorobabel. Zorobabel autem, genuit Abiud. Abiud autem, genuit Eliachim. Eliachim autem, genuit Azor. Azor autem, genuit Sadoch. Sadoch autem, genuit Achim. Achim autem, genuit Eliud. Eliud autem, genuit Eleazar. Eleazar autem, genuit Mathan. Mathan autem, genuit Iacob. Iacob autem, genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Abraham autem fuit filius Tharæ, qui vocatur Nachor. Qui fuit Seruch. Qui fuit Ragau. Qui fuit Phales. Qui fuit Heber. Qui fuit Sale. Qui fuit Cainan. Qui fuit Arphaxat. Qui fuit Sem. Qui fuit Noe. Qui fuit Lamech. Qui fuit Matusalæ. Qui fuit Enoch. Qui fuit Iareth. Qui fuit Malelehel. Qui fuit Enos. Qui fuit Seth. Qui fuit Adam. Qui fuit Dei. Omnes ergo generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim. Et à David usque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim. Et à transmigratione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim. Christi autem generatio sic erat: Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam cõvenirent, inuenta est in utero habes de Spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini in somnis apparuit ei dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentem: Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus. Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam, & non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum, & vocavit nomen eius Iesum. Factum est autem in illis diebus. Exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Hæc descriptio prima, facta est à præside Syria Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur, singuli in suam civitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de civitate Nazareth, in Iudæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethleem, eod quod esset de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret, & peperit filium suum primogenitum. Et pannis cum involvit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diversorio.

Et pastores erant in regione eadem, vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus Domini, stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere: Ecce ego euangelizo

Math. 1.

Luc. 3.

Math. 1.

Luc. 7.

Angelus apparuit pastoribus. Cap. 6.

Luc. 2.

lizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in cœlum, pastores loquebatur ad invicem. Transeamus usque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes, & inveniunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem, cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes quasi audierant, mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem, cõservabat omnia verba hæc confertim in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum, in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.

Ductus est Iesus a parentibus vsque circumcidetur. Cap. 7.

Et postquam cõsummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus: Quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moyse, tulerunt illum in Ierusalem, ut scirent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur: & ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Symeon, & homo ille iustus, & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutem tuam: quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Et erat pater eius & mater, mirantes super his quæ dicebantur de illo, & benedixit illis Symeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertranabit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser. Hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua, & hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, ieiunans & obsecrationibus serviens nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniens, cõfitebatur Domino, & loquebatur de illo, omnibus qui expectabant redemptionem Ierusalem. Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galilæam, in civitatem suam Nazareth.

De Magis qui venerunt ab Oriente. Cap. 8.

Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudææ, in diebus Herodis regis: Ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Et congregans omnes Principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt: In Bethleem Iudææ. Sic enim scriptum est per

Prophetam: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iuda: Ex te enim exit Dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, & mittens illos in Bethleem, dixit: Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inveni-eritis, renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum: qui cum audisset regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam, gaudii sunt gaudio valde. Et intrantes domum, inveniunt puerum cum Maria matre eius, & procident-tes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

Qui cum recessissent: Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes quaerat puerum ad perdendum eum. Qui confurgens, accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum, & erat ibi usque ad obitum Herodis, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum.

Tunc Herodes videns quoniam illatus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & omnibus sinibus eius, à bitumato, & infra, secundum tempus quod exquiserat à Magis. Tunc adimpletum est, quod dictum est per Prophetam, dicentem: Vox in rama audita est, ploratus, & ululatus multus: Rachel plorans filios suos: & noluit consolari, quia non sunt.

Defuncto autem Herode, ecce apparuit Angelus Domini in somnis Ioseph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Iuda. Defuncti enim sunt, qui quærebant animam pueri. Qui surgens, accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæa, pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Et veniens, habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas, Quoniam Nazareus vocabitur.

Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, in die solenni Paschæ. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendit illis Ierosolymam, secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognoverunt parentes eius. Aestimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inveniētes, regressi sunt in Ierusalem requirentes eum. Et factum est post triduum, inveniunt eum in templo, sedentem in medio Doctorum, audientem illos & interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili mi, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebatimus te. Et ait ad illos: Quid est, quod me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius cõservabat omnia verba

Mich. 5.

Herodes inuenit pueros. Cap. 10.

Iesus vocatur ex Ægypto. Cap. 11.

Remansit Iesus in Ierusalem. Cap. 12.

Luc. 4.

hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia, apud Deum & homines.

Ioannes baptista ap- paruit in Israël, Cap. 13.

Ioan. I.

Anno autem quinto decimo imperij Tiberij Cæsariis, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræ & Traconitidis regionis, & Lyfania Abilinae tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans Baptismum penitentia, in remissionem peccatorum, dicens: Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Hic est enim qui dictus est per Isaiam Prophetam, dicentem: Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: Et erunt prava in directa, & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutem Dei. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriâ quasi vnguenti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quem dixi vobis, qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, Deum nemo vidit vquam. Vnguentus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat, locusta, & mel sylvestre. Tunc exhibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur in Iordane ab eo, confitentes peccata sua. Videns autem multos Phariseorum & Saduceorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum penitentia. Et ne velitis dicere in tra vos, patrem habemus Abraham, Dico enim vobis, quoniam potest Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excindetur, & in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbæ dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem, dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt & publicani, vt baptizarentur, Et dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius quam constitutum est vobis, faciatis. Interrogabant eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concuriatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus. Miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & leuitas ad eum, vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negavit. Et confessus est, quia non

Matth. 3.

Matth. 3.

Ioan. I.

sum ego Christus. Et interrogaverunt eum. Quid ergo: Elias es tu? Et dixit, non sum. Propheta es tu? Et respondit, non. Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his qui miserunt nos? quid dicis de te ipso? Ait: ego sum vox clamantis in deserto, parate viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Phariseis. Et interrogaverunt eum, & dixerunt: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Ioannes, dicens: Ego quidem baptizo vos in aqua, in penitentiam. Qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calcamenta portare. Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne. Cuius ventilabrum in manu eius, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidē & alia exhortans, et evangelizabat populo. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.

Matth. 3.

Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem, ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Et ipse erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph. Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus dixit ei: Sine modo, sic enim decet nos adimplere omnem iustitiam: tunc dimisit eum. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli, & vidit spiritum Dei descendentem corporali specie sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de cælis dicens: Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: Quia vidistis spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum, & ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videritis spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.

Baptizatus est Iesus a Ioanne, Cap. 14.

Tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea clivus. Et accedens tentator dixit: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens, dixit: Scriptum est, non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum Diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia Angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Dominus: rursus scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. Et dixit illi: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade satanas, scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. Et consummata omni tentatione, tunc reliquit eum Diabolus vsque ad tempus. Eratque cum bestis. Et ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

Ductus est Iesus a spiritu in desertum, Cap. 15.

Alter die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo: & respiciens Iesum ambulante dicit: Pulchrum est agnoscere Deum, ecce qui tollit peccata mundi. Et audiverunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conversus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid queritis? qui dixerunt ei, Rabbi, quod

Duo discipuli Ioannis secuti sunt Iesum, Cap. 16.

Mat. 1.

De philippo & Nathanaele, Cap. 17.

In synagoga legit Iesus librum Isaiæ, Cap. 18.

Iesus vocavit Petrum & Andream, Iacobum & Ioannem, Cap. 19.

Luc. 5.

quod dicitur interpretatum magister, vbi habitas? dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo: Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus, qui audierunt à Ioanne, & secuti fuerunt eum. Inuenit hic primum fratrem suum Symonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Intravit autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Ioanna, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

In crastinum autem voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum, & dicit ei Iesus: Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida, civitate Andree & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, & Propheta, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Et dixit Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni & vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israelita in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus & dixit ei: Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis, maius vis videbis. Et dicit eis: Amen amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes supra filium hominis. Et regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.

Et venit Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagoga, & surrexit legere, & traditus est illi liber Isaiæ Propheta. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, euangelizans pauperibus misit me, predicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere contractos in remissionem, predicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum percussisset librum, reddidit ministro & sedit, & omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Exinde cœpit Iesus predicare & dicere: Quoniam impletum est tempus. Penitentiam agite. Et credite Euangelio. Appropinquabit enim regnum cælorum.

Ambulans autem iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus, sequuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauî cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, sequuti sunt eum. Factum est autem cum turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genezareth, & vidit duas naues stantes secus stagnum: Piscatores autem descenderant, & lauabant retia sua. Ascendens autem in vnâ nauim quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum, & sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo retia. Et

cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis, qui erant in alia nauî, vt venirent & adiunarent eos: & venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens: Exi à me, quia homo peccator sum Domine. Stupor enim circumdederat eum: & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant, similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timefe, ex hoc eris homines capiens. Et crediderunt in eum discipuli eius. Et subductis à terra nauibus, relictis omnibus, sequuti sunt illum.

Luc. 5.

Et cum transfret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Et surgens, relictis omnibus sequutus est eum. Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in Ennon, iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & adueniebant, & baptizabantur: nondum enim missus fuerat in carcerem Ioannes. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis, cum Iudæis de purificatione. Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti: Ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim, ego non sum Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est: Amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui. Qui deorsum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, super omnes est. Et quod videt & auditur, hoc testatur, & testimonium eius nemo accipit. Qui accipit eius testimonium, signatur, quia Deus verax est. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium habet vitam æternam, Qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Vt ergo cognouit Iesus, quia audierunt Pharisei, quia Iesus plures discipulos facit & baptizat quam Ioannes, quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius. Et quod Ioannes traditus esset, reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam. Cum autem audisset quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam. Et relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit Capharnaum, maritimam in finibus Zabulon, & terra Nephtalim, vt impleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam: Terra Zabulon & terra Nephtalim, via maris trans Iordanem Galilææ gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione vmbrae mortis, lux orta est eis.

Iesus vocauit Matthæum, Iacobum & Ioannem, quod Iordanem transiit in finibus Zabulon & Nephtalim, Cap. 21.

Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & predicans Euangelium regni, & sanans omnes male habentes variis languoribus, & tormentis regni cæporum, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & curauit eos. Et secute sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Ierosolymis, & Iudæa, & trās Iordanem. Et derinebat illi ne discederet ab eis. Quibus ille

circuibat in Galilæam, Iesus omnes regiones, & secessit in monte, eleuitur, & curauit eos, quæ seculum, Cap. 22.

ait: Quia & aliis ciuitatibus oportet me Euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et cum vidisset turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, Vocauit ad se quos voluit ipse. Et venerunt ad eum, & fecit ut essent duodecim cum illo. Quos & Apostolos nominauit. Simonem, quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, & Iacobum Zebedaei, & Ioan-

Luc. 6.

Math. 5.

Ineptaio diuitum, cap. 23.

Vos estis sal terrae, cap. 24.

Vos estis lux mundi, cap. 25.

Vos estis lux mundi, cap. 25.

Vos estis lux mundi, cap. 25.

Vos estis lux mundi, cap. 25.

Vos estis lux mundi, cap. 25.

Vos estis lux mundi, cap. 25.

Vos estis lux mundi, cap. 25.

Vos estis lux mundi, cap. 25.

Vos estis lux mundi, cap. 25.

relinque enim munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo; & tunc veniens offeres munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & index tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico vobis, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

Audistis quia dictum est antiquis: non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quoniam omnis qui videt mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proiice abs te: Expedi enim tibi, ut pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te, expedi enim tibi, ut pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.

Dictum est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam, der illi libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat.

Audistis quia dictum est antiquis, non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis: Non iurare omnino, neque per caelum, quia thronus Dei: neque per terram, quia scabellum est pedum eius. Neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni regis, neque per capillum tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sic aut sermo vester, est est, non non, quod autem his abundantius est, à malo est.

Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo. Sed si quis te percussit in dexteram maxillam tuam, praebere illi & alteram. Et ei qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere dimitte ei & palliū. Et quicumque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo. Qui petit à te da ei, & volenti mutuari à te, ne auertaris. Et qui auertit quae tua sunt, ne peras. Et prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

Audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sitis filij patris vestri qui in caelis est. Qui solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si bene feceritis his qui bene vobis faciunt, quae vobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si tantum dederitis his à quibus speratis recipere, quae gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus seruantur, ut recipiant aequalia.

Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt? Veruntamen diligite inimicos vestros & benefacite, & mutuū date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater vester caelestis perfectus est.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in caelis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante

munus ad altare. Cap. 27.

De adultio concupiscentiae. Cap. 28.

De reprobatione. Cap. 29.

De iuramento. Cap. 30.

De eo quod scribitur. Cap. 31.

De Diligendo proximum. Cap. 32.

De oculis. Cap. 33.

De oculis. Cap. 33.

De oculis. Cap. 33.

te, sicut hypocritae faciunt in synagogis & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.

De secreta oratione. Cap. 34.

Math. 6.

De occulto ieiunio. Cap. 35.

De non habendo super terram. Cap. 36.

Quia nemo potest duobus dominis seruire. Cap. 37.

Non debere solliciti esse de esca. Cap. 38.

Non debere solliciti esse de esca. Cap. 38.

Non debere solliciti esse de esca. Cap. 38.

Non debere solliciti esse de esca. Cap. 38.

Non debere solliciti esse de esca. Cap. 38.

gloria sua coopertus est, sicut vnus ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos minimae fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite autem primum regnū Dei, & iustitiam eius, & omnia haec adicientur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum, Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi: sufficit diei malitia sua.

Nolite iudicare, ut non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis. Mensuram bonam, conferentem & coagitatam, & super effluentem dabunt in sinum vestrum. Et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo, Sine eiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabes est in oculo tuo? Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi disrumpant vos.

Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet: Amice, commoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit ad me de via, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondens, dicat: Noli mihi molestus esse, iam osium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi. Et ille si perseverauerit pulsans, dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Ego dico vobis: Perite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipere, & qui querit inuenire, & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget illi? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget illi? Aut si ouem petierit, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nolitis bona dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in caelis est, dabit bona petentibus? Omnia ergo quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite eis, haec est enim lex, & propheta: Intrate per angustam portam, quia lata est porta, & spatiosa via, quae ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta via, quae ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.

Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit mala autem arbor, fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Bonus homo, de bono thesauro cordis sui, profert bona, & malus homo, de malo thesauro, profert mala: ex abundantia enim cordis os loquitur. Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Igitur & ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in caelis est, intrabit in regnum caelorum.

Parabola de amico, vel iudicio, vel condempnatione, vel condempnatione, vel condempnatione. Cap. 40.

Parabola de amico, vel iudicio, vel condempnatione, vel condempnatione, vel condempnatione. Cap. 40.

Parabola de amico, vel iudicio, vel condempnatione, vel condempnatione, vel condempnatione. Cap. 41.

Parabola de amico, vel iudicio, vel condempnatione, vel condempnatione, vel condempnatione. Cap. 41.

Parabola de amico, vel iudicio, vel condempnatione, vel condempnatione, vel condempnatione. Cap. 41.

Parabola de amico, vel iudicio, vel condempnatione, vel condempnatione, vel condempnatione. Cap. 42.

*Filiū Reguli ab-
genitē curavit.
cap. 55.*
Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset, quia Iesus adveniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum, ut descenderet & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade filius tuus vivit. Credit homo sermone quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem descendente eo serui occurrerunt ei, & nuntiauerunt dicentes: Quia filius eius viveret. Interrogabat autem horam ab eis in qua melius haberet, & dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, filius tuus vivit: & credidit ipse, & domus eius tota.

*Leui publicanus cō-
fecit. Et Iesu & discipulis ei.
scribæ & pharisæi.
discipulis.
publicanis.
cap. 56.*
Et fecit ei convitiium magnum Leui in domo sua. Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum fecit. Et Iesu & discipulis ei. Erant enim multi qui & sequebatur eum. Et videntes Scribæ & Pharisæi, quia manducaret cum peccatoribus & publicanis, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester? Hoc audito, Iesus ait illis: Non necesse habent sani medicum, sed qui male habent. Euntes autem discite, quid est Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim vocare veni iustos, sed peccatores in penitentiam. At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæorum, tui autem edunt & bibunt, & non ieiunant? Quibus ipse ait: Numquid possunt filij nuptiarum quandiu sponsus est cum illis, ieiunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare. Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem similitudinem ad illos: Quia nemo allimentum panni rudis affuit vestimento veteri: alioquin auferet supplementum nouum à veteri, & maior scissura fit. Et nemo mittit vinum nouum in vtres, alioquin rumpet vinum nouum vt res, & ipsum effundetur, & vtres peribunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittendum est, & vtres conseruantur. Et nemo bibens vetus, statim vult nouum, dicit enim, vetus melius est.

scribæ signum peccatorum ab eo multa dicit. cap. 57.
Tunc responderunt ei quidam de scribis & pharisæis dicentes: Magister volumus à te signum videre, Qui respondens, ait illis: Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophete. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Viri Ninivitarum surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia penitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: Et ecce plusquam Iona hic. Regina Austri surgit in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plusquam Salomon hic.

Quædam mulier de turba clamat ad Iesum. beatus uenter qui te portauit. cap. 58.
Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens quietem & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui: & veni ad inuenit vacantem, scopis mundatam & ornata. Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ.

Factum est autem cum hæc diceret, extollens quæ-

dam mulier vocem de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit, Quinimo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.
Aduc eo loquente ad turbas: Ecce Mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem Iesu: quia ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, mater tua quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ fratres est Mater mea & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris cap. 59. mei, qui in cælis est, ipse meus frater, Soror & mater est.
Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps Synagogæ Iesum minus, cui nomen Iairus, accessit & adorauit eum, dicens: Folia mea modo defuncta est, sed veni imposui manum super eam, & viuet. et surgens Iesus, persequatur eum, & discipuli eius. et ecce mulier, que sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis. curauit. et fuerat multa perpeffa à complaribus medicis, & Et filiam erogauerat omnia sua, nec ab vlllo potuit curari, sed Iam prius magis deterius habebat: venit in turba retro, & tetigit apertam sinitram vestimenti eius. Dicebat enim intra se. Quod ego morfi vel vestimentum eius tetigero, salua ero: & confestim stetit fluxus sanguinis eius, et sensit corpore, quod sanata esset à plaga. et statim Iesus cognouit in se. cap. 60. metipso virtutem quæ exierat ab eo, conuersus ad turbas aiebat: Quis me tetigit? negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cum illo erant: Præceptor, turba te comprimunt & affligunt & dicis, quis me tetigit? et dixit Iesus: Tetigit me aliquis. Nam & ego noui virtutem de me exiisse. et circumspiciebat videre eam quæ hoc fecerat. Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius, & ob quæ causam tetigerit eum indicauit coram omni populo, & quemadmodum confessum sanata sit, et ipse dixit illi: Filia, fides tua te saluam fecit, vade in pace, & esto sana à plaga tua. Adhuc eo loquente, venit quidam ab Archisynagogo, dicens ei: Quia mortua est filia tua, quid ultra vexas magistrum. Iesus audito verbo hoc, ait Archisynagogo: Noli timere, crede tantum, & salua erit. Et non permisit quenquam sequi se, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi. Et cum venisset in domum Archisynagogi, vidit tibicines, & turbam tumultuantem, & flentes, & eulantes multum. Et ingressus, dicebat: Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum, scientes quod mortua esset. Ipse vero eiectis omnibus, assumpto patre & matre puellæ, & qui secum erant, & ingrediebantur ubi erat puella iacens, & tenens manum eius, ait illi: Talitha, cumi: Quod est interpretatum, puella tibi dico, surge: & reuersus est spiritus eius. Et surrexit continuo puella, & ambulabat. Erat autem annorum duodecim. Et obstupuerunt omnes stupore maximo, & præcepit illis vehementer, vt nemo id sciret: Et iussit illi dare manducare. Et exiuit fama hæc in vniuersam terram illam.
Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci, clamentes & dicentes: Miserere nostri fili David. cum duos cæci autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci, & eos curauit eis Iesus: Creditis, quia possum hoc facere vobis? ait, & de Dicunt ei: Vtique Domine. Tunc tetigit oculos eorum manibus suis: & ait illis: Surge, & ambula. Et aperit sunt oculi eorum. Et comminatus est Iesus eis dicens: Mutum videte, ne qui sciat. Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in vniuersa terra illa. Egressis autem illis, ecce ob-

tulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem: & eiecto dæmonio, locutus est mutus. Et miratæ sunt turbæ dicentes: Nunquam apparuit sic in Israël. Numquid iste est filius David.
Pharisæi dicunt de Iesu, in Beelzebub principe dæmoniorum hic eiicit dæmonia. cap. 62.
Pharisæi autem dicebant, in Beelzebub principe dæmoniorum hic eiicit dæmones. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipso diuisum desolabitur, & omnis ciuitas diuisa aduersus se, non stabit. Si autem & Satanus in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius? Non potest stare, sed finem habet: quia dicitis in Beelzebub eiicere dæmonia. Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito Dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domo fortis, & vasa eius diripere, in quibus cõsuebat: nisi prius alligauerit foretem, & tunc domum illius diripiat? Qui non est mecum, contra me est. Et qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico vobis: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiæ non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei. Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Siquidem ex fructibus arbor cognoscitur. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis, os loquitur. Bonus homo de bono thesauro, profert bona. Et malus homo, de malo thesauro, profert mala. Dico autem vobis: quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddet rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.
Martha Iesum iussit in domo sua. cap. 63.
Factum est autem dum irent: & ipse Iesus intravit in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine Maria. Quæ etiam sedens secus pedes Domini Iesu, audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quæ stetit & ait: Domine, non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi vt me adiuet. Et respondens dixit illi Dominus: Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro, vnus est necessarium, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.
Ioannes de carcere misit ad Iesum interrogare eum. cap. 64.
Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, conuocans duos de discipulis suis misit ad Iesum dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? In ipsa autem hora curauit multos à languoribus & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. Et respondens dixit illis: Euntes nuntiate Ioanni quæ vidistis & audistis: quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, sordi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cepit Iesus dicere de Ioanne ad turbas: Quid exiistis in deserto videre? Arundinem vento agitam? Sed quid exiistis videre? Hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt, & delitiis, in domibus regum sūt. Sed quid exiistis videre Prophetam? Vtique dico vobis, & plus quàm Prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis: Maior inter natos mulierum Prophetæ, Ioanne Baptista nemo est. Qui autem minor est

in regno cælorum, maior est illo. Et omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati Baptismo Ioannis. Pharisæi autem & legisperiti, consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo. A diebus autem Ioannis Baptistæ, vsque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Math. 11
Omnes enim Prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. Et si vultis recipere, ipse est Elias, qui vultus est. Qui habet aures audiendi audiat. Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coequalibus, dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis, lamentauimus, & non planxistis. Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus: & iustificata est sapientia à filiis suis.
Tunc cepit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius: quia nõ egissent penitentiam. Exprobrauit tibi Corozin, & tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere penitentiam egissent. Veruntamen dico vobis: Tyro & Sydoni remissus erit in die iudicij, quàm vobis. Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis: vsque in infernum descendes: Quia si in Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in tuis, forte mansissent vsque in hunc diem. Veruntamen dico vobis: quia terræ Sodomorum remissus erit in die iudicij, quàm tibi.
Et cum venissent Apostoli ad Iesum, renuntiauerunt illi omnia quæ confecerant, & docuerant. Et ait illis: Venite secorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant autem qui veniebant multi, & nec manducandi spatium habebant. ad Iesum. cap. 66.
Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus, & dicebat illis: Qui vos audit, me audit: & qui spernit me, spernit me, spernit me, spernit me, spernit me. Reuersi autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. et ait illis: Videbam Satanam, sicut fulgur de cælo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocet. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur. Gaudete autem, quoniam nomina vestra scripta sunt in cælis. In ipsa hora exultauit Spiritus sancto, & dixit: Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et tamen pater, quia sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo nouit filium nisi Pater, neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cum Filius voluerit reuelare et conuersus ad discipulos suos dixit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite enim iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Si quis venit ad me, & non odit Patrem suum, & matrem & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens ædificare turrim, non prius sedens compu-

Luce 14.

putat sumptus qui necessarii sunt, si habet ad perficiendum, ne postea quam posuerit fundamentum, & non poterit perficere, omnes qui vident, incipiant illudete ei, dicentes: Quia hic homo cepit edificare, & non potuit consummare: Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se: Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest, meus esse discipulus.

Accusabant discipulos eius. Cap. 68.

Et factum est in sabbato secundo primo, cum transiret Iesus per sata, vellebant esurientes discipuli eius, spicas, & manducabant, confricantes manibus. Quidam autem Phariseorum dicebant illis: Quid facitis, quod non licet in sabbatis: Et respondens ad eos, dixit: Nec hoc legitis, quod Dauid fecit, cum esurisset ipse, & qui cum ipso erant: quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducavit, & dedit his qui cum eo erant quos non licebat ei manducare, nisi solis Sacerdotibus. Et dicebat illis: Quia Dominus est filius hominis, etiam sabbati. Aut non legitis in lege, quia sabbatis Sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt: Dico autem vobis, quia templo maior est hic. Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum.

Die Sabbati in synagoga eius dextra erat arida. Cap. 69.

Factum est autem & in alio sabbato, vt intraret in Synagoga, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextra erat arida. Obseruabant autem Scribae & Pharisei, si in sabbato curaret, vt inuenirent vnde accusarent illum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum. Et ait homini qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medium. Et surgens stetit. Ait autem ad illos, Iesus: Interrogo vos, si licet sabbatis benefacere, an male, animam saluam facere, an perdere? At illi tacebant. Et circumspiciens omnibus, dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit. Et restituta est sanitati manus eius, sicut & altera. Et dixit ad eos: Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hæc sabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quanto magis est melior homo oue? Itaque licet Sabbatis benefacere. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad inuicem, quidnam facerent Iesu. Iesus itaque sciens secessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes. Et præcepit eis vt manifestum eum facerent, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam dicentem: Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non exstinguet, donec eiciat ad victoriam iudicium. Et in nomine eius gentes sperabunt.

Iesus in monte orat, & iuxta mare turbis & discipulis. Cap. 70.

Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et quum suis pluris dies factus esset, vocauit discipulos suos. Et exiens de domo, sedebat secus mare: & congregatae sunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam ascendens sederet. Et omnis turba stabat in litore, & locutus est eis multum. Et ait illis in parabolis dicens: Ecce exiit qui seminatur, seminare semen suum: Et qui seminatur, quædam ceciderunt secus viam, & conculcatae sunt, & venerunt volucres cæli, & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, & non habuerunt terram multam, & continuo exorta sunt, quia

non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto, extiterunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt inter spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia vero ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat.

Aliam parabolam proposuit illis dicens: Simile factum est regnum cælorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Quum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superfeminavit zizania in medio tritici, & abiit. Quum autem creuissent herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo, vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis, imus & colligimus ea? Et ait: Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticum cum eis. Sinite vtraque crescere ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.

Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Cui simile est regnum Dei, & cui simile esse æstimo istud? Aut cui parabolæ comparabimus illud? Simile est grano sinapis, quod accipiens homo, seminavit in hortum suum: quod minimum est omnibus holeribus: & fit arbor, ita vt volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius.

Aliam parabolam locutus est eis: Simile est regnum cælorum fermento, quod accepit mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis, dicens ad turbas. Et talibus parabolis multis loquebatur eis versus phetam, dicentem: Aperiam in parabolis os meum, & eructabo abscondita a constitutione mundi. Et accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens ait illis: Quia vobis datum est nosse mysteria regni cælorum, illis autem non est datum. Scorsum autem discipulis suis differebat omnia. Ideo in parabolis loquitur eis qui videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt, & adimpletur in eis Prophetia Isaiæ Prophetæ, dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. In crassatū est cor populi huius, & auribus grauitur audierunt, & oculos suos clauferunt, nequādo oculis videat, & corde intelligat, & conuertatur, & sanet eos. Vestri autem beati oculi, quia videt, & aures vestrae, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ & iusti, cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus & rapit quod seminatum est in corde eius. Hic est qui secus viam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est: hic est qui verbū audit, & cōtinuō cū gaudio accipit illud. Non habet autem in se radicē, sed est temporalis. facta autē tribulatione & persecutione propter verbū, continuo scandalizatur. Qui autē seminatus est in spinis, is est qui verbū audit, & sollicitudo sæculi istius, & fallacia diuitiarū suffocat verbū, & sine fructu efficitur. Qui vero in terram bonā seminatus est, hic est qui audit verbū & intelligit, & fructum afferit, & facit aliud

Discipulis dicitur. Cap. 75.

Qui seminat semen vadit dormit, vel surgit. Et discipulis parabolam zizaniorum agri dixerit. Cap. 76.

aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero tricesimum.

Sic est regnū Dei: quemadmodū si homo iaciat semetē in terram, & dormiat, & exurgat nocte ac die, & semē germinat & incresecat, dū nescit ille. Vtrū enim terra fructificat, primum herbā, deinde spicā, deinde plenū frumentū in spica. Et quū se produxerit, statim mittit falcē, quoniā ad est messis. Tūc dimissis turbis venit in domū, & accesserūt ad eū discipuli ei: & differe nobis parabolā zizaniorū agri. Qui respōdēs, ait: Qui seminat bonū semē, est filius hominis, ager autē est mūdus. Bonū verò semē, hi sunt filij regni. Zizania autē, filij sunt nequæ. Inimicus autē qui seminavit ea, est Diabolus: messis verò, cōsummatio sæculi est: messorēs autē, Angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni cōburuntur: sic erit in cōsumatione sæculi. Mittet filius hominis Angelos suos, & colligēt de regno eius omnia scandala & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt, sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

De thesauro abscondito in agro, & negotiatio ne margaritarum: de sagena missa in mare, & de patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & vetera. Cap. 77.

Simile est regnū cælorū thesauro abscondito in agro quē qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrū illum. Iterū suauile est regnū cælorū homini negotiatori, quærenti bonas margaritas, inuenta autē vna pretiosa margarita, abiit, & vendidit oīa quæ habuit, & emit eā. Iterū simile est regnū cælorum sagena missa in mare, & ex omni genere pisciū cōgregati. Quā cū impleta esset, eaducētes, & secus litus sedēs, elegerūt bonos in vasa sua, malos autē foras miserit. Sic erit in cōsumatione sæculi. Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorū, & mittēt eos in caminū ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dixerunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Et factum est cū conuenerat Iesus parabolis istas, transiit inde.

Contra Iesum eius indignatus sum, dicens: Vnde huic tanta scientia. Cap. 78.

Et veniēs in patriam suā, docebat eos in synagoga, ita vt miraretur, & diceret: Vnde huic sapientia hæc, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? Nōne hic est fabri filius? Nōne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph, & Simō, & Iudas, & sorores eius, nōne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabatur in eo. Et ait illis: Vtrique dicetis mihi hæc similitudinem: Medice cura te ipsum. Quanta audivimus facta in Capharnaū, fac & hic in patria tua. Ait autē: Amē dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua, & in domo sua. Et nō fecit ibi virtutes multas propter incredulitatē illorum, nisi paucos infirmos impositis manib⁹ curauit, & mirabatur propter incredulitatē illorū. In veritate dico vobis: multæ viduæ erāt in diebus Eliæ in Israël, quādo clausum est cælū annis tribus, & mōsibus sex, cū facta esset fames magna in omni terra, & ad nullā illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ ad mulierē viduā. Et multi leprosi erāt in Israël sub Eliseo Propheta, & nemo corū mundatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga, ira, hæc audientes. Et surrexerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat edificata, vt precipitarent eum: ipse autem transiens per medium illorum, ibat.

De Herodis conuincit. Cap. 79.

In illo tempore, Herodes Tetrarcha misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem vxorē Philippi fratris sui, quia duxerat eam Tom. 2.

dicebat enim Ioannes Herodi: non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat: Timebat enim populum, quia sicut Prophetam cum habebat, similiter & Herodes volens illum occidere timebat. Sciēs enim virum iustum & sanctum, & custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat, & libeter eum audiebat. Et cū dies opportunus accidisset, Herodes natali suo cœnam fecit principibus, & tribanis, & primis Galilææ. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis & saltasset, & placuisset Herodi, simulque recubentibus, rex ait puellæ: Pere à me quod vis, & dabo tibi. Et iuravit illi: Quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cū exiisset, dixit matri suæ: Quid peti? At illa dixit, caput Ioannis Baptistæ. Cūque introisset statim eum festinatione ad regē, petiuit dicens: Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus est rex, propter iurandū, & propter simul recubentes: noluit autē eam cōtristare, misitque spiculatorē, & decollauit Ioanē in carcere, & allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ, & dedit matri suæ. Et accedēs discipuli eius tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud in monumento. Et venietes nunciauerunt Iesu. Audiuit autem Herodes famā Iesu, & omnia quæ fiebant ab eo: & hæsitabat, eo quod diceretur à quibusdā, quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdā verò, quia Elias apparuit: Ab aliis autē quod Propheta vnus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Ioannē ego decollavi, quis autem est iste de quo ego audio talia? Et quærebat videre eum. Quod cum audisset Iesus, secessit inde in nauicula in locum desertum: seorsum. Et cum audissent turbæ, secutæ sunt eum pedes de ciuitatibus. Et exiens vidit turbam multam, & miserus est eius, & curauit languidos eorum.

Vespere autem facto, accedēs duodecim, dixerūt illi: Dimitte turbas, vt euntes in castella villasque quæ circa sunt, diuertāt, & inueniant escas, quia hic in loco deserto sumus. Iesus autem dixit illis: Non habent necesse ire, date illis vos manducare. Respōdit ei Philippus, ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis: sed vnusquisque modicum quid accipiat. Et dicit eis: Quot panes habetis? Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas, frater Simonis Petri: Est puer vnus hic qui habet quinque panes ordaceos, & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos? Nisi forte nos camus, & esuriamus in omnem hanc turbam escas. Qui ait eis: Asserte illos mihi hic. Et præcepit illis, vt accumbere facerent omnes secundū contubernia, supra viride fœnum. Et discubuerunt in partes, & per centenos, & per quinquagenos. Acceptis autem quinque panibus, & duobus piscibus, respexit in cælū, & benedixit illis, & fregit, & distribuit discipulis suis: Discipuli autē turbis. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducantium autem fuit numerus quinque milia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis. Et statim iussit discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum transierunt ad Bethsaidam, donec dimitteret turbas. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum, dicebant: Quia hic est vete propheta, qui veniurus est in mūdum. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerēt eum regē, surgit. Et dimissa turba, ascendit in montem solus, orare.

Vespere autē facto, solus erat ibi, nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat autem conuincit. Cap. 81.

Ioanis in-terfectio- ne expo- nit. Cap. 79.

Matth. 14. Luc. 3.

Iesus in deserto de quinque panibus, & duobus piscibus, vnusquisque modicum quid accipiat. Cap. 8.

Iesus sub- pedibus ambulauit. Cap. 79.

Matt. 14.

laborantes, venit ad eos ambulans supra mare. Et volebat praterire eos. Et videntes eum supra mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est, & prae timore clamauerunt. Statimque Iesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus, dixit: Domine, si tu es inbe me venire ad te super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, vt veniret ad Iesum. Videns verò ventum validum, timuit. Et cum cœpisset mergi, clamauit dicens: Domine, saluum me fac. Et continuo Iesus extendens manum apprehendit eum, & ait illi: Modice fidei, quare dubitasti? Et cum ascendisset nauiculam, cessauit ventus, & statim fuit nauis ad terrā, ad quā ibant. Qui autem in nauicula erant, venerunt & adorauerunt eū, dicientes: Verè filius Dei es.

Transfertur. Et cum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes nerunt in malè habētes, & rogabant eum, vt vel simbriam vestitorū Germeti eius tegerēt. Et quicūq; tetigerūt, salui facti sunt. n. s. f. Altera die turba, quā stabat trās mare, vidit quia nauicula alia nō erat ibi nisi vna, & quia nō introisset cū discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eī abisset, cum trans aliē verò supuenērūt nauē ad Tiberiade, iuxta locū vbi mare. De māducauerāt panē, gratias agētes dño. Cū ergo vidisset turba, quia Iesus nō esset ibi, neq; discipuli eī, ascendērūt in nauiculas, & venērūt Capharnā, quērētes Iesū. Et cum inuenissent eū trās mare, dixerūt ei: Rabbi, quando huc venisti? Respondit Iesus eis, & dixit: Amen Indaorū. amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia māducastis ex panibus, & saturati estis. Ope- quod dicit ramini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam. Iesū: ego tam æternam, quem filius hominis vobis dabit: hunc enim pater signauit Deus. Dixerunt ergo ad eū: Quid faciemus, vt operemur opera Dei? Respondit Iesus, & dicit eis. Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misi ille. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signū, vt videamus, & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manna māducauerūt in deserto, sicut scriptū est: Panē de cœlo dedit eis māducare. Dixit ergo eis Iesus: Amē amē dico vobis: Nō moyses dedit vobis panē de cœlo, sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Panis enim Dei est, qui descendit de cœlo, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitæ: qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet vnquam. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet. Et eum qui venit ad me, non eiciam forās. Quia descendit de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hæc est voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est enim voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam, & resuscitabo eum in nouissimo die. Murmurabant ergo Iudæi die illo, quia dixisset: Ego sum panis qui de cœlo descendi, & dicebāt: Nōne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cœlo descendi? Respondit ergo Iesus: Nolite murmurare in inuicem. Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à Patre, & didicit,

Matt. 13. Mar. 6.

Et cum transfretassent, venerunt in terram Genesart. Et cum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes nerunt in malè habētes, & rogabant eum, vt vel simbriam vestitorū Germeti eius tegerēt. Et quicūq; tetigerūt, salui facti sunt. n. s. f. Altera die turba, quā stabat trās mare, vidit quia nauicula alia nō erat ibi nisi vna, & quia nō introisset cū discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eī abisset, cum trans aliē verò supuenērūt nauē ad Tiberiade, iuxta locū vbi mare. De māducauerāt panē, gratias agētes dño. Cū ergo vidisset turba, quia Iesus nō esset ibi, neq; discipuli eī, ascendērūt in nauiculas, & venērūt Capharnā, quērētes Iesū. Et cum inuenissent eū trās mare, dixerūt ei: Rabbi, quando huc venisti? Respondit Iesus eis, & dixit: Amen Indaorū. amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia māducastis ex panibus, & saturati estis. Ope- quod dicit ramini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam. Iesū: ego tam æternam, quem filius hominis vobis dabit: hunc enim pater signauit Deus. Dixerunt ergo ad eū: Quid faciemus, vt operemur opera Dei? Respondit Iesus, & dicit eis. Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misi ille. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signū, vt videamus, & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manna māducauerūt in deserto, sicut scriptū est: Panē de cœlo dedit eis māducare. Dixit ergo eis Iesus: Amē amē dico vobis: Nō moyses dedit vobis panē de cœlo, sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Panis enim Dei est, qui descendit de cœlo, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitæ: qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet vnquam. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet. Et eum qui venit ad me, non eiciam forās. Quia descendit de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Hæc est voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est enim voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam, & resuscitabo eum in nouissimo die. Murmurabant ergo Iudæi die illo, quia dixisset: Ego sum panis qui de cœlo descendi, & dicebāt: Nōne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cœlo descendi? Respondit ergo Iesus: Nolite murmurare in inuicem. Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à Patre, & didicit,

venit ad me. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi qui est à Deo, hic vidit Patrem. Amen amen dico vobis, qui credit in me habet vitam æternam. Ego sum panis vitæ, Patres vestri manducauerunt manna in deserto & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dicit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, habet vitam æternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, in me manet, & ego in illo. Sicur misi me viuens pater, & ego viuo propter Patrem. Et qui manducat me, & ipse viuuet propter me. Hic est panis, qui de cœlo descendit, non sicut manducauerunt Patres vestri manna in deserto, & mortui sunt. Qui manducat hunc Panem, viuuet in æternum. Hæc dixit in synagoga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat: Si ergo videritis filium hominis ascendentem, vbi prius erat? Spiritus est qui viuificat, caro non potest quiquam. Verba quæ ego locutus sum vobis, Spiritus & vita sunt. Sed sunt quidā ex vobis, qui non credūt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credēs & quis traditurus esset eum. Et dicebat: propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datū à patre meo. Ex hoc multī discipulorū eius abierūt retro, & iam nō cū illo ambulabāt. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nūquid & vos vultis abire? Respondit ergo Simon Petrus: Domine, ad quē ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei. Respondit eis Iesus: Nōne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vens Diabolus est? Dicebat autem Iudā Simonis Scariothen. Hic enim erat traditurus eū, cum esset vnus ex duodecim.

Ioh. 6.

Rogauit autem illum quidam Phariseus, vt prædiceret apud se, & ingressus, recubuit. Phariseus autē cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prædium. Et ait Dominus ad illū: Nunc vos Pharisei quod de foris est calicis & catini mundatis, quod prædium, autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti nōne qui fecit quod de foris est, etiā id quod deintus est, fecit? Verū tamen quod superest, date re nō suæ elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

Pharisei & quidā de scribis veniētes ab Hierosolymis, cū vidissent quosdā ex discipulis eius, cōmuni- bus manib*, id est nō lotis, māducare panes, vituperauerunt, dicētes: Quare discipuli tui trāsrediūtur tradi- tiones seniorū? Non enim lauant manus, cū panē māducant. Ipse autē respondēs, ait illis: Quare & vos trās- gredimini mandatū Dei, propter traditionē vestram? manduca- Nam De* dixit: Honora patrē & matrē, & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autē dicitis: Quicunque dixerit patri vel matri, munus quodcūque est ex me, tibi proderit, & non honorificauit patrem suū & matrem, irritum fecistis mandatū Dei, propter traditionem

Mar. 7.

traditionem vestram. Pharisei enim & omnes Iudæi, nisi crebro lauant manus, non manducant, tenētes traditiones seniorum: & à foro nisi baptizentur, non comedunt. Et alia multa sunt, quæ tradita sunt illis Iesuarre baptismana calicum, & vrceorum, & æramento- rum, & lectorum, & alia his similia faciunt multa. Ir- ritum fecistis mandatū Dei, propter traditionem vestram. Hypocrite, bene Prophetavit de vobis Iesaias, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longē est à me. Sine causa colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. Relinquentes enim mandatū Dei, tenetis traditionem hominum. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite: Non quod intrat in os, coinquinat hominem. Tunc accedētes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quia Pharisei autem verbo hoc, scandalizati sunt? At respondēs, ait: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatūm præbet, ambo in foueam cadunt. Et cum introisset in domum à turba, rogabat eum Petrus: Edificare nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, auaritia, nequitia, dolus, impudicitia, oculi malus, blasphemia, superbia, stultitia. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

Math. 15

Mar. 7.

De muliere syrophenicis. clamauit dicens: Miserere mei Domine, filij David, siquæ pro lia mea male à dæmonio vexatur. Iesus autem non re- spondit ei verbum. Et accedētes ad eum discipuli eius rogabāt eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. At illa venit & adorauit eum, dicens: Domine adiuua me. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios. Non est enim bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia illius ex illa hora.

Iesus sursum ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos, & adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eū, vt imponeret illi manum. Et apprehedens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas, & expuens tetigit linguam eius. Et suspiciens in cœlum ingemuit, & ait illi: Epheta, quod est adaperire: & statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectē, & præcipit illis ne cui dicerent. Quantò autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eò amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Iesus surrexit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat lieri Sama autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, iuxta prædium sic super fontem. Hora autem erat quasi sextima. Venit mulier de Samaria, haurire aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Dicit ergo mulier illa

Samaritana: Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me possis, quæ sum mulier Samaritana? Non enim coaruntur Iudæi Samaritanis. Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, Tu forsitan petiisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est. Vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier. Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier & dixit: non habeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir: hoc verè dixisti. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, quia venit hora quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudæis est. Sed aduenit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit qui adorent eum. Spiritus est Deus & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cū ergo venerit, ille nobis annūtiabit omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerūt discipuli eius, & mirabantur, quia cū muliere loquebatur. Nemo tamen dixit, quid quæritis, aut quid loqueris cū ea. Reliquit ergo hydriam suā mulier, & abiit in ciuitatē, & dicit illis hominibus: Venite, & videte hominē, qui dixit mihi omnia quæcunq; feci: Nūquid ipse est Christus? Exierunt de ciuitate, & veniebāt ad eū. Interrogabant autē eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibū habeo manducare, quē vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem: Nūquid aliquis attulit ei māducare? Dicit eis Iesus: Meus cibus est, vt faciam voluntatē eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Nōne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedē accipit, & cōgregat fructū in vitam æternam, vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est verbum verū, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis, alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi infirmum crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibētis, quia dixit mihi omnia quæcūque feci. Cumque venissent ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret, & mansit ibi annis iaduos dies. Et multō plures crediderūt propter sermonem eius, & mulieri dicebant: Quia iam non propter firmitatem tuam loquelam credimus. Ipse enim audiuimus, & scimus, quia verè hic est Saluator mundi.

Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymā, Est autē Hierosolymis probatica piscina quæ cognominatur Hebraicè Bethesda, quinquasportuauit, que porticus habens. In his iacebat multitudo magna

languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aque motum. Angelus autem Domini secundum tempus descendebat in piscinam, & movebatur aqua. Et qui prior descendisset post motionem aquæ, sanus fiebat à quocunque languore tenebatur. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habes in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognovisset quia iam multum tempus haberet. Dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei laguidus: Domine, hominem non habeo ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabbatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo, & sustulit grabbatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in illo die. Dicebant Iudei, illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabbatum tuum. Respondit eis. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabbatum tuum & ambula. Interrogaverunt ergo eum, quis est ille homo qui tibi dixit: Surge tolle grabbatum tuum, & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat qui esset. Iesus enim declinavit se à turba constituta in loco. Postea invenit Iesus illum in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, & nunciavit Iudeis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum. Propterea persequebantur Iudei Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Iesus autem respondens eis: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo quærebant eum magis Iudei interficere, quia non solum solvebat sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit itaque Iesus, & dixit eis: Amen dico vobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quæ viderit patrem facientem. Quæcunque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrat ei opera, ut vos miremini. Sicut enim pater suscitavit mortuos, & vivificavit, sic & filius quos vult, vivificat. Neque enim pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Et in iudicium non venit, sed transiet à morte in vitam. Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & quia audierint, vivent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei, iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius, & procedent qui bona fecerunt in Resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in Resurrectionem iudicij. Non possum ego à meipso facere quicquam. Sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est. Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia verum est testimonium quod perhibet de me. vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed hæc dico, ut vos salvi sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens, vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater me misit. Et qui misit me pater, ipse testi-

Ioan. 5.

Ioan. 7.

monium perhibuit de me. Et neque vocem eius audivistis, neque speciem vidistis. Et verbum eius non habetis in vobis manens, quia quem misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini scripturas, quia putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, ut vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio, sed cognovi vos, quia dilectionem non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quam à solo Deo est, non queritis? Nolite putare, quia ego accusatus sum vos apud patrem. Est qui accusat vos Moyses, in quo speratis. Si enim crederetis Moysi crederetis forsit & mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis crederis?

Et relicto illis, in illis diebus, iterum cum turba multa esset, convocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ, quia ecce triduo iam perseverant mecum, & non habent quod manducet: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficient in via. Et dicunt ei discipuli: Unde ergo nobis in deserto panes tantum, ut saturemus turbam tantam? Erat autem Iesus: Quot panes habetis? Et illi dixerunt: Septem, & paucos pisciculos. Et præcepit turbæ, ut discumberet super terram. Et accipiens septem panes & pisces, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo, & comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfluum de fragmentis, tulervnt septem sportas plenas. Erant autem qui manducaverant, quatuor millia hominum, extra parvulos & mulieres, & dimisit eos. Et statim ascendens navim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha. Et cum venissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere, & nisi unum panem habebant secum in navi. Et præcebat eis dicens: Intuemini, & caute à fermento Phariseorum, & Saduceorum, & fermento Herodis. At illi cogitabant intra se, dicentes, quia panes non habemus. Sciens autem Iesus, dixit: Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neque recordamini? Adhuc cæcaturum habetis cor vestrum, oculos habentes non videtis, & aures habentes non auditis? Nec recordamini, quando quinque panes fregi, in quinque millia? Quot cophinos fragmentorum sustulistis? Dicunt ei, duodecim. Quando & septem panes in quatuor millia, quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei, septem. Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis. Caute à fermento Phariseorum & Saduceorum. Tunc intellexerunt, quia non dixerit cavendum à fermento panum, sed à doctrina Phariseorum & Saduceorum.

Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij vero Ieremiam, aut unum ex Prophetis. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es homines Christus filius dei vivi. Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simo, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Et dico tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalent adversus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis. Et quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis.

Matth. 16. Marc. 8. Luc. 12.

Ioan. 6. cap. 90. Tunc

Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent, quia ipse esset Christus. Exinde cepit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolimam, & multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus, cepit increpare illum, dicens: Absit à te Domine, non erit tibi hoc. Qui cõversus, dixit Petro: Vada post me Satanas, scandalum es mihi, quia non sapias ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum. Tunc convocata turba cum discipulis, dixit eis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum uniuersum lucratur, animam vero suam detrimentum patiat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opus eius.

Amen dico vobis: Sicut quidam de hic statibus, qui non gustabit mortem donec videant filium hominis venientem de hic in regno suo. Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in mentem non gustat excelsum seorsum, ut oraret, & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius alba sicut nix, splendentia, candida nimis, quam illa fullo super terram non potest candida facere. Et ecce apparuit illis Moyses & Elias cum eo dicentes in maiestate. Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse: vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum & Eliæ unum. Adhuc eloquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de celo, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite & nolite timere. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. Et descendit illis de monte, præcepit Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. Et interrogaverunt eum discipuli, dicentes: Quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam primum venire oportet? At ille respondens, dixit: Elias quidem venturus est, & ille restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt. Sic & filius hominis, passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixit eis. Et cum venisset ad turbam, vidit scribas conquirentes cum illis. Et confestim omnis populus videns Iesum, stupefactus est, & expauerunt. Et accurrentes salutabant eum, & interrogavit eos: Quid inter vos conquiritis?

In ipsa die accesserunt quidam Phariseorum, dicentes illi: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite, & dicite vulpi illi: Ecce eiicio daemonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Veritatem oportet me hodie, & cras, & tertia die ambulare, quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem. Factum est autem in sequenti die, & exiit ad eum homo genibus eius pronolutus, & exclamavit dicens: Domine, miserere filio meo, quia avunculus est mihi, & lunaticus est. Et cum spiritu apprehendit eum, allidit & spumat, & stridet dentibus, & arcescit, & male patitur. Nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam, & subitò clamat, & dissipat eum, & vix

discedit dilanians eum. Et rogavi discipulos tuos ut eiicerent eum, & non potuerunt curare eum. Respondens autem Iesus, dixit: O generatio infidelis & peruersa, vsque modo ero apud vos? Afferte illum huc ad me. Et cum accederet & vidisset illum, statim spiritus conturbavit eum, & elisus in terram volutabatur spumans. Et interrogavit patrem eius, quantum temporis est ex quo ei hoc accidit. At ille ait, ab infantia: Et frequenter eum & in ignem & in aquam misit, ut eum perderet: Sed si quid potes, adiuva nos, miserum nostrum, Iesus autem ait illi: si potes credere, omnia possibilia credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lacrymis, aiebat: Credo Domine, adiuva incredulitatem meam. Et cum videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surge & mune spiritus, ego tibi præcipio, exi ab eo, & amplius ne introcas in eum. Et clamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo. Et factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent, quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius, elevavit eum, & surrexit. Et curatus est puer ex illa hora, & reddidit illum patri eius. Stupebant autem omnes in magnitudine Dei. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secreto, & dixerunt: Quare non potuimus eiicere illum? Dicit illis, propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus demoniorum non eiicitur, nisi per orationem, & ieiunium.

Tom. 2.

Conuerfantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occidetur, & tertia die resurget. At illi sua discipulorum ignorabant verbum, & timebant eum interrogare. Erat autem venissent Capernaum, accesserunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachma? Ait: Etiam. Et cum intrasset domum, præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? à filiis suis, an ab aliis? Et ille dixit: Ab aliis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filii regum, & mitte hamum, & cum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius, invenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te. In illa hora cum domi esset, interrogabat eos: Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Siquidem in via disputabant, quis illorum esset maior? Et ille suscitavit eos, accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno cælorum? Et aduocans Iesus, erit in parvulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuerſi fueritis, & efficiemini sicut parvuli non intrabitis in regnum cælorum. Quicunque ergo fruerit se humiliauerit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno cælorum. Si quis vult esse maior, erit omnium non servus, sed servus, & omnium minister. Et qui susceperit unum militem se, parvulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis illis, qui in meo nomine credidit: expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Respondens autem Ioannes, dixit: Magister, viderimus quendam in nomine tuo eiicientem demonia, & vi eos qui prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Iesus faciens statim autem ait: Nolite prohibere eum, nemo est enim qui noceat virtuti in nomine meo, & possit citò male loqui de me. Qui enim non est adversus vos, pro vobis est.

Interrogavit eos: Quid in via disputabatis? At illi tacebant. Siquidem in via disputabant, quis illorum esset maior? Et ille suscitavit eos, accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno cælorum? Et aduocans Iesus, erit in parvulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuerſi fueritis, & efficiemini sicut parvuli non intrabitis in regnum cælorum. Quicunque ergo fruerit se humiliauerit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno cælorum. Si quis vult esse maior, erit omnium non servus, sed servus, & omnium minister. Et qui susceperit unum militem se, parvulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis illis, qui in meo nomine credidit: expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Respondens autem Ioannes, dixit: Magister, viderimus quendam in nomine tuo eiicientem demonia, & vi eos qui prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Iesus faciens statim autem ait: Nolite prohibere eum, nemo est enim qui noceat virtuti in nomine meo, & possit citò male loqui de me. Qui enim non est adversus vos, pro vobis est.

Matth. 17. Mar. 9. Luc. 17.

cap. 93. cap. 94. cap. 95. c c ij

De eo qui multas possessiones habes, tristis abiit audies verbum: vade, vende de omnia, quae habes. Cap. 106.

Et cum egressus esset in via, procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum. Magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam aeternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Nemo bonus nisi solus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dixit illi: Quae? Iesus autem dixit: Non occides, non adulterabis, non furtum facies no falsum testimonium dices: Honora Patrem tuum & matre, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Dicit illi adolescens: Omnia haec custodiui a iuuentute mea: Quid adhuc mihi deest? Iesus autem intuits eum, dilexit eum, & dixit illi: Vnum tibi deest: Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & veni sequere me. Cum audisset autem adolescens, verbum: abiit tristis. Erat enim diues valde, & multas possessiones habens. Et circumspiciens Iesus, ait discipulis suis. Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt. Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum caelorum. Et iterum dico vobis. Facilius est camelum per foramen acus ire, quam diuitem intrare in regnum caelorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus, dixit illis: Apud hominem hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt: Tunc respondens Petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis: Quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos, super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Amen dico vobis, omnis qui reliquerit domum aut parentes, vel fratres, aut sorores, aut Patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter regnum caelorum, & nomen meum, & propter Euangelium, centuplum accipiet. Nunc in hoc tempore domos, & fratres, & sorores, & matres, & Filios, & agros cum persecutionibus. Et in saeculo futuro, vitam aeternam possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Audiebant autem omnia haec Pharisei, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.

Luc. 18.

De diuite, & Lazaro. Cap. 107.

Luc. 16.

Iterum dixit: Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus cupiens saturari de micis quae cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lungebant vlcera eius. Factum est autem vt moreretur medicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordate quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos, chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transire. Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum Patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum. Et ait illi Abraham: Moylen habent & Prophetas, audiunt

illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis terit ad eos, penitentiam agent. Ait autem illi: Si Moylen & Prophetas non audiunt, neque si ex mortuis resurrexerit, credent. Dicebat autem ad discipulos suos: Homo quidam erat diues qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuae, iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus auferit a me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubescio. Scio quid faciam, vt cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes Domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam & sede, ac cito scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait, centum cotos tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius saeculi, prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua. Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est, quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod verum est, quis dabit vobis? Ille autem seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non se preparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis: Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omnis autem cui multum datum est, multum quaeretur ab eo. Et cui multum commendauerunt, plus petunt eo. Nescitis, quia ignem veni mittere in terram? Et quid volo nisi vt accendantur? Baptismum autem habeo baptizari, & quomodo turbor vsque dum perficiatur?

De villico infideli. Cap. 108.

De patre familias, qui exiit primo mane. Cap. 109.

De patre familias, qui exiit primo mane. Cap. 109.

Math. 20.

Et

Iesus in domo pharisaei sanati hydropticum. Et in seruit eos, qui primos accubitus in conuiuio eligebant. Cap. 110.

Luc. 14.

Iesus de iomo Leproso mundauit. Cap. 111.

Luc. 17.

Iesus de passione sua discipulis suis dicauit, et mater filiorum Zebedaei rogat pro filiis suis. Cap. 112.

Math. 20. Marc. 10.

Et factum est cum intraret in domum cuiusdam principis Pharisaeorum Sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad legisperitos & Pharisaeos, dicens: Si licet Sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eum, & dimisit. Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non contumod extrahet illum die Sabbati? Et non poterat ad haec respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab eo. Et veniens is qui te inuitauit & illum, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit qui te inuitauit dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discubentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: Cum facis prandium aut caenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites: ne forte, & ipsi te reuinent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, caecos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Haec cum audisset quidam de simul discubentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno caelorum. Post haec in proximo erat pascha dies festus Iudaeorum. Et factum est dum iret Hierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilaeam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe, & leuauerunt vocem dicentes: Iesu praecor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex ipsis vt vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit.

quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester minister: & qui voluerit primus esse inter vos, erit vester seruus. Sicut Filius hominis non venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis. Et ait illi quidam: Domine, si pauci sunt qui saluantur: Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam, quia multi (dico vobis) quaerent intrare, & non poterunt. Cum autem intrauerit paterfamilias & clauserit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine aperi nobis. Et respondens dicit vobis: Nescio vos vnde sitis, Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicit vobis: Nescio vos vnde sitis. Discendite a me omnes operarij iniquitatis in ignem aeternum, ibi erit fletus & stridor dentium. Cum videritis Abraham & Isaac & Jacob & omnes Prophetas intrare in regnum Dei, vos autem expelli foras. Et venient ab Oriente & Occidente, & Aquilone & Austro, & accumbent in regno Dei. Et ecce sunt nouissimi, qui erant primi, & sunt primi, qui erant nouissimi. Et ingressus perambulabat Hiericho. Er ecce vir nomine Zachaeus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse diues. Et quaerebat Iesum videre quis esset, & non poterat praeter turba, quia statura pusillus erat, & praecurrens, ascendit in arborem ficomorum, vt videret illum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit illum. Et dixit ad eum: Zachaeus festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum videret omnes, murmurabant dicentes quoddam hominem peccatorem diuertisse. Stans autem Zachaeus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquid defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus huic domui facta est, eo quod & ipse sit Filius Abraham. Venit enim Filius hominis quaerere & saluum facere, quod perierat. Et egredientibus illis ab Hiericho, sequuntur sunt eum turbae multae. Et ecce duo caeci, ex quibus erat Bartimaeus Filius Timaei, sedentes secus viam, audierunt, quia Iesus Nazarenus transiret, & clamauerunt, dicentes: Domine, miserere nostri Fili David. Turba autem increpabat eos, vt tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri Fili David. Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum, magnificantes Dominum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

Iesus iterum duos caecos curauit. Cap. 115.

Iesus suum per asinum sedes Hierosolymam ingredi-tur. Cap. 116.

Math. 21. Luc. 19.

Et cum appropinquaasset Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea alligatam, cui nemo hominum vnquam sedit: Soluite illum & aducite eum mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite ei: quia Dominus operam eius desiderat, & confestim dimittet eos. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut praecipit illis Iesus: Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos. Quid soluitis pullum? At illi dixerunt, quia Domino necessarius est, & dimiserunt illos. Et duxerunt pullum ad Iesum, & iactantes vestimenta sua supra pullum, & eum deluere fecerunt. Hoc autem factum est, vt im-

Ligatis pedibus eius & manibus, mitite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

Pharisæi Tunc abeuntes Pharisæi consilium inierunt, ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis: Quid tibi videtur? Licet censum dare Cæsari, an non? Cognita autem Iesus nequitia eorum, reddere eis ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.

De Saduceis In illo die accesserunt ad eum Saducei, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit, non habens filios, ut ducat eius frater uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, & primus uxore ducta, defunctus est, & non reliquit sibi uxorem suam fratri suo. Similiter fecerunt secundus mortuus est sine filio, & tertius accepit uxorem suam, & omnes septem, & non reliquerunt semen. Novissima autem omnium, & mulier defuncta est. In resurrectione autem, cuius eorum erit uxor? Omnes enim habuerunt eam: Et ait illis Iesus: Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei. Filij sæculi huius nubunt, & traduntur ad nuptias: Illi autem qui digni habentur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent neque ducunt uxores: neque enim ultra mori poterunt, sed sunt sicut Angeli Dei in cælo: & filij sunt Dei, cui sunt filij resurrectionis. Quia verò resurgat mortui, non legistis in libro Moysi supra rubum, quia dictum est à Deo, quomodo dixerit illi Deus? Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob. Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Omnes enim viuunt ei. Vos ergo multum erratis. Et audientes turbati, mirabantur de doctrina eius. Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt: Magister, bene dixisti.

Pharisæi autem audientes, quia silentium imposuissent Saduceis, conuenerunt in vnum. Et accessit vnus de Scribis, legis doctor, tentans eum & dicens: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Primum omnium mandatum est, Audi Israel, Deus vnus est, & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est primum & maximum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis, tota lex pendet, & Prophetæ. Et ait illi scriba, Bene, Magister, in veritate dixisti, quia vnus est, & non est alius præter eum. Et ut diligatur ex toto corde ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustis & sacrificiis. Iesus autem videns quod sapienter respondisset, dixit illi: Recte respondisti: Hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidam descēdebat ab Hierusalē in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam spoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descēderet eadem via, & viso illo, præteriiit. Similiter & Leuita cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit.

Scriba interrogabat Iesum Pharisæi autem audientes, quia silentium imposuissent Saduceis, conuenerunt in vnum. Et accessit vnus de Scribis, legis doctor, tentans eum & dicens: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Primum omnium mandatum est, Audi Israel, Deus vnus est, & diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est primum & maximum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis, tota lex pendet, & Prophetæ. Et ait illi scriba, Bene, Magister, in veritate dixisti, quia vnus est, & non est alius præter eum. Et ut diligatur ex toto corde ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustis & sacrificiis. Iesus autem videns quod sapienter respondisset, dixit illi: Recte respondisti: Hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidam descēdebat ab Hierusalē in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam spoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descēderet eadem via, & viso illo, præteriiit. Similiter & Leuita cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit.

Samaritanus autem quidam transiens, venit secus eum, & videns eum, misericordia motus est. Et appropians alligauit eum, infundens in vulnera eius vinum & oleum. Et imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi, proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.

Docentem Iesum in templo, miserunt Pharisæi eum Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum, & Scribæ, & principes plebis, querebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum. Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo, hæc. Et miserunt Principes & Pharisæi ministros, ut apprehenderent illum. Dixit ergo Iesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum qui misit me. Quæretis me & non inuenietis, & vbi sum ego, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quod hic iurus est, quia non inuenimus eum? Nunquid in dispersionem gentium iurus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit, quæretis me, & non inuenietis, & vbi sum ego, vos non potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis, stabat Iesus, & clamabat dicens: Si quis sit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura: flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant, credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Ex illa ergo turba, cum audissent hos sermones eius, dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Nunquid à Galilæa Christus venit? Nonne Scriptura dicit, quia ex semine David, & Bethleem castello, vbi erat David, venit Christus? Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Venerunt ergo ministri ad pontifices & Pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo ei Pharisæi: Nunquid & vos seducti estis? Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc, que non nouit legem, maledicti sunt. Dicit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi audierit prius ab ipso, & cognouerit quid faciat? Responderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare, & vide, quia Prophetæ à Galilæa non surgit.

Interrogabat Pharisæos Iesum cuius filius est Christus Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: David. Ait illis: Quomodo David in libro Psalmorum vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David in spiritu vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Iesus docet, ego lux mundi Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Respondit Iesus, & dixit eis: Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quo vado. Vos autem

Interrogabat Pharisæos Iesum cuius filius est Christus Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: David. Ait illis: Quomodo David in libro Psalmorum vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David in spiritu vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Iesus docet, ego lux mundi Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Respondit Iesus, & dixit eis: Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quo vado. Vos autem

Iesus docet, ego lux mundi Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Respondit Iesus, & dixit eis: Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quo vado. Vos autem

Num. 35 Iob. 8.

tem nescitis vnde venio, aut quo vado. Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam. Et si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me Pater. Et in lege vestra scriptum est: Quia duorum hominum testimonium verum est: Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me Pater: Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque Patrem meum. Si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. Ego vado, & quæritis me, & in peccato vestro moriemini. Quod ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit: quod ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis: Vos deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei, tu quis es? Dixit eis Iesus. Principium qui & loquor vobis: Multum habeo de vobis loqui & iudicare: Sed qui misit me, verax est: & ego quæ audiui à Patre meo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia Patrem dicebat eis Deum. Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor. Et qui misit me, mecum est: non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crederent in eum: O Iudæi, si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Responderunt ei: Semen Abraham sumus, & nemini seruimus vnquam: quomodo tu dicis, liberi eritis? Respondit eis Iesus: Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum. Filius manet in æternum. Si ergo Filius vos liberauerit, verò liberi eritis. Scio quia filij Abraham estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud Patrem, facitis. Responderunt & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Patre meo: Hoc Abraham non fecit: vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnum patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Iesus: Si Deus Pater vester esset, diligeretis vniuersum me. Ego enim ex Deo processi, & veni: neque enim à meipso veni, sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diaboli estis, & desideria Patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & Pater eius. Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguit me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Qui est ex Deo, Dei verba audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam:

Ioan. 8.

Interrogabat Pharisæos Iesum cuius filius est Christus

Iesus docet, ego lux mundi

est qui quærat & iudicet. Amen dico vobis: Si quis sermonem meum seruaerit, mortem non videbit in æternum: Dixerunt ergo ei Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est & Prophetæ, & tu dicis: si quis sermonem meum seruaerit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es Patre nostro Abraham, qui mortuus est, & Prophetæ mortui sunt? Quem teipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: Est Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis: quia Deus noster est. Et non cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixerō quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum & sermonem eius seruo. Abraham Pater vester exultauit, ut videret diem meum: vidit & gausus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, ut iicerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiit de Templo.

Iesus faciens luti Et præteriens vidit hominem cæcum à natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus. Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit enim nox, quando nemo potest operari. Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex spato, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei: Vade, & laua in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Abiit ergo & lauit, & venit videns. Itaque & vicini & qui videbant eum prius quia mendicatus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est. Alij autem, nequaquam, sed similis est eius. Ille verò dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatorium Siloe, & laua. Et abij, & laui, & video. Dixerunt ei: Vbi est ille? Ait, nescio. Adducunt eum ad Pharisæos qui cæcus fuerat. Erat autem Sabbathum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum autem interrogabant eum Pharisæi, quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum posuit mihi super oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit. Alij dicebant. Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et scisma erat in eis. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia Prophetæ est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo quia cæcus fuisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat. Et interrogauerunt eos dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parentes eius, & dixerunt. Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est: quomodo ergo nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus, ipsum interrogare, ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudæos. Iam enim conspirauerunt Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia ætatem habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem qui erat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille: Si peccator

Iesus faciens luti

de spato, & ponens super oculos suos luti

cap. 13.2.

Ioan. 6.

dd

Hierosoly vade in pace. Et his dictis abiit, ascendens Hierusalem.
mis Gra- Et tunc gentiles quidam ex his qui ascende-
ci videre rant, ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad
volunt te Philippum qui erat à Bethsaida Galilæe, & rogabant
sum. eum, dicentes: Domine, volumus Iesum videre. Venit
Cap. 139. Philippos, & dicit Andreas, Andreas rursus & Phi-
 lippos dicunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens:
 Venit hora ut glorificetur Filius hominis. Amen amen
 dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram
 mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mor-
 tuum fuerit, multum fructum afferet. Qui amat ani-
 mam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in
 hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis
 mihi ministrat, me sequatur. Et ubi sum ego, illic
 & minister eum Pater meus. Nunc anima mea tur-
 bata est. Et quid dicam? Pater, salvifica me ex hac
 hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater,
 clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo: &
 clarificavi & iterum clarificabo. Turba ergo quæ sta-
 bat & audiebat, dicebat, tonitruum factum esse.
Iob. 12. Alij dicebant, Angelus ei locutus est. Respondit
 Iesus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, sed
 propter vos. Nunc iudicium est mundi. Nunc prin-
 ceptus huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus
 fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Hoc autem
 dicebat, significans quæ morte esset moriturus. Re-
 spondit ei turba: Nos audimus ex lege, quia Chris-
 tus manet in æternum: Et quomodo tu dicis, oportet
 exaltari Filium hominis? Dixit ergo eis Iesus. Adhuc
 modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem
 habetis, ut non tenebræ vos comprehendant. Et qui
 ambulat in tenebris, nescit quod vadat. Dum lucem ha-
 betis, credite in lucem, ut filij lucis sitis.

Pharisæi Interrogatus autem à Pharisæis, quando venit reg-
interrogat num Dei: Respondit eis & dixit: Non venit regnum
Iesum Dei cum observatione, neque dicent, ecce hic, aut ecce
quædo ve illic: Ecce enim regnum Dei intra vos est. Erat autem
nit regni diebus docens in Templo, noctibus vero exibat & mo-
dei. rabatur in monte Olivæ. Et omnis populus ventita-
Cap. 140. bat ad eum in templo, audire eum.

Iesus lo- Tunc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos
quitur ad suos, dicens: Super cathedram Moysi sederunt scribæ
turbas & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis
Discipu- servate & facite: Secundum autem opera eorum nolite face-
los, de re. Dicunt enim & non faciunt. Alligant autem onera
scribis gravia & importabilia, & imponunt in humeros ho-
Pharisæi minum, digito autem suo non possunt ea movere.
Cori Omnia vero opera sua faciunt, ut videantur ab homi-
va. nibus. Dilatant enim phylacteria sua & magnifi-
Cap. 141. cant simbrias. Et volunt ambulare in stolis. Amant e-
 nim primos recubitus in cænis, & primas cathedras in
 Synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab homi-
 nibus Rabbi. Et omnis populus libenter audiebat eum.
 Vos autem nolite vocari Rabbi: Vnus est enim magister,
 vester omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite
 vocare vobis super terram. Vnus est enim Pater vester,
 qui in cælis est. Nec vocemini magister, quia magister
 vester vnus est Christus. Qui maior est vestrum,
 erit minister vester. Qui autem se exaltaverit, humili-
 abitur: & qui se humiliaverit, exaltabitur. Væ vobis
 Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in Synago-
 gis, & salutationes in foro. Væ vobis scribæ & Phari-
 sæi hypocritæ legisperiti, quia tulistis clavem scientiæ
 & claudistis regnum cælorum ante homines. Vos au-

tem non intratis, nec introeuntes finitis intrare. Væ vo-
 bis Pharisæi hypocritæ, qui denoratis domos vidua-
 rum, sub obtentu prolixæ orationis: accipietis maio-
 rem damnationem. Væ vobis scribæ & Pharisæi hy-
 pocritæ, qui circumitis mare & aridam, ut faciatis vnum
 profelytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium
 gehennæ duplò quam vos. Væ vobis duces cæci, qui
 dicitis. Quicumque iuraverit per Templum, nihil est.
 Qui autem iuraverit in auro Templi, debet. Stulti &
 cæci, quid enim maius aurum, an Templum quod san-
 ctificat aurum? Et quicumque iuraverit in altari, nihil
 est. Quicumque autem iuraverit in dono quod est su-
 per illud, debet. Cæci, quid enim maius est, donum,
 an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in
 altari, iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt.
 Et qui iuraverit in Templo, iurat in illo, & in eo qui
 habitat in ipso. Et qui in cælo, iurat in throno Dei, &
 in eo qui sedet super eum. Væ vobis Scribæ & Phari-
 sæi hypocritæ: qui decimatis mentham & anethum &
 cuminum & rutã & omne olus, & reliquistis quæ gra-
 viora sunt legis, iudicii & misericordiæ, & fidẽ & cha-
 ritate Dei. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.
 Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glu-
 tientes. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui
 mundatis quod deforis est calicis & paropsidis: intus
 autem pleni estis rapina & inmunditia. Pharisæe cæ-
 ce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, ut
 fiat & id quod deforis est, mundum. Væ vobis, quia
 estis ut monumenta quæ non apparent, & homines
 ambulantes supra ea nesciunt. Væ vobis Scribæ &
 Pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulchris deal-
 batis, quæ à foris apparent hominibus speciosa, intus
 vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurci-
 tia. Sic & vos à foris apparetis hominibus iusti, intus
 autem pleni estis hypocritis & iniquitate. Respondens
 quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens e-
 tiam nobis contumeliam facis. At ille ait: Et vobis le-
 gisperitis væ: qui oneratis homines oneribus quæ por-
 tari non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangi-
 tis sarcinas. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ,
 quia edificatis sepulchra prophetarum, & ornatis
 monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissetus in die-
 bus patrum nostrorum, non essemus focij eorum in
 sanguine Prophetarum. Itaque testimonio estis vobis-
 mensuris, quia filij estis eorum qui prophetas occide-
 runt. Et vos implete mensuram Patrum vestrorum.
 Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis
 à iudicio gehennæ? Propterea & sapientia Dei dixit:
 Mittam ad illos Prophetas, & Apostolos, & sapien-
 tes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis,
 & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini
 de civitate in civitatem, ut veniat super vos om-
 nis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sangui-
 ne Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Bara-
 chiæ, quem occidistis inter Templum & altare. Amen
 dico vobis, venient hæc omnia super generationem
 istam.

Hierusalem Hierusalem quæ occidis Prophetas, &
 lapidas eos qui mittuntur ad te quoties volui congregare
 filios tuos, quemadmodum gallina congregat
 pullos suos sub alis suis, & noluiti? Ecce relinquetur
 vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: non me
 videbitis à modo, donec dicatis: Benedictus qui venit
 in nomine Domini.

Veruntamen ex principibus multi crediderunt in
 eum:

Matth. 23
M. r. 12.
Luc. 11.
Cap. 142.
Iesum la-
mentatur
super He-
rusalem.
Cap. 142.
Multi ex
principi-
bus credi-
derunt in
eum: &
non confi-
rebantur,
ne de sy-
nagoga eii
cerentur.
Cap. 143.

eum sed propter Pharisæos non confitebantur, vt de
 synagoga non eicerentur. Dilixerunt enim gloriam
 hominum magis, quam gloriam Dei. Iesus autem cla-
 mauit, & dixit: qui credit in me, non credit in me, sed
 in eum qui misit me. Et qui videt me, videt eum qui
 misit me. Ego lux in mundum veni, vt omnis, qui cre-
 dit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit
 verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum.
 Non enim veni vt iudicem mundum, sed vt salvificem
 mundum. Qui spernit me, & non accipit verba mea,
 habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum, ille
 iudicabit eum in nouissimo die, quia ego ex me ipso
 non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mã-
 datum dedit, quid dicam aut quid loquar. Et scio quia
 mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor,
 sicut dixit mihi Pater, sic loquor. Hæc locutus est eis
 Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis. Cum autem tanta
 signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt
 sermo Isaiæ Prophete impleretur, quem dixit: Domi-
 ne, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini
 cui reuelatum est? Hæc dixit Isaias, quando vidit glo-
 riam eius, & locutus est de eo.

Et cum egredereetur Iesus de Templo, accesserunt
 discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationem Templi,
 dicentes: Magister, aspice quales lapides, & quales stru-
 cturam Tẽturæ. Et respondens Iesus ait: Videtis has omnes æ-
 dificationes? Amen dico vobis: venient dies in quibus
 non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non de-
 struatur.

Et cum sederet in monte Olivæ contra tem-
 plum, accesserunt discipuli secretò & interrogauerunt
 eum, dicentes: Præceptor dic nobis, quando hæc e-
 imergerunt? & quod signum aduentus tui, cum hæc omnia
 incipient consummari? Et ait ad discipulos: Venient
 dies, quando desideretis videre vnum diem Filij homi-
 nis, & non videbitis. Videte, ne quis vos seducat. Mul-
 ti enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum
 Christus, & multos seducunt. Cum audieritis prælia &
 seditiones, nolite terri. Oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis. Consurget
 enim gens in gentem, & regnum contra regnum, & e-
 runt pestilentia, & fames, & terræ motus per loca, ter-
 roresque de cælo, & signa magna: Hæc autem omnia
 initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulatio-
 nem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus
 propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non
 peribit. In patientia vestra, possidebitis animas: Ponite
 ergo in cordibus vestris, non præmeditari, quomodo
 respondeatis: ego autem dabo vobis os & sapientiam,
 cui non poterunt resistere, & contradicere omnes ad-
 versarij vestri. Tunc scandalizabuntur multi, & inui-
 cem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pseu-
 doprophete surgent, & seducunt multos. Et quoniam
 abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.
 Qui autem perseverauerit vsque in finem, hic saluus e-
 rit. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuer-
 so orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc ve-
 niat consummatio. Cum ergo videritis abominatio-
 nem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta,
 stantẽ in loco sancto, Qui legit intelligat. Cum autem
 videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc
 scitote, quia appropinquabit desolatio eius. Tunc qui
 in Iudæa sunt fugiant in montes, & qui in medio eius,
 discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam,
 quia dies ultionis hi sunt, vt impleantur omnia quæ
 scripta sunt. Væ autem prægnantibus & nutrientibus

in illis diebus. Erit enim pressura magna supra terram,
 & ira populo huic. Et cadent in ore gladij, & captiui
 ducentur in omnes gentes: & Hierusalem calcabitur
 à gentibus, donec impleantur tempora nationum. O-
 rare autem, vt non fiat fuga hyeme vel Sabbato. Erit
 enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio
 mundi, vsque modo, neque fiet. Et erunt signa in So-
 le, & Luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ
 confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus
 hominibus præ timore, & expectatione, quæ superue-
 nient vniuerso orbi. Et nisi breuiati fuissent dies illi, nõ
 fieret salva omnis caro: sed propter electos breuiabun-
 tur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic Christus,
 ecce illic: Nolite credere. Surgent enim pseudo Christi
 & pseudo prophete: & dabunt signa magna & prodigia,
 ita vt in errore ducatur, si fieri potest, etiam electi. Ecce
 prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deser-
 to est, nolite exire: ecce in penetrabilibus, nolite credere.
 Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & parcat vsque in
 Occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis. Sta-
 tim autem post tribulationem dierum illorum, Sol
 obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stel-
 læ cadent de cælo, & virtutes cælorum mouebuntur.
 Et tunc parebit signum Filij hominis in cælo, & tunc
 plangent se omnes tribus terræ. Et tunc videbunt Filij
 hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute
 multa, & maiestate. Et tunc mittet Angelos suos cum
 tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à
 quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos
 eorum. His autem fieri incipientibus, respicite, & le-
 uate capita vestra, quoniam appropinquabit redem-
 ptio vestra.

Ab arbore autem ficij, discite parabolam: cum iam
 ramus eius tener fuerit, & folia nata, & omnes arbo-
 res cum iam ex se producant fructum, scitis quoniam
 propè est æstas: Ita & vos cum videritis hæc omnia
 fieri, scitote quia propè est in ianuis. Amen dico vo-
 bis: quia non præteribit hæc generatio, donec omnia
 hæc fiant. Cælum & terra transibunt, verba vero mea
 non transibunt. Attendite autem vobis, ne forte gra-
 dentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis
 huius vitæ, & veniat super vos repentina dies illa. Tan-
 quam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent
 super faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tẽm-
 pore, orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia
 quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis. Nesci-
 tis enim quando tempus sit. De die autem illo & hora
 nemo scit: neque Filius, neque Angeli in cælo, nisi so-
 lus Pater.

Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus Fi-
 lij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium,
 comedentes & bibentes, nubentes & nuptum tra-
 dentes, vsque ad eum diem quo intravit in arcam Noe,
 & non cognouerunt donec diluuium venisset, & tulisset
 eum: ita erit & aduentus Filij hominis. Similiter fideles
 factum est in diebus Loth, edebant & bibebant, eme-
 rant & vendebant, plantabant & ædificabant: qua
 die autem exiit Loth à Sodomis, pluit ignem & sul-
 phur de cælo, & omnes perdidit: secundum hoc erit,
 qua die Filius hominis reuelabitur. Tunc qui in Iudæa
 sunt, fugiant ad montes, & qui in recto est, non de-
 scendant tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, nõ
 reuertetur tollere vestimentum suum. Memores es-
 stote vxoris Loth. Tunc duo erunt in agro: vnus assu-
 metur, & alter relinquetur. Duo in lecto
 vnus assumetur, & alter relinquetur.

Luc. 21.
Matth. 24.
De parabo-
la ficul-
neæ.
Cap. 146.
Iesum die
iudicij
tempori-
bus Noe
Loth,
assimila-
uit. Et de
dispen-
satione
Cap. 147.
Gen. 19.
dd iij

Mat. 26. Mar. 14.

uicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò vadis? Respondit ei Iesus: Quò ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Tùc dicit illis Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus dixit illi: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Quia tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire. Animam meam pro te ponam. Respondit Iesus: Animam tuam pro me pones? Amen dico tibi, quia hac nocte antequàm gallus canteret, me negabis. Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.

Hortatur discipulos suos ut non pauescat cor eorum.

cap. 107.

Non turbetur cor vestrum: creditis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad me ipsum, ut vbi sum ego, & vos sitis. Et quò ego vado scitis, & viam scitis: Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò vadis, & quomodo possimus viam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, & Patrem meum, utique cognouissetis eum, & vidissetis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe qui vidit me vidit & Patrem. Quomodo tu dicis, ostende nobis Patrem? Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est: Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet: quia ego ad Patrem vado. Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis me, in nomine meo hoc faciam. Si diligitis me mandata mea seruate. Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclætum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum spiritum veritatis, què mundus non potest accipere: quia non videt eum, nec scit eum. Vos autè cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit: non relinquit vos orphanos, veniam ad vos. Adhuc modicum, & mundus iam me non videt. Vos autem videtis me, quia ego vivo, & vos viuetis. In die illo cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. Dicit ei Iudas, non ille Scariothis: Domine quid facturus es, quia nobis manifestaturus es te ipsum, & non mundo? Respondit Iesus & dixit ei: Si quis diligit me sermonem meum seruauit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me Patris. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paraclætus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcumque dixerò vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego de vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si dilige-

Ioan. 14.

ritis me, gaudetis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut quum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum: Venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam: sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Et dixit eis: Quando misit vos sine sacculo, & pera & calcamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet faculum, tollat similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico autem vobis: quoniam adhuc quod scriptum est, oportet impleri in me. Et quod cum iniustus deputatus est. Erenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est. Surgite, eamus hinc. Et hymno dicto, exierunt secundum consuetudinem in montem Oliueti, & secuti sunt illum discipuli.

Dicit discipulis suis: qui quid habet, baiulet.

cap. 158.

Iesus dicit: ego sum vitis, & Pater meus agricola est.

Dicit eis: Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollit eum: & omnem qui fert fructum, purgabit, ut fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & ardebit, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardebit. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis: In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego præcepta Patris mei seruauit, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maior hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: potui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vestri maneat: Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Hæc mando vobis, ut diligatis inuicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Memento sermonis mei quem ego dixi vobis. Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt & oderunt & me & Patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratias.

cap. 158.

cap. 159.

Ioan. 15.

Psal. 68. et 119.

Ioh. 16.

ris. Quum autem venerit Paraclætus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo: & hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem neque me. Sed hæc locutus sum vobis, ut quum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. At nunc vado ad eum qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero, Paraclætus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non credit in me: de iustitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me: de iudicio, quia princeps huius mundi iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Cum autem venerit Spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquitur à semetipso, sed quæcumque audierit loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo discipuli eius ad inuicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum & non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad Patrem? Dicebant ergo: quid est hoc, quod dicit, modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc queritis inter vos, quod dixi: modicum & non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos: mundus autem gaudebit. Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Itaque vos igitur nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum, nemo tollet à vobis. Et in illo die, me non rogabitis quicquam. Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petistis quicquam in nomine meo, petite & accipietis, ut gaudium vestrum plenum sit. Hæc in proverbis locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in proverbis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amatis, & credidistis quia ego à deo exiui. Exiui à Patre, & veni in mundum. Iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli: Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non est opus tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo exiisti. Respondit ei Iesus: Modò creditis? Ecce venit hora, & iam venit ut dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquat: & non sum solus, quia Pater mecum est. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis: In mundo pressuram habebitis, sed confidi-

te, ego vici mundum. Hæc locutus est Iesus, & subleuatis in cælum oculis, dixit: Pater venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificauit super terram: Opus consummaui quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me Pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus esset, apud te Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt, quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè, quia à te exiui: Et crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo: sed pro his quos dedisti mihi quia tui sunt, & mea omnia tua sunt: & tua, mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio, Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Cum esset cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiuit: & nemo ex his periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus odio eos habuit: quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo, non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum, & pro eis sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro his rogo tantum, sed pro eis qui creditori sunt per verbum eorum in me, ut omnes vnum sint sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint, ut mundus credat quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in vnum: & cognoscat mundus quia me misisti, & dilexisti eos sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi: volo ut vbi ego sum, & illi sint mecum, ut videant claritatem meam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste mundus te non cognouit, ego autem te cognoui: & hi cognouerunt, quia tu me misisti: & notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Ioh. 17.

Venit Iesus in Gethsemani, & orat, & transferat calicem hunc ab eo.

cap. 159.

Ioh. 18.

Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani, trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiit ipse & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Et quum peruenisset ad locum, dixit discipulis suis: Sedete hæc, & orate, ut non intratis in tentationem, Donec vadam illuc, & orem. Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, Iacobo & Iohanne, cœpit contristari & mœtus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: Sustinete hæc, & vigilate mecum. Et ipse progressus est ab eis quantum iactus est lapidis. Et positus genibus prociudit in faciem suam, & orabat, ut si fieri posset, transfret ab eo hora, dicens: Pater, si possibile est, Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt. Mi Pater, si possibile est, transfer calicem hunc à me. Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu. Et quum sur-

95
Mat. 26. **95** rexisset ab oratione, venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes. Et ait illis: Quid dormitis? Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tentionem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundo abiit, & orauit. Apparuit autem illi Angelus de caelo, confortans eum. Factus est in agonia, & prolixius orabat, dicens: Pater mi, si non potest calix hic transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Et quum surrexisset ab oratione, venit iterum ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes pra tristitia: Erant enim oculorum grauari, & ignorabant quid responderent ei. Et relictis illis, iterum abiit, & orauit tertio eundem sermonem dicens: Tunc venit ad discipulos suos, & ait illis: Dormite iam & requiescite. Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.

Luc. 22. **96** Surgite, eamus: Ecce appropinquabit qui me tradet. Et adhuc ipso loquente, ecce Iudas vnus de duodecim, quum accepisset cohortem, venit, & cum eo turba multa cum lateribus & facibus & armis & gladiis, & fustibus, missi a principibus Sacerdotum, & scribis, & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dederat illis signum, dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Aue, rabbi, & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum. Iesus autem dixit ei: Iuda, osculo filium hominis tradis? Amice, ad quid venisti? & osculatus est eum. Iesus itaque sciens omnia quae ventura erant super eum, processit & dicit eis: Quem queritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo eos interrogauit: Quem queritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me queritis, sinite hos abire: vt impletur sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex ipsis quemquam. Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit pontificis seruum, & amputauit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen serui Malchus. Tunc ait Iesus Petro: Calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum? Mitte gladium in vaginam. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt: an putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturae? Quia sic oportet fieri. Sinite vsque huc, & qui tetigisset auriculam eius, sanauit eum. In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos eram, docens in templo, & non me tenuistis. Sed haec est hora vestra, & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factum est, vt implebuntur Scripturae Prophetarum. Tunc discipuli omnes relicti eo, fugerunt. Cohors autem & tribunus, & ministri Iudaeorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum. Erat autem focer Caiphaz, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphaz qui consilium dederat Iudaeis, quia expedit vnum hominem mori pro populo.

Adole- **97** Adolescens autem quidam sequebatur eum, amicus eius sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille re-

A iecta sindone, nudus profugit ab eis. Sequebatur autem Iesum, Simon Petrus a longe, & alius discipulus, vsque in atrium principis Sacerdotum. Discipulus autem ille notus erat pontifici, & introiit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit ostiarum, & introduxit Petrum. Quem quum vidisset ancilla ostiaria sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Mulier, non noui illum, neque scio quid dicas. Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis Petrus stans & calefaciens se, vt videret finem.

B Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo quo omnes Iudaei conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis: Ecce hi sciunt quae dixerim ego. Haec autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes Pontifici? Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: Si autem bene, quid me cedis? Et misit eum Annas ligatum ad Caiphaz pontificem. Erat autem Simon Petrus foris in atrio, stans, & calefaciens se. Rursum autem vidit eum alia ancilla, & ait circumstantibus: Et hic erat cum Iesu Nazareno. Accesserunt qui stabant, & dixerunt petro: Verum & tu ex illis es? Nam & loquela tua te manifestum facit, quod sis Galilaeus. Et iterum negauit eum iuramento: quia non noui hominem. Et post pusillum quasi horae vnus, dicit vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscedit petrus auriculam: Verum & hic cum illo erat: nam Galilaeus est: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Tunc cepit de testari & iurare, & anathematizare. Neque noui eum, neque scio quid dicas: non noui hominem istum, quem dicitis: & statim callus cantauit: & conuersus Dominus, respexit petrum. Et recordatus est petrus verbi Domini quod dixerat ei: Priusquam gallus cantet, ter me negabis, & egressus foras, fleuit amare.

C Mane autem facto, conuenerunt omnes principes Sacerdotum, cum senioribus plebis & scribis, concilium facientes. Querebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt. Quum multi falsi testes accessissent, nec inueniebant & conuenientia illorum testimonia non erant. Nouissimum autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Nos audiimus dicentem: Possum destruere templum Dei hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum aedificare: Iesus autem tacebat. Et surgens princeps Sacerdotum in medium, interrogauit Iesum, dicens: Nihil respondes ad ea quae isti aduersus te testificantur? Iesus autem nihil respondit.

D Et rursum summus Sacerdos ait illi: Aduro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius adiuuat Ie Dei benedicti? Dicit illi Iesus: Tu dixisti. Et ait illis: si sum, diuobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Verum tamen dico vobis: A modo videbitis filium hominis sedentem a dexteris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli. Tunc princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam de ore eius. Quid vobis videretur? At illi respondentes, dixerunt: Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius: & qui tenebant eum, illudebant ei, & velauerunt faciem eius, & colaphis

Adole- **97** Adolescens autem quidam sequebatur eum, amicus eius sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille re-

97
colaphis ceciderunt eum: Alij autem palmas in faciem ei dederunt: dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes, dicebant in eum.

Traditio
Mat. 27. **98** Et adduxerunt eum vinctum in praetorium, & tradiderunt Pontio Pilato praefidi. Et ipsi non introierunt in praetorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha. Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quod damnatus esset, ductus poenitentia, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum & senioribus, dicens: peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu videris. Et proiecit argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non eos licet mittere in Corbanam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum, propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach, hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiatum, quae appretiauerunt a filiis Israel: & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.

Mat. 27. **99** Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem assertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Nunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Caesari, & dicentem se Christum regem esse. Dixit ergo Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudaei: Nobis non licet interficere quemquam: vt sermo Iesu impleteretur, quem dixit, significans quia morte esset moriturus. Introiit ergo iterum in praetorium pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudaeorum? Et respondit Iesus: A remetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudaeus sum? Gens tua & pontifices tui, tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vique decernerent, vt non traderer Iudaeis: Nunc autem regnum meum non est hic. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset iterum exiit ad Iudaeos, & ait ad principes sacerdotum & turbas: Nullam inuenio causam in homine. At illi inualecebant dicentes: Commonuit populum, docens per vniuersam Iudaeam, & incipiens a Galilaea vsque huc. Pilatus autem audiens Galilaeam, interrogauit si homo Galilaeus esset. Et vt cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem. Qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audiret multa de illo, & sperabat signum aliquod videre ab eo. Interrogabat autem illum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant etiam principes sacerdotum, & scribae constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusti indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in die illa: nam antea inimici erant ad inuicem. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe, exiit ad eos foras, & dixit eis: Oblulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem hunc

populum. Ecce adduco eum foras, vt cognoscatis, quia in eo nulla causam inuenio, ex his in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes: nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum. Emendatum ergo illum dimittam. Exclamauit autem vniuersa turba, dicens: Tolle hunc, Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim non inuenio causam in eo. Responderunt ei Iudaei: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Quum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est praetorium iterum & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimitte te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Et exinde quaerebat Pilatus dimittere eum. Iudaei autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris: Omnis qui se regem facit, contradicit Caesari. Pilatus ergo quum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem gabbatha. Erat autem parasceue paschae, hora quasi sexta. Et dicit Iudaeis: Ecce rex vester. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit ei Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices: Non habemus regem, nisi Caesarem. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Iesus autem nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum ita, vt miraretur praeses vehementer. Per diem autem festum, consueuerat praeses dimittere populo vnum ex vinctis, quemcunque petissent. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Est consuetudo vobis, vt vnum dimittam in pascha. Quem ergo vultis, dimittam vobis? Barrabam an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum.

Mat. 27. **100** Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illum vxor eius, dicens: nihil tibi & iusto illi. Multa enim pascha sum hodie per visum propter eum. Princeps autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis vt peterent Barrabam, Iesum vero perderent. Respondens autem praeses, ait illis: Quem vultis vobis de duobis dimitti? At illi dixerunt, Barrabam. Erat autem Barrabas latro. Qui erat propter seditionem quandam factum in ciuitate, & homicidium, vinctus in carcere. Dicit illis Pilatus: Quid ergo faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes, crucifigatur. Ait illis praeses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine huius, vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis super nos, & super filios nostros.

Mat. 27. **101** Tunc dimisit illis Barram: Iesum autem flagellis caesum, tradidit eis vt crucifigeretur. Et milites praefidis suscipientes Iesum in praetorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: & exuertes eum, induit eum tunicam purpuream, & chlamydem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam despinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius: & genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudaeorum. Et expuerunt in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius & postquam illuserunt

Luc. 23. **102** Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illum vxor eius, dicens: nihil tibi & iusto illi. Multa enim pascha sum hodie per visum propter eum. Princeps autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis vt peterent Barrabam, Iesum vero perderent. Respondens autem praeses, ait illis: Quem vultis vobis de duobis dimitti? At illi dixerunt, Barrabam. Erat autem Barrabas latro. Qui erat propter seditionem quandam factum in ciuitate, & homicidium, vinctus in carcere. Dicit illis Pilatus: Quid ergo faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes, crucifigatur. Ait illis praeses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine huius, vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis super nos, & super filios nostros.

Luc. 23. **103** Tunc dimisit illis Barram: Iesum autem flagellis caesum, tradidit eis vt crucifigeretur. Et milites praefidis suscipientes Iesum in praetorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: & exuertes eum, induit eum tunicam purpuream, & chlamydem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam despinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius: & genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudaeorum. Et expuerunt in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius & postquam illuserunt

Mar. 15. Ioan. 19.

ei, exuerunt eum chlamydem & purpuram, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent bauiantem sibi crucem. Exeuntes autem inueniunt hominem Cyrenæum venientem de villa, nomine Simonem: Patrem Alexandri & rufi. Hunc angariauerunt crucem portare post Iesum. Sequebatur autem illum turba multa populi, & mulierum que plangebant, & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filie Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros: Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beate steriles & ventres quæ non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos, & collibus operite nos, quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

Duo latrones cum Christo ad crucifigendum ducuntur. Et cum gustasset, noluit bibere. Iesus in cruce de matre sua dixit ad discipulum quem diligit: Ecce mater tua. Cap. 170.

Ducebatur autem & alij duo nequam cum eo vt interficerentur. Et postquam venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est interpretatum Caluarie locus. Et dederunt ei vinum bibere, cum felle mixtum: cumque gustasset, noluit bibere. Iesus autem dicebat: Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Postquam autem crucifixerunt eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, de super contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed fortiamur de illa, cuius sit. Vt Scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea tibi, & super vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Et sedentes seruabant eum. Scripsit autem & titulum Pilatus causæ eius, & imposuit super caput eius. Hic est Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebræicè, Græcè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum. Noli scribere rex Iudæorum, Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Tunc crucifixerunt eum eo duos latrones, vnum à dexteris, & alterum à sinistris eius. Prætereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes: Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo illud reedificas, salua te metipsum: si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes Sacerdotum illudentes eum scribis & senioribus, dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israël est, descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus ei. Confidit in Deo, liberet nunc cum si vult: Dixit enim, quia filius Dei sum. Idipsum autem vnus de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac te metipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat illum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnationes es? Et nos quidem iustè: nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Stabat autem iuxta crucem Iesu, Mater eius, & soror matris eius Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum fratrem quem diligebat, dicit matri suæ: mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora, accepit eam discipulus in suam. A sexta autem hora, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Eli, Eli, Lamafabathani: quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me: Quidam autem illic stantes & audien-

Ioan. 19.

tes, dicebant: Eliam vocat iste. Postea sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, vt cõsummaretur. Scripsit, dicit: Sitio. Vas ergo posuit erat aceto plenum. Et continuo currens vnus ex eis, accepit spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cum ergo accepisset aceto Iesus, dixit: Consummatum est. Ceteri verò dicebant: Sine, videamus an veniat Elias liberans eum. Iesus autem iterum clamans voce magna: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et inclinato capite, emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum. Et terra mota est, & petrae scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem, & qui cum illo erant, custodientes Iesum, viso terræ motu & his quæ fiebant, timere valde, glorificantes Deum, & dicentes: Hic homo iustus, verè Filius Dei erat. Et omnis turba eorum qui simul aderat ad spectaculum istud & videbant quæ fiebant, percutiens pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longe, & mulieres multæ quæ simul cum eo ascenderant à Galilæa Hierosolymam. Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater Salome mater filiorum Zebedæi: quæ cum esset in Galilæa sequebantur eum) hæc videntes. Iudæi ergo quoniam Parasceue erat, vt non remaneret in cruce corpora sabbato (Erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur crura eorum & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem frangerunt crura, & alterius qui cum eo crucifixus est. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderent eum iam mortuum, non frangerunt eius crura: sed vnus militum lancea laterali percussit eum, & continuo exiit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius, & ille scit, quia vera dicit, & vt vos credatis. Facta enim hæc, vt Scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt.

Ioan. 19.

Matt. 27. Mar. 15. Luc. 23.

Ioan. 19.

cap. 171.

Iudæi signant monumentum. Cap. 172.

Altera autem die, quæ est post Parasceuen, conuenerunt principes Sacerdotum & pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam. Iube ergo

prima die sabbati Iesus resuscitatur à mortuis. cap. 173.

Ioan. 20.

Ioan. 20.

dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium, ne forte veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi, surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus. Vespere autem sabbati, quæ lucefcit in prima sabbati, cum adhuc tenebræ essent, venit Maria Magdalene, & altera Maria, & Salome ad monumentum, portantes quæ paraucrant aromata, & orto iam Sole, dicebant adinuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Erat quippe magnus valde. Et ecce terræ motus factus est magnus. Angelus autem Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem: & respicientes viderunt reuolutum lapidem à monumento, & Angelum sedentem super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius sicut nix. Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autem Angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos. Scio enim quod Iesum qui crucifixus est, quæritis: Non est hic, surrexit enim sicut dixi: Venite, & videte locum vbi positus erat Dominus. Et factum est, dum mente consternerat essent de isto: Ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas. Quid quæritis viuentem cum mortuis? Non est hic, sed resurrexit: Recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens: Quia oportet Filium hominis tradi in manus peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere: et cito euntes, dicite discipulis eius quia surrexit à mortuis. Et ecce prægedet vos in Galileam, ibi eum videbitis, ecce prædixi vobis. Et recordatæ sunt verborum eius. Et exierunt citò de monumento, cum timore, & magno gaudio, currentes nunciare discipulis eius. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum & ad alium discipulum quæ amabat Iesus, & dicit eis: Tulerunt Dominum meum de monumento: & nescimus vbi posuerit eum. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit posita lintea mina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, nõ eum linteaminis positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat prius ad monumentum, & vidit, & credidit: Nondum enim sciebant scripturas, quia oportet eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum ad semetipsos discipuli Maria autem Magdalene, de qua eiecerat septem demonia, stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo steteret, inclinauit se, & prospexit in monumentum & vidit duos Angelos in albis sedentes: vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum erat corpus Iesu. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis, quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa existimans eum, dicit mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria: Conuersa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus: Noli me tangere, Tom. 2.

nondum enim ascendi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos & dic eis: Ascendo ad patrem meum & Patrem vestrum: ad Deum meum & Deum vestrum. Ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitate & nuntiauerunt principibus Sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et cõgregati cū senioribus, consilio accepto peccati, annuntia copiosa dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia dormierunt discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormierunt. Et si hoc auditum fuerit à præfide, nos subadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant docti, & diuulgatum est verbum istud apud Iudæos vsque in hodiernum diem. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere: Ite nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Quæ cum abiissent, nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim lugentibus & stentibus, & ceteris omnibus qui cum eo fuerant. Et illi audientes quia viueret, & visus esset ab eis, non crediderunt eis. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non credebant illis. Post hæc autem duobus ex eis ambulantiibus, ostensus est in alia effigie, euntibus. hac ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierosolimis, nomine Emaus: Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est dum fabularerent, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquas, ibat cū illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Erat autem illis: Qui sunt hi sermone quos cõfertis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus, cui nomẽ Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in hierusalẽ, & nõ cognouisti quæ facta sūt in illa his diebus? Quibus ille dixit: quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta potes in opere & sermone, coram Deo, & omni populo: & quomodo eum tradiderunt summi Sacerdotes & principes nostri in dationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & nõ inueto corpore eius, venerunt dicentes, se etiã Angelorum visionem vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: Ipsum verò nõ inuenerunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi ad credendum in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ. Nõne ergo hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriã suam? Et incipies à Moyse & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quod ibat & ipse finxit longius ire. Et cõgesserunt illum, dicentes: Mane nobiscum quoniam ad vesperas cœcit, & inclinata est iam dies: Et intrauit cū illis. Et factum est dū recumberet cum illis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum & cognouerunt illum: & ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt adinuicem: nõne cor nostrum ardēs erat in nobis, dū loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? Et surgentes eadẽ hora, regressi sunt in Hierusalẽ, & inuenerunt cõgregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes quod surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

Castodes nuntiauerunt. Cap. 174.

Duobus euntibus in castellum, & apparuit Iesus. Cap. 176.

Iesus apparuit discipulis. Cap. 177.

Nec illis crediderunt, Dum autem hæc loquuntur, res essent clausæ, vbi erant discipuli congregati pro-

pter metum Iudæorum: Venit Iesus & stetit in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis, Ego sum, nolite timere. Conturbati verò & perterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ipse ego sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus, & pedes & latus. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauam mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit illis, Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas, & dixit eis: Quonia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere die tertia à mortuis, & prædicare in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. Vos autem estis testes horum, Et ego promitto promissum Patris mei in vos. Gausi sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: Hoc cum dixisset, insufflauit, & dicit eis: Accipite Spiritum sanctum, Quorum remisit peccata, remittantur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

Iesus ap- paruit Thomæ. cap. 178

Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, nō erat cum eis quādo Iesus venit, dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autē dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittā digitum meum in locum clauorum, & mittam manū meam in latus eius, non credam: Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dicit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me, credidisti: Beati qui nō viderunt & crediderunt. Multa quidē & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorū suorū, quæ nō sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Iesus Christus est Filius Dei: & vobis credentes vitam habeant in nomine eius.

Iterum ap- paruit discipulis suis ad mare Tiberiadis. cap. 179

Postea manifestauit se iterum ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic: Erat simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanaël qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dixerunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prenderunt. Mane autem iam facta, stetit Iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Respondent ergo ei: Non. Dixit ergo eis Iesus: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valuerunt illud trahere à multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est, Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunicam succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt (non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas,

Ioan. 21.

& piscem superpositum & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tantum essent, non scissum est rete. Dicit eis Iesus: Venite prandere. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, tu quis es: scientes quia Dominus est. Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertiò manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset à mortuis.

Cum ergo prandissent, dicit Simon Petro Iesus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, Tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Ioannis diligis me? At illi: Etiam Domine, Tu scis quia amo te. Dicit ei, pasce agnos meos. Dicit ei tertiò: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò amas me, & dicit ei: Domine, Tu omnia scis, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit, significans quia morte clarificaturus esset Deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. Conuersus Petrus, vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cæna super pectus eius, & dixit: Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Iesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Si eum volo manere, donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, & discipulis ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, non moritur: sed si eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus, qui testimonium perhibuit de his, & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos, qui scribendi sunt libros.

Iesus iterum dicit petro diligis me cap. 180

Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus: & videntes eum adorauerunt: Quidam autem dubitauerunt. Et exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis: quia hi qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Euntes in mundum vniuersum, & prædicate Evangelium omni creaturæ. Docete omnes gentes: baptizantes eos nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruari omnia quæcunque mandauimus vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo demonia eiciant: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent & bene habebunt. Vos autem sedete in ciuitate, quoad usque induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum, & sedet à dexteris Dei. Et ipsi adorantes, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno: & erant semper in templo laudantes, & benedicentes Deum. Et profecti, prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

Ioan. 21.

Discipuli euntes in Galilæam viderunt, & adorauerunt. Et assumptus est in cælis coram eis. cap. 181.

Mar. 16. Luc. 24.

EVANGELIORVM QUARTIORUM narratio, ex Ammonio Alexandrino Ottomanio Luscinio interprete.

cap. 1.



N principio erat Verbum per quod cōdita sunt omnia, in fine tādē temporū caro factū. Ioā. 1. Idque nouo nascēdē modo, ex virgine maria, Ioseph quidē nuprui tradita: mat. 1. Sed Gabrielis paranympii cœlestis nuntio, grauida.

Luc. 1. Quæ res maritū Ioseph Sacramēti nesciū, traxit in admirationē, vt nisi diuino fuisset edocētus oraculo, consilium de virgine deserenda, ita vt conceperat animo, haud dubiè impleret. Mat. 1. Cœli capite sunt tum forte Octauij Augusti edicto, omnes qui romano parebant imperio: quum Ioseph, Bethleem quæ ciuitas erat David ad quē genus referebat, simul cum Virgine proficiscitur. Vbi illa partu soluta, enixa est Christum. Aderat mox Angelus è cælo delapsus præco, agmine cœlestium spirituum lōgo stipatus, qui pastoribus noctu eo loci excubias agētibus, natū hominibus Seruatorē nuntiaret. Luc. 2. Neq; latuit Magos ad solis ortū longis terrarum spaciis etiā distitos, ea natiuitas. Mat. 2. Quippe post circuncisum octauo die infantem, lesū quē vocatū. Luc. 2. Ipā tertio decimo, Hierosolymā, noua quadā stella duce veniētes, Regē Iudæorū prædicāt natū. Ac cōmunicato cū Herode principe & Scribis cōsilio, in Bethleē inuentum adorant, ac venerantur muneribus. Mat. 2. Sed & iustus ille Simeon, Annaphe Phanuelis filia Prophetico spiritu afflata, oblatū post dies quadraginta in Tēplo agnouerūt Christum, lætis præcationibus fausta teris ominantes. Luc. 2. Iniquo animo hæc tulit Herodes, natum quē recēs puellū conatur extinguerē. Itaq; Ioseph rediēs Nazareth. Luc. 2. Oraculo admonetur vt fugā in Aegyptū, infantis vltimū cōsulat, id quē in tēpore: nā non multo post ira succēsus Rex, bimulos omnes ac natu minores gladio sustulit. Mat. 2. Crescebat interea puer & confortabatur spiritu, continuum septēnium anni agens in Aegypto vsque post Herodis interitum. Quem vbi Ioseph cœlitus per quietem didicerat, reducem sese tum patriæ Nazareth protinus exhibuit, Lucæ secundo.

cap. 2.

Porro annum agens Iesus duodecimum, parentes Hierosolymam sequentus quò illi statis quibusdā anni diebus sacrorum gratia cōsuebant, Patris cœlestis agēs negotium, diuinæ legis doctorum cœtui, toto triduo permixtus, parentes paululum declinauit. Deinde inueniens ab his, diuinamque voluntatem causatus quia se subdlexerat, domum redit morigerus in omnibus. Luc. 2. Ioannes aliquanto post, Zachariæ filius Christi anteambulo, prædicationis munere clarus fuit. Mat. 3. Mar. 1. Luc. 3. Accessit prædicationi penitentiæ, iuncto baptismo, tanta vitæ sanctimonia, cultūsque austeritas, vt à Iudæorum primoribus dubitarum sit num esset ille Christus, legatione ad sciscitandum veritatem in id decreta. Verum Ioannes falsus plane quod erat, à Deo prouincia intelligeretur. Ioan. 1.

Isaia. 40.

cap. 3.

Iesus interea trigēsimum fermè ætatis annum attigerat, quum Galilæam relinquens, Iordanis peteret fluenta: vbi à Ioāne lauacro tinctus, multū primo relictante, quasi præposteriorū illud esset officij: auditūque vox Patris cœlestis, hunc dilectum sibi filium attestātis. Mat. 3. Mar. 1. Luc. 3. Subductus hinc in desertum, post quadraginta dierum inedia, Tentatoris sustinuit grauisissimū indidias. Mat. 4. Mar. 1. Luc. 4. Ioannes dein de vanto Iesu, agnum Dei hunc esse aperte indicat, qui Tom. 2.

totius mundi auferat delicta. Atque eo testimonio primum illecti, Bariona, cum fratre Andrea Iesum sequitur, Philippus mox vocatus addit se socium. Ioan. 1. Tertio die vocatus ad nuptias, virtutem diuinā aqua in vinū cōmutata prodidit, simul que eiectis è tēplo mercatoribus. Ioan. 2. Huic accessit copiosa piscium captura in Iesu verbo, quum vano labore Petrus totam noctem cōsumpseret. Vnde stupor ille, verbaque: Exi à me Domine, quia peccator ego sum. Luc. 5. Baptizabant interea passim & Iesu, & Ioannis discipuli, Ioan. 4. Quæ res materiam orti post inter illos minoris suppeditabat. Verum Ioannes de Iesu rebus feliciter promouendis ita loquebatur: Illum oportet crescere, me autem minui. Qui de cælo venit super omnes est. Ioannis 3. Atque ita futurum breui indicauit euentus, Ioanne per Herodem (quod se admonuisset errati) primum coniecto in vincula, deinde capitis damnato. Math. 14. Mar. 6. Quæ crudelitas, Iesu, è Galilæa mi grandi in fines Zabulon & Neptalim, occasio fuit. Vbi primum penitentiam, regni que cœlestis confinitatem prædicauit. Matthei. 4.

Annus primus Dominice prædicationis

Firmata de se, aditis miraculis, diuinitatis opinione, ad doctrinā Euangelicam longè latè que diuulgandam, Iesus animum conuertit. Locū que Esaiæ quo ait: Spiritus Domini super me, eò quod vnixerit me: Euangelizare pauperibus misit me: cū his quæ sequuntur, palam suæ functioni congruere indicauit. Lucæ 4. Elegit autem discipulos duodecim Math. 10. Marc. 3. Luc. 6. quibus consensu monte separatim proposuit, beatitudinis quasdam formulas, longè diuersas ab his quas vulgus hominum sectatur, Proinde definiuit arma quibus velit esse instructos, cœlestis doctrinæ præcones, potestate illis facta, impuros demones pellendi, simul que curandi morbos. mat. 5. Nec minor illi fuit sollicitudo docendi plebem, postquam relicto monte in latè patentibus campos descendit. Lucæ 6. Doctrinā sequuta sunt miracula, aut si quis malit appellare, varia in miseris collata beneficia. Lepra vitia tum corpus suæ puritati restituitur. Matthei 8. Marci 1. Vexatus à Cacodemone, in Synagoga, sibi restituitur. Marci & Lucæ quarto, Lucæ 5. Centurionis famuli paralytici consolidatur. Marci 8. Lucæ 7. Ioannis 4. Vidue natus vnicus à morte ad vitam reuocatur, ad portam ciuitatis Naim. Lucæ 7. Quid multa? omnes corpore affecti, quos fama per vniuersam Syriam dispersa de Iesu coegerat, bonæ valetudini reducitur. Matthei 4. Marci 3. Lucæ 4. Ioannis 6. Nec contentus his beneficiis corporalibus, mulierē in Pharizæi conuiuium male actę vitę cōscientia egrā absoluit. Luc. 7. multos tum cupido incesserat illum sequendi: verum affectus terrenarum rerum obstitit. Alius enim fortunę strepitum sibi pollicetur, & audit filium hominis ne tantillum quidem habere ditionis vt caput eò reponat, quū alitibus nidi sint & vulpibus suæ specus. Alius paterni faneris curationē præfert Christi cōturbatio, cui dicitur: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mar. 8. Luc. 9. Alius proinde domesticorū ac necessariorum curam prætexuit vt non protinus sequeretur: quem arantū similem facit, vultu in tergū verso. Luc. 9. Ceterum regionem petiture Gerascenorum, traiciendus erat lacus in quo nauis vectus dormiebat, ac coorta interim tempestare, ventos marē que compescuit. Mat. 8. Marc. 4. Luc. 8. Porro ad portū vbi appulit, spiritibus immūdis obnoxios, præter modum sequentes liberans, porcorū gregem rapi in præceps permisit. Mat. 8. Luc. 8. Marc. 5. c. ij

Annus primus Dominice prædicationis

Rediens inde Capernaum Paraclitum per tegulas dimissum alienae fidei respectu sanat. Mat. 4. Mar. 2. Luc. 5. Et pauculos post dies Iudeam repetit, atque in teloneo conspectu Matt. publicanum, vocat ad Apostolici muneris functionem. Mat. 9. Mar. 2. Luc. 5. Rursus in Galilaeam profectus per media Samariam, in colloquio incidit cum muliercula prope puteum. Vnde illa edocta, Messiam venisse qui dicitur Christus, palam fatetur. Ioann. 4. Deinde in Canam Galilaeae se contulit, inter eundem regij cuiusdam viri filium iam moribundum, ea hora qua ille salutem peribat, vivere praedicavit. Ioan. 4. Succedit mox conuiuio Leui, quo receptus Iesus simul cum Publicanis, a Pharisaeis reprehenditur. Verum ille medicum se esse testatus, morbo laborantes potissimum sua ope indigere indicavit. Proinde misericordiam qua egentibus succurreret, longae praestare sacrificio. Venerunt item vitio discipulis Iesu, Ioannis sectatores, quod se non ad Pharisaeorum morem ieiunium macerarent. Et audiunt iniquum videri ut se sponso praesente, lugeant filij: nouum que viuendi institutum, veterum permissione confundatur. Perinde ac in communi rerum usu, desipere dicitur qui veteri vestimento particulam noui panni assuat, nouumque vinum vitribus annosis audeat committere. Matthaei 9. Mar. 2. Luc. 5. Nec contenti Pharisei, obtreccatione qua omnia Christi facta calumniabantur. Sed signum quoque nouum experunt, quasi verum illud nullum exhibuerit. Et reportant aptum malignitati suae responsum. In filios videlicet de generis & sceleratos, Ionae signum recte competere, alio piscis triduo olim inclusi, cuius monitis, Niniuitae etiam deplorata improbitatis homines, resipuerint. Atque ea ratione damnatione manere incredulos. Subiecit mox Reginae Aethiopiae exemplum, quam Salomonis sapientia ab vitimis terrarum oris attraxerat. Et quod omnium apertissime quadrabat, impuri spiritus ad hominem vnde paulo ante exierat, reditum longae infelicissimum. Quando, quod ad praedicationem attinet veritatis, Ionas & Salomon multis partibus se essent inferiores Matth. 12. Luc. 11. Nec dum sermonem institutum sinerat, & mulier quaedam e medio turbae, beatum exclamat ventrem Christi genitricis, ac foetia vbera. Sed ille quod potius esset, magisque ex te nostra, malebat expendi. Beatos videlicet haud dubie futuros qui verbum Dei conciperent animo, generarent benefactis. Luc. 11. Denique in praedicationis Euangelicae negotio, quemadmodum abesse debeat cogitationis & alterius cuiusuis necessitudinis affectus, matre ac fratribus se querentibus, diffiniuit, dum illos repudiat, & diuinae voluntati morigeros, parentes & fratres suos agnoscit. Matthaei 12. Marci 3. Luc. 8. Sermo autem Domini cum iam confirmandus esset miraculis, commodum a Iairo synagoga praefecto inuitatur ad beneficium defunctae filiae praestandum, Id quod facile obtinuit. Matthaei 9. Mar. 5. Luc. 8. Caeci ite duo Iesum sequentes, visum precibus impetrarunt. Mat. 9. Mutus demoniacus eiectione immundo spiritu loquitur, ita ut turbam non mediocriter caperet insolitae rei admiratio. Verum Pharisei, dona Dei non agnoscetes, Beelzebub demoniorum principi accepta Christi opera referunt. Matthaei 9. Luc. 11. Qua in re ta atrox piaculum est admissum, ut neq; hic diluqueat, nec in futuro saeculo. Mat. 12. Mar. 3. Luc. 11. Quamquam nihil est cur miremur, natura improbos, in maledicta prorumpere, quod vir bonus de bono thesauro bona proferat: malignus, permittosa. Verum que sit quod dicitur: Exarboris fructum dignosci. Atqui prospiciendum

Ion. 2.
Matth. 12.
3. Reg. 10
2. Par. 9.
Luc. 11.

Cap. 5.

erat ne lingua peccaremus, de quocunq; verbo ocioso coram Deo iudice exactam ratione reddidit. Mat. 12. Sub hac ingressus Iesus oppidulum quoddam, a Martha, hospes excipitur: quae dum sedulo in apparatu conuiuio occupata, sororem Mariam ab ore Domini pendente inculcasset, mox discit se negotiis, non quidem negligendis, sed fluxis tamen iucumbere, sorore interim quae sunt optima, complectente. Luc. 10. Designauit praeterea alios septuaginta duos discipulos, quos in messum euangelicam negotij tum impendio copiosam, anteambulones praemitteret, nihil obmittens praecceptorum salubrium quae ad Apostolicam integritatem venanda his conducerent. Denique praecceptis, dotes additae sunt curadorum languoribus, simulque euicendorum demonum. Caepit scilicet non desinit successus: atque inde in arrogantiam lapsi discipuli, dominico sermone, quo se vidisse ait, Satanam ceu fulgur e caelo deciduum, ad modestiam reuocantur. Luc. 10. Eadem ferme hora commendatur a Christo legitima gestiente. Patris sui caelestis benignitas, quae, magnates, euangelij Sacramenta celasset, infime sortis hominibus illa aperuisset. Mat. 11. Luc. 10. Ceterum felicitatis comes inuidia phariseos tum extimulabat, ut Christo ac suis vndique obturbaret. Flebat ille forte iter sabbato per segetes, & famae spicis manu conuulsis solabatur, quod opus ad superstitionis istis veluti impium carpebatur. At Iesus Davidis exemplo Scripturaeque diuinae, permissum, & innoxium esse discipulos ostendit, seque tanquam sabbato superiorem, eius legibus haud quaquam astringi. Mat. 12. Mar. 2. Luc. 6. Proximo dein sabbato arentem hominis dexteram in Synagoga ad vigorem reduxit. Veritatem utique non esse sabbato contestans, ut beneficis exiit, Quam in puteum collapsam pecudem impune extraxeris. Ut ne phas quoque videri possit, tum hominis salutem negligere. Matth. 12. Mar. 3. Luc. 6. Quae res prima aemulis occasio fuit ut de perdendo Iesu consilium caperint. Matth. 7. Verum ille ad tempus cedens improborum malevolentiae, montem conuendit, in quo solidam eam noctem precibus vacauit: Matth. 12. Luc. 6. Postero die verbi caelestis eminentiam ac fructum, e nauis ad plebem in littore collectam exponit, parabolis in eam rem variis atque adeo aptissimis adductis. Nempe seminantis, cuius seges partim in iter publicum, partim, & spinas: partim in fertile solium incidit. Matth. 13. Mar. 4. Luc. 8. Confinis huic parabolae erat illa de seminante zizaniam in agrum, dormiente eo qui bonum semen in eundem sparserat. Matth. 13. Mar. 4. Tum illa de grano sinapis minimo, in iustam arboris magnitudinem succrescente. Cui accessit ea de fermento quod mulier abscondit in farinae fatis tribus. Matth. 13. Luc. 13. Deinde dimissa plebe, in adium penetralibus explicat discipulis parabolarum superiorum mysteria, adiectis insuper aliis, puta de thesauro in agro reperto, ac negociatore margaritarum pulchras querente: quae utraque non nisi diuenditis omnibus potuerint acquiri: Latenter indicans verbi caelestis sublimitatem. Ac ne quis hostium illius veritus insidias, defectionem meditetur, aut de tollendis a medio improbis cogitet, eo que differat suum in re Euangelica studium, protinus verriculo in mare iactato piscibusque extractis, pro eo quod boni fuerint aut vitiosi, retentis aut abiectis, tolerandum hoc tedium quam diu viuas, ostendit, Matth. 13. Id quod ferme superiore quoque de zizaniis parabola non obscurato.

De verbi Dei dignitate & fructu.

Dominica praedicationis annus secundus. Anni

Anni autem secundi initium, Iesus docendae patriae dedicauit. Porro frequentia & familiaritas, prorsus contemptibilem reddidit, ut diceret sibi commune esse cum Prophetis qui in patria duntaxat expertes gloriae fuissent. Matthaei 13. Luc. 4. Marci 6. Heliae exemplum ac Helizei non absurde huc trahebatur, quorum neuter in gentem suam impendio beneficis extitisset. Ceterum hic sermo quantum exagitantur municipes Iesu, euetus plane edocuit. Conati enim sunt, illum ex aedito vrbis loco praecipitare, erantque dictis parum creduli, ut nullo illic prodito miraculo, diuina virtute e manibus illorum laberetur. Matth. 13. Luc. 4. Herodes interim Tetrarcha, necato Ioanne, quum fama de Christi miraculis per omnem finitimam regionem dimanaret, suspicans Ioannem reuixisse, desiderio videndi illius tenebatur. Matthaei 14. Marci 6. Luc. 9. At Iesus agnita fraude, in solitudinem se abdidit, quo sequuta ingens turba, commeatu iam deficiente, de quinque panibus & piscibus duobus pascebat. Quo beneficio Iesus ad se sibi multitudinis animos conciliauit, ut dignum indicarent principatu. Sed is alienus ab omni ambitione, clanculum fugit in montem, vbi solus perpetuis precibus noctem ad quartamque castrensem vigiliam protraxit. Matthaei 14. Mar. 6. Luc. 9. Ioannis 6. Erant tum discipuli in summo marinae tempestatis discrimine, ventis praeter modum saeuientibus, & nauim qua vehebatur in diuersum agitantibus, cum Iesus in vndis perinde atque in solida terra deambulans, praesentia mactos sua solatur. Verum illi nouitate rei deterriti, spectrum esse inane quod viderant, putabant. Matthaei 14. Marci 6. Iesu autem loquente, Petrus fide in Christum super mare ambulat, incredulitate mergitur. Matth. 14. Conquiescit autem illic vetus Domino nauim ingresso. Mat. 14. Mar. 6. Et traiecit in terram Genezaet. Mat. 14. Vbi variis languoribus affectos, qui vel simbriam velis illius optabant contingere, sanauit. Mat. 14. Mar. 6. Postero die inuictus ab his quos paucis in solitudine, causam intelligens cur se longis ambagibus quaesissent, cibum corporalem ad caelestem alimoniam comparandam longo sermone cohortatus, Manna, illo cibo longae esse inferius edocuit. Proinde quum de verbo vitae aeternae loquens, iam panem nominaret, modo carnem & sanguinem multi horrore rei perperam intellecta concepto, a Christo desinere. At Petrus contra, quod verba haec sint vitae aeternae, perdurandum suadebat. Ioann. 6. Deinde quum vocatus ad Pharisaei cuiusdam praedium neglecto lanacro discessisset, & is plurimum eo fuisset offensus: Stultos vocat qui nimium anxie maiorum obferuarent traditiones, iudicio Dei & charitate interim obmissis. Luc. 11. Decimabat illi mentam, rutam & o-lus quoduis, in vasis quoque mundandis quae ad vitium pertinebant plus iusto erant curiosi. Ceterum ambitio in affectibus primis in synagoga cathedris, Hypocritae in extrinseco cultu, vereque sepulchra foris dealbata. Impij denique in senes valetudinarios, quibus oblationum praetextu subtrahebant alimoniam, circumuentis falsa doctrina. Vnde caecos vocat illos Christus, & plantationem quam Pater caelestis minime agnoscat, ideoque breui interituras. Recte proinde in istos competere Esaias vaticinium, quo ait: Populus hic me labijs honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me docentes doctrinas & mandata mortaliu. Ostendit autem hominem minime contaminari ab his quae per os immitterentur, sed magis adulterio, fornicatione, homicidio, furto, auaritia,

impostura, dolo, impudicia, obtreccatione, superbia & stultitia, quae omnia in cordis officina clae concepta, magno malo foras prodiret in publicum: esseque simplex genus expiandarum impuritatum, si elemosyna in fratrem beneficis exisset. Matthaei 15. Marci 7. Luc. 11. Dimissa inde Iudaea, Iesus in oras finitimas Tyri perrexit & Sidonis. Vnde Chanaan quaedam mulier Cap. 8. ingressa fidei magnitudine, iugique precu instantia filiam a demone vehementer afflicta salutem impetravit. Mat. 15. Mar. 7. Et illic caecos, claudos, ac quosuis imbecilles ac valetudinarios ad pedes Domini proiectos ille sanitati restituit, magnaque hinc populū cepit admiratio. Mat. 15. Longe autem maior, surdo mutoque audiendi ac loquendi officis redditus dum relicta Tyri finibus, Decapoleos peragrat oras: acclamabat enim etiam prohibete Domino. Bene omnia fecit, & surdos audire, & mutos loqui Mar. 7. Contulit autem se eo itinere Hierosolymam ad solonia Pentecostes, vbi ad Probaticam piscinam expositum duo de quadraginta annorum laeuidum, sabbato (mirum in modum saeuientibus Pharisaeis) sanum fecit. Porro causam sciscitantibus, dixit se patris caelestis dei opera in omni sua functione haecenus fuisse adiutum. Scripturas diuinas in quibus illi vitam aeternam constituebant, de se certum praebere testimonium. Denique quod omnium maius acceperit a Deo: Id quod Ioannes quoque non obscure firmasset: Verum incredulos vicissim sibi gloriam tribuere, quam sit vana abunde perspicuum ex eo videri, quod a solo Deo omnis gloria procedat. Incitavit hic sermo magis atque magis istorum in Iesum animos, ut & illius non mediocriter seminarium, is extiterit. Ioan. 5. Aliquantum post, transmissa mari Galilaeae, septem panibus & pauculis piscibus quaternam millia hominum cibavit in solitudine. Mat. 5. Mar. 8. Vnde digressus, nauigio venit in oras Dalmanutha, vbi laecessus a Pharisaeis accurate docuit imposturas illorum prius fugiendas, fermentum appellans, eoque multi sensum lupum mentientes, onilia huiusmodi corrumperent. Mat. 7. Mar. 8. Luc. 12. Ac mox in Cesarea Philippi partes concessit, & confessione Petri de se recipiens, ea occasione, clauis regni caelestis ei promissit: ita suam stabiliendo Ecclesia, ut portae inferorum nihil virium aduersus illam sint habiturae. Indicat autem quanta se maneat calamitas, denique & mors ipsa, in quam conspiraturi sint Iudaeorum Scribae & Anasites. Sed tertio mox die sit reuictus, Matth. 16. Mar. 8. Luc. 9. At Petrus mortem audiens increpuit occulte Dominum, ceu parum consulte acturus sit, si illam sponte suscipiat. Quo contra Iesus se abegit Petrum, Satanam eum vocans qui diuinae voluntati repugnet, & in humanis duntaxat rebus sit oculus. Matth. 16. Mar. 8. Quin magis domandos ostendit humanos affectus, sese prorsus abnegato, & cruce sua ipsius suscepta, quo liberius illum sequi nobis liceat. Mat. 16. Mar. 8. Luc. 9. Contemptum autem se in humana specie, aliquantulum in gloria Patris, inter Angelorum agmina visendum ait, quando ius sit redditurus, & praemia cuique promeritis. Sed quid ego, inquit, vos longius moror? Quando ex hoc praesenti caetu quidam sunt quibus maiestas mea etiamnum vis palam reddetur conspicua: Mat. 16. Mar. 9. Luc. 9. Et interiectis sex ferme diebus plane contigit haec promissio, praesentibus in monte quodam excelso, Petro, Ioanne, & Iacobo discipulis, qui mirabili luce coruscum viderunt, cum Moise & Heliae sermones miscerent. Patre caelesti tum denuo riliu hunc esse dilectum, testante. Atque haec visio tam

Tom. 2.

e e iij

grata fuit Apostolis ut cogitarent de sedibus illic constitutis: placuit enim nunquam ab immenso hoc gaudio diuelli. *Matth. 17. Mar. 9. Luc. 9.* Quamquam quod ad fidem attinet, quae his rebus gestis debebat accendi, Apostoli adhuc mire frugebant. Id quod obtulit, quominus à Dæmone arreptum potuerit liberare. Nam Iesus sanato homine, protinus incredulitatem taxat, & fidem summo præconio extollit. *Matth. 17. Mar. 9. Luc. 9.* Venit deinde Capernaum, ubi tributum soluit, Petro ad mare piscatum misso, fore enim ait ut staterè, id est, quatuor drachmas, in ore piscis què primumprehendisset, inueniret. Etiam si ostenderet se tanquam terræ dominum minimè ad hoc teneri. *Matth. 17.* Inuaserat autem discipulos, ex visis miraculis & auditis de regno cælorum sermonibus, partim liuor, quo egrè ferebat quisque alterum sibi præferri: partim ambitio, qua honores, his qui in terris sunt, similes animo concepèrant. Sed præceptor utrunque damnàs, accessit puello, regnum cælestè ad illos duntaxat pertinere dixit, qui prorsus in alium hominem mutati, sese ad paruuli modum scirent demittere. *Matth. 18. Mar. 9. Luc. 9.* Denique qualiter Deus erga huiusmodi esset affectus, parabolà ostenditur ouis cæcesimæ, quam amissam reperiens, humeris latus imponat, vocatis ad epulandum eius rei gratia amicis. Confinis est huic parabolæ quam de drachma perditâ recensuit, magno cum gaudio inuenta. Et quæ omnium maximè indulgètem in nos Patrem cælestem piùmque, modo respiciamus, expressit, de filio prodigo, cui parens obuiam vadès, in illius cupidè ruit amplexus. Stola ad hæc priori simul cum annulo & crepidis afferri iussit, opiparum mox apparando conuiuium. *Luc. 15.* Cælestis autem parentis circa nos benignitatem, ostendit modis omnibus formulam esse agendi cù lapsis fratribus quò animas illorum lucremur, dum sollicitè primo arguimus soli, deinde adhibitis arbitris, ac mox ecclesia, postremò tãtis per abiicimus dum illos pudeat delicti, raturum deinde ac firmum se in cælis habiturum, quicquid illi in terris suo nomine collecti statueret. Ceterum in condonando errato noluit Petro normam aut modum præscribere, septuagies septies absoluendum peccantem, docendo. *Matth. 18. Luc. 17.* Quò autem clarior intelligamus ob inclementiã nostram, non solum à Deo noxam nobis non remitti, sed etiam redire eam quæ remissa est semel, parabolam dixit de rege qui seruum, cui condonata erant debita, ad carcerem & pœnas repetiit, quia parem benignitatem cohleruo non impetierat. *Matth. 18.*

Cap. 9.

De Repndio.

Finito hoc sermone, digressus à Galilæa Iesus, in Iudæam quæ sita est trans fluenta Iordanis, profectus est, magna se comitante hominum multitudine: quorū ille primò languidos curat, deinde ad doctrinã animum conuertit. At Pharisæi quibus mos erat in deteriorè omnia torquere partem, captiosè sciscitantur. Num liceat marito ex quaui causa vxorem abiicere, futurum rati ut si permitteret, secum pugnare videretur, qui repudiū vetuisset. Sin negaret, in legem mosaicã delinqueret. Verum Christus respondit Moysen ad duritiam Iudæorum respexisse, quum diuortii srena laxasset. Ceterum diligentius expendenda erat vel ex Genesis libro diuina in hac re voluntas. *Matth. 19. Marc. 10.* Difficultate autem attenta quæ incidit in re vxoria, coelibatum prætulit, Eunuchos esse nonnullos restatus, qui se castrarent regni cælestis gratia. Verum id negotij ad paucissimos quibus concessum sit, pertinere. *Matth. 19.* Afferitur subita occasione idoneum

puritatis & absolutæ modestiæ exemplum, improbitate marum adducti infantes, Apostolis impendio prohibentibus, quos omnes ad se vocans, Dominus complexus est, & exosculatus, taliu esse comprobans regnum cælorum. *Matth. 19. Mar. 10. Luc. octauodecimo.* Rursus deinde relinquens Iudæam, quia in perniciè illius Iudæi conspirauerant, Galilæam petit. *Ioan. 7.* Vbi cum audisset Pilatum præsidem extrema crudelitate in quosdam Galilæos animaduertisse, adè ut sanguinè quoque necatorum cum sacrificiis misceret, ad respicientiam omnes cohortatur, si ab interitu velint sese vindicare. Ad pauciores enim plerūque pœnã pertinere, veluti illis quoque contigisset quos duodeviginti, turris in Siloè olim compresserat, quū multo plures culpæ fuissent obnoxij. Et ut tenaci memorie insideret quod maximè omnium velle, parabolam subiicit de arbore ficu, cui succisionem comminatur paterfamilias, quæ fructum de se nõ ediderat, atque sic fecisset nisi vinitor suasisset dilationem, spe quadam de frugibus etiam nũ concepta. *Luc. 13.* Docebat forte tunc in synagoga sabbato, & verba comprobàs miraculis, mulierem decem & octo annis dæmonio obnoxia sanat, quamquã vitio sibi verterit illud princeps synagogæ. Christus autem legè non, ait, soluis, si Sabbato bouem aut asinum ligatum vinculis expedias, & aquatum ducas. Ceterum multo minus quia Abraham filiam quis ab immundi spiritus potestate exemerit, Pharisæi hinc felici successu inuidentes Euangelici negotij, sum mouere loco Dominum conati. Abi hinc (aiunt) quò necem cui te Herodes destinauit, euadas: atqui Iesus fraude cognita, respondit, quod istos vehementer morderet. Itè, inquit, dicite vulpi huic: Ecce euicio dæmonia, & perficio sanitates, hodie & cras, & tertia die consumor. *Luc. 13.*

Cap. 10.

Subiicit mox seminatium odij & malenolentiæ illorum, testimoniū perhibens operum malignitati. Et quãdoquidè in propinquo tum erat Scænopeyæ celebritas, contulit se Hierosolymam, ubi post diuersam vulgi de se opinionè. (Quidam enim vitum bonum se esse Iesum prædicabant, alij impostorem.) Ipse in longum protracto sermone, nõ suum agere se negotium, sed Patris qui se misisset, indicat. Mirabantur enim qui illum audiebant, quomodo literas probè calleret, quas nunquam didicisset. Ac mox secreta cordij illorum prodit, quod pertinaci proposito essent supplicium de se sumendi. Et inieciissent planè illi manus, nisi remoratus illos fuisset Dominus, eò quòd hora sua nondum adesset. *Ioan. 7.* Neque ita multo post accessit Iesum, quidam, fratrem suū inculans cupiditatis, quod hæreditatem secum non pariteretur. At ille ad se minime pertinere, ait, forense iudicium. Admonuit tamè auaritiam modis omnibus esse fugiendam, proposita in hoc diuinitis parabola, cuius opes magnis sudoribus per improbitatem partæ, ad incertū venissent hæredè, stulti illius animã, noctu dum minime ita fore cogitasset, ablata *Luc. 12.* Exorsus mox alium sermonè deinde in Templo, degenerare Iudæos ab auitis moribus probabat, quandoquidem Abraham factis non referentes diaboli imitarentur cuius verè essent filij. Illi contra Samaritanum appellat & dæmoniacū, lapidum iactu (nisi abiès sibi prospiciat) perniciem allaturi. *Ioan. 8.* Præteriens, tum forte quèdã ex eo tempore quo natus fuerat cæcum, omnibus mendicitate cognitum, vi videndi tribuit facultatem, atque ea res multū Pharisæos vrebatur. *Ioan. 9.* Quum protinus adulescens quidã accedès magister (inquit) bone, quid boni faciam, ut consequar vitam

Pilati crudelitas.

vitam æternam? At Iesus præceptorum Dei obseruatione commendauit: Ita tamen ut meritis propriis diffideremus, quòd non fit bonus nisi vnus, nempe Deus. Verum iuvene arrogantius sese iactante, quod diuinis iussibus sedulo paruisset: Christus, quem nihil latebat, intuitus cor æris aliquantò appetentius, ad vendenda omnia quæ mox eroget in pauperes, seque sequendum inuitat. Verum quum ille in diuersum se torqueret, rectè (ait Dominus) ex iis moribus consequitur, Facilius camelum per acus foramen quàm diuitem regnum cælestè ingredi. Proinde Petro res Christi amore dimissæ, fiduciam sperandæ mercedis fecerat, & protinus audit: in maiestate Domini, proximas sedes, sui similes habituros, denique centuplum simul cum gloria cælesti recepturos. *Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18.* Ceterum opibus & potentia præstantes, hæc quæ de terrenarum rerum contemptu differuerat, ceu proposito suo repngnantia effulse ridebant, quum Iesus parabolã minimè ridiculã affert, de Lazaro, id est, in solum Deū spem omnem collocante, qui ex fame & squalore ereptus in sinum Abraham, cuius verè erat filius, recipitur. Epulone quodam diuite cõrà, qui omnes vitæ delicias sectatus, Lazarum prædictum, non alimonia, & ne micis quidem panis dignatus esset, in tartara deiecto, vbi perpetuò pœnas acerbissimas ac penitus intolerabiles fut daturus. *Luc. 16.* Proximam parabolam discipulis proposuit de iniquo dispensatore, qui in re sua dominicã bona caute profuderat, latentè indicàs. nihil hic nostrum esse, sed Domini, qui tamen prudentiam laudet ministri, ex bonis alienis in egentes beneficit: vnde illum vicissitudo quædam maneat officij. *Luc. 16.* Aliam item superioribus connexuit parabolam patrisfamilias qui variis diei horis operarios in vineam suã mercede pacta conduxit, in parem laborem pari premio remunerans, quo significari voluit iam olim futurum ut Gentes fide Iudæos anteuertent. *Matth. 10.* Conquieuit autem paulisper à sermone Iesus, & Pharisæi cuiusdam ingressus ædes Sabbato ut cibum caperet, hydropticum sanauit. Ac mox docuit perperam agere, qui inuitati ad conuiuium, primos accubitus curiose ambiunt. Optimates enim verè esse, ac aliorum antesignanos qui sese scirent animo demittere. Proinde in conuiuio apparãdis, in opum vultu haberi rationem, qui ad reddendum vices quanquam essent impotes, tamen illius premij quod sperandum sit in resurrectione iustorum, certa videretur occasio. *Luc. 14.* Et hæc quidem res gestæ, finem secundo dominicæ prædicationis anno imposuere.

Hydropticus sanatus.

Cap. 11.

TERTIUS ANNVS DOMINICÆ PRÆDICATIONIS.

Extremus annus dominicæ prædicationis, idem illi planè qui & vitæ finis fuit. Decambulabat tum forte Iesus in porticu tèpli Salomonis, in Iudæorū Enceniis, & cingebant illum Iudæi, improbis conatibus ferme vrgentes, vel palam Christi se esse fateretur. Verum ille ex operibus facile indicandum ostendens quis esse, Vnum nihilominus se esse cum Patre ingenuè confitetur. Quo dicto lapidibus, ni fugiat, obruere dominum adorti sunt. *Ioan. 10.* Fugit igitur in vltiori ripam Iordanis, & triste accipit nuntium de Lazari morbo, dormire hominem significans qui iam fato concesserat. Præbuit ea mors repetendæ Iudææ occasio nem, etiam si discipuli, cauendam Domino eam regionem, ob necem quam illi Iudæi machinarentur, apertè prædicerent. Venit igitur Bethaniam quarto die ex quo Lazarus in monumentum reconditus fuerat, &

deploratum iam penitusque desperatum, se reuocaturum ad vitam pollicetur. Nec mirum si Lazaro præstaret, quòd omnes in illo expectamus, ait enim: Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet, & omnis qui viuit, & credit in me non morietur in æternum. Nec moia dicto fides certa adfuit, prodit è monumento qui quartum iam diem mortuus fuerat. Quare permoti ex Iudæis complures, fidei Christi colla subiderunt. Porro Pharisæi vbi hæc resciuerit, coacto concilio, in foribus esse periculum, nisi vnus Iesus multorum vice pereat, Caiphæ Pontificis sententia cognoscunt. Itaque mox decernitur quòd celerius fieri possit, quòque commodius, à medio tolleretur. *Ioan. 11.* Cessit furor Dominus, Efen profectus, quæ vrbs non longe à vasta solitudine aberat, vbi in tuto mansit, cum discipulis suis. *Ioan. 11. Matth. 12. Mar. 3.* Postquam autem ita visum est illi, ut mortem susciperet, declinauit latibula, & iter flexit Hierosolymam. Eundem autem illi erat per mediam Samariam & Galilæam, qua oppidum quoddam ingressus, decem viros à lepra mundauit, è quibus vnus duntaxat, & ille Samaritanus rediens à Sacerdotibus gratias egit. *Luc. 17.* Præmisit autem nuncios quos auerlati sunt Samaritani, Iacobo & Ioanne vindictam expetentibus, ut flamma cælestis contumaces absorbeat, ad eum modum quo Helia orante contigit. Sed increpuit concitatos in iram Dominus, spiritum cælestem & verè Apostolicum, esse spiritum lenitatis, mansuetudinis, & patientiæ indicans. Seque haudquaquam venisse ut perdat animas, sed ut seruet. *Luc. 9.* Ait autem ad illos secretò: Ecce ascendimus Hierosolymam, producturque illic filius hominis primariis Sacerdotibus & Scribis, qui illum damnantes capitis, Gentibus tradent, quò illatum ac flagris cæsum cruci affigant. Ceterum tertia die resurgens à morte, reuiuiscet. *Matth. 20. Mar. 10. Luc. 18.* Discipuli iis verbis in spem erecti, futuri cuiusdam regni ditonem affectabant, ac primi omniū Iacobus & Ioannes, Zebedæi filij simul cum matre prima loca dominici regni ambiebant, Iesu hanc metis elationem paucis verbis confutante, quippe facta mentione de calice, id est, pœna crucis, & dona Dei, quibus vtriusque via aperitur ad summa contendendi. Denique ceteros monet, principatum non cogiteat, cuius inter Ethnicos respectus quidem habeatur. Verum suo exemplo, qui aliorum necessitatibus inseruiturus aduenerit, rectus facturus, qui animi fastum deponat. *Matth. 20. Mar. 10. Luc. 22.*

Lazarus suscitatus

Cap. 12. Zachæus nauus.

Recta autem Hierosolymam petens, delatus Hiericho, inter eundem nano illo Zachæo, ut se hospitio reciperet accessit. Qui postquam res per nephas aliquando partas quadruplo redderet, dimidio nihilominus in pauperes, concepto cælestium amore, dispensato, salutem eo die huic domui contigisse ait Iesus, verèque Zachæum Abraham esse filium, quippe quem benefactis refert. *Luc. 19.* Et mox cæcis vehementi clamore misericordiam poscentibus, visum reddidit. Sciscitatus tamen prius, num id gratum haberent, quòd multi cæcutiant, qui tamen lucem penitus execrantur? *Matth. 20. Mar. 10. Luc. 18.* Diuertit proinde eodem itinere in ædes Simonis cuiusdam cognomento leprosi Bethaniam, ac inibi conuiuans cum Lazaro, Martham habuit ministram, & Mariam eius sororem plus solito officiosam. Nam alabastrum vnguento refectum precioso fregit, liquore toto in caput Dominicum diffuso. Id cum malè haberet discipulos, qui diuidentium vnguentum maluissent & inopia laborantibus precia

consultum: Fore ait vt nunquam desint pauperes quos foueamus, sed vnctionem hanc in mortis ac sepulturae suae gloriam merito impendi. Quod eius rei gestae memoriam nulla vnquam esset obliteratura obliuio. Matthaei 26. Marci 14. Ioannis 12. Vicinus inde Hierusalem Dominus, nouam aduentus sui pompam instruit. Missos enim à Bethphage ad oppidum quod è regione situm erat, discipulos iubet, afinam simul cum pullo abducere, quibus infideat. Ac sic iumentorum vectus cergis, sterni viam sibi vestibus ac arborum frondibus passus est, & à pueris promiscuaque multitudine acclamari laetis gratulationibus. Ofanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel. Matt. 21. Mar. 11. Lucæ 19. Ioan. 12. Cæterum propius intuitus ciuitatem, desceit illius cladem omnium miseriam, quam à Romanis principibus Tiro & Vespasiano esset acceptura. Luc. 19. Iamque erat intra vrbs mœnia, quum subito omnes occupat motus, quo nouarum rerum cupidi scire gestiebant, quis ouationibus vsque aded insolitis Hierosolimam ingrederetur, Matt. 21. Ioan. 12. Ac protinus Templum inuisens, primum studium domui paternae, scelestis negotiatoribus purgandæ adhibuit, flagello ex funibus ad eam rem parato. Matth. 21. Mar. 11. Luc. 19. Proximam cæcis ac claudis, seu suum integritati restituendis. Matth. 21. Quærebant Iudæi signum acerbae illius castigationis, & audire fore vt templum ab iis diruendum sua virtute restaretur. Ioan. 2. Sedens autem è regione gazophylatij Dominus, viduam pauperulam duo minuta æris, id est, quadrantem iniucientem contemplatus, quum nihil illi esset reliqui, plus omnibus iniucisse eam ostendit. Mar. 12. Luc. 21. Ac mox docendæ multitudini intentus, elationem Pharisæicam damnat, quam nimum plerique de suis benefactis præsumerent, omnibus præ se aliis, veluti nihil videantur, contemptis. Seruiebat huic negotio, parabola Pharisæi iactantis bona sua, & Publicani nihil horum agnoscentis, sed totum quod assequi possit boni, diuino beneficio tribuentis: Quorum posterior iniucitæ dotes à Deo acceperit. Luc. 18. Appetebat autem vespere, & rediit Iesus Bethaniam. Matt. 21. Mar. 11. vbi Nicodemus nocturno congressu arcana celestis generationis didicit, causamque dominici aduentus, & imminetis iam exitij, vt videlicet omnis qui credit in Christum, non pereat sed habeat vitæ æternæ. Postero die rediens Hierosolimam famelicus, & accedens ficum arborem, quum nil præter folia in ea reperisset, execratus est illam quia fructum non ædidisset, imprecatus vt perpetuo sterilis permaneret. Matt. 21. Mar. 11. Ingresso autem templum Domino, Scribae & Pharisæi adulteram in opere nephario deprehensam producunt, captiose quærentes quid fieri statueret. Porro Iesus ita responsum temperauit, vt neque illam abfoluens Mosis legem abrogare, neque condemnans, in tanta peccantium multitudine, vindictam à sola hac pauperula expetere videretur. Ioan. 8. Ostendit autem mox fore vt gloria sua ethnicis à patre celesti reuelaretur, comodatam natum occasionem ethnicorum quorundam aduenarum qui Philippi & Andrea vsi patrocinio, Iesum videre desiderabant. Qua hora patrem inuocauit vt se clarum Gentibus redderet, id quod facile impetrauit, voce cælitus audita: Et clarum reddidi, & posthac reddam. Ioan. 12. Rediit eo die quum aduersa faceret Bethaniam. Mar. 11. post die Hierosolimam repetiturus. Et diluculo videntes ficum execratam à Domino, aruisse, trahuntur in admirationem. Verum Iesus fidei pertina-

ci maiora tribuit. Matt. 21. Mar. 11. preces parum efficares esse prædicans quæ fide careant. Matth. 21. Cui hoc addidit, instantes quoque esse preces & tenaci proposito fixas oportere, parabolam afferens iniqui iudicis, quem vidua precibus tandem vrgentibus, ad ius reddendum induxerit, alioqui in rebus agendis remissum. Vnde appareat desperati esse hominis, ne tantillum quidem de Deo præsumere. Lucæ decimo octauo. At quum venisset in Templum, à Sacerdotum antesignanis ac plebis senioribus interrogatur, quis illi fecisset potestatem docendi? Iesus autem hanc questionem alteram retulit de Baptismo Ioannis: Num de celo esset, an ex hominibus. Matt. 21. Mar. 11. Luc. 20. Publicanos ait, & meretrices in cælis præferri incredulis, quod Ioanni obsequentes respicerint. Ad quod mirè congruebat parabola de duobus filiis, quorum vterque iussus à parente vineam colere, qui operam esset pollicitus, cessator fuit: qui illam negauit, respiciens tandem præstitit. Matth. 21. Proxima huic parabola erat de patrefamilias vineam colonis locante, qui ministros simul cum herili filio fructus poscentes truncidassent, quam adduxit, vt sententiam rogati, se ipsos damnarent, qui pari scelere cum colonis notarentur. Verum quod meritis ob id penas intelligerent euidentius, lapidem se esse reprobatum ab ædificantibus restatus est, cuius meminit Propheta. In quem lapidem aut impingenti, aut ab eodem illiso, haud dubie sit per eundem. Matthaei 21. Marci 12. Lucæ 20. Huc pertinebat & illa parabola, quam de rege nuptias filio apparante, recensuit. Inuitati enim toties Iudæi, obstinato animo varias causas erroris prætexuerunt. Matth. 22. Lucæ 14. Subornant tum Pharisæi discipulos qui simul cum Herodianis ad Iesum profecti, de tributo Cæsari pendendo interrogarent, vt si licere id affirmaret, Iudæos offenderet qui profano principi parere indignum putabant: sin fas non esse, Cæsareanos infensos haberet. Sed Dominus versusum subodoratus, numismatis inscriptionem ab aliis discernere cupit, quasi ipse ignoraret quæ ad veram pietatem non essent maxime conducibilia, quorum vsus quoque ceu promissus videretur. Matth. 22. Marci 12. Luc. 20. Verum dum nihil hinc accesserat Pharisæis victoriæ, videntes, Saduceos quoque succubuisse, qui resurrectionem nõ credebant, dum arguuntur inscitæ scripturarum, quæ crebro Deum appellant Abraham, Isaac & Jacob. Neque consentaneum sit, Deum rectè dici mortuorum: Matthaei 22. Marci 12. Lucæ. 20. Rursus alium subornant legis doctorem, qui quærat de magno mandato, & responsum accipit liuori, odio & malevolentia istorum non indignum, de proximo videlicet post Deum diligendo: parabola vnde id perspicuum fieri posset, de vulnerato à latronibus, in medium allata, qui à Sacerdote & Leuita prætereuntibus, neglectus, Samaritani tandem cuiusdam pietatem sensisset. Hoc aptum esse ait exemplum, quod alieni à charitate imitarentur. Lucæ 10. Missi sunt protinus ab æmulis ministri qui captum afferrent, sed deteruit illos sermo, cui parem nunquam audissent, deinde quod dixerat: Quæretis me, & non inuenietis. Denique varius in plebe rumor de Iesu subortus est: quidam Prophetam esse prædicabant, quidam verò Christum: alij ex Betleem oppido nasci Christum, non ex Galileæ originem trahere contendebant: Ioan. 7. Porro Iesus Pharisæos in hac controuersia accessit in vnum collectos, & interrogauit: Cuius tandem filium crederent Christum? Et quum inconstanter responderunt, David: clam notauit impiam illorum

illorum de se opinionem. Quippe qui hominem confitebantur, Deum ignorarent. Nisi enim Deus sit, absurdum videri quod Dauid in psalmis dominum appellet, qui illi sit filius: Matth. 22. Mar. 12. Deinde plebem intuitus, docebat sanam doctrinam quam Deo autore à Mose recepissent, patienter à Scribis & Pharisæis in Cathedra Moysi confidentibus recipendam: Atque vitæ exemplum, eod quod esset turpissimum, haud quaquam vt sequaris proponendum. Nam onerant (inquit) sarcinis imperitiores, quas digito ipsi dedignantur attingere. Omnia agunt ad ostentationem, ambiunt loca honorificentiora: Rabbi ab hominibus salulari gestientes, quando vnus est Rabbi & pater, nepe qui agit in cælis. Deinde ad Pharisæos versus, comminatus est illis exitum: Væ, ait, vobis Pharisæi, Scribae & hypocritæ qui regnum cælorum aliis clauditis, ipsi perpetuo exterres: Voratis domos viduarum, longum precamini, vagamini terra marique, vt in superstitionem vestram pertrahatis simpliciores. Væ vobis duces cæci, qui ex patribus homicidis nati, vt illi Prophetas, ita vos Apostolos trucidabitis, quo vere reatum contrahatis omnis innoxij sanguinis. Futurum vobis auguror vt me aliquando videatis in gloria, quem iam habebis de spectui: Matthaei. 23. Mar. 12. Luc. 11.

De extreme-
mo iudicio
Cap. 14.

Exeunti autem templum Domino, discipuli præclara & sumptuosa eius phani ædificia, admiratione quadam capti, ostendunt. Sed ille vanitatem mentibus eximit, prædicans breui futurum vt ne vllus quidem lapis alteri cohæreat lapidi. Matth. 14. Mar. 13. Lucæ 21. Ac mox abiens, in montem Oliuæ urbem intuitus paulisper confedit. Vbi secreto huic congressi discipuli, initia futurae huius cladis condiscunt, videlicet Antichristos, bella, seditiones, terræ motus, pestilentiam, famem, terrificæ de cælo signa, idolum abominabile Danielis vaticinio celebre, extremam denique calamitatem eorum qui docebunt euangelium. Quamquam ne vnus quidem capillus è capite illorum sit periturus: fore enim, vt in patientia sua animas adferent. Hierusalem verò, captis habitatoribus, & quaqua versusum abductis, à Gentibus tantisper calcatum iri, dum euangelium vniuersas illarum fines occupauerit: tum enim finem instare mundi, quem & ipsum portenta quadam præcedent in sole, luna, stellis, & pelago. Matt. 24. Mar. 13. Luc. 21. Solicite autem cauendum, ait, ne crapula, ebrietate, aur curis huius vitæ detineamur, ita vt improvidos opprimat ex inopinato dies illa. Luc. 21. vsque adeo incerta vt nec Angeli cælestes eâ possint prædicere. Matt. 23. Venit enim subito, ceu fulgur coruscans à cælo. Luc. 7. Et ad eum ferme modum quo diluuium quod contigit Noe temporibus, edentes enim & bibentes, ac nuptiis incumbentes, inexpectatum corripuit. Itaque prudenti cuique vigilandum est, boni patris familiæ exemplo qui fratribus nocturnis domum suam patere non sinit. Itidem frugi minister non indulget potationibus, rixis, aut somno, sub id tempus quo domini suspectum habet aduentum. Matt. 24. Sic videntur desipere virgines in occursum sponsi venturæ cum incensis lampadibus, si noctu excitæ à somno, oleum quod in promptu esse illis debuerat, iam primum, emptum ierint. Et seruus ille parum frugi traditur extitisse, qui acceptam à Domino pecuniam, per incuriam, domi ociosam iacere passus est, quam ille cum seruire se recepturum sperauerat. Separari autem tunc à bonis, ait Iesus, eos qui fuerint noxij homines & scelerati, non aliter quam pastor ab ouibus hædos segregat, bonorum numero censi

Mat. 9.

eos qui suo nomine, miseris, charitatis opera impederint: malorum contra qui hæc pertinaciter negauerint. Hos execrabiles igni & cruciatibus nunquam finendis tradi: illos benedictos ad cælestem regnum vocari. Matth. 25.

Cæterum profecto post huc sermonem in Bethaniam De iuuu Domino (vbi constantem est illum sequentem egisse diem) Interea sacerdotum Antistites & Scribae concilio in Caiphæ atrio, capiendum per insidias Cap. 35.

Iesum mortæque plectendum statuunt. Inuentus est huic negotio idoneus Iudas discipulus qui pecunia corruptus, decem argenteos stipulatur à Iudæis, vt prodatur magistrum. Mar. 26. Mar. 14. Luc. 22. Postero die, quæ prima erat eorum quibus à fermento abstinebant Iudæi, præmisit Iesus duos ex discipulis qui Pascha in ciuitate pararent, ipse secutus, vnâ cœnans. Mar. 26. Mar. 14. Luc. 22. Lauit pedes discipulis, tanto exemplo ad animi demissionem & modestiam illos inuitas. Simul ex eo cœtu quem tanto ardore dilexerat, quendam esse subindicans qui se esset Iudæis proditurus. Matt. 26.

Ioan. 13. Et mox accepto pane, deinde vini calice, corpus esse suum ac sanguinem testatus, manducare illos iussit & bibere, quod ea sit futura calamitatis suæ mortisque memoria. Fore proinde vt omnibus ea res fieret offendiculo, Petro contra, neque carceres, nec mortem se formidaturum constanter pollicente. Sed Iesus trinam de se illius abnegationem prædixit: Mar. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 13. Commendat autem protinus nouum illud de mutua dilectione mandatum, symbolum id esse significans, quo discipuli sui ab exteris dignoscantur. Ioan. 13. Deinde ad proxima pericula instruens animos, iubet maiorem ac metum omnem deponere, iterum se, præparatum suis locum, quo illos ad se recipiat. Et plane se viam esse, veritatem ac vitam: argumentum præterea videri quod se magistrum ament si præceptis sint motigeri. Nunquam se commissurum vt desertos omni solatio relinquat, quando spiritum cælestem consolatore in hoc illis mittendum destinari: pacem interea suam impertiens.

Ioan. 14. Denique vt omnem spem salutis non aliò, sed in se demtaxat collocet, vitem se esse prædicat à qua senotus palmes, sterilis reddatur, & mox in flammam postquam aruerit, videtur coniciendus. Non se item electum ab iis fuisse, sed cum delectu factos fuisse Apostolos. Magistro proinde hunc mundum tendere in insidias, vt Propheta oraculo continetur: Odio inquit habuerunt me gratis. Itaque nõ mirum videri si idem accidat discipulis, qui dignitate censeantur inferiores. Ioan. 15. Cæterum spiritum consolatore cuius paulò ante meminit, suo aduentu incredulum hunc mundum de peccato condemnaturum: breuem esse tristitiam & parientis sceminæ simillimam. Vt enim hanc, ingens sinit gaudium recens nati infantis, ita discipulorum corda post præsentem maiorem lætitia perpetua exhilarabit. Postremo pacem Iesus discipulis in se se habituros spondet, modo suo exemplo auentur, qui mundum vicerit: Ioan. 16. Fixis deinde in cælum oculis patrem orat vt se clarum mundo reddat, discipulos & eos quoque qui illorum verbo credituri sint à malo seruet, vnumque faciat per dilectionem, ad eum modum (inquit) quo ego & tu, vnum. Ioan. 17. Et epistigio quum hymnum abfoluisset cum discipulis Iesus, urbem egressus in prædium Gethsemani quod est situm ultra torrentem, qui à cedris nomen habet, vnde hortus erat, Iudæi proditori non ignotus. Solebat enim se plerumque Dominus in semotum ab urbano stre-

Ioan. 15.
vsq. 34.

Ioan. 15.
vsq. 34.

Ioan. 15.
vsq. 34.

Ioan. 15.
vsq. 34.

Ioan. 15.
vsq. 34.

Ioan. 15.
vsq. 34.

Christus orat.

pitu recessu hunc, cu suis recipere. Illic accersito ad se Petro cum duobus Zebedæi filii, ceteros iubet quietos paululum se expectare, qui precibus velit insistere. Et progressus inde, moestum se esse indicat, talique tristitia teneri, quæ solâ morte sit finienda, iubens item illis vt confideant & secum vigilent. Ipse solus non admodum longo spacio disinctus, sed quod iactu lapidis possis attingere, humi pronus confertur, patrem orans, si quâ fieri possit, immunem se reddat ab imminente ærumnarum calice, ne hunc degustet. Quamquam si omnino ita visum sit, nihil detrectatum se, verum in omnibus morem gesturam. Et surgens à precibus, quos vigilare iusserat somno oppreffos invenit. Itaque rursus admonet ne dormiant, sed orent magis Deum, ne sinat illos labi in tentationem: quod spiritus nihil equidem non moliat, at caro perquam est fragilis. Ac mox rediens ad preces, tertio eos ede repetit, toties somnolentes increpans. Laborabat autem angore tanto Dominus, vt sudore eius sanguinolento tellus etiam maderet, quum protinus è cælo vox Angelica audiret, quæ animum ac robur addidit. Iamque aderat Iudas proditor cum cohorte ac ministris Pharisæorum, & pontificiis: quibus in occursum veniens Dominus, oscitantibus discipulis inquit: Dormite iam & requiescite, quasi verò tempore tam periculoso quies apta videatur. Et compellans multitudinem tertio, quem quærant sciscitatur. Illis toties respondens Iesum Nazarenum, Dominoque subiciens: Ego sum, in terram dilabuntur. Ac protinus vt discipulos abire paterentur si se quærerent, iussit. Quo dicto, Iudas exosculatus Magistram. (Nam id ei symbolum fuit proditoris, quam cum Iudæis pactus fuerat.) Et confestim illi hostiles manus iniiciunt, vinculis membra stringentes. At Petrus prolato in medium gladio, ministro pontificio cui Malcho nomen erat, dextrâ abscedit auriculam, quam confestim Dominus loco suo restituit, verans gladio ferire cum qui nolit ferro succumbere. Versus inde ad capientes, causam reddidit cur se veluti latronem caperent, id quod prius crebro docenti in templo nunquam contigisset: Nimirum quia iam permisa videretur tenebris potestas quiduis audire, atque ita futurum prophetarum oracula præcinnuerint. Discipuli interea omnes fuga salutis suæ consulere, quum magno impetu in aedes Annæ qui Caiphæ pontifici focer erat, Iesus deducitur. Interrogatus ibi de discipulis & doctrina. Verum ille potius quærendum dixit ab auditoribus, quorum ingens erat numerus, quidnam illos docuisset. Ad quæ verba, Pontificis minister alapam Domino, non aliter quæ fuissent contumeliosa, impexit. Et audiuit: Si perperam loquutus sum, de hoc profer testimonium. Sin recte, cur abs te vapulo? Missus deinde Caiphæ, vbi omne Iudæorum concilium testes iniquos aduersus Dominum conquisierat, reiectis quibusdam ceu ficti uolis ac prorsus ineptis, quum sæpe interrogatus, nihil ad obiecta responderet: Quærit Pontifex, Num Christum filium se esse fateretur? At ille: Tu, inquit, ita dixisti: fore significans vt aliquando multa luce conspicuū in nubibus cæli Dei filium viderent, quem modo humilem aspernarentur. Ad quam vocem Pontifex ceu execrabilem, concitatus, vestem scidit & morti obnoxium esse Iesum totu cœtu acclamante pronunciat. Illud ebant illi interea ministri, velato capite membra feriantes ac scædantes spuito. Prophetam insuper insalutabant. Sedulo exigentes vt illum proderet qui se verberasset, multis quoque aliis huiusmodi in hunc colla-

tis conuictis. Interea Petrus in Annæ atrio semel atque iterum ab ancilla alisque interrogatus de Iesu. Num illius esset discipulus: constanter ac deinde sanctè iurans, illum abnegauit. Id quod in Caiphæ quoque ædibus ad eum modum accidit. Et cum vocem ædidisset gallus, meminit Petrus verbi Domini: Priusquam gallus bis cecinerit tu me tertio abnegabis. Atqui Iesus inruitus Petrum, moestum reddidit, vt se foras cum ingenti fletu proriperet: Matt. 26. Mat. 14. Luc. 22. Ioan. 18.

Porro vbi primum diluxerat dies Parasceues, vinctum, omnis Iudæorum multitudo Iesum in prætorium ducit ad Pilatum præsidem, non tamen cunctes intro, ne contaminarentur, sed Pascha manderent. Id cum vidisset Iudas, penituit eum proditoris, & coniectis in templum triginta argenteis. (Vnde illi agrum in peregrinorum sepulturâ mercati sunt.) Peccaui, inquit, sanguinem iustum vobis tradens: ac mox abiens, laqueo vitam finiuit. Exiit autem foras ad Iudæos Pilatus accusationem in Iesum recepturus: sed illi opinione seipos commendabant quò grauius reum premerent. Si hic, aiunt, immunis esset à scelere, non vtique conspectui tuo illum obtulisset. Verum accusationem, ne in ea parte te moremur, paucis accipe: Subuertit populum nostrum: Vtuit tributa pendi Cæsari, Dixitque se Christum regem esse. Præses recepta accusatione, interrogauit secretò Iesum rex ne esset: & subodoratus accusationis Iudæorum vanitatem, abfoluere Dominum cõstituit. At illi seditiosum esse hominem prodiderunt, qui Galilæa exorsus doctrinâ suâ motus in populo ad Hierosolyma vsque pertinentes suscitauerit. Audita autem Galilæa, præses Iesum Galilæum esse edoctus, ad Herodem tetrarcham qui tū Hierosolyms fortè agebat eū misit. Vbi expectatus vt portenta aderet, conticuit. Itaque indutus veste alba ludibrio habetur ab Herode omni que exercitu, atque ad Pilatum præsidem remittitur. Qui innocuum liberare pro virili adnitens, consuetudinem Iudæis solennem, qua in paschali celebritate vinculum aliquè illis dimittere solebat, fauori suo prætexuit. At illi in diuersum niterent. Barrabam quandam vinculis eximi homicidam cupierunt: Iesum verò voce increbrescente cruce affigi desiderant. Præses autem lenire illorum seuitiam volens, nudatum veste flagris cædi iussit. Corona ex spinis mox ceruici impressa, & arundo dextræ tradita, corpus multis atque adeo horrendis plagis cõtulum est, salutari que à militibus rex Iudæorum cæptus per ludibrium. Vnde Pilatus eum eripies, iam satis superque castigatum, Iudæis ostendit, quò ad commiserationem eos commoueret. Innocentiam viri etiâ atque etiâ inculcans, quâ vxor quoque eius, in somnis multa ob Iesum passa de illo palam prædicabat. Cæterum obstinati eiusdem tenaces propositi cruce affigendum clamant. Nisi enim ita faceret Præses, Cæsari illum aduersari. Lanit mox manus Pilatus, immunem se esse ab innoxio sanguine cõtestatur. Verum illi, sibi & filiis hunc imprecari, ad condemnandum cruce Iesum, præsidem impulerunt.

Itaque lata hac sententia, eductus inter duos latrones Dominus, cruce ipse sibi gestare cogitur. Sed & Simonem quandam Cyrenensem adigunt ad opem in ea re ferendam. Sequebatur ingens multitudo, & inter eam, matronæ quedam à Galilæa, Iesu sermone attractæ. Hæ iuncte Hierosolymitanis miserè Domini vitam deplorabant. Sed is Hierosolymitanis iussit, vt se ac suos magis lugerent liberos, qui ceu lignum aridum

Cap. 16.

Cap. 17.

Luc. 23. Ioan. 19.

Matth. 27.

Cap. 18.

Luc. 23.

Cap. 19.

pœnis essent dignissimi. Affixus autem cruce in caluarie loco, inter duos latrones medius peditebat: omnium iniuriis & probris expositus. Quum ille ne tunc quidem, solite in omnes benevolentia poterat obliuisci. Ac prius patrem cœlestem precatus, vt errori illorum daret veniam: Latroni mox oranti vt in regno cœlesti non grauareretur sui vel meminisse, Paradisum eo die se præstaturum, quam non fuerat rogatus pollicetur. Titulus præterea à Pilato ceruici Dominicæ appositus est, Iudæis multum repugnantibus, ad eum qui sequitur modum.

ΙΗΖΟΥ ΝΑΖΩΠΑΙΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.
IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM.

Vestes militum voluntati cessere, vt propheta oraculo continetur, forte in iis partendis iacta. Commendabat Iesus Mariâ genitricem cruce vicinam Ioanni discipulo, mulierem appellans ne quid affectibus humanis tribuere videretur, qui patris cœlestis iam ageret negotium. Filium insuper se esse negans: dum illum in vicem suam substituit Congruentem mirè hæc res geste cum dauidis vaticinio, vt videri possit ad illud respexisset dominus, dum voce Hebræa clamaret, Id est: Deus Deus meus cur me deseruisti? Huc item pertinebat quod sit affici sese clamabat, felle mox & aceto potatus. Euenisse tū omnia dixit, quæ oraculis olim vates futura de Christo præcinnuissent. Itaque demisso in pectus capite, patrem affatus: In manus (inquit) tuas commendo spiritum meum. Quæ vox illi vitam linquenti extrema fuit.

Mortem exemplò sequuta sunt prodigia. Sol caligine obducitur, tellus tremit, velum templi dirumpitur, petrae dissiliunt, & monumenta aperiuntur, produntibus inde quibusdam perspecta sanctitatis hominibus. Quæ res Centurioni qui tum aderat aliisque pectoribus domum redeunt. Vere hunc esse Dei filium fatebantur. Rogabant protinus Pilatum Iudæi vt corpora condemnatorum eo die paterentur auferri obsequens Sabbatū quoque; celerius extingueretur, latronibus crura cõminuta sunt, Christo iâ exanimi, latus cuspidis confossus, cruoris & aquæ vbertim rinos addidit. Vespere Ioseph decurionis precibus à Pilato concessum corpus Dominicum honorificè sepelitur, obseruato etiam Iudæorum in vngendo ritu, qua in re Nicodemus, cuius paulò superius facta mentio, allatis myrrhæ & aloes libris plus minus centum, suo non defuit officio. Sed & mulieres è regione monumenti sedentes, ac locum tacite secum considerantes, ægrè diuelli inde poterant. Matthæi vicesimo septimo Marci. 16. Lucæ 23. Ioannis 19.

Postero die Iudæi ne corpus dominicum clam à discipulis auferretur, verti: à præside Pilato excubias sepulchro dominico adhiberi impetrarunt. Nondum enim exciderat illorum mētibus quod de resurrectione sua peracto triduo aliquando prædixerat Christus, itaque in muniendo sepulchro, magna lapidis mole, consignandoque ostio nihil prætermisum. Matt. 27. Sed quid sunt ad Deum humana consilia? Tertia die terræ motus ingens ad Domini resurrectionem, aspectusque Angelicus ceu fulgur custodum animos vsque adeo exterruit, vt à mortuis nihil viderentur differre. Quod vbi rescituere Iudæi, excogitato commento suborna-

runt pecunia, qui dicerent furtim Iesum à monumento noctu sublatum. Mar. 28. Interea Maria Magdalena, Iacobi, & Salomæ dum Sabbato legis præcepto obsequentes quicquid, diluculo præparatis ad vngendum corpus dominicum aromatis, ad sepulchrum properant, Luc. 23. Vbi quum lapidem oppidò ingentem ab ostio motum cernerent, ac corporis Domini vestigium, id quod referebant falsicia, iubentur ab Angelis Christi resurrectionem discipulis illius prædicare, metum deponere eum qui viuat, inter mortuos minime quærere, denique meminisse quid prædixerit adhuc in Galilæa agens Dominus, iam de prodione, modò de pœnis, ac mox de morte, à qua tamen tertia die resurrecturus. Matt. 28. Mar. 16. Luc. 24. Mulieres dicto audientes, resurrexisset quidem discipulis narrabant Dominum, sed illi vera esse negabant quæ dicebantur, ac mulierculas planè aiebant desipere. Matth. 24. Quamquam Ioannes & Petrus conspecto sepulchro, veraces fuisse mulieres deprehendere poterant. Luc. 24. Ioan. 20. Mariam autem Magdalenam mirror paulisper circa monumentum, discipulis abentibus, retinuerat, quæ mora illi primò conspiciendi Domini occasio fuit. Ioan. 20. Ac mox eodem die in Emmaus ab Hierusalem profectis duobus apparuit discipulis, dum in longum de Domino sermonem protraherent, ipse quàm obtuso essent ingenio, productus à Mose ac Prophetis de Scripturis ostendit. Quippe omnino videri necessarium vt Christus pœnis plecteretur, ita demum gloriam sibi æternam pararet, Luc. 24. Mar. 26. Neque ita multo post apparuit discipulorum cœtui, dum fores essent clausæ vesperti, pacem illis imprecatus. Deinde rei nouitate obstupescens latus, manus ac pedes præbuit contrahendos, iussitque asserti si quid haberent quod esset esui: atque ibi coram piscis assi partem comedit ac fauam mellis, id quod spiritus nulla ratione possit efficere. Aperuit protinus Scripturæ arcana sensa, fierique non potuissent dixit, vt quæ de se in lege Mosi, Prophetis ac psalmis sint conscripta, irrita prorsus videantur. Commouescit item eos verborum quæ super hac re crebro habuerit, quo pacto videlicet extrema quæque ferenda fuerint Christo, & tertia die resurgendum à morte. Iamque fore vt in illius nomine penitentia etiam in Gentibus prædicetur, iuncta peccatorum condonatione. Luc. 24. Viso autem Domino, ingens læticia perfudit discipulos. Et ille denuò pacem comprecatur, suum nomine ad Apostolicam cohortatus iunctionem, ad eum sanè modum quo ipse patris legationem obtulisset. Nec mora, spiritum cœlestem afflatu suo imperit, in quo errata aut diuantur, aut certè diuitus constringant. Ioan. 20.

Rursus post dies octo, clauso ostio discipulis visus, solito pacis Symbolo consalutat. Thomæ ibi discipuli castigans pertinacem de se dubitationem, quod condiscipulis ea quæ superius memorauimus, se absente, parum credulus fuisset. Dignitatem in latus cuspidis iam pridem apertum immisit, ac manus Christi membris clausis nuper perfossis admoti Vbi beatitudinis præconio commendantur à Domino quicumque non visa, pietatis studio crederent. Ioannis vigesimo. Tertio in mari Tiberiadis piscantibus discipulis, manifestum se reddidit, dum præciperet in dextram iactari verriculam. Vbi pransus vnâ post tertio confessum sui amorem, Petro pascendos concedidit suos agnos, sub quodam verborum inuolucro adiciens quis illum maneret pro suo nomine, vitæ exitus. Ioan. 21. Postre-

Christi resurrectio.

mò in Galilæa visendum se præbuit Dominus, in monte quem ad hoc destinavit, confluentibus eo discipulis & adorantibus, ubi parum sincerae fidei homines reprehendit, quia eos qui se resurrexisse viderant, vanos reputassent. Traditam autem sibi mox indicat, omnium quæ cælo terræque continentur ditionem, contestatus eam esse veram & salutaris doctrinae formulam, quam se doctore auribus hausissent. Iamque nihil restare aliud quam ut ea Gentibus longè lateque innotesceret, id quod vestrarum (inquit) posthac erit partium. Doctrinae huius comitem voluit esse Baptismum, qui in Patris, Filij, & Spiritus sancti nomine credituris im-

penderetur. Ad hæc non defutura miracula & valetudinibus restituenda varia beneficia. Quanquam quid hæc attinet commemorare, quum ipse suo negotio se præstitit affuturum certò definitur? Ecce (inquit) vobiscum sum usque ad seculi consummationem. Math. 28. Marc. 16. Hæc dicens, receptus est in cælum, sed etque ad dexteram Dei. At discipuli Dominicis obtemperantes iussibus, cœlestem doctrinam in orbem uniuersum diuulgauerunt, & dominicam opem semper circa, se ad eum modum quo prædixerat ille præsentem senserunt. Matth. 16.

SYBILLINORVM ORACVLORVM, LIBRI OCTO.

DE SYBILLIS, ET SYBILLINIS LIBRIS, Ex Cicronis Lib. 2. de Diuinatione.

Habetur infra Lib. 8. & apud Euseb. in Oratore Magno C. 3. stantini ad sanctorum cœli, Cap. 18. August. de Ciuitate Dei. lib. 11. Harum meminit Heraclides Ponticus in Opere de Oraculis. Omitto Aegyptiam, & Italiam quæ Roma habitauit, cuius filius fuit Euander is qui Romam sanum condidit quod Lupercum nominatur. 23.

Sybillæ versus obseruamus, quos illa fures fuisse dicitur. Quorum Interpretes, nuper falsa quadam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, eum quem re vera Regem habebamus, appellandum quoque esse Regem si salu esse vellemus. Hoc si est in Libris, in quem hominem, & in quod tempus est? &c. Non esse autem illud Carmen furientis, cum ipsum Poema declarat, (est enim magis artis & diligentia, quam incitamenti & motus) tum vero ea quæ cum deinceps ex primis Persuum litteris aliquid connectitur, &c.

Ibylla (inquit) Orpheo fuit antiquior. Traditur enim de eius nomine, & Oraculis quorum sunt Libri complures, eamque fuisse Phrygiam nomine Dianam quæ Delphos profecta sic cecinerit. O Delphi quibus est Numen iaculator Apollo. Veni ego, quo dicam mentem Iouis armi-potentis: frater Apollo mihi, sed cui successio fratri. Est & alia Erythraea, Hierophila vocata Dei. lib. 11. Harum meminit Heraclides Ponticus in Opere de Oraculis. Omitto Aegyptiam, & Italiam quæ Roma habitauit, cuius filius fuit Euander is qui Romam sanum condidit quod Lupercum nominatur. 23.

Paro (quo nemo doctior in Libris rerum Diuinarum quos ad C. Casarem P. M. scripsit, ait Sybillinos Libros non fuisse minus Sybillæ, sed vno nomine appellari Sybillinos, quod omnes feminae vates, Sybillæ a veteribus nuncupatae sunt: vel ab iunioribus Delphidis nomine: vel a consilijs Deorum denuntiandis. Ortes enim Deos, non Deos: & consilium non Esauum, sed Suliuum appellabant. Itaque Sybillam dictam esse quasi deo Esauum, ceterum Sybillas fuisse 10. &c. Harum omnium carmina & sermones Theophrasti, & habentur, præterquam Cumeæ, cuius Libri à Romanis occultantur, & sunt singularum Libri singuli, qui quia Sybillæ nomen habent, & mine inscribuntur, creduntur minus esse, suntque confusi: nec discerni ac suum cuique assignari potest nisi Erythraea quæ verum verum An suum nomen inseruit Carmini, & se Erythraeam nominaturum iri præloquuta est, cum orta esset Babylonia, &c.

SYBILLINORVM ORACVLORVM LIB. I.

Mortales homines, vilissima corpora carnis, Cur vos effertis, neque finem cernitis aui? Non tremitis, summumque Deum (quo præfide statis)

† De Deo. Non formidatis? qui conspicit omnia testis, ity. 2. Ver † Conditor omnia qui nutrit, cunctisque suauem sis citan- Indidit afflatum, mortales qui regit omnes, ity. 2. Ver † Vnus qui solus regnat Deus, atque supremus, Etant. In- Omnipotens, nunquam genitus, qui conspicit ipse stitit. Omnia, mortali non aspectabilis vlli. Lib. 4. cap. Corporeis oculis cernim quis cernere verum, 6. tanquæ Aeternumque Deum possit, cælumque colentem? ex inuiso: Cum neque splendentis radiantia lumina solis billini car Sustineant homines mortales cernere contrâ minis, Hunc colite, hunc vnum, qui solus regnat in orbe, quod cum † Qui solus semperque fuit, semperque futurus, a summo Non genitus, per se constans, tenet omnia semper, a summo Et viger in cunctis mortalibus, atque vigorem la exorsâ Sensibus in sinuat, communis luminis autor. sit, hos ad Præmia sed præuæ mentis digna accipietis: filium re- Quandoquidem æternoque Deo, veroque relicto, ferri ait. Cui decus, & sacro debetur victima ritu,

Mânibus infernis fecistis sacra superbi. Insanique, via recta veraque relicta, Erratis per iter, scopulis & sentibus horrens. Desinitè in terræ noctis timbare tenebris, Vani mortales: noctisque nigrore relicto, Vtimini (patet in cunctis errore sine vilo) † Solis luce, suo qui lumine cuncta serenat. Atque hoc pectoribus sapienter noscite vestris: Vnus, qui pluias mittit, motisque dolores, D Est Deus: atque fames, pestes, tristisque dolores, Atque niues, glaciem, sed quorsum singula pandor? Imperat & cœlis, & terræ præsidet: ipse est. De iis autem qui generati dicuntur, ait: Quod si progenitum est, pro: sum interit: ex quo virili Fœmineoque nequit membro Deus esse creatus. Sed Deus est vnus, solus, rerumque supremus, Qui cælum, solem, stellas, lunamque creauit, E Frugiferam terram, pontique fluuenta tumentis, Excelsos montes, fontisque perennè scatenens, Et sub aquis degens genus innumerabile gignit, Quæque premunt terram serpentina corpora nutrit, Et varias volucres, seu balbas, sue canoras, Stridentes, teneras, sulcantes aera plantis, Et genus imposuit syluis agreste ferarum:

Subicitque

Eccl. 1. 2. Episcopi. Lib. contra Gentes, ad Antoly. cum.



† Lactant. de falsa Religione 1. lib. cap. 6.

† Lactant. 1. lib. cap. 6. prope ista de verbis citat hos. 2. versus. In Idololatrias. † Clemens Alexan. drinus in protreptico, et syromat. lib. 5. paucis admodum mutatis.

† Lactant. de ira Dei Cap. 22.

Subicitque pecus nobis mortalibus omne, Cunctorumque ducem fecit diuinitus ortum; Subicitque viro quæ vel comprehendere non sit: Nam quis hæc valeat mortalis noscere cuncta? † Ipse sed hæc solus nouit, qui condidit vnus, Autor inextinctus, æternus, in æthere degens, Et multo maiora, bonis bona præmia reddens, Inuisibilemque, malisque, ira pœnisque coercens; Immitrens bellum, pestem, durisque dolores. Stirpit, & homines, cur insurgendo peritis? Non pudet in diuos; feles & bruta referre? An non est rabies, cæcæque insaniam mentis? Tauros furantur Diui, prædantur & ollas: Quosque poli fedes aureas habitare deceret, Hos caries, densisque infestat aranea telis. Serpentes colitis, stulti, felisque, canisque, Et volucres, & quæ serpunt animalia terræ. Et fabricata manu simulachra, & saxea signa, Et passim lapidum moles, hæc vanaque multa Præterea colitis, quæ sunt turpissima dicta. Talia sunt hominum stultorum numina falsa, Quorum mortiferum distillat ab ore venenum. At cuius vita est, cuius lux illa perennis; Lætitiæ unde viris dimanat dulcior omni Melle: cui ceruix omnis se subdere soli Debet, quique piis ostendit quæ sit eundum In vitam, his inquam neglectis insipienter, Ingentem, magnum calicem, plenumque metaco Pœnatum hausistis furiosis montibus omnes. Nec sobrij vultus sanæque euadere mentis, Et nouisse Deum regem, qui cuncta tuctur. Propereca feruens, ignis vos opprimeret ardor, Semper & in flammis turpes ardebitis, omne Quandoquidem vanis staturis impenditis æuam. † At quibus æternus colitur Deus, atque perennis, Hi vitam degent quæ tempus in omne manebit, Floriferos hortos paradisi semper habentes, Et dulcem cœli panem stellantis edentes.

† Lactant. 1. lib. 2. Cap. 9.

Hæc tenus ex Theophrasto. Iam sequitur aliud breuius principium, quod in his libris habebatur

Vnus, qui solus regnat Deus, vnus, & idem non genitus: regum summus, super omnia magnus, Qui cælum, solem, stellas, lunamque creauit, Frugiferam terram, pontique fluuenta tumentis: Qui solus Deus est, incomprehensibilis creator. Hic hominum formam, & speciem construxit, & idem viuentem generis naturam miscuit omnem.

NARRATIO.

Aggredior primo generis mortalis ab æuo, A Vique ad supremum diuinè pandere cuncta: Quæ fuerint mundo, quæ sint, quæ deinde sequantur Ob scelus humanum. Primum, quam sit origo Mundi, dicere me Deus imperat. Ergo scienter Ne mea mortalis temnas præcepta, caueto. * Supremum regem, qui mundum condidit omnem, Sic fatus, fiat: factumque est, namque locauit Quæ cingatur aquis, & cingat tartara, terram: Dulce dedit lumen: cælum subuexit in altum: Et mare ceruleum explicuit: cælumque renidens Astrorum clara cinxit, densaque corona: Et terram ornauit plantis: & flumina ponto Indidit infundens: & miscuit aere ventos, Et pluuuis nubes. Aliud genus edidit inde, Et commisit aquis pisces, ventisque volucres, Atque feras syluis hirsutas, atque dracones Serpentes: breuiter, quæ nunc cernuntur vbique, Hæc fecit verbo, & sunt protinus omnia facta, Et planè: siquidem per se parit ipse suau,

Tom. 2.

Cælum despiciens perfectò denique mundo. A Rursum finxit opus spirabile, namque recentem Expreffit, propria ducens ab imagine, pulchrum, Præstantemque virum, & viridaria iussit amœna Incolere, vt studiis operam nauaret honestis. Verùm cùm solus viridantibus esset in hortis, Colloquium oprabat, proprioque videre volebat Confimiles vultus: igitur Deus ipse, eius Ereptam lateri, formosam condidit Euam: Vxorémque viro propriam coniunxit, vt vnâ Degeret: hanc simulac vidit, propriaque notauit Exemplar formæ, stupuit simul, atque recentem Hauit læticiam: tum doctè farier inquit, Verbis sponte sua manantibus, omnia quando

Hominis creatio. † Desunt Adami Verba.

Curabat Deus: † Nam neque velabat mentem laxata libido, Nec pudor vilis erat: sed praua mente carebant, Luce palàm vulgò coeutes, more ferarum. Illis deinde Deus tradens præcepta, cauendum Arboris ostendit gustu: sed pessimus illos Decepit vafre serpens, vt mortis abirent In fatum, scirentque bonumque malumque quid esset. Sed mulier primò proditrix exitit illi, Quæ dedit, ignaroque rei, peccare suavit. Ille quidem audita persuasus coniuge, patrem Aeternum oblitus, spreuit clarissima iussa. Hoc ergo peperere sibi mala, non bona, facta. Ac tum mellitæ ficus folijs contextis Vestes fecerunt, quibus obtexere pudenda Impositis inter sese, cogente pudore. At pater æternus factò succensuit illo, Deiecitque loco immortali, quatenus æquum Degere mortali fuit in regione, rebelles Contra immortalis magni præcepta parentis. Qui simul egressi terram tetigere parentem, Et gemitu & lachrymis perfundebantur, & inde Immortalis eos Deus est affatier orsus:

Serpens. † Adami peccatum.

Crescite multiplici numero, terramque per artem Exercere, cibòs alimentaque desudantes. Sic ait, & fraudis serpentem qui fuit autor, D In latus & ventrem, terram calcare coegit, Acriter exactum: capitalique conciliauit Inter eos odium, quare hic caput, ille tuetur Calcem: quandoquidem mortis discrimen vtrosque Verget, mortalisque, veneniferisque malignos. Tum genus humanum, sicut mandauerat ipse Omnipotens, magno numero crescebat, & amplius Fiebat populus, tunc scitè recta, domoque Diuerlas alij cæperunt a edificare Vrbes & muros alij, quæis longa dabantur Tempora viuendi: nec enim tum sollicitudo Mortem conflabat: placidòque simillima somno Mors obrepebat: felices, magnanimique, E Quos Deus æternus rex, & seruator amauit. Sed tamen hos etiam peccandi amentia cepit. Ridebant patres, & matres dedecorabant Turpiter, & notos non norant, fratribus ipsis Insiabantur, peruersi, sanguine pleni Humano, neque non crudelia bella gerebant. Exitus sed idem diuinitus abstulit illos De cælo tactos, aut dura morte peremptos, Quos Orcus cæpit, qui Graiis nomine dictus Est & dicitur, quòd eò primus descenderit Adam, Vita defunctus quando est tellure repositus. Hinc homines quotquot fuerint telluris alumni, Infernas Orci sedes dicuntur adire:

Artium inuētores.

Secunda
tertia

Et tamen h[ab]t (quamuis omnes acceperit Orcus)
Ad primos primi generis referuntur honores.
His terra tectis, hominum genus inde secundum
Exiit ex reliquis, cui non certauerit vllum
Iustitiã, fuit his, diuersis cura studere
Rebus, & egregijs studiis, pulchrõque pudori,
Et disciplinis variis: artẽsque colebant
Omne genus, mentis, quas extundebat acumen.
Hic terram docuit colere: ille fabrilis primus
Inuenit: quidam torrentia flumina trant.
Sidera suspectant alij, volucrumque feruntur
Auguriis: alij medicam, magicam ve sequuntur.
Quisq[ue] suo indulgent studio, curãque vocati
Rite repertores vigilẽs, hoc nomen adepti,
Mentis inexhaustã quod erant, & mole stupenda
Membrosum, facie procerãque, horribilique.
Hi quoque tartareas ades subiere tremendas,
Infractis vinculis seruati, suppliciumque
Ignis inextincti, iusti perferre Gehennã.

Tertia
quarta

Tertia stirps hominum post illos deinde secuta est,
Sãuior, & fastu nimium tumefacta superbo:
Qui mala multa sibi per se se conciliantes,
Cædibus assiduis, acie pugnaque peribant
Indomitis animis: Quorum de sanguine nata est
Posterior soboles temeraria, cæde cruenta.

Quarta
quinta

Hoc quartũ genus est hominũ, qui sanguine multo
Immaduere, Deiq[ue] hominum que timore sepulto:
Infans etenim stimulis crudelẽ furebant
Sãuitiã, dirã parentis impietati.
Atque hos bella quidem, cædẽsque, & prælia dira
Demisere Erebo (dictũ miserabile factum)
Infandos homines, quos tandem percitus ira
Cælestis Deus, ipse suo detrahit ab orbe,
Clauos tartareis claustris, tellure sub inia.

Quinta
sexta

Postremõ longẽ peiorem condidit, atque
Planẽ illaudatam stirpem Deus, atque malorum
Artificem, multo illis intolerabiliorem:
Scilicet horrendos, fantes infanda, Gigantes.
Inter eos omnes vnus iustissimus, atque
Verax, Noe fuit, fidũsque, & rebus honestis
Addictus, cælo cui sic Deus infit ab alto:

Deus ad
Noe.

Collige Noe tuas vires, populõsque moneto
Omnes, vt mores mutent, seruentur vt omnes.
Quod si non curent (vt mens est læua malorum)
Omne genus perdam, illuicem molitus aquarum.
Tu propera fabricare domum, durable cuius
Non bibat humorem lignum, dabo mentis acumen,
Artem, mensuram, spacium, mihi cura salutis
Summa tuã fuerit: fuerit mihi cura tuorum.
Potrõ ego sum, qui sum (memori quod mente teneto)
Cælum, vestitum præbet mihi, Pontus amictum:
Terra mihi fulcitque pedes, & corpus amicit:
Aer, astrorũque chorus me circuit omnem.

Aenigma
de Deo, po-
mine.

Sunt elementa nouem mihi, sum tetrasyllabus antẽ
(Percipe me) primã tres syllabã efficiuntur
Ex binis omnes elementis: cætera restant
In reliquis: quorum sunt non vocalia quinque.
Totius numeri bis sunt hecatontades octo,
Et ter tres decades, cum septem. Si scieris me,
Non te, qua potior, sapientia dia latebit.
Sic ait, ast illum audito tremor occupat ingens.
Actum prudenti molitus singula mente,
Hortari populos, & verbis talia fari:

Noe ad-
monitio.

Perfidiosi homines, quã vos dementia cæpit?
Quã facitis, Deus haud ignorat, namque salutis
Auror inextinctus videt omnia, & omnia nouit:

A Qui mihi iussit, vti vobis hæc dicta referrem,
Exitio ne sit demens fœcordia vobis.
Discite iustitiam, vitiiis absistite, nẽue
Inter vos animis odia exercete cruentis,
Humano latẽ tingentes sanguine terram.
Immensum, inuictum numen, rerumque parentem,
Cui domus excelsõ cælo manet alta, timete
Mortales, & eum cuncti placate (benignus
Audiet) vt ciues, vt totum denique mundum,
Quadrupedũq[ue] genus seruet, volucrumque secũdus.
Tempus erit, quando totus delebitur vndis
Orbis, & humanum genus (heu horrete minantem)
Et subitõ vobis totus turbabitur aer,
De cæloque Dei magni vos opprimer ira,
Tempus erit certẽ, cum magni numinis ira
Sãuiet in terras, nisi vos placabitis illam,
Et vitã mores iam nunc mutabitis actã,
Vt nulla cuiquam deinceps iniuria fiat,
Sancta sed, & cunctis innoxia vita colatur.

B Sic ait, ast illi vulgõ ridere monentem,
Dicerẽque insanum, dementatumque furore.
Tunc iterum tales effatur Noe loquelas:
O miseri, mentis prauẽ, mutabile vulgus,
Quos inuat extinctõ vitam fœdare pudore,
Raptores, violenti, importuni que tyranni.
Mendaces, prauis studio si, perfidiosi,
Detrectatores, in cæchi, scelerata ferentes,
Nil formidantes supremi numinis iram,
Quã vos ad quinti pœnas iam destinat æui,
Non fletis passim, duri ridetis, inepri?
Sardonium risum ridebitis, horrida quando,
Quam dico, torrensque Dei vos opprimer vnda,
Tum cum per terras sacrum genus vnda nouabit,
Stirps æterna, locis nunquam sitientibus orta,
Funditus & prorsum noctu delebitur vna:
Cumque viris vrbes terrã Neptunus ab antris
Diruet exagitant, concussa que mœnia tumpet.
Et tunc immensus mundus, cuncti que peribunt
Mortales, at ego quantum plorabo, gemamque,
Inclusus ligno? lachrymas miscebo quor vndis?

C Hæc etenim mandante Deo si venerit vnda,
Nabit humus, nabunt montes, innabit & æther,
Omnia Pontus erunt, corrumpet & omnia Pontus.
Verũ sistentur venti, venietque secunda
Aetas. O Phrygia, à summis tu vertice prima
Emerges vndis, hominum tu prima renascens
Educes genus, & censebere maxima nutrit.
Sed postquam frustra sceleratos commonefecit,
Summus ei apparens iteratõ talibus infit:
Tandem tempus adest, quod fiant omnia Noe,
Quã tibi promittens aliquando futura monebam.
Omnia sunt / homines vnquam quacunq[ue] rebelles
Ausi sunt fraudes) vnã plebẽnda ruinã.

D Sed tu cum natis, & coniuge, protinus intra,
Et noribus, necnon quacunq[ue] coire iubebo
Serpẽtum genera, & pecudum, volucrumque vocato,
His ego deinde, quibus vitam concessero cunq[ue],
Iniiciam mentem, ne quid cunctentur adesse.
Sic ait, ille autem clamorem sustulit altum,
Intrauitque: dehinc coniux, natiq[ue], nurusque,
Lignea tecta domus subierunt: cætera deinde
Adiunt omnia, quã Deus asseruare volebat.
Ast vbi conueniens firmavit opercula clauis,
Missa per obliquum, qua sedes apta dabatur:
Tum Deus vt voluit cælestis nubila cogit,
Ignitumque globum solis caligine condit,

Noe iri-
detur ab
impis.

Risus Sar-
donum.

Deus iu-
bet Noe
inire in
arcam.

Diluuium

Nec

Arca Noe.

Nec non cum stellis Lunam, cæliq[ue] coronam,
Omnibus obductis, mortalia pectora terret,
Horrendum incipientans, ardentia fulmina mittens:
Omnibus excitis ventis, soluntur aquarum
Venã omnes, magni patefunt commata cæli,
Et terrã latebrã, indefessiq[ue] fluenta
Oceani resuunt, & vasto gurgite tellus
Quanta patet tegitur, penitus superantibus vndis:
At domus interea nymbis diuina narabat,
Fluctibus & ventis circumfona, terribilẽsque
Coelis excipiens ictus: multãque carina
Mota secabat, aquã rauco cum murmure, spumas.

Hoc est,
solem.

Sed postquam pluuuis totum Deus eluit orbem,
Tunc animo cupiens (nam sic Deus ipse volebat)
Cernere Noe foras, emerit ab æquore Nerei,
Continuõque domus tectum, quod ligneus apta
Arctabat paries iunctum compage, recludit.
Tunc oculos, cæli partes conuersus in omnes,
Cuncta sub æquoribus longẽ lateq[ue] teneri
Vt videt, vt magno pulsatur corda timore,
Dum nihil apparet, tristis nisi mortis imago.
Tunc aer paulũ diductus (namque diebus
Lassus erat multis, totum dum proliuit orbem)
Flammiferum cæli susumpallore cruento
Ostendit, fessũque t[er] orbem, tum Noe timore
Vix positõ, soli permisit abire columbã,
Sciret vt an tellus vsquam detecta pateret.
Illa leui postquam lastrauit cuncta volatu,
Alas fessã redit: nec enim defluerat altum
Acquor adhuc, quando repleuerat omnia latẽ.
Ille dies aliquot mansit, rurũque columbanũ
Eiicit, vt discat num vastum cesserit æquor.
Illa leues pennas alternat, naclãque terram
Humentem, corpus paulũ defessa quieuit:
Post ad Noe redit, ramum frondentis oliuã
Ore ferens, terrã certissima signa repertã.
Tunc cuncti pulso multũm gaudere timore,
Terram sperantes viros, ille deinde
Continuõ laxat volucrum nigrantibus alis:
Illa leues auras pennis vibrata secabat,
Et terra inuenta, ceditur secunda, remanfit:
Tunc existere humum cognouit Noe propinquã.
Hinc vbi diuine trabs huc, illõque natauit,
Murmure cum rauco Ponti iactata fluentis,
Appulit exigua, terra, tandemque quieuit.
Assurgit Phrygia: mons quidam in sinibus atrã,
Arduus, alta petens, Ararat quem nomine dicunt,
Quod fatale fuit illic euadere cunctis,
Optatãque frui tandem, charãque salute:
Fluminis vnde alti Marsyã manat origo.
Huius in excelsõ postquam cessantibus vndis
Constitit arca ingo, tunc illi rurũ ab alto
Ingens immensi vox est audita Tonantis:
Noe fidelis, amans æqui, seruate periculis,
Egredere audenter, nec non cum coniuge nati:
Cumque tribus nuribus, terrã que replete patentem,
Multiplici numero crescentes, iustitiamque
Tradentes natis natorum, donec in omnes
Iudicium detur mortales: namque subibunt
Iudicium cuncti: sic vox diuina locuta est.
Ille suo nihil addubitanẽ exire cubili,
Ingreditur terram: nec non natiq[ue], nurusque,
Et coniux, nec non serpentes, atque volucres,
Quadrupedum pecudũmque genus, tũ cætera cuncta.
Noe igitur cunctos homines iustissimus inter,
Exiit octauus, vicanos cum bis, & vnũm

Hoc est,
solem.

Deus Noe
exire in-
betes ar-
ca.

A Compleffet soles (Deus ipse volebat) in vndis.
Hinc noua progenies, hinc atas aurea prima
Exorta est hominum, quã venit in ordine sexta,
O prima post homines natos, & nomine fertur
Cælestis, quod eam curã Deus vnus habebit.
O æui sexti stirps prima, õ gaudia magna,
Quod sortita fui, postquam discrimina mortis
Effugi, iactata meo cum coniuge multum,
Necnon Leuiris glossẽs, fœcerõque focũque.
Nunc autẽm varium florem laudabo futurum,
In saca ficus *
diuidet autẽm

Imperium regni tempus *
Sceptiferum accipiet, nam tres iustissima reges
B Pectora magnanimi, diuisis partibus æquis,
Tempore longinquo regnabunt, iurãque tradent
Illis, queis studio labor est, laudandãque facta.
Terrãque sponte sua lato feret vbere fruges,
Spicarũque suos reditu saturabit alumnos.
Non illi spacio canescet temporis vllõ:
Sed tristi semper morborum peste carentes;
Oppressi somno decedent, inque profunda
Deuenient Acherontis, vbi nec honore carebunt:
Quippe beatorum felix genus, optima quorum
Mens fuerit dono Sabaoth, qui semper in omni
Illis consilio dederit faciendã secundus.
Atque hi fœlices, etiam cum ceperit illos
C Orcus, erunt. Hominum surget genus inde secundum,
Ingens, horrendum, Titanum terrigenarum:
Queis eadem facies, eadem natura, modũsque
Corporis, & species, & vox erit omnibus vna,
Pectora qua primo Deus inspirauit ab ortu.
Hi verõ (tantum præcordia vana tumebunt)
Constituent tandem, properantes perdere sese,
Illato bello stellarum innadere cælum.
Tunc in eos vndans insano gurgite magnus
Effluet Oceanus. Sabaoth sed maximus illum
Reprimet indignans: nec enim disperdere rursus
Peruersos homines immisissus sustinet vndis,
Sed postquam tumidos fluctus, rabiẽmque citatã
Vndarum huc illuc pressã disseccerit ira,
Cũque suis Pontum conclusum sinibus, intra
Littorãque & portus compresserit, oppositaque
Finitierit terra magnis vis Alitontanis:

Tunc ad mortales veniet, mortalibus ipfis
In terris similis, natus patris omnipotentis,
Corpore vestitus. Vocales quatuor autem
Fert, non vocalẽsque duas binũm Geniorum.
Sed quã sit numeri totius summa docebo.
Namque octo monadas, totidem decadas super istã,
Atque hecatontadas octo, infidis significabit
Humanis nomen: tu verõ mente tenerõ
Aeterni narum Christum, summiq[ue] patentis.

E Ille Dei legem complebit, non violabit,
Perfimilem formã referens, & cuncta docebit.
Illi libabunt aurum, myrrhamque ferentes,
Thursque Sacerdotes: hæc omnia namque patrabit
Verũm cum quãdam vox per deserta locorum
Nuncia mortales veniet, quã clamet ad omnes,
Vt rectos faciant calles, animõsque repurgent
A vitiiis, & aqua lustrentur corpora cuncta,
Vt nunquam deinceps peccent in iura, renati:
Barbarus & tandem saltatibus illaqueatus,
Mercedi vocem hanc cæsant concedet iniquã:
Tunc erit iudicium subitõ mortalibus ægris,
Cum lapis Aegypti felix seruatus ab oris

DE I E-
SV NO-
MINE.
CHR I-
ST V S.
Magorum
munera
Christo
donata.
Ioannes
Baptista.
Merodes.

6. Mundi
Aras.

Sybilla in
Arca Noe:

Titanes.

DE I E-
SV NO-
MINE.

CHR I-
ST V S.

Magorum
munera
Christo
donata.

Ioannes
Baptista.

Merodes.

ff ij

Tom. 2.

Ies. Venerit: huic populus impinget Hebræus, & huius
Ies. re- Ductu conuenient gentes, per eumque supremum
dux ex Cognoscent numenque, viamque in lumine rectam.
Aegypto Aeternam vitam mortales namque docebit
 Electos, ignemque malis feret omne per æuum.
Christi m- Ille quidem morbis pressos sanabit, & omnes
vacula. Lætos, quotquot ei fident, cæci que videbunt:
 Incendent claudi: surdis audire licebit,
 Infoliras mutis dabitur formare loquelas.
 Expellet furias: oppressi morte, resurgent:
Mat. 14. Placabit fluctus: in desertis que locorum,
 Largè panibus ex quinis, & pisce marino,
Mar. 6. Millia quinque virum satiabit, reliquæ que
 Bis senos cophinos implebunt virginis almæ.
Luc. 9. Et tunc ebrius, Israel non mente videbit,
 Non ocalis cernet, non auribus audiet ipsis.
 Hebræos sed enim summi lymphata Tonantis
 Cum peret ira, fide sublata proflus eorum,
 Propter cælestem, diuino semine cretum,
 Offensum per eos puerum: tunc impius illi
 Impinget colaphos, virolaque spura scelestis
 Israel labiis: neque non & fellis amari
 Apponent escam, potumque immitis aceti,
 Pectora vefanis stimulis & corda subacti,
 Nil oculis ipsis cernentes, & mage cæci
 Talpis, angue magis metuendi, pestiferæ que
 Aspids, oppressi duròque grauique veterno.
 Sed manibus passis cum mensis cuncta, coronam
 De spinis tulerit, necnon latus eius arundo
 Fixerit acta manu, cuius causa tribus horis
 Nox tenebrosa die medio, monstròaque fiet:
 Tunc hominum generi magnum Solomonia signum
 Tempa dabunt, Ditis cum tecta profunda subibit,
 Nunciet in vitam reditam quo morte peremptis.
Christi Sed postquam tridud lucem reperierit, atque
Resurre- Monstratit somnum mortalibus, atque docendo
ctio. Cuncta illustratit, cælestia tecta subibit
 Nubibus inuectus, cum lætum liquerit orbi
 Pactum Euangelij, cuius de nomine surget
 Flore nouo germen de gentibus, id que regendum
 Magni lege: Soli ductores deinde futuri.
 Deinde genus vatium iam tandem definit esse.
 Inde malæ messem facient æstatis Hebræi,
 Atque auri multum Romanus diripiet rex,
 Argenti que dehinc existent altera regna
 Assiduè, regnis pereuntibus vsque, premènt que
 Mortales, sed erit tunc magna ruina virorum
 Illorum, quando factum ingredientur iniquum.
 Cum dederint autem Solomonia templa ruinam,
 A loticatis (quorum vox barbara linguæ)
 Diruta, cum patriâ terrâ pellentur Hebræi
 Errantes, miserè vexati, farrâque multo
 Miscebunt lolio: tunc tristes seditiones
 Versabunt homines omnes, vrbès que malorum
 Congeries coget sese deslere vicissim,
 Propterea facinus quoddam commiserè nefandum:
 Tanta in eas magni defæuier ira Tonantis.
 LIBER SECVNDVS.
 De Gracis, & de Deo, & de Sanctis, & de iudicio.
 Postquam perdoctum carmen, me multa precante,
 Compresit numen, mihi sub præcordia rursum
 Diuini cantus vocem subiecit amœnam.
 Corpore tota stupens trahor huc, ignara quid ipsa
 Eloquar: ipse sed hæc mandat Deus omnia fari.
 Sed cum terrarum motus, & fulmina dira,
 Fulgura que & tonitrus fuerint, & squalor agrorum

Et cædes hominum, rabies & sæua luporum,
 A Atque hominū atque boi interitus, & quadrupedatū,
 Et iumentorum, mulorumque atque caprarum,
 Atque ouium, fiet tum plurima terra relicta,
 Et frugum incultos proventus deseret agros,
 Erumpetque hominum vitiosa licentia passim,
 Fanaque diripient, hominum tum denique seclum
 Exister decimum: quando qui sidera fecit,
 Concussor terræ, statuarum franget amorem,
 Et Romæ populum, quæ septem continet arces,
 Concutiet: diues delecta peribit opum vis,
 Vulcano crebris miscentur incendia flammis.
 Et tunc de cælo demissa sanguinolente,
 At genus humanum longè latè que per orbem
 B Cædibus alternis infanctis: inque tumultu
 Pestes, atque fames Deus, & sua fulmina mitter
 Illis qui viuunt expertes legis & æqui.
 Existetque hominum toto defectus in orbe:
 Si quis vt in terris hominis vestigia cernat,
 Miretur, rursus magnus Deus incola cæli,
 Reliquias hominum penitus seruabit vbi que.
 Tunc pax, & veri prudentia summa vigebit,
 Terra que frugiferens fruges feret vberiores,
 Ne diuina quidem, neque seruitura deinceps.
 Omis liber erit portus mortalibus, omnis
 Et statio, sicut fuit antè: scelè que peribit.
 Tunc autem signum dabitur diuinitus ingens,
 C Namque relucebit clarissima stella, coronæ
 Affinis clara, cælo visenda sereno,
 Lucibus haud paucis: humanis nempe coronam
 De cælo ostendet, qui præmia quærere certant.
 Nam tunc incipiet magnum procedere seclum
 Vrbi cælesti, dispensator que vacabit
 Omnibus humanis, æui immortalis honores
 Qui teneat, cunctus tunc immortalia propter
 Præmia contendet populus, victoria quando
 Accendet præclara animos, nam ritè licet
 Cui libet, argenti claram petere inde coronam.
 Castus enim Christus ponet certamina iusta,
 Ornabit que probos, æterna que præmia reddet
 D Testibus, ad mortis certamen euntibus vsque.
 Virgineis verò, qui pulchrè currere pergant,
 Aeternum munus dabit, & seruantibus æqui
 Omnibus humanis, generi que alienigenarum,
 Et sanctè viuendo Deum noscentibus vnum.
 Tum qui conubio gaudentes, furta cauebunt
 Concubitus veriti, dabit his quoque munera larga.
 Immortalem spem, nam donum numinis omnes
 Sunt humanæ animæ: quas vllis flagitiorum
 Mortales maculis prorsum scedare nefas est.
 Hoc certamen, hic est labor, hæc sunt præmia pugna:
 Hæc vitæ porta est: hic est ingressus in æuum
 Aeternum. Deus hæc cælestis, iustitiam
 E Humanæ statuit vitrici præmia: qui que
 Contigerint palmam, per eam ingredientur honestè.
 Sed postquam toto signum hoc extarit in orbe,
 A teneris pueri vestiti tempora canis,
 Arctabunt homines, mutato cardine rerum,
 Pestes, bella, fames, lachrymæ que & luctus, abundè.
 Eheu quot viduæ lugebunt pignora, tristi
 Cum gemitu, & prolis carnes in veste cruenta
 Cum membris, terræ mandabunt omni parenti,
 Puluere sanguineo scedatæ: ô pessima secla,
 O ninium prauis, quos vltima proferet ætas.
 Dementes, qui quid muliebria semina vincat
 Non norint.

Signum
 Nimi
 Aduentus
 filij homi-
 nis.

porta vitæ

Mi τὴν ἑσπέρην ἐφύθη ἄνερος μαρόπων ἀθρώπων,
 μηδὲ συναιρέσει ἐγγύς.
 Cum quidam pro vatibus insinuat
 Fallaces aderunt in terris vaticinantes:
 Et Belial veniet, faciè que insignia multa
 Inter mortales, tunc sancti funditus, atque
 Electi, fidique, enecti diripientur:
 Necnon Hebræi, quos sæuior impetet ira:
 Tum cum bis senis tribubus conflatus ab ortu
 Adueniet populus, populū que requiret Hebræum
 Cognatæ stirpis, quem perdidit Assyriorum
 Impetus, illata gentes ita clade peribunt.
 Postremò rursus vehementibus imperitabunt
 Hebræis fides electis, sub iuga missis,
 Vt prius: imperium quoniam non desinet vnquam;
 Omnia qui cernit, supremus, & incola cæli,
 Palpebras hominum somno concludet operas.
 Felices famuli, Dominus quos cunctis reuerfus
 Inueniet vigiles, tangit vigilantia cunctos,
 Semper vt expectent, nec somno lumina claudant.
 Nam veniet manè, aut serò, mediò que diei.
 Adueniet certè, neque me sententia faller:
 Dum dormitur, erit cæli vt stellantis ab oris
 Cuncta die medio cernantur sidera cunctis,
 Vnà cum binis facibus, properantibus annis.
 Tunc quoque cælesti curru de cælis inibit
 Terras de cælo Thebites, signa que trina
 Ostendet toti mundo vitæ pereuntis.
 Veh quæ illa dies deprendet ventris onustas
 Pondus, quæ uè suo lactabunt vberè natos.
 Aut qui propter aquas habitabunt veh quibus illam
 Contigerit vidisse diem, nam totus ab ortu
 Solis ad occasus, Austrò que, Aquilonè que mundus
 Terræ inuoluetur noctis caligine cæca.
 Tunc ardens fluius cælo manabit ab alto
 Igneus, atque locum consumet funditus omnem.
 Terramque, Oceanum que ingentem, & cæcula ponti
 Stagna, lacus, fluuios, fontes, Dirè que scuerum,
 Cælestem que polum, cæli quoque lumina in vnum
 Fluxa fluent, forma delecta proflus eorum.
 Astra cadent etenim de cælo cuncta reuulsa,
 Humanæ que animæ frendebunt dentibus omnes.
 Fluminis ardentes, ignisque, & sulphuris æstu,
 In feruente solo, cinis obteget omnia quando.
 Omnia tunc mundi viduata elementa iacebunt,
 Aer, terra, polus, mare, lux, noctes que, dies que.
 Non iam tot volucres sulcabunt acra pennis,
 Non vada squamigeri pisces per salia natabunt,
 Non ibi Ponti per fluctus naui onusta,
 Non glebosa boues pandi telluris arabunt,
 Non sonitum reddent percussæ flamine syluæ:
 Omnia sed puram molem constabit in vnam.
 Tum verò æterni genij patris immortalis
 Hæc ἔ* ἐσομὴν ἂν, Vriel, Saniel, Azaël que,
 Quæ mala quisque hominum patrauerit antè, sciètes,
 E retris animas tenebris caliginis omnes
 Iudicio sistent, ad formidabile Patris
 Magni, immortalis solium, nam solus & vnus
 Conditor omnipotens rerum, non interit vnquam,
 Intraque dicturus mortalibus æqua sedebit.
 Et tunc infernis animas, statū que, sonū que
 Cælestis tribuet, compacta que conuenienter
 Artibus ossa suis, carnes, neruò que repostos,
 Et venas, pellè que priorem, cælatiè que,
 Sic coniuncta suis terrestria corpora tirè
 Membris, vna dies reddet vitalibus aaris.

De Anti
 christo.

Elias.
 Apoc.

De vltimo
 iudicio.

Tunc ferratarum portarum Ditis atuari
 A Claustra immania, durique infracti que adamantis,
 Ingens ingenti Vriel conuulsa ruina
 Perrumpet genius: per lugubres que figuras
 Omnes iudicio sistet: simulachra vetusta
 Titanum in primis, monstrò forū que gigantum. *Resurre-*
 Tum quas Diluuium, tum quas maris vnda profundo *ctio.*
 Absumpsit: necnon quas serpentè que, feræ que
 Faucibus hauserunt auidis, volucrè que, vocabit
 Ad solium cunctas: necnon quas igneus ardor
 Absorpsit flammis, ad iudiciale tribunal
 Coget adesse Dei, collectas vndique in vnum.
 Tum verò Sabaorh Adonæus, fulminis autor,
 Defunctos reddet vitæ, Parca que resoluert,
 B Cælesti residens solio, magnam que columnam
 Figer, ed veniet in nube æternus & ipse
 Christus ad æternum, magno splendore, bonis que
 Cum geniis: solio que sedebit dexter in alto,
 Iudicet vt mores hominum, vitam que proborum,
 Et sceleratorum: veniet quoque magnus amicus
 Ille Dei Moses supremi, carne renata *Moses.*
 Vestitus: veniet Abraham quoque magnus & ipse,
 Isaac, atque Iacob, Iasus, Daniel, Elias,
 Ambacoum, Ionas, & quos gens perdet Hebræa.
 Tum residens iudex solio, omnes perdit Hebræos, *Iudæi di-*
 Qui post Eremiam fuerint, vt præmia digna *nati.*
 Accipiant, & quæ mortali quisque patrarit
 C In vita, soluant: igitur per flumen agentur
 Ignis inextincti cuncti: iustis que salutem
 Omnibus indeptis, scelerati tempus in omne
 Perdentur, quotquot patrarint antè nefanda.
 Qui cædes faciunt, aut quorum conscia mens est:
 Mendaces, fures, vafri, pestè que domorum,
 Mangones, fidei frangentes connubialis,
 Detrectatores, petulantes, lege carentes,
 Et simulachricolæ: necnon qui patre relicto
 Magno, immortali, dixerè nefanda, piorum
 Carnifices, fidei nullius, perniciosè que
 Instorum: neque non, qui commendante senecta,
 Et grauitate, vafri fallunt, vultu que bisfronte
 D Turpiter imponunt aliis, lædunt que nocenter,
 Fallaces, fama freti, verbis que, sed ipsis
 Pardis atque lapis multo magis exitiales.
 Tum nimio tumidi fastu: tum fænore scenus
 Qui cumulant, magnis pupillos afficientes
 Et viduas damnis: vel qui quæ sita scelestè
 Dant viduis, aut dant pupillis: quæ tunc labore
 De proprio cum dent, exprobrant: qui uè parentes
 In senio linquunt, neque præmia digna rependunt
 Pro nutricatu, vel qui parere reculant,
 Aspera vel contra dixerunt verba parentes:
 Vel qui depositum sese accepisse negarunt,
 Qui que suis faciunt dominis contraria serui:
 E Qui que suum corpus conspurcauere salaces:
 Vel qui virginèam zonam soluèrè, latènter
 Congressi: vel quæ fetus in ventre necatos
 Eiciunt, & qui partum expolucere nefandi:
 Qui que veneficiis vis, seu scemina, seu vir:
 Hos immortalis, incorrupti que columnæ
 Ita Dei affiget, quam circuit vndique flumen
 Indefesso igni manans, & eos simul omnes
 Aeterni patris genij nunquam intereuntis,
 Ignitis flagris, inflammati que catenis,
 Insuper infractis vinculis, arctis que reuinctos,
 Duris torquebunt pœnis, dein noctis in vmbra,
 Obijcient monstris, sub tartara terra gehennæ,
 ff iij

Multis horrendis, vbi nox tenebrosa perennat.
 Hinc vbi iam multis cruciatibus excruciarint
 Omnes, quorum mens fuerit scelerata: deinde
 Succeder fluuio magno rota flamma circum.
 Hinc vbi pertulerint tot iam mala, totque dolores,
 Diuersi flebunt, dictu miserabile, patres,
 Infantes pueri, matres, lachrymolaque matrum
 Pignora sub mammis, nec erit modus vllus eorum
 Ploratus, neque vox tristes distincta querelas
 Diuersas referet: verum sub nocte profunda,
 Tartarea, nigra, laniante dolore, profundum
 Clamorem tollent: atque in regione profana
 Ter tantum soluent, quantum fecere malorum,
 Igni confecti multo: tum dentibus omnes
 Stridentes, acri tabescent vique, sitique,
 Optandumque mori dicent, fugietque vocantes:
 Non iam mortis enim requiem, non noctis habebunt:
 Multa quidem frustra supremi numina patris
 Orabunt: sed eos tunc auertetur apertè.
 Secula nam septem dedit, vsus Virgine casta,
 Ad respiscendum, spatium mortalibus ægris.

Bonorum premia.

At alios, qui ius æquum coluere, bonumque,
 Et quibus & pietas & mens fuit optima cordi,
 Sublatos Genij rapidum per fluminis æstum
 Ducent in lucem, & securæ munera vitæ,
 Immortalis vbi magni via trita Tonantis:
 Fontibus & trinis vinum, lac, mella scatebunt:
 Terraque par cunctis, non vllis inuia mutis,
 Aut intersepris, fructus feret vberiores
 Sponte sua: victus communis, opelque beata.
 Nam neque pauper ibi, neque diues: nemo tyrannus,
 Nec seruus, nec erit quisquam maiorue minorue,
 Non Rex, non ductor: sed agent communiter omnes.
 Nec iam dicetur, venit nox, aut veniet cras,
 Aut transiit heri: nec erunt quos multa fatigat
 Cura, dies: non ver, æstas, autumnus, hyem-ue:
 Non nuptas, non mors, non emptio, venditio-ue:
 Non occasus erit, non ortus: namque creabit
 Ille diem longam, quin hoc quoque conferet idem
 Ille piis Deus omnipotens, æternus: ab ipsis
 Oratus dabit, ex ignis feruore perenni,
 Et gemitu feruare homines: hoc conferet illis.
 Namque leget stabiles, æternoque eximet igni,
 Perque suos aliam in vitam mandabit, eamque
 Aeternam nullo morituris tempore, campo
 Scilicet Elysijs, longis vbi fluctibus olli
 Sunt Acherusiadis æternæ stagna profunda.
 Eheu me miseram, quid me illo tempore fiet?
 Quæ demens omnes peccatis exuperatim?
 Nescia coniugij, laudandæ nescia mentis.
 Quinetiam, locuples cum vir meus esset, egenos
 Aedibus exclusi, feci que nefanda scienter.
 Tu me Seruator tortoribus eripe diris,
 Quamlibet infamem, conspurcatique pudoris.
 Obsecro te porro paulisper desine carmen,
 Sancte, potens rerum, magni rex maxime regni.

RRRVS IN TERTIA PARTE

hec inquit. Ex secundo lib. de Deo.

Altionans, scelis, cœlestis, habensque Cherubin
 Firmatum, precor vt me planè vera locutam
 Paulisper recrees: animo nam fessa fatisco.
 Sed quid cor iterum quatitur mihi? mensque flagello
 Icta, foras vocem prorumpere cogitur, omnes
 Vt moueam? rursus nimirum cuncta profabor
 Quæ Deus effari mortalibus imperat ægris.
 O homines, quibus est diuina in imagine forma,

A Cur temerè erratis, cur non per recta viarum
 Vaditis, æterni memores Patris, omnibus horis:
 Vnus & immensus Deus est, regnator & vnus
 Aethereus, sese consistens totus in vno,
 Cuncta videns solus, non aspectabilis ipse:
 Quem non humani saxo manus vlla, vel auro,
 Aut chore artificis fecit retulitue figurans:
 Ipse sed ipsum se seculo monstrauit ab omni,
 Qui que est, quique fuit, qui porro deinde futurus.
 Cuius namque Deum mortalis lumina possunt
 Cernere: quæ uè ferent vel vocem nominis aures,
 Cœlestis, magni que Dei, mundumque regentis?
 Omnia qui dicto fecit, cœlumque, salumque,
 Et rapidum solis cursum, lunamque tumentem,

De Deo.

B Siderees ignes, solidam magnamque parentem,
 Fontes & fluuios, ignem, noctesque, diésque.
 Nimirum Deus is finxit tetragrammaton Adam,
 Qui primus fictus fuit, & qui nomine complet
 Ortus, Occasus, Austrum, Boreamque rigentem.
 Ipse hominum solidam formam speciemque creauit,
 Ipse feras fecit, serpentiæque, atque volucres.
 Hunc vos non colitis, frustra que, errore pudendo,
 Anguibus & feli reuerenter sacrificatis,
 Et signis aliis hominum, saxisque sacratis,
 Ante profanorum delubrorum ostia stantes.
 Obseruare Deum, quique est, quique omnia seruat.
 Qui dum saxorum specie gaudetis inani,

Adam.

C Non venit in mentem iudex æternus, & idem
 Seruator, cœlum qui telluræque creauit.
 Heu stirps, effuso quæ gaudes sanguine, praua,
 Impia, vasa, hominum mendax genus, atque bilingue,
 Insidians, dirum, merchum, simulachricolarum:
 Quorum vefanus stimulus præcordia vexat,
 Qui sibi prospiciunt rapiendo, pro pudor, vnus.
 Nam nemo locuples, & habens, impertiet vlli:
 Humanum sed erit prorsum genus omne scelestum.
 Non erit vlla fides penitus: viduæque frequentes
 Furtiuo, causâ quæstus, vtentur amore.
 Sortita que viros conuenta iugalia frangent.

In Idololatras.

In auaros.

D Frenabit, summi tum summa potentia regni
 Regis inextincti mortalibus exoritur.
 Rex etenim sanctus veniet, qui totius orbis
 Omnia seclorum per tempora scepra tenebit.
 Tuncque Latinorum non eluctabilis ira
 Tres Romam tristi fatorem stamine perdent.
 Atque suis homines perdentur in ædibus omnes,
 Tum cum de cœlo torrens fluat igneus: eheu
 Me miseram, quando veniet lux illa, diésque
 Iudicis æterni, magni regis que, Dei que.
 Nunc quid vos vrbes ornatis, construitis que,
 Templis que, stadiis que, foris, signisque, vel auro
 Si qua, vel argento fiunt, saxoue: futura

DE CHIRISTO.

E Cum sit acerba dies, ad quam veniatis oportet.
 Nam veniet, cunctos homines cum nidore olentis
 Sulphuris afflabit. Verum iam singula pandam,
 Quæ mala sint homines passuri, qualque per vrbes.

LIBER TERTIUS. postea verbis progrediens, de impostore demone Antichristo hoc maxime modo loquitur.

EX Augustinis autem voluentibus annis
 Adueniet Belial, qui celsa cacumina montes,
 Qui mare, qui magni lucentem lampada solis,
 Qui claram lunam, qui sistet lumine caecos,
 Multaque signa quidem faciet mortalibus, at non

De Antichristo.

Vera

Vera, sed error ibi suberit, fallétque frequentes
 Fidos, electos: Hebraeos lege carentes,
 Atque alios, nondum quibus est audita Dei mens.
 Verum quando Dei prædicta minacia magni
 Aduenient, terraque peter flammata potestas
 Inflata, exuret Belier, hominésque superbos
 Omnes, quotquot ei fuerint per fœdera iuncti.
 Tunc autem mundus manibus muliebribus omni
 In rerum summa parebit, eis que regetur.
 Cum verò vidua in totum regnauerit orbem,
 Aurumque argentumque hominú, queis vita caduca est,
 Ferrumque, æsque, maris salas iactat in vndas,
 Omnia tunc mundo viduata elementa iacebunt:
 Cum Deus æthereus cœlum conuoluet ad instar
 Libri, labetur varius polus omnis ad imas
 Terras & pelagus, rapidus fluat igneus ingens
 Torrens: vretur tellus, pontusque, diésque,
 Cœlestis que polus: rerum natura creata
 Conuerteretur, & in molem purgabitur vnam.
 Non iam læta globi iactabunt lumina: non nox,
 Nec matutinum: nec erunt, quos multa fatigat
 Cura, dies: non ver, æstas, autumnus, hyemsue.
 Iudiciumque Dei magni, magnamque sub æuum,
 In medium veniet, cunctis his denique factis.

Mulierum imperia extremis temporibus

Deest initium.

O liquidas vndas, o totam denique terram,
 Quæ sol exoriens, quæ labens aspicit orbem,
 Omnia parebunt in mundum rursus eunti,
 Properea primus quod vires nouerit eius.

Babel.

Sed cum dicta ad rem fuerint collata, minatus
 Quæ magnus Deus est olim mortalibus illis,
 Qui turrim Assyrii in finibus ædificauerunt,
 Cum cunctis eadem vox esset, stellerumque
 In cœlum vellent ascendere, continuoque
 Immortalis.*

Decimatis.

Flatibus: at venti magnam sublimè ferentes
 Turrim iccerunt, & litem conciliarunt
 Inter eos, vrbemque ideo Babylona vocarunt.
 Sed postquam cecidit turris, linguæ que fuerunt
 Vocibus inter se diuersis, terra deinceps
 Tota replebatur diuisis regibus: inde

Satur ni historia

Extitit in terris decimum mortalibus æuum
 Postquam diluuis homines periere priores.
 Porro Saturnus, & Titan, lapetisque,
 Regnarunt: Cælo quos, & tellure creatos
 Dixerunt homines, rerræ Cœlique vocantes
 Nomine, quodd cunctos homines virtute prærent.
 Tres terra partes, vt fors cuiusque ferebat,
 Quisque suam regnabat habens, certamine nullo.
 Obtestatus erat pater, & diuiserat æquas
 Partes. Sed postquam senio confectus obiuit
 Mortem, tum natis (violata religione,
 Iuræque iurando) contentio nata, quis omnes
 Inter mortales regis dominetur honore.
 Pugnantque inter sese, Saturnus, & ipse
 Titan, at Iuno, Tellusque, Venusque coronis
 Gaudens, cum Vestaque Ceres, & pulchra Dione,
 Inter eos litem sedarunt, cum que vocarunt
 Reges, & rratres omnes, consanguineosque,
 Et reliquos eius quoque sanguinis, atque parentum.
 Horum Saturno tribuit sententia regnum,
 Vt pote qui reliquis forma præstaret, & æuo.
 Verum Saturnum Titan iurare coegit,
 Ne marium natam sobolem nutrirer, vt ipse
 Regnaret, postquam Saturnum fatâ vocassent
 Præ senio. Quod si quando Rheâ parturibat,

A Titanes aderant, & mascula dilaniabant
 Pignora cuncta feri: matrem nutrire sinentes,
 Fœmineos partus. Sed quando tertius ille
 Adfuit enixus, Iuno fuit edita prima.
 Hic vbi fœmineam sobolem videre feroces
 Titanes, illa, ad se discessere, relicta.
 Inde marem peperit puerum Rheâ, continuoque
 In Phrygiam per tres furtim dimisit alendum
 Iurisurandi constructos religione,
 Cretenses: ideoque Iouem dixere, quodd esset
 Missus. item furtim Neptunum misit eodem.
 Tercius editus est Pluto illi, prætereunti
 Dodonam, vnde liquens Eurota defluit amnis
 Fluminis, inque maris salas prouoluitur vndas
 B Mixtus Penæo, Stygium quem nomine dicunt.
 Postquam Titanes autem didicere creatos
 Saturno pueros, atque eius coniuge furtim:
 Titan collectis sexaginta vndique natis,
 Saturnum vinculis, eius cum coniuge strictum,
 Abdidit in terram, custodiuítque tenebris.
 Hoc vbi Saturni nati didicere, duello
 Magno inuaserunt illum, turbâque cierunt.
 Hinc est principium belli mortalibus ortum
 Omnibus: hæc belli mortalibus extat origo.
 Tum Deus exitio Titanas misit, & omne
 Titanum perit genus, & Saturnia proles.

Iuno nascitur.

Jupiter.

Neptunus Pluto. Hanc Historiam citat Lactantius de falsis Relig. l. li. Cap. 14. tanquam ex Sibilla Erythraea.

Monarchia.

C Postea surrexit tandem voluentibus annis
 Aegypti regnum. Perfarum deinde secutum est,
 Medumque, Ethiopumque, atque Assyria Babylonis.
 Deinde Macedonicum regnum, Aegyptique renatum:
 Postea Romanum. Tum magnus voce volucris
 Pectora pulsauit mihi, præcepitque profari
 Singula: tum primum solus deus infinuauit
 Hoc mihi, quot nam sint hominum post regna futura.
 Namque domus regno primum Solomonia coget
 Phœnicæ, Asiae que duces, aliisque marinis
 Fluctibus ambitas gentes, Persaque, Phrygisque,
 Pamphylos, Cares, Myfos, Lydolisque scatenes
 Auro, post Græci venient diri atque superbi.
 Deinde Macedoniae populus dominabitur ingens,

Solomonis regnum.

Macedoniam imperium.

D Qui belli horrenda mortales nube lacescit.
 Cœlestis sed enim prorsum Deus eruet illum.
 Post hæc imperium regni succedet alius,
 Excellens, ducibus multis, ex occiditque
 Parte maris, multis quod retris imperitabit,
 Et quatiet multos, & regibus omnibus olim
 Terrorem faciet: multis ex vrbibus auri
 Diripiet multum, argenti que deinde per orbem
 Aurumque argentumque erit, ornamentaque rursum,
 Mortales que prement: tandemque exister eorum
 Casus, vt iniusto incipiant turgescere fastu,
 Continuoque in eis scelorum vis magna vigebit,
 Masque mari sese iunget, statuente pudendis

Romanum imperium

E In lustris pueros, & erit tunc temporis ingens
 Inter mortales angustia, cunctaque turbans,
 Cunctaque contundens, & replens cuncta malorum,
 Turpis auaritiæ, iniustarum dinitiarum:
 In primisque Macedoniis in finibus, atque
 In multis aliis: odiumque ciebit, & omnis
 Illis procedet fallacia: septimum ad vsque
 Donec ventum sit regnum, vigeatque potestas
 Aegypti regis, Græco de sanguine nati.
 Tum demum surget magni præclara Dei gens,
 Qua duce mortales omnes bene viuere discant.
 Sed mihi quid menti Deus iniicit hoc quoque fari,
 Quæ quibus anteibunt mala, quæ postrema sequentur?

Christianorum genus.

ff iiii

Primùm supplicio diuinitus afficietur
Titanes, pròlèq; dabit Saturnia pœnas,
Saturnum quoniam vinxit, matremque pudicam.
Deinde tyrannides in Græcis, regèq; feroces,
Impuri, tumidi, qui iura iugalia frangent,
Omnino prauis: neque iam mortalibus vlla
Abello requies. Phryges autem funditus omnes
Perdentur, venietque malum illo tempore Troiæ:
Continuòque malum Persas manet, Assyriòsque,
Omnemque Ægyptum, necnon Libyam, Æthiopèsq;
Pamphylìòsque malum fuerit, Carèq; moueri,
Mortalèq; omnes. sed quorsum singula pando?
Finitis primis, nascetur deinde secunda
Humano generi. quæ tandem prima vocabo?

Sunt ventura piis mala, qui Solomonia circum
Templa colunt, hominum iustorum sanguine creti,
Quorum progeniem celebrabo, genulq; paternum,
Et cunctum populum: tu verò mente teneto
Omnia ritè, vater mortalis, callide mentem.
Vrbs erit in terra Vchaldi
Vrbs erit in terra Vchaldi

Piorum studia. Ex quibus est hominum proles iustissima, semper
Quis bona mens cordi est, & rerum cura probarum.
Nam neque decursum solis, lunæ ve rotantem,
Nec curant ea quæ per terras magna feruntur:
Nec magni Oceani rimando quærere fundum,
Non sternutantum, non præpetis omina pennæ,
Non cantatores, vatès ve, venenave dantes,
Non imposturas fatuorum ventri loquorum:
Nec Chalæorum prædicta per astra loquuntur,
Astra nec obseruant † nam sunt hæc omnia falsa,
Dementes homines quæ perscrutantur in horas,
In re exercentes animos quæ non iuuat hilum.
Quin miseros homines errores edocuerunt,
Ex quo mortales agitant mala multa per orbem,
Vt rectisq; viis, & iustis rebus aberrant.
At sunt virtutis cultores, iustitiæque,
Non & avaritiæ, quæ tristia plurima cõstat
Mortali generi, bellumque, famèq; vagantem.
His modus est iustus demensâ per arua, per vrbes,
Nec nocturna sibi rapiunt per furta vicissim,
Nec nocturna sibi rapiunt per furta vicissim,
Caprarum ve greges abigunt, ouiumve, boùmve:
Nec terræ metas vicini summonet alter,
Nec locuples quilibet diuexat pauperiorem,
Nec viduas torquet, sed eis magis auxiliatur,
Semper subueniens oleo, vinòque cibòque.
Semper & in populo felix, & diues egenis,
Pauperibusque suæ partem largitur aristæ,
Vt fieri iubet & laudat diuina Dei lex,
Qui terram fecit communis vt omnibus esset.

† Hæc citat Lactantius. Instit. lib. 2. cap. 17. Cum verò Ægyptum linquet, desertaque vadet
Per loca, bis senâ populus de prole creatus,
Sub ducibus missis diuinitus, isque columna
Ignita per iter noctis gradietur opacæ,
Per totumque diem nebula præeunte columna:
Huic populo ductor dabitur vir magnus ab illo
Moses, quem inuentum propter regina paludem
Sustulit, & nati nutritum nomine dixit.
Hic igitur postquam populi dux, quem Deus extra
Ægyptum perduxit, eo peruenit, vbi mons
Sina fuit, legem de cœlo tradidit illi,
Omnia cum tabulis scripsisset iusta duabus:
Et iussit fieri Deus, & si fortè quis esset,
Qui non pareret, pœnas is solueret ipsa
Lege, vel humanis manibus: si fortè latèret
Mortales, tamen hic omni ratione periret,

† Hæc citat Lactantius. Instit. lib. 2. cap. 17. Cum verò Ægyptum linquet, desertaque vadet
Per loca, bis senâ populus de prole creatus,
Sub ducibus missis diuinitus, isque columna
Ignita per iter noctis gradietur opacæ,
Per totumque diem nebula præeunte columna:
Huic populo ductor dabitur vir magnus ab illo
Moses, quem inuentum propter regina paludem
Sustulit, & nati nutritum nomine dixit.
Hic igitur postquam populi dux, quem Deus extra
Ægyptum perduxit, eo peruenit, vbi mons
Sina fuit, legem de cœlo tradidit illi,
Omnia cum tabulis scripsisset iusta duabus:
Et iussit fieri Deus, & si fortè quis esset,
Qui non pareret, pœnas is solueret ipsa
Lege, vel humanis manibus: si fortè latèret
Mortales, tamen hic omni ratione periret,

† Hæc citat Lactantius. Instit. lib. 2. cap. 17. Cum verò Ægyptum linquet, desertaque vadet
Per loca, bis senâ populus de prole creatus,
Sub ducibus missis diuinitus, isque columna
Ignita per iter noctis gradietur opacæ,
Per totumque diem nebula præeunte columna:
Huic populo ductor dabitur vir magnus ab illo
Moses, quem inuentum propter regina paludem
Sustulit, & nati nutritum nomine dixit.
Hic igitur postquam populi dux, quem Deus extra
Ægyptum perduxit, eo peruenit, vbi mons
Sina fuit, legem de cœlo tradidit illi,
Omnia cum tabulis scripsisset iusta duabus:
Et iussit fieri Deus, & si fortè quis esset,
Qui non pareret, pœnas is solueret ipsa
Lege, vel humanis manibus: si fortè latèret
Mortales, tamen hic omni ratione periret,

Fecit enim terram communis vt omnibus esset,
A Omnibus atque bonam mentem Deus insinuauit,
His solis fruges tellus creat alma, remittens
Ex vno centum, diuinumque vber adæquant.
Sed tamen his etiam veniet mala pestis, eamque
Non fugient: & tu delubra decora relinques,
Et fugies (etenim sanctum tibi linquere campum
Fatale est) & ad Assyrios ducèris, apudque
Immites homines, natos seruire videbis,
Vxorèq; omnisque peribit victus, opèq; que:
Omnis plena tui regio terræque, marisq; que.
Nullus erit mores quin istos oderit: omnis
Terra tibi deserta iacebit, & ara relicta,
Et magni delubra Dei, murisq; patentis,
B Omnia confident in humum: sanctissima quando
Aeterni præcepta Dei de mente repellens,
Fœdis seruisit simulachris: depositòsque
Aeterni diuinumque hominumque fatoris honore
Atque metu, generis mortalis signa colebas.
Propterea decies septem per tempora terra
Omnis erit deserta tua, & mirabile fanum:
Sed bonus exitus hinc & gloria maxima surget,
Hoc curante Deo tibi, mortalisque: sed ipse
Legibus augustis diuinis crede manendo,
Dum tibi genua Deus deserta attollat in auras.

Tum Deus è cœlo regem demittet, is autem
Sanguine quoque homines, ignisque probabit in æstu.
C Regalis quædam tribus est: genus huius ab omni
Peccato planè vacuum dominabitur olim,
Incipietque Dei renouatam construere ædem:
Huc quoque Persarum rex conferet omnis, & auro
Aerèq; succurret, ferròque ferente laborum.
Nam Deus ipse dabit per noctem somnia sancta:
Et recidiua, velut fuerant, delubra resurgunt.
Vt mihi diuino requieta à carmine mens est;
Orabam magnum Genitorem, vis vt abesset.
Sed mihi suggestit vocè sub pectore rursus,
Pèrque omnes terras præcepit vaticinari,
Mentibus & regum res insinuare futuras.
Hocque mihi primùm mentem dat dicere numen,
D Quanta immortalis Babylo ni funera conslet,
Illa Dei quoniam magnam populauerit ædem.
Heu Babylon, cheu hominum genus Assyriorum.
Totam peruadet sceleratam maxima terram
Clades, & clamor vinecentum perniciosus,
Insultusque Dei magni, qui carminis auror.
Aerius veniet Babylon tibi namque supernè,
Descendet sacris cœli de sedibus, inquam,
Aeternus fuor, & peruertet tèque tuòsque.
Tunc eris vt fueras, ceu nunquam nata fuisses.
Sanguine tum multo replebere, sicut & ipsa
Sanguine fundendo iustosque bonosque necasti,
Sanguis adhuc quorum nunc clamor ad æthera magnus.
E Te quoque magna manet clades Aegyptæ domorù,
Quam tibi venturam nunquam speraueris esse.
Nam te per mediam gladius penetrabit acutus,
Euenietque tibi dispersio, morsq; que, famèq; que,
Septena regum sub stirpe, deinde iacebis.
Heu tibi Gog, tractusque magog, qui diuidis amnes
Aethiopum medius: quantas tu sanguinis vndas
Accipies, pœnæ que domus dicèris in orbe,
Potabitque nigrum tua rosida terra cruorem.
Heu Lidyæ tellus: cheu mare, terraque, gentes
Occidæ, vobis oriatur tempus acerbum.
Vobis luctandum magni certaminis æstu,
Et grauis & duri: vobis est pœna luenda

Tum Deus è cœlo regem demittet, is autem
Sanguine quoque homines, ignisque probabit in æstu.
C Regalis quædam tribus est: genus huius ab omni
Peccato planè vacuum dominabitur olim,
Incipietque Dei renouatam construere ædem:
Huc quoque Persarum rex conferet omnis, & auro
Aerèq; succurret, ferròque ferente laborum.
Nam Deus ipse dabit per noctem somnia sancta:
Et recidiua, velut fuerant, delubra resurgunt.
Vt mihi diuino requieta à carmine mens est;
Orabam magnum Genitorem, vis vt abesset.
Sed mihi suggestit vocè sub pectore rursus,
Pèrque omnes terras præcepit vaticinari,
Mentibus & regum res insinuare futuras.
Hocque mihi primùm mentem dat dicere numen,
D Quanta immortalis Babylo ni funera conslet,
Illa Dei quoniam magnam populauerit ædem.
Heu Babylon, cheu hominum genus Assyriorum.
Totam peruadet sceleratam maxima terram
Clades, & clamor vinecentum perniciosus,
Insultusque Dei magni, qui carminis auror.
Aerius veniet Babylon tibi namque supernè,
Descendet sacris cœli de sedibus, inquam,
Aeternus fuor, & peruertet tèque tuòsque.
Tunc eris vt fueras, ceu nunquam nata fuisses.
Sanguine tum multo replebere, sicut & ipsa
Sanguine fundendo iustosque bonosque necasti,
Sanguis adhuc quorum nunc clamor ad æthera magnus.
E Te quoque magna manet clades Aegyptæ domorù,
Quam tibi venturam nunquam speraueris esse.
Nam te per mediam gladius penetrabit acutus,
Euenietque tibi dispersio, morsq; que, famèq; que,
Septena regum sub stirpe, deinde iacebis.
Heu tibi Gog, tractusque magog, qui diuidis amnes
Aethiopum medius: quantas tu sanguinis vndas
Accipies, pœnæ que domus dicèris in orbe,
Potabitque nigrum tua rosida terra cruorem.
Heu Lidyæ tellus: cheu mare, terraque, gentes
Occidæ, vobis oriatur tempus acerbum.
Vobis luctandum magni certaminis æstu,
Et grauis & duri: vobis est pœna luenda

Tum Deus è cœlo regem demittet, is autem
Sanguine quoque homines, ignisque probabit in æstu.
C Regalis quædam tribus est: genus huius ab omni
Peccato planè vacuum dominabitur olim,
Incipietque Dei renouatam construere ædem:
Huc quoque Persarum rex conferet omnis, & auro
Aerèq; succurret, ferròque ferente laborum.
Nam Deus ipse dabit per noctem somnia sancta:
Et recidiua, velut fuerant, delubra resurgunt.
Vt mihi diuino requieta à carmine mens est;
Orabam magnum Genitorem, vis vt abesset.
Sed mihi suggestit vocè sub pectore rursus,
Pèrque omnes terras præcepit vaticinari,
Mentibus & regum res insinuare futuras.
Hocque mihi primùm mentem dat dicere numen,
D Quanta immortalis Babylo ni funera conslet,
Illa Dei quoniam magnam populauerit ædem.
Heu Babylon, cheu hominum genus Assyriorum.
Totam peruadet sceleratam maxima terram
Clades, & clamor vinecentum perniciosus,
Insultusque Dei magni, qui carminis auror.
Aerius veniet Babylon tibi namque supernè,
Descendet sacris cœli de sedibus, inquam,
Aeternus fuor, & peruertet tèque tuòsque.
Tunc eris vt fueras, ceu nunquam nata fuisses.
Sanguine tum multo replebere, sicut & ipsa
Sanguine fundendo iustosque bonosque necasti,
Sanguis adhuc quorum nunc clamor ad æthera magnus.
E Te quoque magna manet clades Aegyptæ domorù,
Quam tibi venturam nunquam speraueris esse.
Nam te per mediam gladius penetrabit acutus,
Euenietque tibi dispersio, morsq; que, famèq; que,
Septena regum sub stirpe, deinde iacebis.
Heu tibi Gog, tractusque magog, qui diuidis amnes
Aethiopum medius: quantas tu sanguinis vndas
Accipies, pœnæ que domus dicèris in orbe,
Potabitque nigrum tua rosida terra cruorem.
Heu Lidyæ tellus: cheu mare, terraque, gentes
Occidæ, vobis oriatur tempus acerbum.
Vobis luctandum magni certaminis æstu,
Et grauis & duri: vobis est pœna luenda

Tum Deus è cœlo regem demittet, is autem
Sanguine quoque homines, ignisque probabit in æstu.
C Regalis quædam tribus est: genus huius ab omni
Peccato planè vacuum dominabitur olim,
Incipietque Dei renouatam construere ædem:
Huc quoque Persarum rex conferet omnis, & auro
Aerèq; succurret, ferròque ferente laborum.
Nam Deus ipse dabit per noctem somnia sancta:
Et recidiua, velut fuerant, delubra resurgunt.
Vt mihi diuino requieta à carmine mens est;
Orabam magnum Genitorem, vis vt abesset.
Sed mihi suggestit vocè sub pectore rursus,
Pèrque omnes terras præcepit vaticinari,
Mentibus & regum res insinuare futuras.
Hocque mihi primùm mentem dat dicere numen,
D Quanta immortalis Babylo ni funera conslet,
Illa Dei quoniam magnam populauerit ædem.
Heu Babylon, cheu hominum genus Assyriorum.
Totam peruadet sceleratam maxima terram
Clades, & clamor vinecentum perniciosus,
Insultusque Dei magni, qui carminis auror.
Aerius veniet Babylon tibi namque supernè,
Descendet sacris cœli de sedibus, inquam,
Aeternus fuor, & peruertet tèque tuòsque.
Tunc eris vt fueras, ceu nunquam nata fuisses.
Sanguine tum multo replebere, sicut & ipsa
Sanguine fundendo iustosque bonosque necasti,
Sanguis adhuc quorum nunc clamor ad æthera magnus.
E Te quoque magna manet clades Aegyptæ domorù,
Quam tibi venturam nunquam speraueris esse.
Nam te per mediam gladius penetrabit acutus,
Euenietque tibi dispersio, morsq; que, famèq; que,
Septena regum sub stirpe, deinde iacebis.
Heu tibi Gog, tractusque magog, qui diuidis amnes
Aethiopum medius: quantas tu sanguinis vndas
Accipies, pœnæ que domus dicèris in orbe,
Potabitque nigrum tua rosida terra cruorem.
Heu Lidyæ tellus: cheu mare, terraque, gentes
Occidæ, vobis oriatur tempus acerbum.
Vobis luctandum magni certaminis æstu,
Et grauis & duri: vobis est pœna luenda

Tum Deus è cœlo regem demittet, is autem
Sanguine quoque homines, ignisque probabit in æstu.
C Regalis quædam tribus est: genus huius ab omni
Peccato planè vacuum dominabitur olim,
Incipietque Dei renouatam construere ædem:
Huc quoque Persarum rex conferet omnis, & auro
Aerèq; succurret, ferròque ferente laborum.
Nam Deus ipse dabit per noctem somnia sancta:
Et recidiua, velut fuerant, delubra resurgunt.
Vt mihi diuino requieta à carmine mens est;
Orabam magnum Genitorem, vis vt abesset.
Sed mihi suggestit vocè sub pectore rursus,
Pèrque omnes terras præcepit vaticinari,
Mentibus & regum res insinuare futuras.
Hocque mihi primùm mentem dat dicere numen,
D Quanta immortalis Babylo ni funera conslet,
Illa Dei quoniam magnam populauerit ædem.
Heu Babylon, cheu hominum genus Assyriorum.
Totam peruadet sceleratam maxima terram
Clades, & clamor vinecentum perniciosus,
Insultusque Dei magni, qui carminis auror.
Aerius veniet Babylon tibi namque supernè,
Descendet sacris cœli de sedibus, inquam,
Aeternus fuor, & peruertet tèque tuòsque.
Tunc eris vt fueras, ceu nunquam nata fuisses.
Sanguine tum multo replebere, sicut & ipsa
Sanguine fundendo iustosque bonosque necasti,
Sanguis adhuc quorum nunc clamor ad æthera magnus.
E Te quoque magna manet clades Aegyptæ domorù,
Quam tibi venturam nunquam speraueris esse.
Nam te per mediam gladius penetrabit acutus,
Euenietque tibi dispersio, morsq; que, famèq; que,
Septena regum sub stirpe, deinde iacebis.
Heu tibi Gog, tractusque magog, qui diuidis amnes
Aethiopum medius: quantas tu sanguinis vndas
Accipies, pœnæ que domus dicèris in orbe,
Potabitque nigrum tua rosida terra cruorem.
Heu Lidyæ tellus: cheu mare, terraque, gentes
Occidæ, vobis oriatur tempus acerbum.
Vobis luctandum magni certaminis æstu,
Et grauis & duri: vobis est pœna luenda

Tum Deus è cœlo regem demittet, is autem
Sanguine quoque homines, ignisque probabit in æstu.
C Regalis quædam tribus est: genus huius ab omni
Peccato planè vacuum dominabitur olim,
Incipietque Dei renouatam construere ædem:
Huc quoque Persarum rex conferet omnis, & auro
Aerèq; succurret, ferròque ferente laborum.
Nam Deus ipse dabit per noctem somnia sancta:
Et recidiua, velut fuerant, delubra resurgunt.
Vt mihi diuino requieta à carmine mens est;
Orabam magnum Genitorem, vis vt abesset.
Sed mihi suggestit vocè sub pectore rursus,
Pèrque omnes terras præcepit vaticinari,
Mentibus & regum res insinuare futuras.
Hocque mihi primùm mentem dat dicere numen,
D Quanta immortalis Babylo ni funera conslet,
Illa Dei quoniam magnam populauerit ædem.
Heu Babylon, cheu hominum genus Assyriorum.
Totam peruadet sceleratam maxima terram
Clades, & clamor vinecentum perniciosus,
Insultusque Dei magni, qui carminis auror.
Aerius veniet Babylon tibi namque supernè,
Descendet sacris cœli de sedibus, inquam,
Aeternus fuor, & peruertet tèque tuòsque.
Tunc eris vt fueras, ceu nunquam nata fuisses.
Sanguine tum multo replebere, sicut & ipsa
Sanguine fundendo iustosque bonosque necasti,
Sanguis adhuc quorum nunc clamor ad æthera magnus.
E Te quoque magna manet clades Aegyptæ domorù,
Quam tibi venturam nunquam speraueris esse.
Nam te per mediam gladius penetrabit acutus,
Euenietque tibi dispersio, morsq; que, famèq; que,
Septena regum sub stirpe, deinde iacebis.
Heu tibi Gog, tractusque magog, qui diuidis amnes
Aethiopum medius: quantas tu sanguinis vndas
Accipies, pœnæ que domus dicèris in orbe,
Potabitque nigrum tua rosida terra cruorem.
Heu Lidyæ tellus: cheu mare, terraque, gentes
Occidæ, vobis oriatur tempus acerbum.
Vobis luctandum magni certaminis æstu,
Et grauis & duri: vobis est pœna luenda

Babyloni-
ca captiui-
tas.

CHRIS-
TIVS.

Infraura-
tio Templi
post Baby-
lonis capti-
uitatem.

In Baby-
lonem, di-
uini Tem-
pli Vassa-
tricem.

In Aegy-
ptum.

In Gog et
Magog.

In occidè-
tales.

Omnis.

Omnibus, & rigida pereundum sorte, quod ædem
Aeterni magnam grauitè violastis, eamque
Ferratis grauitè mandistis dentibus: ergo
Terram istam plenam defunctis esse videbis,
Quos pestisve, famèsve, & numinis impetus omnis,
Bellave sustulerint, atque implacabilis hostis.
Omnis terra tibi deserta, vrbesque relicta.
Sole sub occidio verò vocitata cometa
Stella relucebit, gladij mortalibus index,
Et famis & mortis, præclarorùmque virorum
Atque ducum interitus magnorum, nobiliùmque.
Maxima præterea mortales signa monebunt:
Altus enim Tanais Maotica stagna relinquet,
Liræque depresso sulcos infinder in alueo.
Frugifero, at fluctus cursum cohibebit abundans.
Vasta barathra, Jabèsque, ruent hinc oppida multa
Plena viris: atque hæc Asia labentur, lassis,
Cebre, Pandonie, Colophon, Ephesus, Nicæa,
Antiochia, Tanagra, Sinope, Smyrne, Marus,
Europæque Cyagra, Clitus, Basilis, Meropea,
Antigone, Magnesia, Mycene, Penthia,
Gaza nimis felix, Hierapolis, Astypalæi.
Tum scito Aegypti mortis genus esse propinquum.
Tum melior qui transit annus Alexandrinis,
Ex Asia quando suscepit roma tributum.
Verùm Asia veniet vel tripla pecunia rursus
A roma, pendetque arroxi iniuria pœnas.
Ac quot sunt Italas Asianorum famulari,
Veni toties Asia cogentur in oris
Pro mercede graues Itali tolerare labores,
Innumerisque pati victu cum paupere multas,
O auro locuples, roma progata latina
Virgo tenella, procis multis optata, frequenter
Ebria, non vilo cum mundo seruâque nubes.
Sæpe tibi vellet teneros hera dura capillos,
Et pœnas repetens ad terram sternet ab alto,
Rursus & à terra sublimem tollet in altum.*
Mortalis quod erat vitiola, iniustaque vita.
Fiet arena Samus: Delus delcta fatebit:
† Fiet roma ruina: ita digerit omnia fatum.
Nullaque erit Smyrnæ pereuntis mentio index,
Sed vitis que ducum, & prauorum consiliorum.
* Pax autem tranquilla Asia gradietur in oris.
Tunc & erit felix Europa, & fertilis æther,
Annohus, firmus (tempestas, grandòque nulla)
Cuncta ferens, volucres, reptiliaque omnia terræ.
O felix, seu vir, veniet qui tempus ad illud,
Seu mulier, felix securæ munere vita.
Nam bona lex omnis cœli stellantis ab oris,
Iustitia comitante, homines iniuisset, & vnâ
(Qua nihil est homini vilius) concordia sana,
Atque amor, atque fides, & amoris in hospite vincla.
At mala lex, mordax liuor, dementia, & ira
Mortales fugient: fugiet vis, pauperièq; que,
Caedes, letifera lites, & iurgia dira,
Furtaque nocturna, atque malum tunc temporis omne.
Detrimetum Asia sed grande Macedonia edet,
Europæque nimis magnus dolor exorietur,
Saturni de gente notha, seruusque creatus.
Illa etiam firmam Babylo ni domabit, & omnis
Quantum sol lustrat, terræ regina vocata
Tristibus, infelix, fatis euerfa peribit,
Nec iam deinde vagos compestet lege nepotes.
Quin olim veniet non expectatus in agros
Felices Asia humeros indutus amictu
Purpurco, crudelis homo, importunus, & atdens.

cometa.

Asianarum
vrbum
ruina.

† Huius
loci memi-
nit Lactan-
tius. In-
stit. lib. 7.
cap. 26.

fulmine quippe citus fuit ille vir antè: iugumque
A Durum Asia totam premer, & madefacta cruorem
Terra bibet multum, facta de cade fluentem.
Illius inde genus à stirpe peribit eorum,
Ipse genus quorum conatur perdere totum,
Radice vnâ quandam, Mars excinder & ipsam,
Papureæ stirpis partem excindendo ferocem
Cornibus ex denis: aliam plantam feret inde.
SEQUENTES SEXDECIM VER-
sus ita confusi sunt, vt ex his nullam potuerim elicere
sententiam. Hos in hunc modum vicinque
vertere verbis solutis conabar.

SEQUENTES SEXDECIM VER-
sus ita confusi sunt, vt ex his nullam potuerim elicere
sententiam. Hos in hunc modum vicinque
vertere verbis solutis conabar.

Sed tamen profors euerfum omnem Ida curauerit.
A Atque ipse à filiis quorum in vnanimem fatalè mas
Corrumpitur, at tunc quidem agnoscès cornu regnabit.
Erit etiam Phrygiæ frugiferæ protinus signum,
Cum rheæ prauum genus in terra fluctus
Aeternum radicibus nūquā sicutibus qui germinauit,
Funditus profors perditum vna in nocte fuerit,
In vrbe antandro artificis terræ Neptuni,
Quam tum dictabunt cognomen Dorelaon,
Antiquæ Phrygiæ lachrymosa nigræ.
Erit igitur tempus illud cognomen Neptunus
Antra terræ dissipabit, & mœnia soluet.
Sigaa autem non boni, sed mali nascetur initium,
Ciuiilis belli tristes habebitis Angustias
Aeneadas autè dans indigenæ cognatum sanguinem.

Quantum rursus præda hominibus amatoribus
† Ilion, heu miserico tui: nam crescit Erinny
In Sparta, specie eximia, famaque perenni,
Egregium germen, diuexaturaque gentes
Europæ atque Asia populosas: præcipueque
Plangores, astusque tibi, gemitusque data
Semper, & aternâ famâ celebranda nepotum.
Quidam deinde senex falorum scriptor, & ipsam
Mentitus patriam, nascetur, lumine captus
Ille quidem, verum præclara mente vigebit,
A stringetque modis erat prædulce, duobus
Mixtum non inibus: Chiun quoque se ipse vocabit.
Hic res Iliacas scribet, non sicut habebunt,
D Sed clarè, verbisque meis vtendo, modisque.
Primus enim voluet librorum scripta meorum.
Istque vel in primis ornabit belligerantes,
Hectora Priamiden, & achillea reiona,
Et reliquos etiam, quibus & res bellica cordi.
Quin faciet Diuos illis assistere, falsa
Omnino scribens: homines cum morte caduci
Ii fuerint, quorum tantum nuda ossa supersunt,
Et quibus ingentem famam dabit Ilion amplum.
Sed tamen alterno res gestas carmine dicet.
Et Lyciæ locri proles mala multa creabit.

Te quoque Chalcedon Ponti sortita meatum
Angusti, Aetolæ gentis populabit alumnus.
E Et tibi franget opes onerosas C. yzice pontus.
Tu quoque tunc Asia bizantion arma fouebis,
Et gemitus etiam accipies, multumque cruorem,
Altumque imperium Lyciæ de vertice montis,
Vndaque reclusæ petra resonabit hattu,
Donec signa fatum iam cessent fatidicorum.
Circum te tumida resonabit rhyndacus vnda.
Tu quoque diu nulli r. hode subdita, filia Solis,
Durabis, multaque olim pollebis opum vi,
Imperiòque maris primas euecta tenebis
Præda tamen studio tandem rapieris amantum,
Ceruicemque iugo, diues, formosaque subdes.

Te quoque Chalcedon Ponti sortita meatum
Angusti, Aetolæ gentis populabit alumnus.
E Et tibi franget opes onerosas C. yzice pontus.
Tu quoque tunc Asia bizantion arma fouebis,
Et gemitus etiam accipies, multumque cruorem,
Altumque imperium Lyciæ de vertice montis,
Vndaque reclusæ petra resonabit hattu,
Donec signa fatum iam cessent fatidicorum.
Circum te tumida resonabit rhyndacus vnda.
Tu quoque diu nulli r. hode subdita, filia Solis,
Durabis, multaque olim pollebis opum vi,
Imperiòque maris primas euecta tenebis
Præda tamen studio tandem rapieris amantum,
Ceruicemque iugo, diues, formosaque subdes.

Te quoque Chalcedon Ponti sortita meatum
Angusti, Aetolæ gentis populabit alumnus.
E Et tibi franget opes onerosas C. yzice pontus.
Tu quoque tunc Asia bizantion arma fouebis,
Et gemitus etiam accipies, multumque cruorem,
Altumque imperium Lyciæ de vertice montis,
Vndaque reclusæ petra resonabit hattu,
Donec signa fatum iam cessent fatidicorum.
Circum te tumida resonabit rhyndacus vnda.
Tu quoque diu nulli r. hode subdita, filia Solis,
Durabis, multaque olim pollebis opum vi,
Imperiòque maris primas euecta tenebis
Præda tamen studio tandem rapieris amantum,
Ceruicemque iugo, diues, formosaque subdes.

Te quoque Chalcedon Ponti sortita meatum
Angusti, Aetolæ gentis populabit alumnus.
E Et tibi franget opes onerosas C. yzice pontus.
Tu quoque tunc Asia bizantion arma fouebis,
Et gemitus etiam accipies, multumque cruorem,
Altumque imperium Lyciæ de vertice montis,
Vndaque reclusæ petra resonabit hattu,
Donec signa fatum iam cessent fatidicorum.
Circum te tumida resonabit rhyndacus vnda.
Tu quoque diu nulli r. hode subdita, filia Solis,
Durabis, multaque olim pollebis opum vi,
Imperiòque maris primas euecta tenebis
Præda tamen studio tandem rapieris amantum,
Ceruicemque iugo, diues, formosaque subdes.

He lena.

† Lactan-
tius. In-
stit. lib. 7.
cap. 6.

memit
ex Apolo
doro try-
threo, Sy-
billâ try-
thream
Græcis
Illius pe-
nitiam ra-
ticipiam
ea que
hic conti-
nemur.
Homerus
mendax
fuiturus.

In Rhodis

Lydius at motus res Persidis expoliabit,
 Európaque Asiáque genus pertriste dolebit.
 At rex Sidonius, aliorumque agmina pugnae
 Exitium Samiis constabunt triste per æquor:
 Sanguine terra fluens resonabit in æquora rauca
 Cæde virum, vxores autem, lepidæque puellæ,
 Ah lamentantes sua tristia damna querentur,
 Propter & occisos, & natos morte cadentes.
 Σημεῖον ὑπὲρ τοῦ σεισμοῦ δὲ φθεῖραι φέλασιν.
 Et multas animas hominum simul Orcus habebit.
 At Trallis vicina Epheso succussa, tremente
 Terra, compositos muros, hominumque labores
 Diruet, & lætices ferentes terra refundet:
 Terra grauata illos, & sulphuris hauriet æstus,
 Regalésque struct Samus ædes tempore certo.

In Trallē-
ses.

In Italos.

Italia haud tibi res cum extremo Marte futura est.
 Sed te ciuiliis (dictu miserabile) sanguis
 Affliget, celebrem nimium, postitque pudoris,
 Feruida quinetiam recubans libamina propter
 Α παρὰ τὴν σὺ θεασί * ἐν ἀρχῆς τῆς αὐτῆς.
 Nec tu blanda bonos mater, sed lacte fouebis
 Altrix sæua feras, iterum vir perniciosus
 Surget ab Italia, tunc dirura Laodicea
 Vrbs Carum præclara, Lyci splendentis ad vndas,
 Magnanimi patris luctu defuncta silebis.
 Θρηνησὲς ἀνερόθυοι ἄλλαν σὺ θόνον τῶν ἀνέμων.
 βασιλῆϊον ἀμφα

Aestus Campanis ingens impendet ad vrbes
 Depopulante fame, & longæque morte parentis
 Destera. Cirnus, Sardóque, furente procella
 Magnæ hycemis, sanctóque Deo feriente, profundo
 Mergentur, testis sub gurgite nantibus alto.
 Eheu quàm multas sponsabit Pluto puellas
 Intactas, iuuenésque impubes æquore merfos.
 Eheu infantes oppressos gurgite salfo
 Μυσῶν γὰρ ἀ μάλιστα γένος βασιλῆϊον ἀμφα
 Τέξεται, tamen haud durabit tempore longo
 Carchedon. Galatis aderit tristis quoque luctus.
 Et teneo veniet suprema, at maxima clades.
 Et Sicyon aris tinnit, tæque Corinte,
 Αὐχισί ἐπὶ πᾶσιν, ἴσον δὲ βοήσεται ἀλλός.

Vt requieta mihi diuino à carmine mens est,
 Ecce iterum stimulat magnum mea pectora numen,
 Mæque futura iubet per terras vaticinari.
 Eheu phœnicum marium genus & muliebre,
 * Littoræque vrbes omnes: nam nulla manebit
 Ad lumen solis, communi in lumine, vestrúm.
 Nec vitæ numerus, nec erit tribus amplius vlla,
 Iniustam propter linguam, vitæque nefandam,
 Quam trituere omnes referantes ora profana,
 Tetræque dixerunt, iniustæque, fallæque verba:
 Et contra magnum regemque, Deumque steterunt,
 Oræque falsa malo vomuerunt: propter id ipsos
 Cunctas terribilis per terras cæde domabit,
 Et mundabit eis Deus heu tristissima fata,
 Euertens vrbes, & multas funditus arces.

In cretā.
In Thra-
cia.

Eheu Creta tibi, multum dolitura: manet te
 Clades, pernicie te prostrante perenni,
 Et te fumantem tota olim terra videbit,
 Semper & ardentem nunquam te desinet ignis.
 Heu tibi thraca, iugum quoniam seruire subibis,
 Cum Græcis Galatæ permixti, Dardanidæque,
 Vastabunt, auide: tum te tua damna lacessent,
 Externa malum terræ dabis, accipiésque.

In Gog.

Heu tibi Gógque, magóque, aliisq; ex ordine cūctis,
 Marfog, atq; angón: tibi quot mala fata propinquat;

Multa etiam Lyciæ natis, Mysæque, Phrygumque,
 Pamphyliaque cadent genti, Lydique frequentes,
 Maurique, Aethiopsque, & quorū barbara lingua est
 Cappadoces, Arabesque, quid autem singula pandō?
 Quotquot enim gentes versantur in orbe, tremendā
 Omnibus immitter cladem Deus ille supremus.

Barbara gens verò cum Græcos aggreditur,
 Multa quidem capita extirpabit læta virorum,
 Multas balantes hominum corrumpet opimas,
 Mulorumque greges, & equorum armenta, bouūque,
 Infandóque domos elegantes igne cremabunt,
 Multaque diuersam ducent captina sub orbem
 Corpora vi, molles pueros, cinctasque parentes
 Ex thalamis, pedibus teneris quas ante iacentes

Græcia ca-
lamitas.

Cernent in vinclis (constringet barbarus hostis)
 Omnia dura pati: nec erit tamen vlla potestas
 Sæuum pellendi bellum, vitamque tuendi.
 Cernent diuitis hostem, rebúsque fruuentem
 Omnibus ipsorum, trepidi genibusque trementes,
 Et fugient vnum, Centum, per eumque peribunt:
 Quinque autem magnum superabunt agmen, & illi
 Turpiter ventur pugna, tristisque tumultu,
 Lætitiamque ferent hosti, Græcisque dolorem,
 Et seruire iugum portabit Græcia tota.
 Cuncta simul tangent homines, bellumque læsque
 Et superum cælum diuinitus ære rigebit,
 Nec pluuiis vllis madefiet ferrea terra.

Postea mortales omnes miserabile flebunt
 Ignéque vastari, nec ararier arua, serique.
 Et mala multa dabit cæli terræque creator,
 Atque hominum fiet pars tertia sola superstes.
 † Græcia principibus quid fides morte caducis,
 Vltima quos leti non est enadere fata?
 Quorsum defunctis donaria vana reponis?
 Quis de litas statuis: quis te malus error ad ista
 Mentis agit, magni linquentem numinis ora?
 Accipere omniparens nomen numénque memento.
 Mille anni atque aliæ sunt penthecatontades, ex quo
 Græcorum reges regnum tenuere superbi,
 Qui mala mortales docuerunt prima magistri,

† Hanc
Græcorū
Idololatru-
rum obiu-
gationem,
citat La-
ctant. In-
stit. I. lib.
Cap. 15.

Tot simulachra deum statuentes luce carentum:
 Ex quibus effectum est, vt tam sapiatis inanē.
 Verum quando Dei magni vos ira laceffer,
 Tunc agnosceat conspectum numinis alti.
 Atque omnes animæ mortales multa gementes,
 In cælum rectā manibus sublimē supinis,
 Regis opem magni incipient orare vocantes,
 Querereque, ecquis eos tantā defendat ab ira.
 Hoc quoq; discēdū, & memori tibi mēte tenēdum,
 Funera voluendis annis sint quanta futura,
 Græcia quando boues & tauros cadet opimos,
 Ad magnique Dei templum libamina sistet,
 Effugiet creperum bellum, pestemque metumque,

Et seruire iugum tandem ceruice repeller.
 Sed tamen impia stirps hominum illac vsque vigebit,
 Dum finem hoc capiat tempus fatale, diésque.
 Non vos quippe Deo libabitis antē, peracta
 Omnia quàm fuerint, statuet quæcunq; voluntas
 Certa Dei, fieri quæ profum cuncta necesse est.

Tunc hominum tandem surget gens sacra piorum,
 Qui præcepta Dei retinentes mente supremi,
 Eius honorabunt casto libamine templum,
 Et suffiminibus, cadetur & hostiā multa,
 Et tauri pingues, aries quoque multus, ouésque
 Primigeno partu natæ, cum pinguibus agnis,
 Quæ sanctē magna procurabuntur in ara

Sortitūque

Sortitūque

Sortitūque æquas partes, ex lege supremi,
 Oppida felices habitabunt, aruæque læta.
 At vates præcruat, quos immortalis honorat,
 Quique bonum portant cunctis mortalibus ingens:
 Solis quippe Deus sanum donauit habere
 Consiiliūque, fidemque, bonamque in pectore mētē.
 Nec verò vanis erroribus, vlla laboris
 Humani monimenta colunt, aut ære vel auro
 Cusa, vel argento simulachra, vel intereuntum
 Ligno, vel saxo factorum signa Deorum,
 Aut creta aut minio viuos in imagine vultus,
 Qualia stultitia mortales mentis adorant:
 Verum protendant castas ad fidera palmas,
 Ex lecto que manus surgentes manē repurgant
 Semper aqua, atque deū, qui semper magnus, honorat

Antio-
chus.

Aeternum: post quem Patres, matrésque deinde
 Ante omnes homines sancti meminere cubilis:
 Nec maribus pueris sceleratē congregiuntur,
 Sicut Phœnices, Aegyptiæque, atque Latini,
 Frugigerensque aliis cum multis Græcia terris.
 Peris, & Galatis, Asiatisque omnibus, almam
 Aeterni legem qui contempserē Tonantis:
 Pro qua re Deus in mortales sæuier omnes,
 Immittetque famem, plangores, bella, malam rem,
 Pestem, perniciem, lacrimas, tristésque dolores:
 Aeternum quoniam sanctē decorare parentem
 Nolentes, hominum generis simulachra colebant
 Facta manus, stupidi: in rupes quæ iacta cauatas
 Mortales obdent, magno cogente pudore,
 Cum nouus Aegypti rex septimus imperitabit
 In propria terra, de Græcis annumerandus,
 Cui Macedo imperio dominabitur imperiosus.
 Ex Asiæque aquila veniet rex magnus ad instar
 Ardens, qui terram peditumque cateruæ
 Obducat, qui cuncta malis labefacta replebit,
 Et regnum Aegypti prosterneret, & omnia secum
 Asportans, vastum disceret prado per æquor,
 Tumque genu flecent album regique, Deoque
 Magno immortali per terras omniparentes,
 Et fabrefacta manu confident omnia flammis.

† Tunc Deus humanis concedet gaudia magna,
 Terræque, & arboreæ stirpes, pecudumque cateruæ
 Innumeræ veros fructus mortalibus edent,
 ex Sybilla Vinum, dulcēque mel, niueum lac, quodque vel inter
 Erythraea, Omnia frumentum mortales adinuat ægros.
 Instit. Sed tu mortalis versuta mente, malæque,
 lib. 7. cap. Noli diuitiis nimis inuigilare: sed illis
 19. Et mactare Deo taurorum corpora centum,
 † Lactant. Quære Dei facilem aeterni placando fauorem,
 paucis im- Qui solus Deus est, nec quilibet alter ab ipso.
 mutatis Iulitiam colito, nullique iniurius esto.
 lib. 7. hec citat Immortalis enim inbet hæc mortalibus ægris.
 Cap. 24. Tu verò magni vitato numinis iram,
 Tum cum mortales omnes peret exitialis
 Pestis, & horribili pœnarum strage prementur,
 Et regem capiet rex, terramque auferet illi:
 Et gens delebit gentem, populósque Dynastæ,
 Diuersasque duces omnes fuga pellet in oras,
 Mutabit hominis tellus, & barbara totos
 Græcorum pingues agros populata potestas
 Tollet diuitias, & nata seditione
 Ipsi inter sese contendent, scilicet autem
 Propter & argentum (tantum maleuada malorum
 Cogit auaritia) inque alienis finibus omnes

Nullis claudentur tumulis, inhumatæque læuis
 Corpora vlturibus linquent lanianda, feris que,
 Factaque cum fuerint hæc omnia, funditū, ingens
 Reliquias tellus consumet luce carentum,
 Semina nec profum capiet, nec arabitur ipsa,
 Infelix hominum testans scelus exitiale.*
 Tempore longinquo multis voluentibus annis
 Peltas & clypeos, gæffos, diuersasque tela,
 Nec de quercetis lignum scindetur ad ignem.
 † Et tunc sole Deus regem denitter ab alto,
 Qui totam terram diris recreabit ab armis,
 Occisus aliis, aliis in fœdera iunctis.
 Nec verò propria disponet is omnia mente,
 Sed laudanda Dei magni decreta scutus.

Terra ca-
lamitates.

† Lactant.
paucis im-
mutatis lib. 7.
Cap. 18.

Atque iterum magni florebit amata Dei gens
 Diuitiis, auro atque argento, purpureoque
 Ornatu: tellusque parens gaudebit, & æquor,
 Plena bonis, etiamque inter se feruere reges
 Incipient ira, meditantés corde nefanda.
 Inuidia nihil est peius mortalibus ægris.
 Sed crebri terram gentiles rursus eandem
 Inuadent reges, leti sibi fata ferentes.
 Namque Dei magni tentabunt depopulari
 Sacra, virósque bonos: cum fines ingredientur,
 Circum vrbem reges peruersi sacrificabunt,
 Quisque sui solij Lominus, populique rebellis.
 At Deus ingenti ad fœcudem voce loquetur,
 Et tardum populum cunctum, iustasque reposcet
 Iudicio pœnas, magnus, dextraque peribunt
 Omnes æterna, & cælo labentur ab alto
 In terram ardentés enses, venientque coruscæ
 Lampades in medios homines splendore micantes.
 At terra omniparens illis percussa diebus,
 Numinis æterni dextra, pilcésque marini,
 Terrestrésque feræ omnes, & genus omne volantum,
 Humanæque omnes animæ, matia omnia, vultum
 Aeterni horrescent, exalbescentque timore.
 Ille sed immanes, excellæ cacamina, montes
 Rumpet, cæruleique tæbe domus ima parebit.
 Excelsis verò patecent montibus antra,
 Plena cadaueribus: manabunt sanguine cautes,
 Omnia complebunt torrentia flumina campos.
 At muros omnes hominum, quibus improba mēs est,
 Vasta ruina trahet, quia legem iudiciumque
 Nesciuere Dei magni: quin insipienter
 Hastas sacratam cuncti vibraltis in ædem.
 Omnes ergo Deus bello mulctabit, & ense,
 Ignéque, & vndanti pluuia: tum sulphur ab alto,
 Et lapidis in densa pernicieque grandine, cælo
 Depluet, & leto perimentur quadrupedantes,
 Tum Deus æternus noscetur, qui facit illa.
 Fletus & immensam terram, clamórque cadentum
 Replebit, tacitque omnes manante luentur
 E Sanguine, nec tellus illa de strage cruorem
 Non bibet, explebitque feras caro dilaniata.
 Ipse mihi Deus hæc dedit omnia vaticinari,
 Magnus & æternus, qui quod vel mente reposcit,
 Non fieri profus nequit, & contingere finem:
 Namque Dei nescit mentiri spiritus orbi.

Inuidia.

Interea magni proles secura Tonantis
 Circum ædem viuunt, & lætabuntur in illis:
 Namque creator erit (qui iudicat omnia iustē,
 Omnia qui solus princeps regit auctor eorum.
 Solus enim præsens claudet munimine tatos,
 Ardentique, velut muro, circumdabit igne.
 Ergo vrbes nullo bello, sedesque tenebunt,

Deus in
felicis.

Quando nulla manus belli premeret ipsa sed illos
 Aeterni armipotens defender dextera sancti.
 Tunc omnes pariter fabuntur & insulae, & vrbes;
 Quanto illos adamet Deus immortalis amore
 Omnia quippe quibus certent prodesse iuando
 Auxiliis, caelum, rapidus sol, ipsaque luna.

*Hic ver-
sus vide-
tur trans-
laticus.*

At terra omni-parens tremefiet tempore in illo.
 Tum dulces incipient meditari carmine laudes.
 Hunc omnes, positus genibus, simul ore precemur
 Aeternum, magnūque Deum, regēque perennem.
 Ad sacra mitramus, solus quando ille potens est,
 Quae sola in toto pollet iustissima mundo.
 At nos aeterna errantes à lege Tonantis,
 Morde caducorum statuas, & signa virorum,
 Numina facta manu, fatui ornabamus honore.
 Eia age diuino in populo per recta domorum,
 Suppliciter rerum oblectemus laude parentem,
 Arma per extensam relegendes hostica terram,
 Per septem longos annis vertentibus orbes,
 Peltas, & clypeos, galeas, diuersaque tela
 Tam multos arcus, hastas, ecleresque sagittas.
 Ne de querceto lignum scindatur ad ignem.

Sed satis est tandem, iam desine Gracia factum:
 Verque Deum aeternū magnūque precere memeto,
 Mitte & in hanc vrbe populū consulta petentem,
 Qui de sacrata est magni tellure Tonantis.
 Ne Camarinam agita, nam praestat, non agitari
 Paradin e lecto, ne nascicare malam rem.
 Comprime te, tumido neu tantum corde superbi,
 Vt nihil indubites durum certamen inire.

*† Similes
versus in
buit Sybil-
le Ery-
thrae La-
etant. lib.
7. cap. 20*

† Sed magnum venerare Deum, quo participes haec,
 Cum finem hoc capiet tempus fatale, diēsque,
 Iudiciūque Dei mortalia pectora magnum
 Aeterni, magno imperio cogente, subibunt.
 Nam terra omniparens fruges mortalibus alma
 Edet inexhaustas, olei, vini, que, cibi, que.
 Dulciāque ex alto caelo rorantia mella.
 Arboreos fructus, nitidas pecudesque bouesque,
 Agnos atque agnas pingues, haedōsque caprarum,
 Et niueo fontes erumpent lacte suaves.
 Oppida plena bonis & pingua culta vigeant,
 Nec gladios metuet, nec belli terra tumultus,
 Nec tremefacta gemet nutanti pondere tellus.
 Nec bellum, nec erit sentorum squalor agrorum,
 Aut famis, aut fruges vastantis grandinis horror:
 Verūm pax terris florebit in omnibus alta,
 Ad metas que dati regem rex diligit aequi,
 Communemque Deus toto componet in orbe
 Aeternus legem, caeli qui sidera torquet,
 Qua quicquid facient mortales lance librabit.
 Nam solus Deus est, & nescit habere secundum.
 Ipse hominum vires immanes igne cremabit.
 Sed mea pectoribus vestris consulta tenentes,
 † Viuentem colite, & cultus vitate nefandos:
 Confusūque matris lectum fuge, adulteriūque,
 Enutri proprios natos, occidere noli.
 Nam Deus aeternus peccantes opprimit ira.
 Tunc autem regnum tempus componet in omne
 In cunctos homines, sancta cum lege piorum
 Donabit gentem, queis terram pandere cunctis
 Promisit, porrasque beatorum orbis, & omnem
 Lætitiā, mentemque aeternam, & gaudia semper
 Duratura, ferent & thus, & munera larga
 Omnibus ex terris ad magni fana Tonantis.
 Nec venturo hominum generi domus vlla futura est,

*† In his
versibus
nonnulla
mutat La-
etant. lib.
de Ira Dei
cap. 22*

Præter fidum hominem que dat Deus, ad venerandū.
 A Namque Deo dicent homines genitore creatum,
 Omnes & campi, calles, & littora dura,
 Et celsi montes & saeva fluenta profundi,
 Tunc pedibus dabunt faciles, remisque meatus.
 Pax etenim terram petagabit summa bonorum,
 Et gladios tollent afflati numine vates,
 Vt qui iura dabunt, reges mortalibus aequi,
 Diuitiis homines iustis magnisque fruuntur,
 Quippe Dei quia iudiciū ipsum erit, imperium ipsum.

*Versum
hic, paulu
li immu-
tatum ci-
tat ex sine
Carminis
Sybillae
Erythrae,
Laetant.
Instituit.
lib. 4. cap.
6.*

Gesti læta puella, tibi nam gaudia semper
 Duratura dedit, caeli terraeque creator,
 In te habitaturus tibi lux aeterna manebit.
 * Cumque lupis agni per montes gramina carpent,
 B Permixtūque simul pardi pascuntur & haedi,
 Cum vitulis vrsi degent, armenta sequentes,
 Carniuorūque leo praesepia carpēt vti bos,
 Et pueri infantes colubros in vincula mittent,
 Terrebitque feras in terris debile corpus:
 Cum pueris capient somnos in nocte dracones,
 Nec laudent, quoniam Domini manus obregit illos.
 Signa tibi verō dicam clarissima, per quae
 Omnia cum terris sint perficienda videbis.
 Cum visi fuerint caeli stillantis in oris
 Nocturni gladij, casus ad solis & ortus,
 Puluis & è caelo terram descendet in omnem:
 Protinus, & medio cursu lux aurea Solem
 C Deferet, & terram fulgenti lumine Luna,
 Sanguineis guttis stillantibus, irradiabit:
 Signaque saxa dabunt, & in alta praelia nube
 Cernentis peditūque equitūque, sonantibus auris,
 Quali venantes praedas clamore fatigant:
 Hanc finem belli faciet Deus incola caeli:
 Sed magno regi decet omnes sacrificare.

*Ad Ecce
stam, &
Virginum
Dei Ma-
trem.
† Hos 5.
versus
paululum
mutat La-
etant. In-
stituit. lib.
7. cap. 24*

Hæc sunt, quae moneo, Assyria Babylonē profecta,
 In Græcos ignis missus, fanatica, cunctis
 Exponens diuina Dei praesignificata,
 Mortali vt generi diuina aenigmata pandam.
 Et tamen ex alia patria me Gracia dicit,
 Ex Erythra natam, postūque pudoris, at illi
 D Matre ferent Circe, Gnosto me patre Sibyllam,
 † Infanam, falsam: sed cunctis denique factis,
 Tunc recoletis me, neque dixerit amplius vllus
 Infanam, magam, sed vatem numinis alti,
 Cui Deus ostendit quæcunque parentibus idem
 Antè meis, & quæ fuerint, quæ sintque futura,
 Omnia perdocuit, mentem veracibus implens,
 Vt mortale genus (venturæque, quæque fuerunt,
 Pandens) admoneam, siquidem cum dilueretur
 Mundus aquis, cum vir solus probus exuperavit
 Quidam, quem per aquas vexit domus eruta syluis,
 Et pecudes, & aues, rursū impleretur vt orbis,
 Eius ego nurus, eius item de sanguine nara,
 E Cui prima acciderunt, postrema ostensa fuerunt.
 Haec tamen ore meo vera omnia prodita sunt.

*† Et ec-
tat Laetā-
Instit. lib.
4. cap. 15*

LIBER QVARTVS DE
 Deo, & diuersis regionibus
 ac insulis.

Vdi gens Asiae nimis, Europæque superba,
 A Hæc quæ mellifono verissima vaticinari
 Ore paro, nostro dictata à numine magno:
 Non oracla quidem dantis mendacia Phœbi,
 Quem dixere Deum, quem falso nomine vatis,
 Vani appellarunt homines: sed numine magno
 Flante Dei, quem non hominem manus vlla dolauit,
 Mutis assimilem signis, saxoque politis:

*Hinc vide-
tur Ianus
(qui idem
Noe fuisse
perhibe-
tur) appel-
latus bi-
frons.
De Phœ-
bo.
De Deo.*

Nec

Nec domus est olli, saxum nec in æde sacratum,
 Voce carens, surdum, mortalibus exitio sum:
 Sed quem de terra mortali lumine non est
 Cernere, metrique manu, neque fingere tactum:
 Omnes qui cernens, à nullo cernitur ipse.
 Cuius in imperio nox est tenebrosa, diēsque,
 Lunaque, sideraque & Sol, piscosūque profundum,
 Tellus & fluij, fontesque perennē scatentes,
 Arborei fœtus, vites, animalia, oliuæ.
 Hic mihi verberibus mentem quatit acribus intus,
 Vt tom quæ nunc sunt, tum quæ ventura trahuntur,

*† Nescio
decimū an
vndecimū
dicere de-
beam.
Vera pie-
tas.*

A primo, † vndecimū donec iam venerit æuum
 Mortali generi referam certissima, namque
 Ipse mihi pandens narravit cuncta, sed audi,
 Omnia tu populus, dicit quæcunque Sibylla,
 Veridicas sancto fundens ex ore loquelas.
 Felices hominum illi verfabuntur in orbe,
 Qui laudare Dei supremi numen amabunt
 Ante cibum & potum, freti pietatis amore:
 Omnia qui visu templa auertentur, & aras,
 Ex lapidum vanas stupidorum pondere moles,
 Sacrifico fœdas animantium, quadrupedūque
 Sanguine: suspiciēque Dei decus vnius ingens.
 Nec diram facient cædem: neque luca parabunt
 Grandia per furtum: quæ sunt deterrima planē.
 Nec vetitum alterius cupient fœdare cubile:
 Mafcula nec turpi maculabunt corpora tactu.
 Atque horum morēsque pios, vita que tenorem
 Haud imitabuntur reliqui, quibus improba mens est:
 Sed terris illos fannis, vilūque sequentes,
 Affingent illis dementes crimina falsa,
 Crudeles, ipsi quæcunque nefanda patrarint.

*† Non ex-
presso no-
mine Sybil-
le citat. 6.
versus se
quentes,
Laetant. In
stituit. lib.
7. cap. 23*

† Omne hominum genus est monitis accredere durū.
 Sed dum iudicium iam tandem venerit orbis,
 Censēbitque pios homines Deus ipse, malosque,
 Atque malos rursū tenebras derudet ad imas:
 Tum demum noscent quàm flagitiosa patrarint.
 Tera piis autem nutrix habitanda manebit,
 In Dante Deo statum, vitam, victūque, sed hæc sunt
 In decimo penitus seculo omnia perficienda.

*† Hæc
Assyrio-
rum impe-
rium.
Medorū.*

Nunc tunc tem à primo seculo ventura, recludam.
 Principiū Assyrii in mortaliū imperitabunt
 Omnibus, ætatesque tenebunt imperiū sex:
 Ex quo caelestis saxus ob numinis iras,
 Terras atque homines omnes, vrbēsque, profundum
 Obruit aquor aquis, ex eluioque redundans.
 Quos Medi tollent tumidi, solūque tenebunt,
 Per duo tantum secula, & eorum hæc tempore fient:
 Nox erit in medio spacio tenebrosa diei,
 Astraque deficient Cælos, & Luna globosa,
 Et tellus magni motus concussa tremore
 Vrbes euertet multas, hominūque labores,
 Emergentque maris fundo tunc insulae ab imo.
 Euphrates sed cum manabit sanguine magnus,
 Tum Medi & Persæ belli certamine duro
 Confligent, & ibi Persis vincitibus hastis
 Diffugient Medi, Tigris trans magna fluenta,
 Fiet & in mundo Persarum summa potestas,
 Aetas vna quibus posita est sine principe felix.
 Existēt & quas homines odere, mala res,
 Conflitus, cædēsque, fugæque, & seditiones,
 Excisæque dabunt turres vrbēsque ruinas,
 Græcia cum planum trana bit ad Hellespontum.
 Et tristes Asiae fastu feret horrida clades.
 Deinde per Aegyptum glebosam, frugiferamque,
 Frugum inimica fames totis grassabitur annis

*† Hæc
Assyrio-
rum impe-
rium.
Medorū.
versarum
Assypti
fames.*

Tom. 2.

Viginti: cum nescio quod subter sola terræ
 A Nilus aristarum rater abdet nigra fluenta.
 In Græcos autem ducet rex magnus in armis
 Ex Asia innumeras naues, solūque liquentes
 Per fluctus pedibus, per terras nauibus ibit,
 Quem bello profugum accipiet miserabilis † Afis.
 Siciliam verō miserandam, funditus omnem
 Igneus exuret torrens, immanibus actæ
 Euomitis flammis, & maxima corruet altis
 Fluctibus absorpta vrbs, ager & discordia Græcos,
 Atque inter sese bellis immanē furentes
 Multas excident vrbes, multosque necabunt,
 Cum tamen inter eos anceps victoria ludet.
 Sed cum procedet decimum mortalibus æuum,
 Tum seruile iugum Persas, terrorque domabit.
 Porro autem sceptrum Macedo victor habebit,
 Thebis adueniet tandem expugnatio trilis,
 Inque Tyro degent Cares, Tyriūque peribunt.
 Toraque littoris Samus obducetur arenis:
 At Delus, non iam Delus, delebitur omnis.
 Et Babylon ingens visu, certamine parua,
 Mœnibus ah nimium fidens, spes pascet inanes.
 Bastra colet Macedo: qui verō bastra tenebunt,
 Et Susas, fugient in Græcos protinus omnes.

*Xerxes
Hoc est,
Asia.
In Sicilia*

*Alexan-
der.*

*Italicū
imperium.*

Nero.

*Vespasi-
anus.*

* liquida cum Pyramus vnda
 Ad sacram litus profundens insulam adibit.
 Concider & Sybaris & Cyzicus, oppida quando
 C Labentur magno terra feruente tremore.
 Et Rhodiis clades veniet postrema, sed ingens.
 Nec semper Macedo dominabitur, occidūmque
 Surget ab Italia bellum, cui subditus orbis
 Subdet colla, iugis Italici seruire coactus,
 Procumbentque tuæ Carthago funditus arces.
 Têque olim motus, infelix Laodicea,
 Pronam consterner, rursūque reponet in vrbe.
 Tu quoque te captam miseranda Corinthe videbis.
 O Lybia pingues agri, de terra tremifcens
 Pronam sparget humi, cupiēsque agitata cadendo
 Querere diuersas fugiens velut aduena terras.
 Armenia & tibi vis instat seruilis ab ipsa
 D Italia, magnam quæ numinis eruet ædem.
 Sed cum stulticia freti, pietate repulsa,
 Infandas facient cædes pugnā
 Tunc ex Italia rex tanquam transfuga, magnus,
 Perditus, Euphratis fugiet trans perfidus amnem,
 Cum scelus infandum patrarit, matre necata:
 Multaque præterea, manibus confusus iniquis.
 Et circum sanum Romanum sanguine multi
 Fœdabunt terram, patrios cum fugerit ille
 Trans fines, Syriam verō Romanus adibit
 Bellator, qui cum delabra cremauerit igni,
 Imbuet horrendam multorum cædibus hastam,
 Et Iudeorum latos populabitur agros.

E Tunc idem motus perdet Salamina, Paphūmque,
 Cum circumfusa Cyprus turbabitur vnda.
 * Flamma sed Italico postquam succensa furore,
 In caelum magno torrens ardore feretur,
 Exuretque vrbes multas, hominēsque necabit,
 Aetheraque implebit fuligo multa, cinisque,
 Et minio similes guttæ labentur ab alto:
 Tunc noscenda venit caelestis numinis ira,
 Immeritum quoniam genus occidēre priorum.
 Tunc & in occasum venient certamina belli
 Surgentis, profugūsque vibrata magnus in hasta
 Romanus multis traiecto Euphrate cæterus.
 Infelix iam non vrbe te Antiochia vocabunt,

gg

Stultitiam propter Italiam labere sub hastis.
 Et Scyrum perdet tunc pestis, & aspera pugna.
 Heu Cyprum infelix, tempestatibus actam
 Iactabit validis vasti maris vnda procellis.
Que Tibe At Asia venit permagna opulencia, quando
rim cogit Quae sublata domo praediuite Roma recondit,
fit, Nero Post alia inde quidem praetabit duplici summa.
prodegit. At vastans vrbes Mæandri ad fluminis vndas,
 Quae sunt turratae, perpulchræ, depopulabit
 Dira fames, fluctus atros Mæander vt abdet
 Verum quando fidem impietas humana fugarit,
 Audacisque homines, vitam viuendo scelestam,
 Improbæ crudeles facient, infandaque multa:
 Nec modo iustorum rationem nullus habebit,
 Sed perdet omnes vesana mente furentes,
 Læti flagitii, manuumque cruore madentes:
 Tunc non iam lentus cuiquam Deus esse putetur,
 † Sed genus humanum cunctum disperdere magno
 † Aestu durefcens, ah vos respicite stulti
 Mortales, magnamque Deum irritare caute,
 Ponite sed gladios, gemitus, cadésque, nefasque:
 Et totum fluuium corpus mersate perenni.
 Tum manibus passis ad sidera, praeteritorum
 Poscite factorum veniam, sanateque factis
 Impia facta piissimam sic Deus ipse vicissim
 Consilium vertet, † neque vos excindet, & iram
 Sedabit rursus, si vos modò mente coletis,
 Qua nil gratius est illi, pietatis amorem.
 Sin autem mihi non crederis, & impietate
 Capti, cuncta malis hæc auribus accipietis,
 Igni flagrabit mundus, signumque dabunt hæc:
 Enses atque tubæ simul, & sole exortiente
 Terribilem sonitum, mugitumque audier omnis
 Mundus, & exuret terram omnem torridus ignis.
 Hinc genus humanum postquam summa delebit,
 Vrbes & fluuios exulserit, atque profundum,
 Omnia sient hæc mixtus fuligine puluis.
 Omnia sed postquam in cineres collapsa iacebunt,
 Et Deus obruerit tantum qui accenderat ignem,
 Ossaque cum cinere orbem tunc iterum Deus ipse
 Qui verò impietate
 Peccarint, iterum iniecta tellure regentur.
 Contrà iterum in terris viuent pietatis amici,
 Ipsis dante Deo flatum, vitamque, cibumque,
 Sæque piis omnes multum debere putabunt.
 O nimum felix, veniet qui tempus ad illud,
 LIBER QVINTVS.
 Nunc dicenda mihi lugubria tempora, fama
 Clara Latinorum, qui post tellure repostos
 Aegypti reges, habituros proxima regna,
 Post ciuem Pelles, oriens cui paruit omnis,
 Dites & occasus domitori, quemque Philippo
 Restituit Babylon, demonstrauitque putatum
 Ammonis falsa Iouis ortum semine fama:
 Assaraci existent de stirpe & sanguine creti
 Autor erit quorum quæ Troia diffidit ignes.
 Post reges autem multos, & bellipotentis,
 Postque ferae geminos natos balanti-uorantis,
 Primus erit regum, cuius capitalis habebit
 Litera bis decies, † poterit qui plurima bello,
 Et numeri formam primam denarij habebit.
 Proximus hunc princeps sequitur, quem litera signat
 Prima euentorum, horrebit quem Thracia terra,
 Et Sicilia, & Memphis: Memphis cui causa ruinae
 Culpa ducum fuit, & mulier feruire rebellis,
 Per fluctus elapsa, feret quoque gentibus ille

Leges, & subiget cuncta, & post tempore longo
 Imperium tradet cuidam, cui prima valebit
 Litera tercentum, qui charum nomen habebit
 Fluminis, & Persas, Babylonemque aggredietur,
 Et tandem rigida perceller cuspide Medos.
 Deinde notam trini numeri fortitus habebit
 Imperium
 Ες δευτερος ος ορρηει νεγελω ιδι ποδωλω
 Ε' αρελ' αναξ. κεινος δε βαβυλωνων ανακτοιο
 ι' ε' ε' λ' ο' λ' ω' ρ' α' μ' α' σ' ι' ο' ν' α' ι' ο' σ' ο' ν' ι' λ' ω' α' ι' ε' α' ρ' ο' s.
 Quem verò dominum nota quinquagesima signat,
 Dirus erit serpens, spirans lachrymabile bellum,
 Distentisque manus perdet suæ originis olim,
 Cunctaque turbabit certans, plebèmq; trucidans,
 Et permulta patrans, bifidas & diuidet vndas,
 Et perceller Atho, sed funditus interimetur:
 Deinde reuertetur, seseque Deo æquiparabit.
 Sed non esse Deum † tandem Deus arguet ipse.
 Post quem tres reges à sese alterna peribunt.
 Hinc veniet quidam magnus, casòque malorum,
 Quem nota perspicuè decies septena docebit.
 Filius est huius (nota tricenaria monstrat)
 Auferet imperium: post quem fatale tenebit
 Imperium, numeri quem quarti littera signat,
 Hinc quinquagenum numerum vir honestus habebit.
 Quem sequitur, cui dat nota tricenaria nomen,
 Gallus montiuagnus, properans orientis ad arma.
 Triste nec effugiet fatum, fessusque, iacensque,
 Mortuus externa tectus tellure premetur,
 Floris de vento vocitatis nomen habente.
 Post hunc argento galatus, nomine Ponti
 Dictus, regnabit: vir is optimus, omnia noscet.
 Atque hæc, caruleis sub te insignite capillis
 Optime, subque tuis excellentissime ramis
 Omnia tempora erunt, tres rerum summa tenebunt,
 Omnibus at tandem potietur tertius ille.
 Torqueor infelix, dum tristia fata recordor
 Isis ipsa toror diuina oracula pandens.
 Principiò circum ima tuæ lachrymabilis ædis
 Mænades augebunt: atque in manibus sceleratis
 Vna dies veniet cum tota feretur in arua
 Ad sex atque decem cubitos Aegyptia Nilus,
 Abluat vt terram omnem, mortalisque rigeantur,
 Et decor & terræ facies speciosa slebit.
 Memphi vicè Aegypti multum lachrymosa dolebis:
 Nam prius imperio terræ dominata potente
 Fies vilis, vt de cælo clamet & ipse
 Fulmineus magna voce: O fortissima Memphi,
 Olim mortales inter celebrata superbè,
 Infortunata, erumnosaque flebis, vt alta
 Immortale Dei cognoscas numen in æthra.
 Partus vbi tuus est, homines tumidissimos intres
 In natos etenim quoniam diuinitus vnctos
 Es bacchata meos, iustisque immitis iniquè
 Vsa, bonisque viris: ideo pro talibus ausis
 Talis habenda tibi vestis, pœnæque lucendæ:
 Iam tibi non inter sedes erit vlla beatos.
 Ex astris es lapsa, nefas tibi scandere cælum.
 Hactenus Aegypto Deus hæc me dicere iussit
 Tempus ad extremum, quo gens humana futura est
 Pessima: sed durantque, malique malum opperiantur,
 Iram immortalis celestis & altitonantis,
 Pròque Deo lapides & ficta animalia, multa
 Relligione colunt, trepidi, diuersaque: quorum
 Non vllus sermo, mens nulla, auditio nulla est.
 Singula nec fas est verbis simulachra referre

Mortali

Mortali fabricata manu, quos namque creauit
 Humanæque manus labor, ac industria mentis;
 Accepere deos, stulti, saxòve, vel auro,
 Aere vel argento factos, lignòve dolatos,
 Exanimos, stultos, conflatos ignis in æstu:
 Fecerunt illis frustra
 Opprimitur Thmuis & Xouis: consiliùmque
 Herculis atque Iouis frangetur, Mercutiique.
 Te quoque Alexandria atrix celebris
 Non cessabit bellum non
 * Quæ fecisti ante superbè
 Diu taciturna eris & reditus tempus
 * Nec tibi iam suavis potus fluet
 *
 *
 *
 Vastabitque tuam terram vir pessimus omnem;
 Sanguinèque inficiet, diris & cadibus aras;
 Barbarus, immanis, rabie demente tremendus;
 Ingentèque tuæ structurus stragis aceros:
 Tunc eris vrbs olim felix, tunc plena laborum,
 Plorabitque tuis Asia omnis conpua venustis
 Turpe caput donis, ad terram prona cadendo.
 Cui verò Persæ contingent, bella mouebit
 Aegypto, occisusque viris prædabitur omnem
 Victum, & rex Cissis missus diuinitus illis,
 Vt sic terrea pars maneat mortalibus ægris.
 Ipse ex occasu saltu veloce volabit,
 Terram desolans & vastans funditus omnem.
 Sed cum terribilis multum dirusque valebit,
 Iamque beatorum veniet populetur vt vrberem,
 Rex quidam fortis missus diuinitus illò,
 Omnes excindet magnos regesque virosque:
 Sic hominum finis existet, deinde perennis;
 Heu misero tibi cor, quid me narrare laceffis
 Aegypti miserum multo sub principe fatum?
 I genus ad stultum Persarum solis ad ortus,
 Iis monstra quæ sint præsentia, quæque futura.
 Diluuium immittent Euphratis fluminis vndæ,
 Et Persas perdent, & Iberos, & Babylonas,
 Massagerasque armis elaros, atque arcubus omnes:
 Tota Asia igne ardens æquor stillabit adusque:
 Pergamus insignis quondam, succisa peribit:
 Desertamque homines Pitane, vastamque videbunt.
 Lesbos tota peret fundum, penitusque peribit.
 Smyrnæque per præceps prolapsus flebit: & olim
 Quæ fuit insignis fama, celebrisque, peribit.
 Bithynij patriæ flebunt incendia terræ,
 Et Syria magna, Phœnicisque arbore crebræ.
 Eheu te Lyciam, tibi quot molitur acerba
 Omnibus in miseram terram vadentibus vltro,
 Vt fleat ob motum tristem, latices & amaros
 Experts vnguenti Lycia, id quod oleuerat olim:
 Et Phrygiam grauis ira manet, constantè dolore.
 Propter quem Iouis iuit eò Rheæ, manfit & illic.
 Barbara gens ab eo Pontus, Taurique peribunt,
 Et Lapithas ad humum prostratos dispoliabit.
 Thessalicos fines vndosum flumen, & altum,
 Penæus perdet, auens homines auellere terræ,
 Eridanus formas dicens generare ferarum.
 Grecos vexabunt, miseris bis terque, Poetæ;
 Quando ex Italia processum superit Isthmi
 Magnæ rex magnus Romæ, similisque Deo vir,
 Iuppiter (vt perhibent) quem de Iunone creauit,
 Mellea cui dulci modulamine carmina fundens
 Per cœtus, perdet multos, miseramque parentem,
 Tom, 2.

Aufugiet Babylone malus rex, horribilisque;
 Quem male mortales omnes odere, bonique,
 Cum tot ob occisos, tum cæsa matre scelestum,
 Coniugibusque partum fidum, prauisque creatum:
 Et Medos autem reges, Persas & adibit,
 Quos primos cupiit, decus & quis conciliauit
 Inuisæ genti mali commentando per illos.
 Sustulit & Templum diuinitus edificatum,
 Et ciues igni miseros combussit, eoque
 Scandentes populos, quos iuste concebrauit.
 Hoc etiam tremuit rerum natura creato,
 Et reges periere, potestas mansit in illis.
 Perdiderunt magnamque vrbe, populùmque bonotū.
 Sed cum Astrum stans magnum lucet in anno,
 Quod solum perdet terram omnem; propter honorem
 Ipsi Neptunò primùm posuere marino,
 Dèque polo veniet sidus magnum in mare magnum,
 Altumque exuret Pontum, atque ipsam Babylonem
 Italiae terram, per quam periere frequentes
 Sancti Hebræorum fidi, delubrique verat:
 Tum verò duròs patiere scelesti labores,
 Præmia digna tuis factis, desertaque in omne,
 Tempus eris, tempus deserta manebis in omne,
 Osa solum proprium, quia delectata veneno es.
 Mater adulterij, marium teterrima nutrix
 Concubitus: vrbs mollis, iniqua, scelestæ, nefanda.
 Eheu vrbs terræ prorsum impurata Latina,
 Mænas viperea, ad ripas viduata sedebis,
 Tèque suam vxorem Tiberis lachrymabitur amnis.
 Impius est animus tuus, & cor cæde cruentum.
 Nescis quid possit Deus, & quid cogitet: atque
 Sola (inquis) ego sum, non sum superabilis vlli:
 Nunc Deus æternus disperdet tèque, tuosque,
 Nec super vlla tui in terra mōnimenta manebunt,
 Vt quondam, magnus tibi cum Deus auxit honores.
 Sola scelestæ mane, & flagrantibus indita flammis
 Tartareas habita sedes inamabilis Orçi.
 Nunc Aegypto tuos iterum deploro dolores.
 Memphi laborum autor ε' ε' π' λ' η' δ' ε' λ' ο' ρ' α' τ' ε' ν' ο' ν' ρ' ο' s
 In te pyramides audaci voce loquentur
 Python vrbs olim geminæ vrbs condita iure,
 Tempus in omne sile, vt finem des improbitatis.
 Triste scelus, Mænas lugubris, sceta dolore,
 Anxiosus fletura malis, vidua omne per æuum,
 Annosa effecta es mundum tu sola gubernans,
 Verum quando super sordenti vestiet album
 Parce vestitum, nolim nasci vt vel esse
 Thebe quid facta est tua tanta potentia: dirus
 Perdet homo populum: tu pullo induta colore
 Lugebis sola infelix, & præmia digna
 Accipies factis, quæcunque scelestæ patraffi.
 Cernenturque tui planctus, ignara pudoris.
 Syenen perdet vir magnus: vique subacta
 Teucharis Aethiopia nigris habitabitur Indis.
 Pentapoli, flebitque Soes vir robore magno.
 O Lybie fletura, quis enarret tua dānna?
 Quis te autem Cirene hominum miserabile flebit?
 Non vnquam deerit tristis tibi perditā luctus.
 In Gallis auro locupletibus, atque Britannis,
 Oceanus multo resonabit sanguine plenus:
 Quippe Dei natis ipsi quoque damna tulerunt,
 Tum cum Sidoniis rex Phœnix Gallica multa
 Agmina de Syria deduxit, tèque peremit.
 Ipsa Rauennaque ad cædem dux extitit.
 Præstantes animi Aethiopes, Indi quæ pauete,
 Cum perfringer enim Capricornu circulus axis,
 In Memphi.
 In Thebi.
 In Gallis.
 In Aethi.
 pes & La.
 dos.

g g ij

Taurus & in Geminis medio vertetur Olympo, Et Virgo ascendens, & zonæ tectus amictu Sol frontem ductor totum peragrabit Olympum, Ardore ingenti flagrabit ab æthere tellus, Aftorumque nouum certamen surget, vt omnis India & Aethiopia tellus confidat in ignes.

In Corinthum.

Tu quoque deplora tua tristia fata Corinthæ Nam cum tergeminæ voluendo flamine Parcæ Nentes deducunt fallaciter aufugientem, Ad fortes Isthmi sublimem, dum videatur Omnibus is, ferro qui rupem ruperit olim, Vastabitque tuas latè fataliter oras: Nam Deus huic vni vires dedit efficiendi, Que potuit regum cunctorum nemo priorum.

Nero.

πρώτα μὲν ἐν θύραις κεφαλῶν σὺ πλῆθος θύρας, ἡσυχίανος μερόλας ἐπέροις δῶσει ἀπὸ λαοῦ. Regis vt infandi comedantur membra parentum. Naque manent cūctos homines cædēsque metūsque, Propter magnā vrbē, & populū virtutis alumnū, Prouida quem semper durantem cura tuetur. Inconstans, peruersē, malis circūdate fatis, Principiūque mali, mortalibus exitus ingens, Quem natura malis fatis infensa creauit: Triste nefas, dirum, monstrum mortalibus ingens: Quis tibi quis bene vult: quis non irascitur intus: In te quis vitam amittit rex præcipitatus: Omnia turbasti miserè, sentina malorum, Et per te pulchri putauit machina mundi, In lites nostras, hæc mobilis obice forsan. Quo pacto dicis tibi persuadēbo: quod in te Si quid represso, dico solis iubet inter Mortales olim clarum fuit, irradiante Lumine concordati vatum: totique suauem Humano generi diffundens lingua liquorem Exiitit, & pergebat, & omnibus orta dies est. Ergo sum morum vilissime causa malorum, Aduenient illis gladius luctūsque diebus, Principiūque mali mortalibus exitus ingens, Quem natura malis fatis vitata creauit. Tristem audi famam, pestis mortalibus atrox. Verum cum bellis iam Persica terra carebit, Et peste & gemitu: tunc illo tempore viuet Iudæum dium genus, & cœlestē beatum, Qui terræ mediis habitabunt finibus vrbem Diuinam, & magnis ambibunt mœnibus vsque Ad Ioppen, celsas tangentes culmine nubes. Non iam terribili sonitu tuba bella ciebit, Non hostes manibus furiosis interimentur, Sed statuto mundo præclara trophæa malorum. Existētque olim quidam vir ab æthere præstans. Cuius frugifera distendit in arbore palmas Optimus Hebræus, licuit cui sistere solem, Clamando pulchris verbis, castisque labellis.

In Asia.

Verum quid tandem sapiēs mihi suggerit hæc mēs? Te te Asia infelix tristi deploro querela, Ionūmqæ genus, Carūmqæ, aurōque scatenentum Lydorum, heu Sardis, heu multum Trallis amœna: Eheu Laodicea, vrbs pulchra: peribitis ergo Motibus euerſæ terræ, puluisque redactæ. Aft Ephesi structum Dianæ nomine fanum, Motibus & vasto subter mare fidet hiatus, Præceps, vt naues rumpunt si quando procellæ, At lachrymas Ephesus recubans ad littora fundet, Et quod erit nusquam templum gemebunda requirit. Tum Deus indignans æternus, in æthere degens, Fulmine præcipites sceleratos desuper vret. Prōque hyemis glacie fiet tunc temporis æstas, Tunc homines placida tandem requiete fruuntur. Nam pater omnipotens sceleratos eruet omnes, Fulgurēque, & tonitru, flagrantēque fulmine diras Exercens iras, & delens flagitiosos, Terræque defunctos plures portabit arenis. Nam veniet quoque Smyrna, suum plorādō Lycurgū Ad portas Ephesi, porō magis ipsa peribit. Cum autem demens cū factis numine lymphis, In manibus diūm, sceleratorūmqæ virorum Deiecta, haud tantum saltabit in athera deinceps, Verū in Cumæis remanebit mortua lymphis. Tunc aduersa simul degentes perpetentur, Hinc postquam in cineres fuerit mala terra redacta, Lesbos in Eridanum per secula tota peribit. Eheu te Corchera venusta vrbs, define luxum. Solæque diuitiis Hiera ô spaciola posita, Sede quidem multi luctus potiere cupita, Complana iacens ad flumina Thermodontis. Petrosâ & Tripolis Mæandri ad fluminis amnem, Nocturnis vndis repleta in littoris ora, Omnino perdet diuinum consilium te. Ne me vicinam Phœbi vastare volentem Terræ*

In Cumæ.

Define iam mentem cruciare, & pectora curis, Diua genus, summè locuples, optate Deo flos, Lux bona, delubrum venerabile, germen amœnum, Vrbs elegans, Iudæa venusta, & laudibus alma. Persica non deinceps Græcus bacchabitur arua, Impurus, duram qui fert in pectore mentem. Sed nati multum decorabunt egregij te, Et modulata sacris dicent tibi carmina linguis, Omnigenis que Deo sacris, precibusque litabunt. Ex patrisque malis quicunque tulere labores, Multo plura malis iusti bona læta tenebunt. At mali, in æthera qui linguam iecere scelestam, Cessabant inter sese maledicta referre,

In Asia.

Sèque abdent, donec fiat mutatio mundi A Igneus exister verò de nubibus imber, Nec iam homines pulchras carpent telluris aristas: Nec fatio prorsum fiet, nec aratio, donec Norint mortales numen quod cuncta gubernat, Aeternum, neque iam morti subiecta colantur, Aut canis, aut vultus, quorum monstrauit honores Oribus Aegyptus stultis, fatuisque labellis. Sancta sed Hæbræis erit, & feret omnia tellus, Et de rupe fluent latices, linguaque, suaues, Omnibus & iustis lac immortale scatebit. Quippe quibus genitore Deo, præstantēque solo Fretis, magna fuit cordi pietasque fidēsque.

Verum quid tandem sapiēs mihi suggerit hæc mēs? In Asia.

Te te Asia infelix tristi deploro querela, Ionūmqæ genus, Carūmqæ, aurōque scatenentum Lydorum, heu Sardis, heu multum Trallis amœna: Eheu Laodicea, vrbs pulchra: peribitis ergo Motibus euerſæ terræ, puluisque redactæ. Aft Ephesi structum Dianæ nomine fanum, Motibus & vasto subter mare fidet hiatus, Præceps, vt naues rumpunt si quando procellæ, At lachrymas Ephesus recubans ad littora fundet, Et quod erit nusquam templum gemebunda requirit. Tum Deus indignans æternus, in æthere degens, Fulmine præcipites sceleratos desuper vret. Prōque hyemis glacie fiet tunc temporis æstas, Tunc homines placida tandem requiete fruuntur. Nam pater omnipotens sceleratos eruet omnes, Fulgurēque, & tonitru, flagrantēque fulmine diras Exercens iras, & delens flagitiosos, Terræque defunctos plures portabit arenis. Nam veniet quoque Smyrna, suum plorādō Lycurgū Ad portas Ephesi, porō magis ipsa peribit. Cum autem demens cū factis numine lymphis, In manibus diūm, sceleratorūmqæ virorum Deiecta, haud tantum saltabit in athera deinceps, Verū in Cumæis remanebit mortua lymphis. Tunc aduersa simul degentes perpetentur, Hinc postquam in cineres fuerit mala terra redacta, Lesbos in Eridanum per secula tota peribit. Eheu te Corchera venusta vrbs, define luxum. Solæque diuitiis Hiera ô spaciola posita, Sede quidem multi luctus potiere cupita, Complana iacens ad flumina Thermodontis. Petrosâ & Tripolis Mæandri ad fluminis amnem, Nocturnis vndis repleta in littoris ora, Omnino perdet diuinum consilium te. Ne me vicinam Phœbi vastare volentem Terræ*

In Ephesi fanum.

In Cumæ.

Lesbos, Corchera, Hiera.

Tripolis.

Miletus.

In Iudæa.

In Thracia.

Hellepontus.

Rexque

In Macedonia.

Rexque Macedonius Aegypti depopulabit: Robur & imperij petueret barbara pubes. In Pisidis Lydi, Galatæ, Pamphylj, omni, Cum populo armati, certamen triste tenebunt.

In Italia.

Italia infelix, deserta, infleta manebis, In terra viridi, in saltum syluamque redacta. E'σαι δ' αἰθέρος θεοῦ δόξας ὑπαρθεῖν Diuinam vocem ritu exaudire tonitrus. Iam non existēt flammantia lumina solis, Lumine nec claro splendet luna deinceps, Cum Deus extremo regnabit tempore: verūm Omnia per terras caligo nigra tenebit, Atque homines caeci, plangorūque ferarum Tempore erit longo tunc, cognoscatur vt ipse Rex Deus, omnia qui cœlo speculatur ab alto: Nec verò tunc ipse suos miserabitur hostes, Agnorūmqæ omniū que greges, vitulos & opimos Mactantes, vitulos magnos, & cornibus aurēis, Exanimis rebus, Diuisque ex marmore factis. Quod fas est, iustisque placet, sapientia habetor, Ne Deus æternus succensens delectat olim Omne gen⁹, vitamque hominū, stirpēmqæ nefandā. Aeternus genitor, sapiens Deus vsque colatur. Sub Lunæ sinem postremo tempore bellum Ingruet insanum, fallax, ac insidiosum. Matris & occisor quidam de spinibus orbis, Vir fugiens veniet, spirans immane, fremēnsque, Omnes qui terras vastabit, & omnia vincet, Ante hominēque omnes prudenter cuncta videbit. Propterquam peritque, & protinus auferet ipsam, Et multos homines perdet, magnosque tyrannos, Exurētque omnes, alius faciebat vt olim. Rursus & attollet collapsos æmulos idem. Aft ex occasu nascuntur plurima bella, Per ripasque cruor rabidos manabit ad omnes: Atque macedoniæ stillabit bilis in aruis, Auxilium occasus quarens, regique ruinam. Tunc tempestatum perflabit flamina terram, Infaustoque solum bello replebitur ætus, Inque homines ignis de cœli depluet oris. Ignis, sanguis, aquæ, fulmen, nox ætheris atra, Et belli clades, atque in caligine cædes. Et reges omnes perdet simul, eximiosque: Sic belli exitium capiet miserabile finem. Nec quisquam gladiis aut ferro belligerabit Post ea: nec telis, quæ deinceps esse nefas est: Sed sapiens populus gaudebit pace superstes, Aduersa expertus, lætis vt deinde fruatur.

Nero.

* Matrum caesores, animos cohibete feroces, Audacēsque manus, qui fœdos instituitis Concubitus olim puerorum, prostitulitque, Quæ fuerant casta, meretrices prostituitis, Flagitiis victas, & fœdè sollicitatas. In te nam mater nato commixta scelestē est, Concubuitque suo genitori filia sponsa. In te etiam miserum reges os commacularunt, In te homines pecudum coitum inuenere infandi. Deplorata sile, scelerata, vrbs luxuriosa. Non iam perpetuò seruatas fomite flammæ Virginæ inuenient in te, diāsque puellæ. Extincta est isthic ædes peramabilis olim, Tum, cum præcipitem flamma superante secundam Vidi labentem manibus crudelibus ædem, Aedem perpetuò florentem: numine templum Augustum, à sanctis structum, semperque futurum, Ipsius ex animo speratum, & corpore, quippe

* Sic forte appellat Romanos ob Nerone matricidam.

Tom. 2.

Numen ab obscura terra non segniter oriat. Nec lapides apud hos opifex fabricauit acutus: Nec saxum mundi cultum est errore, vel aurum. Sed magnum patrem cunctorum, quos Deus afflat, Sacrificando Deum coluere, sacrisque litando.

At nunc quidam rex ignobilis atque scelestus, Præstantum numero magno comitante virorum Venit, & hanc prostravit, inextricamque reliquit, Ipse immortalē in terram grassatus obuiit, Necdum tale fuit signum mortalibus yllum; Vt magnam vrbem alij videantur diripiisse: Venit enim cœli vir ab alta sede beatus, In manibus gestans diuino munere sceptrum, Omnes qui pulchrè vicit, retulitque bonorum Diuitias ipsi, quas, diripiuerit priores: Atque solo cunctas vrbes multo eruit igni, Et dedit in flammis populos hominum ante malorū. Præcipitque Deo dilectam reddidit vrbem; Et sole & stellis & luna splendidiorem. Illic ornatum posuit, tum condidit alimum Corporum pulchrum templum, turrimque sub auras Multis in stadiis magnam produxit, & amplam, Ipsas tangentem nubes, cunctisque videndam: Omnes vt iusti videant, omnesque fideles, Splendorem æterni, spectacula dulcia, Patris.

Ortusque occasusque Dei celebrauit honores: Non etenim deinceps mala sunt mortalibus agris: Furtiue coniugij, in puerosve nefanda libido: Aut cædes, turbæve: sed est his omnibus æqua: Vltima sanctorum sunt tempora: namque ea condit Altitonans, opifex templi super omnia magni. Eheu te Babylon, solum aurea plantas, O regina vetus, quæ mundum sola gubernas, Vrbs olim magna & celebris, non amplius aureis Montibus, Euphratis liquidas residebis ad vndas: Tempore sternēis motus, vt cuncta domares, Parthi fecerunt acres, os comprime fœda Gens Chaldaeorum: ne cura, neve rogato, Quo pacto Persasque reges, Medosque domabis: E'νεκα δ' ἴσθις ἀρχῆς ἡς ἔσχεν ὀμινοσ, E'is ῥόμῳ πέμψασα, καὶ ἀσπίδι θηράουνας, Τηγαροὶ κ' ἀπὸ βασιλῆος φρονέουσι εἰς κελσὶν Ἀπὸν ἡβερ, ὧν εἰνεκε λυγρὰ πένθηθες. Prōque malis verbis pœnas dabis hostibus acres: Porro siccus erit postremo tempore pontus: Tum nec in Italiam vadent per cœrula naues. Tunc Asia illa ferax rerum, redigetur in vndas. Cretaque campus erit: feret & mala tristia Cyprus Et Paphus vt sapiat, patietur tristia fata. Et Salamina vrbem magnam, mala tristia passam* Tunc erit infelix, sterilisque in littore tellus. Cypria, non pauca vastabunt arua locustæ. Spectandōque Tyrum mortales flebitis ari.

In Babylone.

In Asia.

Phœnice, grauis ita tibi est ventura ruina: Vt verè plorent casum Sirenes acerbum. At quinto seculo, cum clades desinet oliæ Aegypti, reges cum miscebuntur iniqui, Omnigenæ gentes Aegyptūque aggrediuntur: Inque Macedonia, Lyciisque, Asiaque tumebit Exitiale, & humum sparsum sanguine, bellum: Quod Romæ reprimet rex, occiditque potentes. Hinc postquam hybernis niuibus iam defluct aer, Et fluuij ingentes, & maxima stagna rigescunt, Protinus inuadent Asia oras barbara turba, Et duros perdent, quasi sint sine robore, Thracas: Tunc homines mactati vastentur carne parentum,

g g iij

Et tales epulas, fame sic vrgente, vorabunt:
Præbebítque feris menfam domus omnis: & ipse,
Et volucres, omnes mortales dilacerabunt.
Oceanúsque (malum) fluuió fundente, rubebít
Sanguine stultorum, reuolutaque corpora metget.
Sic demum parua tellus requiete fruetur,
In occid- Vt numerúsque virum, matronarúmque sciatur-
ales. Innumercum verò flebit gens dura sub orbis
Occidui finem, ne rursus ascendere possit,
Oceaní remanens vt perfundatur ab vndis.
Nam multorum hominum vidit commissa nefanda.
At magnum cælum nox circumfusa tenebit,
Obducetque cauum nigror densissimus orbem.
Rursus deinde bonis ostendet quã sit eundum
Lux diuina viris, qui laudauere Tonantem.
Isthæa infelix, Nili remanebis ad amnem,
Sola furcens mænas, permixta Acherontis arenis:
Fama nec vlla tui toto remanebit in orbe.
In Ser- Tique Serapi sedens in saxis, multa dolebis,
pim. Magnaque in ægypto infelice ruina iacebis.
Quique per ægyptum studuere tibi, acriter omnes
Te flebunt: sed quis illa in pectore mens est,
Nofcent ne nihil esse, Deum quicumque celebrant.
Onias, O- Deque Sacerdotum numero quidam vir amictus
ma ponri- Lino: Agedum (dicer) delubrum constituamus
fici filio. Formosum, verumque Dei: prauósque parentum
Ioseph. Mutemus ritus, factos cretæque, petrisque
Ant. lib. Qui coluere Deos, stulti, festis que sacrifque.
13. Cap. Mutemus rientes: celebretur carmine nostro
6. Aeternus genitor, pereuntis nescius aui,
rex verus, rerum cui summa potentia, semper
Magnus, qui que animas fecit, nutritor eorum.
Tunc & in ægypto templum visetur, & ingens,
Et castum, quò sacra feret coniuncta Deo gens:
Aeternamque dabit Deus illis ducere vitam.
Sed cum desertis in pura gente Tryballis
Aethiopes μένωσ' ἀγυπτιον εἶν τε ἀγοῦσθαί
Incipient cladem, quo fiant postera cuncta.
Nam templi tollent, quod magnū Aegyptus habebit.
In terrisque Deus duram illis depluet iram,
Vt pereant cunctique mali, cunctique nefandi.
Nec penitus deinceps parcetur finibus illis,
Quòd non seruauere, Deus quod tradidit ipsis.
Ipsa minas Solis vidi splendentis in astris,
Nec non & sauas iras in fulgure Lunæ.
Parturiere (Deus permittit) sidera pugnam.
Nam longè pugnam flammæ pro Sole ferebant.
Lucifer instabat pugnae, vrgens terga leonis.
Est etiam lunæ mutata ærunna bicornis.
Percussit iuuenis tauri neruum Capricornus.
At reditum rapidè Capricorno Taurus ademit.
Oriónque iugum summotum sede remouit.
Et virgo gemino mutabit in ariete sortem:
Abdita Pleias erat, zonamque Draco ipse negauit.
Piscæ immersi cinctum subière leonis.
Cancer non mansit, namque Oriona timebat.
Scorpius in caudam subiit, præstante leone.
Elapsus canis est flammato solis ab igne.
Luciferi vires accendit Aquarius acres.
Commotum cælum pugnantem percussit ipsum,
Iratumque ipsos in terras præcipitavit.
Sic vada ad Oceani deiecti protinus omnem
Terram incenderunt, mansit sine sidere cælum.

LIBER SEXTVS.
A Eterni magnum natum cano pectore ab imo,
Cui solum genitor tribuit supremus habendum,

Nondum progenito, siquidem de corpore duplex
A Extitit, est autem perlutus fluctibus amnis
Jordanis, glauco cuius pede voluitur vnda.
Ex igne ex primo primus Deus, ὅσ τε καὶ ἰδίω
πρόματι γινόμενον λευκαῖς πτερυγεῖς πτελέεις.
Flos autem purus florebit, cuncta serenans,
Ostendetque hominum generi callésque, viásque
Cælestes: omnes sapienti voce docebit.
Iustitiam tradet, populum alliciendo vel hostem,
Cælestis iactando genus laudabile Patris.
Pacabit fluctus, à morbis eruet ægros:
Vitam defunctis reddet, pellétque dolores.
Et panis de fonte hominum satias erit vno,
Cum domus effunderet stirpem Dauidica, cuius
B In manibus totus mundus, tellus, mare, cælum
ἀρσσει δ' ἐπὶ γῆς οἶον ποτὲ πρώτα φανέντα.
ἔιδον ἄσπ' ἀλλήλων πλοῦσαν ἄλο γεννηθέντα.
Tempus erit, cum spe tellus gaudebit alumni,
At solam Sodomæ tellus mala dita manent te.
Namque Dei, malè sana, tui te notio fugit,
Sensibus humani ludentis: nempe coronam
De spinis illi posuisti, iniuria maior
Quo forer: & potum fudisti fellis amari.
Ergo tibi strages ingentes spiritus edet.
O lignum faxilix, in quo Deus ipse pendit.
Nec te terra capit, sed cæli te cta videbis,
Cum renouata Dei facies ignata micabit.
C EX LIBRO SEPTIMO.
V Rbes inter eris prima, & te prima necabit
Orba viris, verum non victus vilius expers.
Dele, natabis tu, pèrque vndas mobilis ibis.
Cypre, maris verò te vxoria direr vnda.
Sicilia, exuret te, qui in te exæstuat ignis.
Nec vitare Dei terrorem inamabilis vndæ.
Noe quidem venit fugiens ex omnibus vnus.
Nabit humus, nabunt montes, ignabit & æther.
Omnia fluctus eruat, perdentur & omnia fluctu.
Sed venti ponent, atque ætas altera surget.
O Phrygia, in fummas vndas tu prima micabis:
Prima Deum verò pulsa pietate negabis,
D Gratificans aliis simulachris perdita, quæ te
Perdent, infelix, multis volentibus annis.
Aethiopes miseri, lugubria funera passi,
Cædentur gladiis tremefacto corpore duris.
Aegyptum pinguem, quæ semper floret aristis,
Quam refluens ebriat septeno flumine Nilus,
Mutua ciuili prædatio, deinde repente
Eiicient non diuum homines mortalibus Apim.
Eheu Laodicea, Deum neque videris vnquam,
Et falsum dices audax: æstique cremabit
Te ipse Deus magnus genitus, qui sidera multa
Efficiet, mediúmque axem suspendet in æthra,
Ingentemque merum statuet mortalibus, altam,
E Vndique quam multo circumdabit igne, columnam,
Cuius perdentur homines aspergine fontes.
Nam communis erit rex olim tempus, ibique
Placabunt homines numen, neque tristia damna
Sedabunt: quorum domus est Dauidica causa.
Conciliauit enim solium Deus ipse, deditque
Ipsi, sub pedibus verò Genij dormibunt,
Quique pyras monstrant, etiam qui flumina mon-
strant,
Quique vrbes seruant, etiam qui flamina mittunt.
Sed multos homines inuadet vita molesta,
Insinuans animis, humana que pectora mutans.
Sed de stirpe nouum cum germem lumina soluet

De Chri-
sti Bap-
tismate.
CHRI-
STI MI-
RACVLA
In Hiero-
solyman.
Hæc confu-
sa sumi,
quorum
pars est in
libro pri-
mo.
In Phry-
giam.
In Aethio-
pes.
In Aegy-
ptum.
In Sardo.

τὴν κλίσην ἰν πτερὲ πλώα τροφῆν διεδακε περισσὴν
χὶ τὰ μὲν ἀμφὶ χρονοῖς ἔσοι πλεόν, ἀλλ' ὅταν ἄλλοι
Cum gens Persarum regnabit bellipotentum,
Protinus existent, ob sponatam improbitarem,
Infandi thalami, nam natum mater habebit,
Inque vicem natus peccabit coniuge matre.
Filia succumbens patri (qui barbarici
Mòs est) huic faciet somnos, sed posterus ipsis
Romanus mauors exurget cuspide terram.
Multamque humano fœdabunt sanguine terram.
Tunc Italus fugiet bellator cuspide victus,
Cælarumque auro florem in tellure relinquet:
ἐκ προμολόντα φέρονσ' αἰεὶ σημεῖον ἀνάγκης.
Porro tempus erit, cum fatis tota sinistra
In Troia- Ilias haud nuptum, sed combibet improba bustum.
nos. Atque ibi ploratum nymphæ miserabile, quando
Non nouere Deum, sed semper tympana pulsu
Tangere, semper eis crepitacula plaudere cura est.
Fata require, tibi Colophon grauis imminet ignis.
In Colo- Thessalia infelix nymphis: non amplius aut te,
phosom. Aut cinerem cerner tellus, nam sola natabis
In Thess- A terra fugiens, δ arum nosa, relicta:
liam. Et præbebis eis belli vilissima sordem,
Et rapidis fluuiis, & duro diruta ferro.
O miseranda Corinthe, grauis certamine martis
Circundaberis, & vos mutua vulnera perdent.
τῆρε σὺ δ' ἰλίκα λίλι μόνι, εὖσε βέ αὐ γὰρ
ἀνδρῶν χάρις εἰς ἄλγην φανίσεθαι διοίσει
ἀστυρὴν καὶ λι φρονίμων ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν.
οἷε ἐπερευγομένη κέτα βάρη * ιας ἄλμη
Non nosti miseranda tuum, quem proluit olim
In Iordane Deum *
ἐν τριτοῖ τοῖσι κέτι ἐπταεὶο πνεῦμα πολλῶ
Qui prius & terra fuit, & stellantibus oris,
Factus voce Patris princeps, & flamine sancto:
Corpus & indutus celer in patris euolat ades.
At magnum cælum tres turres condidit illi,
In quo nunc habitant genitricis numinis almæ,
Spes alacris, pietas, & dulcis religio, quæ
Non auro gaudet, non argento, sed honestis
Cultibus humanis, sacrifque, & pectore iusto.
Vt verò facias magno, aeternòque Tonanti,
Augustòque, sacrum: non thuris in igne liquefcer
Mica tibi, nullus cultro mactabitur agnus:
Sed consanguineo cætu stipante tuorum,
Agrestes captas in cælum lumina tendens
Mittes cum precibus volucres: lymphæque liquorem
Igni libabis puro, sic voce locutus:
Qui te progenit verbum castis Pater vndis
Mitto pater, referat prope quæ verba, volucrem.
ῥαίνας σὺν βάρησι καὶ οὐ πύραρ ἐξ ἐφραά νηος.
Nec portam claudes, si quis tibi venerit hospes
Indigus, vt fame se defendas, pauperieque:
Sed caput illius sumpta conspurgito lymphæ.
Terque tuum venerare Deum, sic voce profatus:
Non amo diuitias, tenuisque aliquando vicissim
Accepi tennem, pater accipe vota secundus.
ἐν εὐκρίνοισι δάσει σοι, ἀπὶ γαργεν ἐν ἴτε δ' ἀνήρ.
μη θλίψεις με θεοῦ ἱερὸν σέ βασι. ἐκ δὲ δὴ θεαίων
ἀγνὸν ἀδούλατον περὶ γένναν ἐλεχθέν *
Constima miserum mihi coi pater, intucor te,
Inuiolatum te quem non fecit manus vlla.
In Sardo. Sardo nunc grauis in cineres conuersa iacebis,
Insula iam nec eris, decados cum venerit æuum,
Nautaque te nusquam existentem quaeret in vndis,
Alcyonésque tuum flebunt lachrymabile funus.

Aspera Mygdonie, specula insuperata profundi,
A Omnem per feriem seclorum tota senescet,
Perdita ferenti vento, lymphata dolore:
Gallia, difficiles quæ montibus accolis Alpes,
Omnis arenarum cumulis operibere, nec iam
Fruges, aut fegetes paries, herbæque: sed omni
A populo deserta, gelu glacièque rigebis
Aeternum, culpamque lues quam perdita nescis.
Roma ferox animi, post fracta Macedonis arma
Fulgure perstringes cælum, sed te Deus omni
Robore priuabit, cum firma videberis esse
In primis, at tunc tibi talia vociferabor.
Perspicuum periens olim clarumque sonabis.
Plura quidem dictura tibi sum Roma deinceps.
B At nunc te Syria infelix miserabile ploro.
Thebæ inconsulta, vobis sonus horridus instat
Vocalis litui, vobis sonitum tuba tristem
Emittet, terramque perire videbitis omnem.
Eheu infelix, eheu mate perfidiosum.
Omne vorax ignis te perdet: tu sale gentes,
Tantus enim terris insaniet ignis, aquæ vis
Quanta fluit, terram delebit funditis, vret
Montes, siccabit fontes, fluuiisque cremabit.
Mundus erit iam non mundus, populique peribunt,
Heu miseri ardentis, & cælum suspicientes,
Cælum non astris rutilum, sed ab igne laborans.
At non perdentur subito: sed corpora sensim
C Tabescant, animi totos vrentur in annos.
αἰεὶ ἀνοσβαοῦσιν αἰεὶ νόμον εἰδύσανοι.
ὄμη ἀπάφηλον ἐόντα, βιαζόμενη δ' ἀγα γαῖα
ὄβηνα ἰολμήσασα θεὸν ἐπεδέξατο βρομοῦς
Ἰευλομένη, καπνον δὲ δι αἰθέρος ἐλγεαθέντα.
In primis autem argentur, qui nomine lucri
Turpia prædicent, augentes tempus acerbum.
Hebraei sanè sciderint cum tergus ouile,
Mendaces referent, quæ non sunt dicere iussi:
Verba quidem dantes, facientes lucri dolorum,
Qui mores vertent, nec iusti pellicientur,
Quique Deum planè sincero pectore placant.
Tertia sed cum fors vertentes duxerit annos,
D Octauo primo mundus spectabitur alter,
Nox incredibili caligine longa manebit,
Tunc exhalabit teterrima sulphuris aura,
Nuncia cladis: eis fame dehinc, & nocte peremptis.
Tunc hominum gignet puras in pectore mentes,
Restituetque genus, fuit vt tibi tempore pisco.
Iam nullus sulcos curuo profcindet aratro,
Terra nec à bubus ferro scindetur acuto.
Nec spicæ, nec erunt farmenta, sed omnibus vna
Roscida manna simul mandetur dentibus albis.
Nec Deus abfuerit illis, qui cuncta docebit,
Vt scelera me: nam quæ scelera ante patraui
Prudens & studio peccandi perdita feci.
E Mille mihi lecti, connubia nulla fuerunt,
Iurèque iurando quosuis periura ligauit.
Exclusi tenus, & per mollissima rura
Quoslibet admisi, magni securata Tonantis.
Propterea igni sum consumpta, æuòque, nec ipsa
Viua, sed perdet durum me tempus, ibique
Constituent homines bustum mihi ἐπιπερχόμενοι με-
βαλάων.
Me periment faxis ἐπὶ μοι γὰρ πατρὶ λαλοῦσα
Charum dat natum: me cædite, cædite cuncti,
Sic etenim viua, atque in cælum lumina figam.

Terribiles toti mundo diuinitus iras
 Postremi seculi venturas tempore pando,
 Omnibus humanis effando futura per vrbes,
 Ex quo collapsa turri discrimina linguae
 Sumplerunt hominum, variato munere vocum.
 Principio Aegypti, Perlarum postea regnum,
 Medumque, Aethiopyumque, ac Assiriae Babylonis.
 Deinde Macedoniae factus effata minaces,
 Italiae quintum clarum dirumque recludo,
 Extremum pariter quod mundo tristia multa,
 Conatusque hominum consumet totius orbis,
 Occiduaque feros reges perducet in oras,
 Et leges ponet populis, & cuncta domabit,
 Sed mola postremo pinset diuina farinam.
 Omnia tunc ignis perdet, vertetque minutum
 In cinerem, caelos montes, & corpora cuncta,
 Donec causa mali cunctis dementia habendi *
 Nam fallacis erit auri, argenti que cupido.
 Nil etenim censent homines praestantius istis:
 Non lumen solis, non caelum, non maris aequor:
 Non vastam terram que procreat omnia: non qui
 Donat cuncta Deum, genitorem totius orbis:
 Non fidei, non plus tribuunt pietatis amori.
 Impietatis fons, perturbandi ordinis autor,
 Belli causa, hostis pacis, dementia habendi
 Quae patribus natos, patres inimicat alumnis.
 Connubiis nec honos, auro praesente, manebit.
 Terra omnis metas, custodes aequor habebit,
 Omnibus astute diuisa scatenibus auro,
 Vt terram semper videantur velle tenere.
 Diripient tenues, vt agris maioribus ipsi
 Quae sitis, illos cogant seruire superbi.
 Quod nisi terra procul caeli stillantis ab oris
 Sic remota foret, non lux foret omnibus aqua,
 Sed quae sita auro solis locupletibus esset,
 Pauperibusque alium mundum Deus ipse pararet.
 Par tibi de caelo, sublimis vertice Roma,
 Aduenit clades, & flexo vertice prima
 Complanageris, & tota absumeris ab igne
 In noua deuergens sola: diuitiae que peribunt,
 Inque ruis degent vulpesque lupique ruinis.
 Tunc deserta, quasi nunquam sis nata, iacebis.
 Tunc vbi Palladium? quis te Deus asseret auro,
 Aereque, vel saxo factus? consulta senatus
 Tunc vbi sunt? Rheae Saturnique propago,
 Aut Iouis? & quorum tor religiosa colebas
 Manes exanimos, simulachraque luce carentum?
 (Infelix quorum se iactat Creta sepulchris)
 Sedibus exornans vita sensuque carentes?
 Sed tibi cum reges fuerint ter quinque potentes,
 A quibus occasus mundi subigetur, & ortus:
 Rex erit albenti galca, qui nomen habebit
 Vicini Ponti: mundum pede viset iniquo,
 Munera conquireret, magnum auri pondus habebit:
 Nec non iniusti argenti plus congeget, atque
 Detectum soluet, mysteria cuncta tenebit
 Arcana magici: puerum monstrabit & ipsum
 Esse Deum: tollet, sancte quaeunque coluntur.
 A capite, erroris cunctis arcana recludet.
 Ex illo tempus flendum, quia teste peribit.
 Praeque potens populus, vrbs corruet, inquiet olim
 Nolens continuo venturum tempus acerbum.
 Tunc tua lugebunt tristissima fata videntes,
 Et miseram sortem, patres, nati que tenelli,
 Eheu lugebunt moestas ad Tybridis vndas.
 Post hunc regnabunt tres vltima tempora haberes,

Italia im-
perium,
omnium
postremum.

In auaros.

In sua-
ros.

Roma rui-
na.

Adria-
ma.

Antimon.

A Implebuntque Dei caelestis nomina, cuius
 Imperium nunc est, & tempus in omne manebit.
 Vnus sane aui plenus diu scepra tenebit,
 Rex nimis infelix, qui totius in sua recta
 Congeret orbis opes, seruens, vt quando redibit
 Extremo caesor matris fugitiuus ab orbe
 Omnibus has donans, A siam locupletet abunde.
 Tum tu purpureo imperij nudata nitore
 Flebis, & in pullo luctus iterabis amictu.
 O rex iactator, Roma prognate Latina,
 Iam tuus haud fama fastus celebrabitur vlla,
 Prostratusque semel nunquam miseranda resurges.
 Gloria namque cadet gestantum aquilas legionum.
 Quod tibi tunc vires? quae te armis terra iuuabit,
B Per te nequicquam seruire coacta, scelestae?
 Nam genus omne hominum toro turbabitur orbe,
 Cum pater omnipotens veniet, solioque sedebit,
 Vt viuos, functosque, vt totum iudicet orbem.
 Tum nec amicus erit nato pater, ipseque patri
 Filius, ob subitum casus, atque impietatem.
 Ex illo excidium, gemituque, fuga que maneto,
 Oppida quando tuent, & tellus edet hiatus.
 Ignifer ergo draco liquidis cum venerit vndis,
 Prolixo cum ventre, tuosque fouebit alumnos
 Instantis famis & ciuilibus tempore belli:
 Tum finis mundi, tum lux extrema propinquat,
 Iudiciumque Dei aeterni lectisque, prohibeque.
C Sed Romae praecedet ineluctabilis ira.
 Infelix vita adueniet, tempusque cruentum.
 Eheu immanis regio, gens barbara valde,
 Non animaduertis, nuda vnde, indignaque solis
 Veneris in lumen, repetas vt rursus eandem
 Nuda locum, postremo in ius ventura seuerum.
 Vt iura exercens iniuste *
 Sola giganteis manibus, quaque patet orbis,
 Delapsa ex alto terris habitabis in imis,
 Sulphureque, & naphtha, multoque bitumine, & igni
 Vanesces, & eris cinis ardens tempus in omne:
 Quisquis & aspiciet, lugubres audierit isthinc
 Planctus, inque Orco dentes stridore crepantes,
D Et te dira tuis tudentem pectora pugnis.
 Illic diuitibus par nox est, pauperibusque
 Omnibus, e terra nudi, nudi sub eandem,
 Crescentis vitae tempus, mox exitus auferit.
 Nullus seruus ibi, non est herus, atque tyrannus:
 Non rex, non tumidus ductor, non legibus vtens
 Orator, non qui discernat iurgia princeps.
 Non fuso recaler libantibus ara cruore.
 Tympana non resonant, non cymbala *
 Tibia multifori non turbat pectora cantus:
 Non lituus forma tortos imitante dracones:
 Non quae barbarico sonitu tuba nunciat arma:
 Non comes ebrietas luxus, non foeda libido:
E Non citharæ sonitus, non sunt commenta malorum:
 Non vis, non variè se versans ira, nec enses
 Sunt vita functis: commune sed omnibus auum
 Clauiger ad folium diuinum carceris alti,
 Et signis auro, argento, saxoque politis.
 Pulchrae estote, diem quo pertingatis acerbum.
 Roma tuas primas cernens poenas, fremitumque.
 Nec tibi iam seruire iugum ceruice subibit
 Aut Syrus, aut Graecus, vel barbarus, aut alius quis.
 Excindere, luesque quod vnquam cunque patraisti.
 Et trepidans, donec persolueris omnia, flebis:
 Tuque triumphus eris mundo, tu dedecus orbis.
 Ex illo sexta defuncti atate Latini

Tyberina.

Nero.

Aescula-
pius Romæ
aduectus.

In Romæ.

Reges

Reges, postremum viuent, & scepra relinquent.
 In gentem sed rex alius regnabit eandem,
 Qui subiget terras omnes, & scepra tenebit,
 Marte suo regnans (ea numinis alma voluntas)
 Succedetque eius stirps inconcussa nepotum,
 Nam sic in fati fixum est, vertentibus annis.
 Aegyptus reges postquam ter quinque crearit.
 εὐθεν ὅταν φοινίκος ἐπέλθῃ πενταχρόνιο
 Ad gentes veniet diuersas depopulandum
 Hebraeam gentem, tunc mauors Marte premetur,
 Is Romanorum perfringet tela, minasque.
 Interit florens Romana potentia quondam,
 Urbibus hinc atque hinc positis regina vetusta.
 Non iam Romanum latum agrum deinde domabis
 Ex Asia quando veniet cum Marte potenti,
 Omnibus his factis veniet sublimis in urbem.
 Porro quater decies complebis, terque trecentos
 Annos, atque octo, cum te pertingere metam
 Tristia fata, tuo completo nomine, cogent.
 Hei mihi, quando illud tempus miseranda videbo?
 Roma tui quandoque, Latinis sed mage cunctis
 καὶ αὐτὴ ζεῖ βουλᾶσι τῶν ἐγκυρῶν ἰσὶ λοχίαις
 Ex Asia terra Troiae portante quadriga.
 Exardens animo, sed postquam ruperit Isthmum,
 Aspiciens omnes pelagus traiectus eundo,
 Nigro inuaderet tunc bestia magna cruore.
 Edidit & canis in pastorum damna leonem.
 Scepra adiment autem, quin & penetrabit in Orcum.
 Et Rhodiis veniet clades postrema, sed ingens.
 Et Thebas manet exitum miserabile tandem.
 Aegypti que ducum virio, culpa que peribit.
 Et qui tum fugiet casus mortalis acerbo,
 Is vir erit felix, is terque quaterque beatus.
 Roma ruet. Delus nusquam deleta patebit.
 Fiet arena Samus *
 Postremo Persas quoque tangant funera tandem.
 Ob tumidos saltus iniuria cuncta peribit.
 Tunc sceptrum castus rex totius orbis habebit
 Perpetuo, in vitam reuocatis lumine cassis.
 Romaeque sublimis peraget tum tristia fata.
 Hoc autem cunctis humanis sine peribunt.
 Sed non parebunt, quanquam praestantius esset.
 Sed cum longa dies accreuerit aspera cunctis,
 Et famis, & pestis, infrenatique tumultus,
 Tunc iterum vero princeps miserabilis ante
 Cogit consilium, quo pacto perdere possit *.
 Sicca quidem foliis florebunt inde cohortis,
 In solidoque solum saxo caeleste docebit.
 Ignemque, & fulgur terris, & flamina densa,
 Sparsaque per totum mundum creberima tela.
 Sed rursus posito facient infanda pudore,
 Non hominum veriti, non numinis ipsius iram:
 Omne nefas proui patrare, pudoris inanes,
 Crudeles, violenti, importunique tyranni,
 Mendaces, falsi, peruersi, perfidiosi,
 Foedifragi, falsis verbis infanda loquentes.
 Quos nec opes vlla satiabunt, pluraque quaerent
 Turpiter, oppressi violenta fraude peribunt,
 Sidera cuncta cadent, puppes maris *
 Sidera multa deinceps, splendentemque cometam,
 Appellant homines itellam mala significantem,
 Imminer vt multum bellum, vastatio, strages.
 Nolim viuere me tum cum ἰλαρὰ imperabit:
 Sed tui, gratia cum caelestis regna tenebit.
 Cumque aliquando puer facer διολοφὸν ἀπειράων
 Conficiet vinculis pendendo triste profundum,

Mortalisque domus concludet lignea statim.
A Sed postquam decimum sub terras inierit auum,
 Faemineum imperium deinceps erit, & mala multa
 Afferet ipse Deus, quando regale decorum.
 Mœnibus ornatis σὺμπαν δὲ ἐὸς ἡπιος αἰῶν,
 Et sol nocturnis currens cernetur in horis,
 Sidera deficient caelum, multa que procella
 Terra vastabit: sublata morte resurgent:
 Curfus erit rapidus claudorum: iustus & ipse
 Audiet, & cernent caeci, mutique loquentur,
 Et communis erit vita omnibus *
 Terra que par cunctis, sine muro aut sepibus vllis,
 Nec diuisa quidem fruges feret, vberiores.
 Et dulci vino fontes, albôque scatentes
B Lacte & melle dabit *
 Iudiciumque Dei aeterni *
 Tempora sed postquam Deus immutabit *
 Aestatem ex bruma faciens, tunc omnia *
 Sed cum mundum perdidit *
IESVS CHRISTVS, DEI FI-
 LIVS, SERVATOR: CRVCS:
 Iudicij signum tellus sudoribus edet,
 E xque polo veniet rex tempus in omne futurus,
 Scilicet vt carnem omnem, vt totum iudicet orbem.
 Vnde Deum fidi diffidentemque videbunt,
 Summum cum sanctis in seculi sine sedentem,
 Corporeorum animas hominum quo iudicet, olim
 H orrebit totus cum densis vepribus orbis.
 Reicient & opes homines, simulachra que cuncta.
 Exurêque ignis terras, caelum que, salum que.
 Incendetque fores angusti carceris Orco.
 S anctorum que omnis caro libera reddita, lucem
 Tunc repetet: semper cruciabit flamma scelestos.
 Vtque quis occulte peccauerit, omnia dicet.
 S ub lucemque Deus reserabit pectora clausa.
 D entes stridebunt, crebrescent vndique luctus:
 E t lux deficiet solémque, nitentiaque astra.
 I nnuoet caelos, & lunæ splendor obibit:
 F ossas attollet, iuga deprimet ardua montes.
 I mpedietque nihil mortales amplius altum,
D Longa carina fretum non scinder: montibus arua
 I psa æquabuntur: nam fulmine torrida tellus,
 V naque & sicci fontes, & flamina hiabunt.
 S idereisque sono tristi tuba clanget ab oris,
 S ultorum facinus mœrens, mundique dolores.
 E t chaos ostendet, & tartara, terra dehiscens,
 R egêque ad folium sistentur numinis omnes.
 V ndaque de caelo fluet ignea sulphure mixto.
 A tque omnes homines lignum praesigne notabis.
 T empote co lignum, cornu per amabile fidis,
 O ppositus mundo casus, sed vita piorum,
 R espurgendo lauans, duodeno fonte vocatos,
E C ompescetque pedo ferrata cuspide gentes.
 R ex tibi nunc nostris descriptus in ordine summo
 V ersibus, hic noster Deus est, nostrae que salutis
 C onditor aeternus, perpeffus nomine nostro,
 S incera hunc Moyses expressit brachia tendens,
 Vi fidei vincens Amalech vt disceret esse
 Electum patri populus, magnoque in honore,
 Dauidis virgam, lapidem in quo constitit: in quo
 Cui sua spes posita est, is in omnia secula viuet.
 Non aliter siquidem in decore *
 Probrosus, miserè deformis, spem tamen addet.
 Et forma carnis peritura *
 Caestem dabit atque hominem fictum.

Sybillæ
Acrusti-
chus de
Christo,
cuius me-
morat Cir-
cero lib. 2.
de Diuina
nom. Cō-
stantinus
Magnus
in oratio-
ne ad Sar-
thorū Ce-
rum, cap.
18. Ath-
anasius de
Christo
cap. 11.
de
quibus

Adami lapsus. Cui vaser imposuit serpens, vt mortis abiret
In fatum, sciretque bonumque malumque quid esset,
Omissioque Deo seruiret morte caducis.
Huius consilio namque olim primitus vsus,
Sic ait omnipotens: Faciamus imagine, Fili,
Creatio. Ambo de propria mortalia semina ducta.
Nunc ego curabo manibus, tu denique nostram
Effigiem verbis, vt opus commune struamus.
Ergo ad iudicium veniet dicti memor huius,
Personilem formam portans in Virginis aluum,
De Christo. Collustrans lympham manibus senioribus omnes,
Cuncta iubens faciet, morboque medebitur omni.
Pacabit ventos dicto, sternitque profundum
Infantum, placidis pedibus calcando, fideque.
Ad virosa genas praebebit sputa pudentes,
Verberibusque sacrum tradet profcindere tergum.
† Versus hic videtur esse translaticium. Virginem enim castam tradet mortalibus ipse.
Perque feret tacitus colaphos, ne forte sciatur
Quis sit, cuius sit, mortalibus vnde locutum
Venerit, horrentemque feret de vepre coronam.
Nam sanctis veniet de vepre aeterna corona
Lectis, tum calamo compungent illa, legis
More sua, ex calamis etenim quos concutit aura,
Ad lites animi sese ita vindice vertit.
Verum cum fuerint quae dixi cuncta peracta,
Soluatur omnis lex in eum, quae tradita quondam
Est placitis hominum, ob populum non mortigerantē.
Christi passio. Expandetque manus, totum metiatur vt orbem.
Panibus & quinque, & binis ex piscibus olim
Millia quinque virum in desertis exaturabit.
Quin & fragmentis collectis reliquiarum,
Bis senos cophinos (vt sit sperare) replebit,
Felicisque animas dicit.
Qui mala derisi pensant bono *
Concisi flagris, & paupertatis amantes:
Hic dicitur quidpiam.
Cuncta sciens, spectans, auscultans, intima prorsus
Viscera perscrutans nudabit, vt arguat: ipse
Cunctorum auditor, mens, visus, sermo creator
Formatum, omnia cui parent: qui morte solutos
Seruat: qui morbo cuius curando medetur.
Hunc tandem nocte sceleratae & perfidiosa
Contundent alapis palmæ (proh crimina) diuum.
Felle fames eius, sitis illudetur aceto:
Hanc apponet ei gens scilicet hospita mensam.
Scindetur templi velum, mediumque diei
Nox tenebrosa tribus premet admirabilis horis.
Non etenim deinceps templum legemque colendam
Arbitrio mundi monstratum est, idque latebat,
Arbiter vt terras aeternus venit in imas,
Deuenietque bonam spem portans omnibus, Orcum,
Et tridui somno peraget mortalia fata.
Christi Resurrectio. Tum demum linquet manes, lucemque reuerset,
Prima resurgendi lectis vestigia monstrans,
Qui laticis culpas abluti fonte perennis
Præteritas, rursum geniti, planeque renati,
Iam non infandis parebunt moribus, orbis.
Porro suis primum Dominum patefiet, eritque
Corporeus, sicut fuit ante, manusque, pedesque
Ostendetque impressa suis vestigia membris
Quatuor, occasus, ortus, boreamque, notumque.
Nam totidem mundi perpetrant regna patens
Infandum nimium facinus, nobisque probrosum.
Salute casta Sion, permultaque passa puella:
Ipse tibi insensio x. e. x. en tuus intrat a scello,
Erga omnes mitis, iuga quod tibi, quod iuga demat

A Intoleranda tibi, quæ fers ceruice subacta,
Soluat & exleges leges, violentaque vincla.
Hunc agnosce tuum numen de numine natum,
Laudibus hunc ornans, hunc inno pectore gestans,
Diligeque ex animo, ferque eius amabile nomen,
Reiice præteritos, atque eius sanguine solue.
Nam nec verba tibi nec eum libamina placant,
Nec sacra (inextinctus cum sit) mortalia curat,
Sed qui sincero taciturni pectore adorant.
Nosce quis hincam sit, tum patrem denique cernes.
Tempore torpebunt vidua omnia semina mundi,
Aer, terra, salum, lux ignis feruida, cæli
Cardo dies, noctes, confident omnia in ignes,
Et fiet species quam desertissima rerum.
B Omnia namque cadent lucentia sidera caelo,
Nec volucres plumis agiles per inane volabunt,
Omnibus & tellus animantibus orba iacebit.
Non homines edent vocem, volucresque, feræque
Confusus solitum sonitum non audiet orbis,
Sed magnum sonitum reddet maris vnda minacis,
Et trepidi cuncti morientur in æquore pisces.
Nec sulcabit aquas iam pondere nauis onusta,
Mugitumque dabit de bellis terra cruenta,
Humanaque animæ stendebunt dentibus omnes,
Vexabuntque malos vlulatus, atque timores,
Cædibus atque siti, fame, pestisque deficientes.
C Optandumque mori dicent, fugietque vocantes.
Non iam mortis enim requiem, non noctis habebunt.
Multaque nequicquam supremi numina Patris
Orabunt, sed eos tunc auertetur apertè.
Secula nam seprem dedit, vsus virgine casta,
Ad respiscendum spacium mortalibus agris.
Ipse mihi Deus hæc sibi decreta omnia dixit,
Perficietque, meis quæ sunt dicta omnia verbis.
Noui ego arenarum numeros, mensumque profundi,
Tellurisque sinus, tenebrosaque Tartara noui,
Quot fuerint homines, quot sint, quot deinde futuri,
Astrorum numeros, stirpes, frondisque quot vsquam:
Quot sint quadrupes, quot pisces, quotque; volucres.
Idem nam species hominum, mentisque creauit,
Et docuit scire, & rationis munia rectè.
D Lumina qui finxit, qui que aures, cernit & audit,
Omnes qui mentis motus tenet, omnia nouit,
Et tacet, & tandem conuincet, supplicioque
Afficiet quæ quisque hominum celata patratit,
Cum veniet solium ad diuinum iura daturus:
Qui nil dicentes, mutos intelligit, audit.
Et quantum tellus à cæli vertice distet,
Principium, finem, media omnia nouit: ab ipso
Omnia sunt, cælum qui, tellurisque creauit.
Solut enim Deus est, non est Deus alter ab ipso.
Ast homines syluis abscondunt robur, & inde
Muta suis manibus diuim simulachra figurant,
Quæ decorant ritu, libamenti que profanis,
E Impurasque colunt nugas, genitore relicto.
Omnisque assidui vanissima munera libant.
Et tamen hoc ipsum se rentur honore iuuare,
Atque dapes adolent, vt castos lumine pascant.
Namque cremant carnes, & plenis ossa medullis,
Et macerant aris, & placant sanguine manes,
Candelisque Deo accendunt, qui lumina donat.
Ac tanquam sitiat, vini libamina fundunt,
Mortales ebrii, qui numina vana fatigant.
Non libaminibus, non sacris indiget istis,
Non nidore malo, aut inuiso sanguinis haustu.
Namque (tyrannorum regumque infania suadet)
Manibus

Mundi finis.

In Idolorum cultores.

Vera religio.

Manibus hæc faciunt, ceu manes coelicola sint,
Ritus curantes prauosque, Deoque carentes.
Effigiesque suas (rerum genitore relicto)
Marmoreos dicunt diuos, pendere putantes.
Hinc sibi spem & vitam: turdi mutique, malum qui
Credere tam faciles, à recto prorsus abhorrent.
Ipse vias posuit binas vitæ que necisque,
Proposuitque bonam menti sibi sumere vitam:
Ipsa sed in mortem aeternam se iecit, & ignem.
Vera religio. Effigies mea homo est rectæ rationis alumna:
Huic tu pone volens puram sine sanguine mensam,
Repletamque bonis, panem potumque famenti,
Et sitienti da: nudum tege corpus amictu.
De proprio castis manibus largire labore,
Oppressum recrea: fessi solare labores,
Hæc à te detur viuenti victima viuens.
Sparge piè semen, Dominus tibi donet vt ista:
Aeternos fructus, aeternum lumen habebis.
Vitam incorruptam, cum cunctos arguet igne.
Omnia nam purgans, molem conuerret in vnam;
Cælum conuoluet, telluris operata recludet:
Manes in vitam (fatorum lege soluta,
Et lethi stimulis) ad iudiciumque vocabit,
Iudicet vt tandem mores prauosque piisque,
Ariete tunc aries, pastor pastore propinquo,
Et vitalis virulo admoto censebitur illic.
Quosque sibi nimium factum sumpsisse patebit,
Et qui cuiuslibet os obstruxere imperiosi,
Et sibi de sanctis vires peperere subactis,
Ex paribusque ipsos fecerunt inferiores,
Et studij lucro ducti iussere silere:
Tunc inquam cedent omnes fidesque probisque,
Non iam iurgia erunt, non iam dicetur, Eric cras,
Aut transiit heri: nec erunt quos crebra fatigat
Cura dies: non ver, æstas, autumnus, hyemisque,
Ortusque, occasusque dies nam longa manebit.
*Christus Iesus seclorum **
Aeternus, nunquam genitus, planè intemperatus,
Ignitas cæli cohibet qui viribus auras:
Fulminis & sonitum sæuo fulgore coercet,
Horrendos conitrus mollit, pacatque fragores.
Terram conuoluens stridores comprimit *
Fulguris obtundit percussus igne micantes.
Imbris & immodicos fluxus, & grandinis albæ,
Et nubes gelidi amplexus, hyemisque solutæ.
Singula namque ipsi coniectant mente, videntur
Quæ tibi, quæque tuo nato annuis ipse patrandæ.
Qui tibi & vnanimis, & par, res ante creatas,
Humana iudex vitæ, sociisque creator.
Ad quem tu oris prima dulci sic voce locutus:
Condamus hominem proprium, nostræque figuræ
Pessimilem, atque auram vitalem demus habere.
Cui vel mortali totus famulabitur orbis,
Et fido ex terra nos omnia subiiciemus.
Hæc tu mente tua sic verbo fatus, & ecce
Omnia facta: tibi parent elementa iubenti
Omnia protinus, & rerum natura perennis
Est cum figmento mortali condita ritè,
Cælum, aer, ignis, tellus, fluctusque marini,
Sol, luna, astrorumque chorus, montesque, diæque,
Nox, flatus, somnus, vigilantia, visque volendi,
Vita, intellectus, voces, & robur, & artes,
Atque immanis volucrum genus, atque natantū,
Manu ferum, bigenus, serpentumque, ancipitumque:
Omnia namque tibi certo ordine disposuisti,

Homines creatio.

Temporibusque petit postremis terram. *
A Et breuis egressus Maria: de virginis aluo
Exorta est noua lux *
E cælo veniens mortales induit artus.
Ac primum corpus Gabriel ostendit honestum
Nuncius, hinc tali affatur sermone puellam:
Accipe virgo Deum gremio intemerata pudico.
Sic ait: ast illam cælestis gratia molli
Leniit afflatu, tum virginitatis amatrix
Perpetuæ, magno subito correpta stupore,
Atque metu, trepida pressit formidine mentem,
Ignotis verbis commoto corde tremiscens.
Hinc vt lætificis mens est recreata loquclis,
Erubuit malas ridens puerile venustas,
B Læticia, dulcique animura demulsa pudore.
Tunc ad se rediit, verbumque volauit in aluum,
Idque suo factum atque animatum tempore corpus
Mortali facie cretum est, puer inde creatus
Virgineo partu, mira est mortalibus hæc res:
Sed res nulla Deo patri natoque stupenda.
Hoc puero nato properauit gaudia tellus,
Cælestis risit sedes, & gestiit orbis:
Diuinamque Magi stellam coluere recentem,
Monstratūque Dei præcepta sequentibus infans
Est in præsepi, quem fascia circum, estque
Dicta Logi Bethlem diuino patris nutu
Captarum atque ouium custodibus, atque bubulcis.
C * Et tumidos fastus animis odisse modestis,
Atque alios prorsum ceu semet amare, Deumque
Diligere ex animo cum religione colendo.
Nos igitur sancta Christi de stirpe creati
Cælesti, nomen retinemus proximitatis,
Lætitiæ memorem seruantes religionem.
Versus quidam Sibyllini à Lactantio citati Lib. 7. cap. 19. qui neque in Theophilo, neque in his libris extant.
Cum venerit ille,
Ignis erit tenebræ mediæ caligine noctis,
Audite o homines, rex imperat ille perennis.
Omnia sed feret hæc tellus sacra sola piorum
D Ex petra mellis latices, lactisque, perennes
Fontes, vnde bibant iustique scatebunt.
Atque Deum regem cunctorum progenitorem:
Quem tremat & tellus, cælum, pelagusque profun-
dum,
Tartareique sinus, atque ipsi dæmones horrent.
EXTANT ETIAM APVD EVN- dem Lactantium quadam Græca Apollinis oracula, quæ nobis, interpretari, & huc addere visum est. Igitur in prim. primi libri cap. 7. sic ait: Apollo quærenti cuidam, quis esset, aut quid esset omnino Deus? respondit vngenti & vno versibus, quorum hoc principium est:
E X sese constans, sine matre, à nemine doctus,
Immotus, nomen quod verbis dicere non est,
In flammis habitans: hoc scilicet est Deus, at nos
Eius parua sumus Genij pars
Item lib. quarto. cap. 13. de Christo loquens, inquit: Propterea Milesius Apollo consultus, virumne Deus an homo fuerit, hoc modo respondit:
Corpore mortalis, sapiens per facta stupenda:
Iudicibus sedenim Chaldæis captus, & armis,
Clauis & palo sinem tolerauit acerbum.

Gabriel.

Matth. 2.

Luc. 2.

De ira Dei cap. 23.

Christi passio.

Dorothei sacrarum linguarum cognitio. Et lib. septimi cap. 13. Polites quidam consuluit Apollinem Miletium...

Donec corporis Animus connexibus haeret,

DOROTHEI EPISCOPI TYRI, QVI SVB CONSTANTINO MAGNO VIXIT, DE VITA

AC MORTE PROPHETARVM, ET APOSTOLORVM, Synopsis.

DE S. DOROTHEO EPISCOPO ET MARTYRE.

Elebris hic vir, variis cum latinis tum Graecis post se lucubraciones reliquit. Nam vtriusque linguae peritus...

IC duodecim Prophetarum primus habetur. Divina dignatione de Domino Christo ad hunc modum loquutus est.

IC duodecim Prophetarum primus habetur. Divina dignatione de Domino Christo ad hunc modum loquutus est. Quando in tribulatione erunt...

IC Amos alter Propheta est. Et ipse dignatione divina accepit, vt de aduentu Domini Christi hoc modo loquutus sit.

A Cedit mortali patiens humana dolori. Sed cum mortali compage solutus, abiuit Corpore confecto, tum totus in aethera fertur...

Christi vaticinatur. Prophecia tota periphraetica. Spes datur desertoribus...

Nomen meum, dicit Dominus faciens ista. Huius oraculi meminit Iacobus in Actis Apostolorum.

IC tertius est, qui & ipse diuino munere accepit, vt de aduentu Domini Christi loquutus sit, dicens. Et tu Bethleem domus Ephrata...

IC quartus est. Datum est etiam isti de mysterio Domini Christi vaticinari: Nam sic dicit: Et erit post haec, vt effundam de spiritu meo super omnem carnem...

Ruben, vbi & mortuus ac sepultus est in pace.

ABDIAS.

Hic quintus est. Dedit & huic Dei gratia, vt de mysterio Christi loqueretur. Nam sic dicit: Quapropter prope est dies Domini super omnes gentes.

Sextus hic est, qui non verbis sed re ipsa ac typo, resurrectionem Christi praenunciavit. Dicit enim Dominus: Sicut Ionas mansit in ventre Ceti tres dies ac tres noctes...

Ionas ab Holia sustinatus. Sepultura propheta. Quale fuit de resurrectione Domini iudicium.

Patria & genus Naum. Tempus praedicationis prophetae. Nimia inuentus. Mors & sepultura eius.

IC septimus hic est, dignus & ipse habitus, qui de resurrectione Domini Christi vaticinaretur. Dicit enim: Celebra Iuda festiuitates tuas, redde Domino vota tua...

IC octauus est. Accepit & ipse diuino munere vt de resurrectione Christi vaticinaretur, ad hunc modum loquutus: Videte contemptores, aspiceite & admiramini...

Ambacum erat de tribu Simee, ex agro Bichinchar. Captiua nem vrbs Hierusalem ante captiuitate vidit & vehementer luxit. Et cum ascenderet Nabuchodonosor, in Ostraciam aufragit & factus est incola in terra Ismaelitarum.

IX. hic est, dignus & ipse habitus qui prophetae de Domino Iesu Christo. Nam ita loquitur: Manifestabitur super eos Dominus, & exterminabit omnes Gentium Deos de terra...

IC decimus est. Datum & ipsi est, vt de Domino Christo vaticinaretur, ac sub persona Zorobabelis Domino Christo copetentia diceret, vt pote: Ponam te signaculum...

IC XI. hic est. Et iste diuinitus accepit, vt de aduentu Christi praediceret. Dicit enim: Gaude vehementer filia Sion, praedica filia Hierusalem. Ecce Rex tuus venit iustus & saluator...

IC duodecimus est, cui etiam datum est vt de iis quae dispensationem Domini Iesu Christi concernunt, vaticinaretur. Etenim & ipse sic dicit: Propterea ab oriente ad occasum usque...

De Spuma dexteras dorothei, a Diocletiano & Licinio in exilium ab eius est. Renocatur in rivi afflu ab exilio.

De Spuma dexteras dorothei, a Diocletiano & Licinio in exilium ab eius est. Renocatur in rivi afflu ab exilio.

De Spuma dexteras dorothei, a Diocletiano & Licinio in exilium ab eius est. Renocatur in rivi afflu ab exilio.

De Spuma dexteras dorothei, a Diocletiano & Licinio in exilium ab eius est. Renocatur in rivi afflu ab exilio.

De Spuma dexteras dorothei, a Diocletiano & Licinio in exilium ab eius est. Renocatur in rivi afflu ab exilio.

Christi vaticinatur. Prophecia tota periphraetica. Spes datur desertoribus...

Desolatio Hierusalem praedicta.

Desolatio Hierusalem praedicta.

Desolatio Hierusalem praedicta.

Desolatio Hierusalem praedicta.

Desolatio Hierusalem praedicta.

Desolatio Hierusalem praedicta.

Desolatio Hierusalem praedicta.

Oraculi in
ius accom-
modatio
per Chri-
stum.

Malachia
vita quomo-
do incepta
et continua-
ta.
Etymolo-
gia Mala-
chie.
Cur Ange-
lus Domini
reputatus
fuerit. mor-
tus est in
adolescentia.
Omnes pro-
phete de
promissioni-
bus Dei lo-
quuti sunt.

Autiori-
tate Dei
omnes co-
scripsit.

Scribendo
predicabat
qua ventu-
ra erant in
pauisidionem
peccatoris.

Impotens. Et iterum dicit: Ecce ego mittam Angelum meum ante faciem tuam. Et hoc oraculum Dominus de se & Joanne Baptista usurpauit. Iterum idem Propheta dicit: Et orientur vobis timidi nomen meum: Sol iustitiae & sanitas in alis eius, & exibiris & exiltis sicut vituli in vinculis relaxati, & cœculabit iniquos: propterea erunt cinis sub pedibus vestris, in die quam ego constitutum dicit Dominus omnipotens. Et ecce ego mitto vobis Eliam Thesbitem, antequam veniat dies Domini magnus & illustris. Quemadmodum de Joanne Dominus ad Iudæos dixit: Si volueritis re capere, ipse est Elias qui venturus est. Hic Malachias post reditum populi à Babylone nascitur in Supha, & cum adhuc adolescens esset, vel alimoniam nutricem habuit admirabilem, & vitam honestam. Et quoniam vniuersum illum populum velut sanctum ac mansuetum venerabat, vocarunt eum Malachiam, quod idem est, si interpretetur, atque Angelus. Erat enim & specie corporis elegantis, imò quæcunque in Propheta dixit, eo ipse die secundo visus est Angelus Domini, sicut factum est in diebus, quibus nullus erat princeps, vt scriptum est in libro Iudicum. Mortuus est autem, cum adhuc adolescens esset, & appositus patribus in agro ipsius. Hi sunt 12. Prophetæ, vno libro comprehensi, consequenter narrabimus & de quatuor magnis quorum quisque proprium habet volumen. Insuper & de reliquis illustribus Prophetis dicemus, quorum nulla scripta circumferuntur, vbi primum illa viderimus. Omnes quidem Prophetæ vaticinati sunt ad Iudæos, admonueruntque eos de promissionibus Dei, quos patribus fecit, quibus videlicet vniuersas Gentes benedicturum se in semine Abraham per futuram Domini Iesu Christi dispensationem, pollicitus est, deinde quomodo eos paulo ante exseruitur Aegyptiaca cum brachio excelso redemerit, ac terram promissionis de derit, denique quomodo à Nabuchodonosore captiuus in Babylone abducendi cœsens, & inde cum gloria rediturus. Adhuc quod & ab Antiocho & Gentibus circumquaque finitimis addigendi, & tamen ibi quoque diuina freti potentia superaturi essent. Et postremo, quod tunc ad salutem totius mundi secundum præcedentes promissiones venturus esset, qui ex semine Abraham promissus expectabatur. Et hoc commune fuit omnium Prophetarum institutum. E quibus nonnulli libros sibi conscripserunt, vt prope Dauid, qui sibi psalmodium librum congescit. Et Daniel qui iustus est in captiuitate literis mandare, quæ per visiones reuelata accepit. Et quidam alij. Reliqui non ipsi prophetias suas, sed scribæ qui in templo erant, cuiusque Prophetæ sermonem veluti cum diernum suppuratione conscripserunt. Et quando Propheta quispian à Deo mittebatur, vt vel de Hierusalem, quod in captiuitatem esset abduccenda, vel de Samaria, aut aliis locis, vel de reditu, vel de Antiocho, vel de gentibus finitimis, aut de ipso Domino Christo prædicaret, singulis diebus vaticinabatur, & scribebatur id quod Propheta singulis sermonibus prædicabat. Prædicabat autem de re quapiam certa, & cum alio tempore rursus de alia prædicabat, iterum scribebatur, & quæ dicta erant certis capitibus initio præsignatis subiciebatur, atque hoc modo iustis & interger liber ex variis sermonibus Prophetæ illius componebatur. Hinc est, quod in Prophetarum libris inuenitur principio notatum caput, & adaptatum vel ad captiuitatem Babylonicam, vel ad reditum ex illa, deinde mox aliud caput, vel de Christo, vel de materia quapiam alia, & consertim rursus aliud de alia causa, & iterum statim aliud de causa priore. Erunt vno verbo dicam nisi considerat quis legat, reperiet ista consulse posita. Non autem prophetica tantum, sed & regnorum libros ad hunc modum in templo per partes scripserunt. Vtpote temporibus Saulis quæ vsque ad regnū illius gesta fuerant, & tempore Dauidis, quæ sub Saulè vsque ad ipsū Dauidè contigerat, atque hoc pacto quæ sub vnoquoque Rege acta fuerūt, singula sua suis temporibus scripserunt, quemadmodū & Paralipomena in Regū Chronicis congesita sunt. Pétateuchon verò, Moyses conscripsit, historiam videlicet eorū & quæ ante ipsum, & quæ sub ipso gesta sunt, & quæ post ipsum futura erāt. Iesus Nane suum ipse librum composuit. Iudicium libri & ipsi in templo, videlicet, in tabernaculo scripti sunt. Similiter & Ruth, Salomō sua ipse conscripsit, Prouerbia, Canticu Canticorū & Ecclesiasten. Cū enim sapientia gratia à Deo accepisset, cunctos admonuit, vt in hac vita sapienter conuersaretur. Prophetia verò donum non accepit. Iam enim antea recensuimus eos, qui diuino munere acceperunt, vt de Christo vaticinarentur. Iam deinceps etiā de quatuor aliis Prophetis cōmemorabimus, quæ illi quoque de dispensatione Domini Iesu Christi vaticinari meruerunt, ad quæ vniuersus diuina scriptura ornatus, & cōcinnata structura proficit. Et principio proferatur primus ex illis, marginoquentissimus Elias, cui datū est, vt & typo & sermone videret ac vaticinaretur de Christi mysterio.

præuidit, quando dominū vidit in throno sublimi & exaltato sedente, vbi & Seraphim, inquit, stabāt in circuitu illius, & sex alæ vnū, & sex alæ alteri quibus sese velabant, & clamabant alter ad alterū, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria eius. Interea missus est vnus ex Seraphim, is carbone quē forcipe de altari accepit, tetigit labia eius dicens: Hoc auferet peccata tua. Ita manifestè per ostensam visionē, hymnū ac typum instructus: est vt Christi mysterium præsignaret. Rursus & id munus accepit, vt sermone quoque de mysterio Christi vaticinaretur, dicens: Sicut omnis ad maclationē ductus est, & sicut agnus corā tonitru se, obmutuit. Hoc oraculum cum Aethiops Eunuchus legeret, Philippū rogabat, vt exponeret, qui & ciuilitate ac verissime illa de domino Christo à propheta dicit exposuit. Rursus dicit: Homo in plaga cōstitutus, & sciēs ferre languorē. Et iterū: Iniquitatē non fecit, neque dolus inuētus est in ore eius. Et Dominus vult eū mundare à plaga & illi lucē ostendere. Itē: Sic dicit Dominus, Ecce ego ponā in fundamentis Sion lapidē preciosum, electū, angularem, & honorificū, in fundamenta eius. Et qui crediderit in illū, non pudebit. Iterū, Spiritus Domini supra me, propterea vnxit me, &c. Hoc cū Dominus in Synagoga Sabbathis legisset, dixit: Amen dico vobis, Hodie impleta est scriptura ista in auribus vestris. Elias iste hierosolymitanus erat, mortuus est autē Hierosolymis sub rege Manassē, sectus in duas partes, conditusque sub quercu quæ est prope fontē Rogel, iuxta transtrū aquarū, quās Ezechias rex puluere obstruxerat. Et monumentū Siloā Deus per hunc prophetā operatus est. Nā cū spiritus eius antequā moreretur, deficeret, aquæ potū petit, qui & consertim ei ex hoc torrente missus est. Quapropter etiā Siloam vocatus est, quod missum sonat, si interpretetur. Et sub Ezechia, antequā is lacus & Colymbethras faceret per orationē Elaiæ modicū aquæ emanauit. Nā erat populus in cœpistibus Moabitariū alienigenarū. Et ne ciuitas periret, tanquā aqua destituta. (Sciuitur nāque fuerat hostes, vnde biberent, & vrbē aggere cinā, torrentē Siloā obidebant) quando orabant cū Elaiā Iudæi, egrediebatur aqua. Propterea etiam in hodiernū vsque diē continuo promanat, vt ostendat magnū hoc mysterium. Et quoniam per Elaiā fuerat hoc factū, memoriam gratia populus Iudæorū prope Siloā illum accuratē & cū honore sepeluerunt, vt per sanctas illius preces, etiam post mortem eius consimili modo aquæ huius beneficium frui liceret. Erat enim illi oraculum etiam datum vt hoc ita faceret. Est autem sepulchrum eius vicinū sepulcræ Regū, retro sepulcrū Iudæorū, Austrum versus. Salomon enim sepulcrum Dauidis constituit, ad Orientē montis Sion dispositam, & ingressum habentem ab ea parte qua venit ad Gabao, ab vrbe stadiū viginti. Fecit autem eam obliquā, & ita compositā vt nullā de se suspitionē obuiaret. Et introitus in hunc vsque diē multum Sacerdotibus & vniuerso populo ignotus est. Habuit ibi rege Salomon aurū ex Aethiopia reconditum, & aromata. Et quoniam Ezechias ostendit & contaminauit ossa patrū ipsius, propterea afluerauit illi Dens, futurum, vt semen eius seruiat hostibus eius, fecitque illum sterilē ab eo diē, ac infœcundū.

Genus I-
sac & scri-
ptionis qua-
litas mani-
festatur.

Mirabilis
preuisio de
passione
Domini.

Quos vide
licet san-
cti vni-
ueri ad Deū
offuderat.

Jeremias
vndit
Christi me-
minit.

Testamētū
nouū prædi-
cāto.

Jeremie na-
tale solum.

Cur virgi-
nem in le-
gitimo in
fante in
presepio
adorant.

Eier. 3.
2. Mac. 2.

Comun-
itio eius
cū Moysi
& Aa-
rone.

Quid Pro-
phetando
tractarit
Ezechiel.
Natiuitas
& genu-
s eius.

Cur inter-
fectus fuit
regē
Israel.

In spelun-
ca duplici
sepulchro
Gen. 23.
et 25.

goni & Ptolemæi viris iam grandævus audiuimus, quod Alexander Rex Macedonum cum ad eum Prophetæ locum venisset, misteriaque illius cognouisset, reliquias illius in Alexandriam transfulerit, & cum gloria circumquaque ornatas collocarit, atque ita genus aspidum ab ea terra & ipso quoque flumine similiter prohibitum sit, & serpentes hoc pacto reiecti, quos Argolæ vocat, hoc est, lacertas, ex Argo Peloponensiaco allatas, vnde & Argolæ vocatur populi isti, id est, dextris ignaui, loquela verò sunt delicata, & profus sinistra. Jeremias iste signū dedit Sacerdotibus Aegyptiacis, seruat oportet simulacra eorū cœcuti & decidere per Seruatoreū puerū ex virgine nasciturū, & in præsepio iaciturum. Propterea etiā virginē in lecto, & infantē in præsepio collocat & adorat. Et cū causam olim Ptolemæus Rex percontaretur, respondit, mysteriū esse ipsi à maioribus traditū, quod illi à sancto propheta accepierint. Hic propheta antequā caperetur templū, arcā legalem & quæ in illa erant abripiuit, & in petram quandam abdi fecit, dixitque adstantibus, Profectus est Dominus Sinai in cœlū. Et iterum, Veniet legislator ex Sion cum potentia, & signū aduersus ipsius erit vobis quando vniuersæ Gentes lignum adorabūt. Dixit etiam, arcā illam nemō eripiet, præter Aaronem, & tabulas in illa reconditas nemo introrspiciet sine Sacerdotū siue Prophetarū, præter Moysen electū Dei. Et in die resurrectionis arca primū resurget, & ex petra prodebit, poneturque in montē Sina, & cœgregabuntur ad eam omnes sancti expectantes Domini, & fugantes inimicū, occident eum venientem ad hanc petram. Ob signauit autem eam digito, per nomē Dei, & facta est figura instar sculpturæ ferri, & nubes lucida obtexit nomen dei, nec quispiam locū hunc cognouit, neque ob signationē legere potest in hodiernū vsque diē, & ad consummationē vsque. Est autē petra in solitudine, vbi & primū fabricata est arca, inter duos montes, in quibus sepulti iacent Moyses & Aaron. Et noctu nubes veluti ignis locū hunc obtregit, iuxta quod olim factum est. Nunquā enim deesse potest gloria dei ad nomine Dei. Propterea gratia Jeremias dedit Deo, vt sine mysterio suo ipse faceret, hieretique cōfōrs moysi & Aaronis, qui & vnā coniuncti sunt adhuc vsque diem. Nam & Jeremias Sacerdotali semine prognatus est.

Ezechiel, qui etiam in Babylone Prophetauit, & ipse à Deo accepit, vt de Christi dispensatione vaticinaretur. Dicit enim: Et eripiam eos ex omnibus iniquitatibus eorū, & mundabo eos, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum. Et seruus meus Dauid, princeps in medio eorū, & pastor omnium vnus crit. Nam in præceptis meis ambulabunt. Et iterū: Et dixit ad me, Aqua ista egreditur in mare Orientale, & descendit in Arabiā, & venit ad mare, ad aquam Emanationis & sanabit aquas. Et erit vt omnis anima animantium feruidorum, & ad quæcunque venerit hic fluiuis, viuant. Ezechiel iste prognatus est ex terra Sarira, dæorum in captiuitate, postquam multa fuerat vaticinatus eis qui Iudæā inhabitabant. Occidit verò eum princeps populi Israel, reprehensus ab eo propter simulachrorū cultum, & sepeluit eū populus in agro mauri in sepulchro Seth & Arphaxad patrū Abraham. Est autem sepulchrum illud spelunca duplex. Nam Abraham sepulchro est ham in Chebron ad similitudinem eius, Sarē sepulchrā Gen. 23. fecit. Dicitur autē duplex, propterea quod flexuosa est & abdita, supra planū ac tellurē adita, & in petra qua-

dam suspensa. Hic Propheta, portentum dedit populo, vt animaduertent, quando fluiuis Chobar deficeret, tum scirent falsè venire vastationis, vsque ad fines terræ, & quando inuadaret ciuitatē Hierusalē, tum instare reditum. Erant enim ad fluiuis illum habitabat sanctus Propheta, & multi ad eum congregabatur. Contigit autem, vt cum multitudo populi apud eum esset, Hebræos formidarent Chaldæi, ne turbarent eos, & cum irruerent in eos occidendi gratia, effugiat Propheta, vt aqua fluminis diuisa, locum daret in vltiorem ripā transfugiendi, & qui ex Chaldæis andebant fugientes insequi, submergerentur. Idem Propheta abunde populo piscium escam sua sponte per preces ad Deū destinatas exhibuit, & cum multi ex ipsis deficerent, vitā illis à Deo reddi orauit. Cum populus perderetur, editis signis cōpescerat hostes, cœlitus perculso. Cū diceret Israel, peritū spes nostra, persuasit illis etiā portentis offium mortuorum, quod adhuc reliqua esset spes israel, & in præsentiarum & in futurum. Indicabat hic Propheta israel, & ostendebat quid cū Hierosolymis tūm in templo ageretur. Rapiebatur è loco supra dicto, veniebatque Hierosolymā eadem hora, ad redargutionem eorū qui Deo non credebant. Vidit hic Propheta, quemadmodum ante eum & Moyses, typū Templi, parietē & quæ circa illum, & portam, per quā Dominus ingressurus esset & egressurus, & quod porta illa clausa esset fumra, quodque in Dominum speraturæ essent omnes gentes. Iudicauit in Babylone tribum Dan & Gad. Quoniam impie egerant aduersus domi- num, persequenti eos qui legem obseruabant. Deditque illis portentum magnum: Nam serpentes denotarunt infantes eorum, & quæcunque iumenta habebant, propter impietatem eorum. Prædicauit etiam, quod propter ipsos populus non reuertetur ad terrā suam, sed in Media mansurus esset, vsque ad consummationem erroris eorum. Et ex his etiam erat, qui prophetā hunc occidit.

DANIEL. Et hic Daniel in Babylone prophetauit, dignus & ipse habitus qui de Domino Christo vaticinaretur. Sci- pi responderet tibi, & ab eo quod edificabitur Hierusalem, vsque ad Christum ducē, hebdomades erunt 7. & hebdomades 62. & quæ sequuntur. Item alio loco, abscissus est lapis sine manibus & percussit imaginem, & factus est lapis ille in montem magnum, impleuitque terram. Rursus, Et ecce in nubibus cœli veniebat filius hominis, & vsque ad antiquum dierū peruenit. Et datus illi honor & potentia. Et quæ ibi reliqua dicta sunt. Erat hic Daniel ex tribu Iuda, ex illis, qui de Regia administratione præcipui & eminentes erant: verum cum adhuc paruulus esset, in captiuitatem è Iudæa in terram Chaldæorum adductus est, fuit autē in Bethoron superiore, & vir castus, ita vt videretur Iudæis spado. Plurimum luxit populi gratia, & propter ciuitatem Hierusalem. Ieiunius ic, & abstinentia ab omni delicato cibo, imbecillē reddidit, terræ fructibus vescens. Aspectu aridus erat, & tenui corpore, gratia verò altissimi pinguis & obesus. Multū hic Propheta orauit pro rege Nabuchodonosore, obsecrante illū Balthasaro filio Regis, cum in bestia & iumentū mutatus esset, ne perderetur. Erat enim anterioribus membris & capite similis boui, pedes cū posterioribus referabāt r. consensu sancto isti viro, de mysterio hæc facta est reuelatio, quod Rex iste propter irrationalē voluntatē, & durā ceruicē in iumentū mutatus esset, nempe, quod bouis instar subiugale iumentū futurus esset Belsi, leo verò, propter

Suos in bello con-
solatur.

Scelerato-
rum impa-
tientiā:
multis fuit
diuinitus
captiuita-
erroris eorum. Et ex his etiam erat, qui prophetā hunc occidit.

Principiū
Propheti-
e Danielis.
Casam
cognomē
secundum
ras.

Ieiunius
macer-
atur.

Metamor-
phosis re-
gis Nabu-
chodonasor.

Orationes prophetae ad Deum pro rege.

Miserabilis status eiusdem regis.

Mutatio temporis penitentia.

Elias primus ostendit viam in caelum. Elias mortalis cum immortalibus. 4. Reg. 2.

rapacitate, tyrannide & feritate ingenij. Huiusmodi mores sunt potestatibus in iuuetute constitutis, tandē verò in feras mutantur, rapientes, occidentes, tyrannide exercentes, & impie agentes, & horum mercede à iusto iudice recipiētes. Cognouit per Deū sanctū hic vir, quod instar bouis comederet fœmā, qd illi pro humano cibo fuit. Quapropter & Nabuchodonosor, post cibi huius concoctionē, cordis humani sensu recepto, fleuit, orauitque dominū totam noctē & diē, quadagesies illum precatus. Et cū ad se rediisset, oblitus erat quod homo factus esset. Sublatus erat linguē vsus ne loqueretur, & cū intellexisset cōfestim lachrymatus est. Oculi illius erant inter plorandū sicut caro emortua. Multi enim ciuitatē egressi viderant illum. Solus Daniel nolebat eū videre. Nā toto mutationis illius tēpore, precationi pro eo instabat. Dicebat enim, Homo denuo futurus est, tunc illum videbo. Non credebant autem ei. Daniel igitur precando ad altissimum effecit, vt septem anni, quos septem tempora vocauerat, mutarentur in septem mēses, & mysterium septē temporū in illo consummaretur. Septem nāque mensū spacio sibi ipsi restitutus, sex annos qui desiderabantur & menses quinque coram Domino prostratus fuit, impietatem suam & omnem iniquitatem confessus. Et cū peccatorū suorum remissionem adeptus esset, dedit prophetā regnū suum, & nec panem nec carnē comedit nec vinū bibit, Domino cōfessus. Nā hoc illi Daniel praeceperat, vt leguminibus & herbis vescens, Dominū placaret. Quapropter Balthazarem eum vocauit. Volebat enim cum cohæredē constituere filiorū suorū. Sed vir sanctus dicebat. Propitius sis mihi Domine, ne desera hæreditatē patrum meorum, & adhæream hæreditati incircūcisorum. Aedit autē & aliis Persarū Regibus multa portenta q̄a scripta non sunt. Mortuus est verò Daniel in terra Chaldaeorū, & in sepulchro Regio solus cū honore sepultus. Portentū etiam assignauit in montibus supra Babylonē iacentibus, videlicet quod vêturus esset finis Babylonis, quando illi ab Aquilone fumigaretur. Quando verò igne comburentur, finis ē vicinō esset totius terræ. Si verò in morbo defluerēt aquæ, futurū esset vt populus reuerteretur in terram suā: si flueret sanguis, cædes futura esset in omni terra. Obdormiuit itaque in pace vir Dei sanctus. Hactenus de Prophetis qui libros conscripserunt, iā consequenter & de illis dicēdū est, quorū nulli libri circūferuntur. **E L I A S.** Hic Elias primus ex hominibus est, qui hominibus cursum ad cælos submōstrauit: primus ex hominibus, vñ Angelorū & hominū viam ostēdit. Qui terræ fuerat sortitus domicilium, cælū quoque subito penetravit: qui mortalis factus erat, cum immortalibus cōuersatur: qui humi incedebat, instar spiritūs, cū Angelis in cælis agit: qui cū Melote: Eliseo discipulo suo duplicia charismata tradidit, qui cū diu viuat homo, senectutis tamē expers est: qui cōtra: Antichristū dux belli seruatur, qui sese illi opponet, & seductionē illius ac superbiā redarguet, qui cūctos mortales ex illius seductione ad Deū in cōsummatione seculi cōuerteret, q̄ id à deo accepit, vt secūdi & illustri Domini aduētus præcursor futurus sit, qui cū mediocritati seruiert, cū Angelis cōuersatur. Hic ex Arabia erat Thesbites, de tribu Aaronis, habitās in Galaad. Nā Thesbis dom⁹ erat Sacerdorum. Cum nasciturus esset, pater eius Sabacha vidit illū ab Angelis albicantibus salutari, & igne tanquā facti in uolui, & flāma ignis veluti cibo ali: & Hierosolymā profectus, rem istam indicauit, dictūque illi est ex oraculo, ne timeret: fore enim vt puer nasciturus in

luce habitaret, & quæ diceret, firmā sententiā haberet, iudicaretque Israēlē in gladio & igni. **E L I S A E V S.** Hic erat ex Abelbuel, terra Rubē. Et illi gratia factū est portētū. Cū enim nat⁹ esset in Galgalis, damalis aurea adeo exclamauit acute, vt Hierosolymis audita sit, dixeritq; propheta quisquā: Nat⁹ est Hierosolymis propheta, qui sculptilia & cōstatilia illorū deturbabit. Mortuus autē, sepultus est in Samaria. **Z A C H A R I A S.** Hic Zacharias, Falcifer, filius Ioadae Sacerdotis fuit, Hierosolymitan⁹. Occidit eū Ioa Rex Iuda, prope altare, & sanguinē illi⁹ effudit domus Dauid, sub Elā. Sacerdotes verò acceptū cū patre ipsi⁹ sepelierūt. **N A T A N.** Hic erat ex Gabaō, sub Rege Dauidē. Ipse Regē hūc docuerat legē Dñi. Et vidit, q̄ cum Bersabea trāsgressur⁹ esset. Cū autē pperaret vt Regē præmoneret, impediuit eū Belial. Nā inter eundū, hominis occisi nudū cadauer iuxta viā collocatū reperit, cuius ibi gratia ali quando hæsīt. Mortuus hic est & sepultus in terra sua in Gabaon. **A C H I A S.** Iste erat ex Silo, vbi olim erat tabernaculū, è ciuitate Eli. Mortuus est ac sepultus prope quercū Silo. Idem etiam Adonias vocatur. **I O A T H.** Hic erat ex terra Samariæ. Percussit eū Leo & mortuus est, ac sepultus in Bethel, iuxta pseudopphetam, à quo fuerat seductus. **A Z A R I A S.** Hic ex terra Synatha erat, & auertit ex Israēl captiuitatē Iudæ. Mortu⁹ est ac sepul⁹ in agro suo. Iephtha verò, & Dauid & Samuel, quisque in sua ipsius ciuitate mortuus ac sepultus est. **D E X I I. A P O S T O L I S.** **S I M O N P E T R V S.** Pet⁹ Prim⁹ est Simō Petrus Apostolorū coryphæus. Hic vt Epistolis suis innuere videtur, Euangeliū Domini Iesu Christi in Pōto, Galatia, Cappadocia, nithynia, vbi prædicauit & tandē Romæ prædicauit, vbi & postea sub Nerone rege, capite ad terrā versō (nā ad hūc modū ipse pati volebat) tertio Calēdas Iulij crucifix⁹, ibique sepultus est. **A N D R E A S.** Andreas frater Simonis Petri, sicuti maiores nostri tradiderunt, Scythis, & Sogdianis & Sacis, & in Sebastopoli interiore, vbi Aethiopes agrestes habitāt, Euangeliū Domini Iesu Christi prædicauit. Sepultus est autē Achaig Patris ciuitate Achaia, crucifixus ab Argea Rege Edes post mulienorum, **I A C O B V S Z E B E D A E I.** Iacob⁹, filius Zebedæi, piscator, 12. tribub⁹ in dispersione constitutis, Euangeliū Dñi Iesu Christi prædicauit. Occisus est autē gladio ab Herode Iudæorū terrarū cha, in Iudæa, vbi & sepultus est. **I O A N N E S.** Ioannes frater Iacobi, qui & Euāgelista Domini factus est, quem Dominus dilexit, euangeliū Domini Iesu Christi in Asia prædicauit. A Troiano verò in insulā Pathmō propter verbū Dñi, exilio damnatus est: vbi etiam sanctum Euangeliū suum cōscripsit, quod postea Ephesi per Gaium hospitem suum ac Diaconum addidit, cuius & Paulus Apostolus Romanis scribens testimonium dedit dicēs, Salutem vos Gaius hospes meus & totius Ecclesiæ. Post mortem verò Traiani reuerfus est ex insulā Pathmo, mansitque Ephesi, ac vixit annos 120. Quibus finitis seipsum ibi viuus adhuc, volēte Philippo Domino, sepeliuit. Sunt tamen qui dicunt eum nō sub Traiano in insulam Pathmon relegatū esse, sed sub Domitiano Vespasiani filio. **P H I L I P P V S.** Philippus ad ciuitate Betsaida, in Phrygia quidem Euangeliū Domini prædicauit, Hierapoli verò cum filiiabus suis honorificē sepultus est. **B A R T H O L O M A E V S.** Bartholomæus

Bartholomæus Indis quos Felices nominant, Euangeliū Domini nostri Iesu Christi prædicauit, & Matthei Euangeliū illis tradidit. Obdormiuit autem & sepultus est in Albania, magnæ Armeniæ ciuitate. **T H O M A S.** Thomas, quemadmodum traditio habet, Parthis, Medis, ac Persis Euangeliū Domini nostri Iesu Christi prædicauit. Prædicauit etiam Germanis, Hircanis, Bactris & Magis. Obdormiuit autem Calamine ciuitate India, Calamo quem lanceam vocant occisus, vbi & honorificē sepultus est. **M A T H A E V S.** Mathæus Euāgelista, Euangeliū Domini nostri Iesu Christi Hebraica dialecto conscripsit, ac Iacobo fratri Domini secundum carnem, Hierosolymorum Episcopo, tradidit. Obiit autem Hierapoli Parthiæ, vbi & cum honore sepultus est. **S I M O N Z E L O T E V.** Simon Zelotes peragrata Mauritania & Aphrorū regione, Christum prædicauit. Tandē in Britannia crucifixus, occisus ac sepultus est. **I V D A S I A C O B I.** Iudas Iacobi, qui & Thaddæus, item Lebæus, Edesensis & vniuersæ Mesopotamiæ Euangeliū Domini prædicauit. Sub Augaro verò Edesensium Rege in Beryto occisus, & cum honore sepultus est. **S I M O N I V D A S.** Simō, Iudas cognominatus, qui & post Iacobū Hierosolymorū Episcopus factus est (arbitror eū esse Iacobū de loco ac Alphæi) Sub Traiano Rege cruci alligatus, occisus est in Ostracina ciuitate Aegypti Caesariæ, cum annos vixisset 102. **M A T H I A S.** Mathias cū esset vnus ex 70. discipulis, postea vnde ad Apostolis, duodecimus, loco Iudæ proditoris annumeratus est. Hic in interiore Aethiopia vbi Hyllus maris portus, & Phasis fluius est, hominibus barbaris prædicauit & carnioris prædicauit Euangeliū. Mortuus est autē in Sebastopoli, ibique prope templum Solis sepultus. **P A V L V S.** Paul⁹ post assumptionē Dñi nostri Iesu Christi ab ipso vocatus, & Apostolorū catalogo accersitus, à Hierosolymis Euāgelij predicationē exorsus ad Illyricū vsq; Italiā & Hispanias prædicando progressus est. Huius Epistolæ omni sapiētia repletæ circūferuntur. Sub Nerone verò martyriū Romæ tertio Calēdas Iulij, capite plex⁹, tulit, ibique quemadmodum & Petrus Apostolorū primus, sepultus est. **M A R C V S E V A N G E L I S T A.** Marcus Euāgelista, & primus Alexandriæ Episcopus, Alexandrinis & cūctæ finitimæ regionis euāgelium domini, ab Aegypto Pétropolitim vsque prædicauit. Sub Traiani verò regno, in Alexandria, rudenti collo iniecta, à loco qui Bucolus dicitur, vsque ad eū qui Angelorū dicitur, trahens, ibique igni ab insanis simulacrorū cultoribus, mēse Aprilis cōbustus, & in Bucolo sepultus est. **L V C A S.** Lucas Euāgelista Antiochenus natiuitate, arte verò medicus, Euāgelium cōmissione Petri Apostoli, Acta verò Apostolorum committente Paulo conscripsit. Peregrinationis eū comes fuit Apostolis, maxime Paulo. Huius & Paulus mentionē fecit, alicubi scribēs. Salutem vos Lucas medicus dilectus in Domino. Ephesi verò mortu⁹ ac sepultus est, ac tandē vñ cū Andrea & Timotheo Apostolis, tēporibus Constantij Regis filij Cōstantini magni Cōstantinopolim trāsantij. **D E S E P T V A G I N T A D I S C I P V L I S.** **I A C O B V S F R A T E R D O M I N I.** Tom. 2.

S Y N O P S I S. **I A C O B V S F R A T E R D O M I N I** secundū carnē, qui & Iustus vocatur, & primus Hierosolymorū Episcopus cōstitutus est, lapidibus ibi à Iudæis adobrutus occubuit, atq; in tēplo prope altare sepultus est. **T I M O T H E V S.** Timotheus Ephesiorū Episcopus, à Paulo constitutus, Euangeliū Domini Iesu Christi Ephesi exorsus, Illyricū vsque, & in vniuersa Hellade prædicauit, vbi & mortuus & honorificē sepultus est. **T I T V S.** Titus Cretensium Episcopus, ipse Cretæ & circumiacentibus insulis Euangeliū Christi prædicauit, atq; ibi mortuus & cum gloria sepultus est. **B A R N A B A S.** Barnabas, cum Paulo verbi minister constitutus, primus Romæ Christum prædicauit, & postea Mediolanensium Episcopus factus est. **A N A N I A S.** Ananias, qui beatum Paulum baptizauit, Damascenorum Episcopus fuit. **S T E P H A N V S.** Stephanus primus martyr, vnus ex septem Diacōnis, Hierosolymis à Iudæis lapidatus, sicut Lucas in actis Apostolorum testatur, mortuus est. **P H I L I P P V S.** Philippus, qui & ipse vnus ex septem Diacōnis fuit, Simonem Magum & Eunuchū baptizauit, & in Trastelli Ciuitate Asiæ Episcopus factus est. **P R O C H O R V S.** Prochorus, vnus ex septem, Nicomediæ, ciuitate Bithiniæ, Episcopus fuit. **N I C A N O R.** Nicanor, & ipse vnus ex septem, eodem die cū Synodico suo ac protomartyre Stephano, & 2000. aliis in Christum sperantibus, mortuus est. **S I M O N.** Simon, ex septem diaconis & ipse vnus, Bostri Arabum Episcopus factus, à Gentibus combustus est. **N I C O L A V S.** Nicolaus, vnus ex septem fuit. Hic cum esset Sappriæ Episcopus factus, in alienam doctrinam lapsus, vñ cū Simone à fide defecit. **P A R M E N A S.** Parmenas ex septem diaconis vnus fuit. Hic in ipso Apostolorum conspectu diaconi officio fungēs, mortuus est. **C L E O P A S.** Cleopas, qui & Simon, consobrinnus Domini fuit. Hic cum vñ cum Luca proficisceretur, dominū post resurrectionem ex mortuis vidit, cūque illo loquutus est quemadmodum in euangeliō scribitur. Tandē alter hierosolymorum Episcopus factus est. **S I L A S.** Silas, verbi cum Paulo minister, Corinthiorum cōstitutus est Episcopus. **S I L V A N V S.** Siluanus, qui & ipse cū Paulo, verbo seruiuit: Thesalonicensium factus est Episcopus. **C R E S C E N S.** Crescens, cuius Apostolus Paulus in posteriore ad Timotheum meminit, Chalcedone, quæ in Galliis est, factus Episcopus, Euangeliū Christi prædicauit, & sub Traiano Rege martyrium ibidem sublit ac sepultus est. **E P A N E T V S.** Epānetus cuius Apostolus in Epistola ad Romanos mentionem facit, Episcopus Carthaginēsis factus est. **A N D R O N I C V S.** Andronicus, cuius etiā Apostolus in ea quæ ad Romanos est, recordatur: Pannoniæ factus est Episcopus. **A M P L I A S.** Amplias, de quo meminit etiam Apostolus ad Romanos, Episcopus Odiassæ ciuitatis factus est. **V R B A N V S.**

bi mor- cause legi- tims. dny hie li- Iacobus leg. frater Do- mini Lapi- dibus ob- ruitur. Timothe⁹ vauli di- scipulus multis in locis præ- dicat. Tis apud Cretens moritur. Barnabas cum Pau- lo prædi- cat Euā- gelium. Act. 8. Luc. 24.

Rom. 16. VRBANVS, cuius recordatur Apostolus ad Romanos, Macedoniae factus est Episcopus.
 STACHYS.
Ibid. STACHYS, qui & ipse ab Apostolo ad Rom. commemoratur, primus Byzantij episcopus ab Andrea Apostolo Argypoli Thraciae constitutus est.
 APPELLES.
Rom. 16. APPELLES, cuius etiam mentionem Apostolus ad Rom. facit, episcopus Smyrnae ante sanctum Polycarpum factus est.
 ARISTOBYLVVS.
 ARISTOBYLVVS & ipse ab Apostolo ad Romanos commemoratus, episcopus Britanniae factus est.
 NARCISVS.
Ibidem. NARCISVS, quem etiam ad Romanos commemorat Apostolus, episcopus Patrarum constitutus est.
 HERODION.
 HERODION, cuius, Apostolus eadem epistola meminit, & ipse Patrarum episcopus factus est.
 RVFVS.
Ibidem. RVFVS, quem & ipsum Apostolus cum aliis eadem epistola recenset, Thebarum episcopus est.
 ASYNCRITVS.
 ASYNCRITVS, & ipse ab Apostolo ad Romanos recensitus, Hircaniae factus est episcopus.
 PHLEGON.
Ibidem. PHLEGON, cuius etiam eadem epistola meminit Apostolus, episcopus Marathonensis constitutus est.
 HERMES.
 HERMES, quem idem Apostolus ad Romanos commemorat. Dalmatae episcopatum sortitus est.
 HERMAS.
 HERMAS, eadem ab Apostolo recensitus epistola, Philippis ciuitate factus est episcopus.
 PATROBAS.
Ibidem. Cuius etiam meminit Apostolus, episcopus Neapolit. constitutus est.
 AGABVS.
Act. 21. AGABVS, cuius in actis Apostolorum fit mentio, prophetico Charismate praeditus fuit.
 LINVS.
 ET huius meminit Apostolus. Primus post Petrum Coryphaeum Apostolorum, Romae fuit episcopus.
 GAIVS.
Rom. 16. Meminit etiam huius Apostolus. Ephesiorum episcopus post Timotheum factus est.
 PHILOLOGVS.
 Recordatur & huius Apostolus. Episcopus Sinopae ab Andrea constitutus est.
 OLYMPAS.
 MENTIONEM etiam istius alicubi facit Apostolus, Romae cum Petro Apostolorum Coryphaeo martyrium capite truncatus subiit.
 RODION.
 ET hic à Paulo commemoratus, Romae cum Petro & Olympa, capite & ipse truncatus mortuus est.
 IASON.
Rom. 16. HVIVS quoq; meminit Paulus. Tarsi factus est Episcopus.
 SOSIPATER.
 MEMINIT & huius Apostolus. Iconij factus est episcopus.
 LVCIVS.
 ISTE, cuius etiam recordatur Paulus, Laodiceae Syriae episcopus constitutus est.
 TERTIVS.
 HIC, qui & epistolam Pauli ad Rom. scripsit, alter factus est episcopus Iconij.

ERASTVS.
 MENTIONEM etiam istius in ea quae ad Romanos facta est, Paulus facit. Hierosolymitanae ecclesiae economus fuit. Postea Paneadis episcopatum sortitus est.
 PHIGELLVS.
 MEMINIT & huius Paulus, sed tanquam qui alienam doctrinam amplexus, & Simonem sequutus sit. episcopus Ephesiorum fuit.
 HERMOGENES.
 ET de isto mentionem facit Paulus, scribens, quod alienum dogma inuenerit. Megarensi factus est episcopus.
 DEMAS.
 DE isto quoque similiter Paulus scribit, quod defecerit. Na de his tribus in posteriore ad Thimotheum significat, quod Phigellus & Hermogenes alieno inducto dogmate, doctrinae suae restiterint: Demas vero, praesens hoc seculum amore complexus, sermonem Euangelicum reliquerit. Is & postea Simulachrorum sacerdos Thessalonicae factus est. De his & Iohannes Apostolus scripsit. Exierunt, inquit, ex nobis sed non erant ex nobis.
 QVARTVS.
 Recordatur & huius Paulus in ea quae ad Romanos Beryti factus est episcopus.
 APOLLOS.
 Huius recordatur Paulus in priore ad Corinth. Caesariae factus est episcopus.
 CEPHAS.
 HVC Apostolus Paulus, Antiochia redarguit: eiusdem cognominis cum Petro, episcopus Caniae factus est.
 SOSTHENES.
 Meminit & huius Paulus. Colophonias episcopus factus est.
 EPAPHRODITVS.
 De hoc quoq; meminit Paulus Adrianae episcopus fuit.
 CAESAR.
 ET huius recordatur Paulus, Dyrrachij fuit episcopus.
 MARCVS.
 HIC confobrinus Barnabae fuit, cuius etiam Paulus mentionem facit. Episcopus Apolloniadis fuit.
 IOSEPH.
 IOSEPH, qui & iustus dicitur, & Barfabas, cuius Lucas in Actis Apostolorum meminit, quod in forte cum Matthia coniunctus fuerit, Eleutheropolis episcopus factus est.
 ARTEMAS.
 Recordatur huius quoq; Paulus. Lystris episcopus fuit.
 CLEMENS.
 MEMINIT huius Paulus dicens: cum Clemente ac reliquis cooperariis meis. Primus ex Gentibus & Graecis in Christum credidit. Sardicae, quae nunc est Triaditza factus est Episcopus.
 ONESIPHORVS.
 ET de isto mentionem facit Paulus. Episcopus Coroniae factus est.
 TYCHICVS.
 Meminit & huius Paulus. Primus episcopus Chalcedoniae fuit, quae in Bithinia est.
 CARPVVS.
 ET huius recordatur Paulus. Berhae quae in Thracia est, Episcopus fuit.
 EVODVS.
 MEMINIT etiam huius Paulus. Primus post Petrum Apostolum Coryphaeum, Antiochiae Episcopus fuit.
 PHILEMON.
 AD hunc Paulus peculiarem epistolam scripsit. Gaza factus est Episcopus.
 ZENAS.
 Zenas legis peritus, qui & ipse à Paulo commemoratur

tur. Diospoli factus est episcopus.
 AQUILA.
Rom. 16. Huius quoque meminit Paulus. Heracliae fuit episcopus.
 PRISCAS.
 Recordatur etiam huius Paulus. Colophonae episcopus fuit.
 IVNIAS.
 Etiam huius mentionem facit Paulus. Apamiae Syriae factus est episcopus.
 MARCVS.
 MARCVS qui & Ioannes vocatus est, cuius Lucas in Actis Apostolorum recordatur, Bybli fuit episcopus.
 ARISTARCHON.
 Etiam istius meminit Paulus.
 PVDAS.

Et huius recordatur Paulus.
 TROPHIMVS.
 MENTIONEM Paulus & istius facit. Hi tres in quibusuis persecutionibus, afflictionum Pauli confortes fuerunt. Postremo per martyrium vna cum ipso, sub Nerone capitibus truncatis occubuerunt.
 ISTE Marcus & Lucas Euangelista connumerantur, & ipsi ad Catalogum septuaginta discipulorum pertinent. Sed & Eunuchus Candaces Reginae Aethiopiae in Arabia Felici, & insula Taprobana, inque vniuersa Erythra, Euangelium Domini Iesu Christi praedicauit, fertur etiam martyrium glorie se tulisse, ibique sepultus esse. Et caeterum ipsius, munimentum insuperabile est fidelibus, Barbaros scelestos fugans, morbos pellens, & sanationes operans vsque in hodiernum diem.

SOPHRONII PATRIARCHAE HIEROSOLYMITANI, DE LABORIBVS, CERTAMINIBVS, ET PEREGRINATIONIBVS SS. PETRI ET PAULI.

Petrus genere fuit Hebraeus, habitabat in Galilea regione Palestinae, patria eius Bethsaida. Simeonem Iustum qui Christum in vlnis tenuit, compatriotam habuit. Pater petri Ionas, fuit temporibus Hircani, qui aures suas cum regno (id est actate fratre) amisit. Frater Petri, Andreas. Cepitque uxorem Petrus, filiam Aristoboli, fratris beati Barnabae Apostolorum coeli, ex qua suscepit filium & filiam. Andreas corlibem ducens vitam, Praecursoris Domini factus est discipulus. Petrus negotiis intendebat, ut qui uxori, familiae & patris senio providebat. A Christo, Petrus ob multis firmitudinem appellatur: Petrus super fluctus maris tantumquam incorporeus ambulat: Transfigurationis Domini inspector, vocem primam audit: non exasperari contra peccatores eruditur, illique mundi procuratio committitur, & traduntur caelestium thesaurorum clausae. Super caeterum Apostolorum constitutus est: Matthiam sufficit in apostolatam. Non solum miraculorum magnitudine sed & verborum efficacia, audientes, uxorem habens, ad fidem Christi rapiebat: constituitque 10000. viros Ecclesiam. Ananiam & uxorem sola increpatione prostrauit. In Iidda eneam paralitum sanat. In Ioppe dorcadam suscitauit. In Caesarea Cornelium caeterionem cum sua tota familia ad Christum vocat, baptizat, Spiritu sancto implet. Linteum videt, ut portam fidei, per reuelationem, gentibus aperiat. Ab Herode Agrippa duabus catenis vincitur, & traditus quaternionibus militum, carceri mancipatus, soluitur ab Angelo. Occasione perfidiae Simonis magi, Syriam discurret, adhuc autem & Pontum, Asiam & Galatiam, & vbi que seminando verbum vitae, Romanam peruenit. Sidoniae, Beryth Billi Episcopus ex his qui eum comitabantur, duos ordinauit: apud Tripolim Phoeniciae, marcum hospitem suum: Anthiochiae, Antaradi, Acadi, Balneis, & Peltae, Gazare & Laodiciae: Marrianum in Siracusa Siciliae, Brancatium Tauroromenij: Thianum Cappadociae, Ancyræ Galatiae, vbi & suscitauit mortuum, in Ponto, Sinope, Mystico Hellespontis, Ganixae Paphlagonum, Clandiopolis, Honoradias, Nicomediae, Bithyniae, Niceae: & ex prima perfectione sua in Caesarem per Cappadociam & Syriam (tertio iam anno vocationis elapso) rediit Hierosolymam. Deinde rursus per Antiochiam et Nicomediae, vbi Prochorum Praefecit in Episcopum: tum demum Romam peruenit, ibique cum Paulo Apostolo, 30. Neronis anno passus est: Vide Tertulianum in libro, vbi ait, mortis Petri & Pauli mentionem in annalibus haberi.

Act. 10.
D. Petrus Romam venit.
D. Petrus Romam passus.

PROCHORI DISCIPVLI BEATI IOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTAE DE VITA, MIRACVLIS, ET ASSVMPTIONE EIVS, TRACTATVS.

Prochorus actum est autem post assumptionem Domini nostri Iesu Christi filij Dei viui in caelum, ut congregarentur discipuli in Gethsemani, quibus dixit Petrus, Notum vobis est fratres quomodo dominus noster mandatum nobis relinquens praecipit ire in vniuersum mundum praedicare Euangelium omni creaturae, & baptizare in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: & cum nos nihil aliud desideremus quam quod nobis à Domino praecipuum est, adimplere prompte: ergo fratres charissimi per gratiam Trinitatis impendamus nosmetipsos in opus nobis à Domino mandatum, qui dixit eis, ego mitto vos sicut oues inter lupos: estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbae. Notum vobis est fratres, quod serpens si quis voluerit eum occidere, totum corpus suum tradit, caput tamen suum abscondit: ita & nos fratres similiter mortem accipiamus, & Christum Dominum

Hec hystoria continet apostolorum et probulorum, et quae Choro falso aduenit.
Trinitas.
Math. 10

qui est caput nostrum, non negemus. Similiter autem & columbae cum filiis priuantur, non dolent, & Dominum suum nesciunt abnegare. Scitis quia dixit nobis Dominus & magister, quoniam si me persecuti sunt, & vos persequentur. Quare fratres, multae tribulationes nos manent, sed sunt reposita bona his qui tribulationem patientur propter nomen sanctum eius. Respondens autem Iacobus frater Domini dixit: bene Petre, super his pollicitus est: nam & tempus est, ut haec impleantur: scitis tamen fratres mei, mihi à Domino dictum esse ut Hierosolymis remaneam. Et respondens Petrus dixit, scimus omnes haec loca: tua dispensationi esse commissa: & non licere ab Hierosolyma discedere: Miserunt ergo Apostoli sortes, & venit Asia in sortem Ioannis, qui grauius ferens ingemit, & cum lachrimis se ad pedes fratrum pronus misit in terram. Et Petrus dextra manu eum apprehendens, de terra erexit, & dixit: nos omnes te veneramus tanquam primum, habemus patientiam tuam exemplar & adhortationem omnium nostrum: quid igitur fecisti frater, & turbasti corda nostra? Respondens Ioannes Petro dixit: ignosce mihi pater, quia turbatus sum vehementer hora hac, quia cum cecidisset Asia in sorte mea, grauius id animo tuli, ut mors etiam mihi muneris loco censeatur si quando contingat me in mari periclitari: neque memor fui verbi Domini mei, qui dilexit me, qui dixit, quia capillus capitis vestri non peribit. Sed nunc fratres, ignoscite, & orate pro me, ut Deus & Dominus meus indulgeat mihi hoc. Nam amodo paratus sum ire quocumque eius bona voluntas & beneplacitum fuerit. Et surgentes steterunt vniuersi ad Orientem, rogantes Iacobum fratrem Domini, ut orationem faceret, cum quo pariter orauerunt vniuersi. Deinde missi sunt apostoli quisque in sortem propria. Et missus est aliquis de septuaginta duobus discipulis Domini in ministerio cum quolibet Apostolorum. Ego autem Prochorus sortitus sum ministerium cum Ioanne Apostolo. Descendentibus ergo nobis ab Hierosolymis in Iopen, ibi & mansimus tribus diebus in domo viduae regionis Tabitae: Cum autem venisset nauis ab Aegypto, quae ibi exonerata volebat transire in partes occidentales, ascendimus ut nauigarem in Asiam. Cum autem fuisset in imo nauis, cepit Ioannes motus esse, & dixit ad me: Fili mi Prochore, multae tribulationes, & multa maris pericula super nos ventura sunt, & de morte aut vita mea nihil mihi à Domino reuelatum est, vos tamen de maris periculo liberabimini neque peribit vnus ex vobis, Cum ergo filii mei, saluus de maris periculo euaseris, vade in Asiam: ingre diēs Ephesum, expecta illic per tres menses aduentum meum, & si infra id tempus me Deus aduenire voluerit, erit incumbendum ministerio nobis commisso, ut illud impleamus: si autem praeterierit tempus & non venero, reuertens filii mei, Hierosolymam ad Iacobum fratrem Domini, fac quicquid iniunxerit tibi. Haec cum ad me dixisset Ioannes magister meus circa horam fere vndecimam, eleuata tempestas nauē illi sit, & fracta naue mansimus in ipso naufragij periculo ab vndecima diei hora vsque ad tertiā noctis custodiā, qua quisque amplectens de nauis quod poterat, aut remum aut fragmentum, ut natans euaderet, per Dei misericordiam impetu maris circa horam diei sextam in partes Seleucia, excepto Ioanne, eieci sumus omnes pariter ad stadia quinque. Eramus ergo omnes animae quadraginta duae. Cū ergo eieci fuissetus à mari, per longum tempus iacuius ut exanimis praenimio fri-

Ioan. 15.

Matth. 10 Luc. 12.

gore & metu, & fatigatione: deinde reuertentes intrauimus Seleuciam, & omnibus rebus naufragio perditis non habentes quid manducaremus, quae sumus panem, & accipientes manducauimus: & illi qui mecum eieci fuerunt ad litus, insurrexerunt in me, mihi conuittantes & dicentes, quis vir hic est qui tecum erat: magus enim est, maleficiis suis ut substantia nostra tolleret & abiret, nauem perire fecit: & tu socius eius similis illi Magus. aut ergo restitue nobis maleficium illum, aut non sinemus te ab hac ciuitate abire liberum: nam vir dignus morte es tu. prode nobis ubi sit maleficus ille, ecce enim qui in nauis eramus, hic sumus omnes, ille verò solus non comparat, & commouerunt contra me Ciuitatem, id ipsum illis persuadentes. Cōprehendentes igitur me miserit in carerem: & die sequenti exhiberunt me Praesidi ciuitatis, qui asperit me, alloquens dixit: vnde es tu, & cuius religionis, quo ministerio viuus, & quod tibi nomen? Dic nobis haec omnia priusquā te tormentis conficiam. Cui respondi, de terra sum Hebraeorum, religione Christianus, nomine autem Prochorus, naufragio huc eiectus sum, & accusatores mei. Praesides ait: quomodo igitur salui & redempti omnes estis, & solus socius tuus non comparat? certum est, ut isti testantur, vos esse magos, & vos in mari hoc maleficium fecisse: & ut nemo suspicetur, & vobis maleficium non imputetur, tu solus cum nauis inuentus es: at tuus socius substantiam rerum suarum tulit, & abiit: aut forte quia malefici estis, multorum sanguinis rei, diuino actū est iudicio ut socii tuus perierit, tu verò de duobus solus saluus euaseris, ut male in hac ciuitate perires: dic igitur, ne cuncteris, an socius tuus perierit an periculum euaserit. Egovero cum flctu respondi: de eo quod interrogas tibi respondebo id quod sciam. Et imprimis, ut de me loquar, non magus sum, sed Christianus, & Christi discipulus: praecipit autē Christus Dominus discipulis suis antequam in caelum ascenderet dicens, ite in mundum vniuersum, & praedicate Evangelium omni creaturae, & baptisate omnes gentes quae voluerint credere &c. Post verò ascensionē eius in caelum, Apostoli eius congregati in vno loco, sortes miserunt inter se quam regionē sortiretur vnusquisque eorum ad praedicandum, ut illuc proficisceretur, & praedicaret. Et cum fors assignasset Ioanni magistro meo qui nobiscum erat in nauis, grauius tulit in animo, & quia tūc recusauit quod Spiritui sancto placuisset, reuelatum illi est, quia peccauerat, quod maris tempestatem pateretur: & cum ingressi fuissetus nauem, quocumque passuri eramus mihi in veritate praedixit, praecipitque, ut cū Ephesi essem, illum ad tertiū mensem expectare, quoniam si diutius esset superstes in terra, ad illum terminum compareret, ut ipse ministeriū à Domino sibi commissum adimpleret: quod si infra id tempus non compareret, praecipit, ut in propria terram reuerteret. Non igitur magister meus magnus est, sed ipse electus est repletus à Domino fidelissim⁹ veritatis annunciator, in fide Iesu Christi firmissimus. Et cum me audiuisset Seleucis quidam qui venerat ab Antiochia, haec verba in simplicitate loquentem rogauit ut me abire sinerent, & permiserunt. Et exiēs à Seleucia, post quadraginta dies veni in Asiam, in Pagum quendam qui erat in litore maris: & forte fossam repertiens, in ipsam ingressus ad post multas tribulationes quiescedum, & exulatus à primo ante aperuisse, vidi grandē procellam quae eiecit virum in litore maris. & ego festinādo surgens multum compatiēbar ei, ut qui maris pericula prius expertus eram, & cucurri ut illum adiuuarem,

Mar. 16.

scabarius.

adiuuarem, nondum enim sciebam esse Ioannē: & appropinquans apprehendi manum eius & erexi, & agnouit me, & ego tandem illum & cum multis lachrimis nos inuicem amplexi sumus, gratias Deo agētes, qui omnibus est misericors & de omnibus periculis solus liberator potentissimus, & aliquantulum praecōcepta laetitia tanquam muti mansimus, & Ioannes ad se reuersus, cepit quae circa eum acciderunt, narrare, & quopacto ipsum semper Deo saluante, quadraginta diebus & quadraginta noctibus inter litus marisque fluctus agitatus ferebatur, & ego illi quocumque passus fueram.

Capit. I.

Postea verò de loco illo surreximus, & intrauimus pagum, ubi panem & aquam petentes manducauimus & bibimus, & suscepimus versus Ephesum agere iter. Et cum ingressi fuissetus ciuitatem, stetimus in foro Dianae, ubi balneum erat principis loci illius: & suscepimus viam versus quēdam, cuius nomen erat Dioscorides. Et instruebat me Ioannes dicens, fili Prochore, nemo huius ciuitatis per te sciat, cur huc uenerimus, neque qui simus, donec Deus suam nobis uoluntatem reuelauerit, & quid acturi simus: tantummodo habeamus in Christo domino nostro fiduciam. Cū itaque ad me loqueretur, ecce mulier quaedam Romana, Romeca nomine, robusta corpore, cui traditū fuerat balneum, & ipsa sterilis, quae viribus corporis confusa, vehementer uerberibus & plagis affligere solebat eos quos ad opus balnearum seruos cōduxerat, ut nemo mercenariorum molestias eius perferre ualeret. Haec ergo de balneo egressa, ut uidit nos solitariē sedit, & facie demissos, arbitrata est nos homines despectos & necessariorum uitae egenos, sibi que fore uiles & gratis seruituros, & dixit ad Ioannem, vnde es tu? homo: qui dixit, alienigena sum: quae dixit, de qua terra: qui respondit, De Iudaea tunc illa quam religionem se queris: Dixit, Christianus sum illa uerò dixit, quomodo huc aduenisti? respondi, naufragium passus, sicut Deo placitum est, tandem ex naufragio huc adueni vis, inquit, ergo mihi seruire, & mihi ad balneum fornacem accendere, & ego tibi tradam quae tuo corpori erunt necessaria: qui dixit, se uelle. & illa me assumens dixit, & tu vnde es? Ioannes dixit, noster frater est, & Romeca: & iste, inquit, mihi necessarius est ad fundendam aquam, & introduxit nos in balneas, & instituit Ioannem fornacis incensorem, & me aquae infusorem: & dabat nobis per dies singulos, panis uncias tres: & per annum, quod Corpori necessarium esset, promittebat. Quarto autem die postquam ingressi sumus, stabat Ioannes magister meus in fornace, non satis recte opus camini implens: & intrās Romeca cepit eum uolenter uigere & pulsare cum asperis conuiciis, postmodū minas intentans, ut melius perageret opus, egressa est. Et ego Prochor⁹ ex loco in quo aquam ministrabam, audiui vniuersa quae locuta est Romeca, & quo pacto pulsasset, & inhumanē tractasset magistratum meum, & in animo sum vehementer commotus: tunc tamē, neque ullum locutus sum uerbum, sed magister meus ut per spiritum agnouit me esse tristem propter ipsum, dixit mihi: fili mi Prochore, quia cum Asia mihi sorte cessit, animus haesit, & grauiditer tuli: maris naufragium sum perpeffus, & non ego solus, sed & tu & illi mea causa, qui vnā mecum eratis: & fui per quadraginta dies, seua maris uolētia circūdat⁹, donec De⁹ & Dominus & magister meus in quem peccaui, me uoluit in terrā uocare: & tu turbatus in paucis conuiciis vnus mulie-

ris, uanis tentationibus agitaris? Ambula in iniuncto tibi munere, & illud exequere diligenter. Nam Dominus noster Iesus Christus, creator omnium, alapis caesus est, & flagellatus est à creatura sua, & nobis pius magister factus est Patientiae exemplū, ut nos simus in similibus passionibus prompti & tolerantes. Insuper, haec omnia nobis Dominus & uerus amator noster praecipit nobis, cū dixit, In patientia uestra possidebitis animas uestras. Et cum haec dixisset Ioannes, perrexi ad opus, ad quod me ordinauerat Romeca. Et illa iterum ingressa querebat quid necessarium esset nobis corporibus nostris. Et Ioannes, quod necessarium est corporibus nostris satis habemus, & in opere nobis commisso diligenter intendimus: quomodo ergo, inquit illa, vos inculant omnes ut inutiles seruitores: Cui Ioannes, quia nunquam hoc opus tractauimus, & ideo nobis difficile est, omnia, ut decet, à principio perficeret: sed si nos perseuerauerimus, artifices euademus. Habent enim artes omnes, à principio, non omnia recte & sine errore perficere. Et his dictis, egressa est mulier. Diabolus autem ab initio bonis inuidens, se transformauit in similitudinem mulieris: & introiens, uerberibus & plagis & asperioribus conuiciis cepit Ioannem laceffere, dicens: ministerium te huius operis constitueram & omnia perdidisti, non ualeo te ulterius sustinere: accende magis magisque caminum, ut ego te medium dedam: & arripies malignus ille, pallium quo tegebatur, Ioanni minas intendens dicebat, vitam tibi nunc adimam flagitiose, exi foras, non fero ut mihi amplius seruias. Ioannes uerò per spiritum agnosces, quod demon esset qui in illis habitabat terminis, inuocato nomine Iesu statim illud expulit. Porro vno mane intravit Romana, & dixit Ioanni iterum: de te multa dicunt, quod non bene susceptum opus peragis, sed id eos agnosco dicere, ut te liberum abire sinam, & expellam: uerum non sic ultra potes à me exire. Nam si abire uoles, vnum de his membris quae tibi magis necessaria sunt, ui auferam. Illis uerò omnibus nihil contradixit Ioannes. Tunc uerò mulier considerans patientiam uiri, & ipsum adeo mansuetum & mitem, cepit durius uigere, & indignari, & dixit: non ut seruus meus, sed ut liber agis: quid ais? Nunquid confiteris tuam seruitutem? respondi nunc mihi: Ioannes uerò dixit: etiam serui tui sum⁹, ego incensor, & Prochorus infusor. Illo autem tempore, Romana amicitias habebat cuidam Caufidico, ad quem profecta, dixit: quondam à parentibus meis mihi serui relictī fuerunt, qui profugi multis annis reperti sunt, uerum eorum emptiois chartas iam perdidit: ad me autem uenerunt, possum ne emptiois chartas innouare? Cui dixit: si confiteri non abnuant, à parentibus tuis seruos se tibi relictos, potes illis praesentibus & dicentibus, serui tui sumus, chartas innouare. Haec autem Ioannes per spiritum agnosces dixit ad me: fili Prochore, id agnosces: mulier cui seruiui sumus: quod si confiteamur nos seruos eius esse, paratos testes habet fide dignos, quos iam exquisiuit. Et nos per chirographum, tuae seruituti adiiciet, facietque suos seruos. Noli ergo fili, super hac re contristari, sed gaude magis, quia digni sumus pro nomine Christi contumeliam pati. Et haec loquente ad me, Ioannes: ecce Romana uenit, apprehenditque Ioannē per manum, & cepit eum cadere, & dicere: serue fugitiue, cur cum uenit domina, non occurris, & digna eam ueneratione prosequeris: liber esse, fugitiue exilimas, sed in seruitutem domine tuae restitutus es: & colaphis eū

Luc. 21.

Act. 5.

cædebat, vt timorem incuteret, & eius acquireret voluntati, & dicebat: Nonne respondebis mihi his, nonne es tu seruus meus: cui Ioannes, ecce iam dictum est tibi, quod serui tui sumus, ego incensior & Prochorus aq̄e infusus dixit iterū Romana, cuius seruus es tu serue fugitiue: Cui Ioānes, cui⁹ vis vt dicamus, quod serui sumus: quæ dixit: dicatis serui tui sumus. Et Ioannes dixit: dictum est tibi iam à nobis, & adhuc per scriptum confitemur, quod serui tui sumus. Volo, inquit illa, coram tribus testibus per confessiones vestras id mihi ratum fieri. & Ioannes: noli inquit, moram facere, hodie si iubes, quod dictum est faciemus. Illa ergo nos assumens abiit è regione templi dianæ, & coram testibus petiit sibi scripta fieri secundum confessiones nostras, & singulos nostrū in opus suum introduxit. At nunc de balneis ipsis dicamus.

Capit. III.

Cum primum ponerentur, talis dæmonum illusio circa eos facta narratur. nam cum fundamēta locarentur, dæmonis suggestu quidam venefici iuuenulam ventre prono adhuc viuētem supposuerunt, quæ & tibi mortua est, cæperūtq; superedificare thermas illis persuasit eas fastidiosius ob iuuenulam futuras: Sed longe aliter euenerat. Nam Diabobus in eo loco diuersabatur, & illa occasione ludificabat homines, & ter in anno aut iuuenem aut iuuenulam in illis balneis suffocabat. neinceps verò quidā ephesinē Ciuitatis nomine Dioscorides, obseruatū tēpus penes se habebat, quo tempore & quo die, id contingere soleret. Qui filium forma decorū vndevicefimum natum annum habebat, cui infidiabatur dæmon vt suffocaret, nō obseruato solito tempore. Ego pariter ingressus cum ministris suis vas ministerij mei portabam. Verū iū imū dū dēmon repentinum impetū faciens eū illico suffocauit, dimisitq̄e mortuum, & famuli eius territi lugētes & plangentes exierunt dicentes, heu nos miseros, quid nos faciemus quia Dominus noster mortuus est? Cū verò romana hęc audisset, vitas capitis sui soluit, capillōsq̄e vellebat, & cum eiulatu maximo clamabat, Ve mihi miseræ, quid Domino meo Dioscoridi dictura sum? quid cum audierit quia mortuus est filius eius qui illi erat vnicus: O magna Ephesiorum Diana adiuua nos: ostende super iuuenem mortuum virtutē tuam, nos omnes mulieres simulque viri Ephesiorum confitemur, quia per te gubernantur omnia, & per te virtutes magnæ efficiuntur, nunc ausculca ancillæ tuæ, & restitue Domini mei serui tui filium vt omnes qui sperant in te, cognoscant quia nouæ sunt virtutes super te, & redde nobis adolefcentem istum, & statue patri suo vinum, & redime omnes gentes, quia tu es vera dea, & non est alius deorum te potentior. Cumque digitis capillos rumperet, & in eo luctu ab hora tertia ad nonam perduraret, de mortuo nulla cōsolatio apparēbat, & plurima turba conueniebat, quæ partim iuuenem plangebat, partim Romanæ cōdolebat. Et cum hæc agerentur, venit à ministerio suo ad me Ioannes. Prochore fili inquit, quid de hac re dicitur? Sed cum Romana nos vidisset adiuuicem loquentes, priusquā respondissem ad hęc, venit & apprehendit Ioannē, & ait fugitiue deprehenſe deprehenſa sunt maleficia, quibus vltus es ab ea die qua ad nos ingressus es, & ideò magna Diana deseruit me, vel igitur filium Domini mei Dioscoridis mihi restituas, vel vitā hac hora tibi adimam. Cui Ioannes, & quid est, inquit, domina, quod accidit tibi? illud mihi aperi. Illa verò furore succensa cœpit eum colaphis cædere, & dicere: serue nequam

ad escam promptus, & piger ad opus, nūquid vnuerſi Ephesiorum sciunt quod factum est, & tu ad me venisti, vt me irrideres, & gauderes, & simulares te nescire quod factum est, & quia filius Dioscoridis Domini mei in balneis mortuus est: his factis Ioannes ab ea discessit, nihil moleſtè ferens quod illi factum est: & cum modicum steterit, ingressus in balneas eiecit spiritum immundum & virtutē Domini Iesu Christi animam in corpus iuuenis reuocauit, exiuitque de termis per manum iuuenem tenens, & perrexit ad Romanā, & dixit ei, accipe nunc filium Domini tui, quæ cum vidisset, pauore mentis attonita, in terram collapsa est veluti exanimis, & mortua. Ioānes verò illam, per manum tenens dulciter erexit, quæ viso tantæ rei miraculo tanto stupore tenebatur, vt immobilis tanquam lapis perseueraret, & exacto fermè duarū horarum spatio ad se bene reuerſa, non audebat aspicere in faciem Apostoli, sed confusione magna repleta id intra se cogitabat, quomodo in vultum hominis huius respiciā, qui cum seruus meus non esset, feci meum seruum, & contra ante mentita sum in conspectu eius: plagi non dignus fuit, & ego incessanter ipsam cædebam? O misera quid faciam? O mors veni inuocata, & absolute miseram, & iterum spiritu defecta collapsa est in terrā, quam cum vidisset Ioānes sic immutatam, apprehēdit eam per manum, & erexit: & sanctæ Crucis signaculo muniuir. Quæ ad se reuerſa, cecidit ante pedes Apostoli, flens ac ita dicens: Oro te suppliciter, annuncia mihi quis es tu, certa enim sum quod vel Deus es vel Dei filius, qui tales virtutes operaris. Ioannes autem dixit illi, neque Deus sum, neque Dei filius, sed ego discipulus Domini Iesu Christi fili Dei viui, & recubui supra pectus eius, & audiui ab eo mysteria quæ annūcio tibi, si in eum credideris eris ancilla eius, scilicet ego sum eius seruus. Tunc verò romeca cum rubore, verrecundia, ac timore magno dixit Apostolo Ioanni: ergo vir Dei te precor, vt mihi quæcunque aduersum te gessi, dimittas, quod te plagi, verberibus & conuiciis male affecerim, & insuper quod contra te & hominē tuum falsis vſa testimonij infelix mentita sum: dixi enim quoniam serui mei essetis. Cui Ioannes, Crede in Patrem & filium & Spiritum sanctum & crimina dimittentur tibi. Cui romana respondit, credo homo Dei, quæcunque ab ore tuo audio. Cum autem hæc ageretur, multa turba circumstabat: Et interea vnus de Dioscondis familia, cucurrit vt nunciaret quæ homo Dei Ioannes fecisset, quomodo filius suus in balneis mortuus fuisset, Et quomodo resuscitasset eum Ioannes, quodq; multa turba viuētē circumdaret. At Dioscorides eū audiuisse de morte filij sui, subito pauore cōsternatus & cōstrict⁹, cōtinuò expirauit. Ille verò qui attulerat nūciū, in balneas reuers⁹ vbi Ioānes docebat, & vbi pariter erat Dioscoridis filij, exclamat, heu mihi, Domin⁹ me⁹ Dioscorides mortu⁹ est, quo infelici nūtio de suo patre audito, Theon Dioscoridis filius, cōtinuò surrexit, & dimisso Ioanne ad patrem cucurrit, & cum in domum venisset inuenit Patrem iam mortuum, & humi iacentem. suscepto igitur magno luctu, rediit ad Ioannem, & procidens ad pedes eius dixit, o homo Dei, qui me mortuum ad vitam reuocasti, obsecro adiuua me. nam pater meus vt de morte mea audiuit continuò est mortuus: ne me cogas iterum quem de morte excitasti, præ dolore mortem gustare. Ioannes autem vt erat mitissimus inquit illi, Noli o Theon perturbari, nam mors Patris tui, tibi & illi vita erit. & assumens Theonem per manum, dixit illi, eam nunc ad patrem

Dioscorides à D. Ioanne suscitatus.

Signaculo S. Crucis.

ad Patrem tuum Dioscoridē. Sequebatur autē eum Romana, & multa plorantium & flentium turba. Et introduxit Theon, Ioannem ad Patrem suum, & apprehendit Ioānes dextram manū eius, & dixit, Dioscorides, tibi dico, in noīe Dñi nostri Iesu Christi Filij Dei viui, surge: & continuò Dioscorides surrexit à morte, plurima verò circumstantiū turba viso tanto miraculo, collaudabat magnalia dei, sed inter illos quidam illum esse magū dicebat: alij verò quorū mens sanior, contra afferebant, magos, mortuos suscitare non posse. Cum verò Dioscorides, qui à mortuis suscitatus fuerat, ad se conuersus fuisset, dixit ad Ioannem, tu ne es o homo Dei, qui filium meum à morte reuocasti? Cui inquit Ioannes, nō ego eum suscitavi, sed Christus filius Dei, qui per me predicat, illum suscitauit. Et cōtinuò Dioscorides ad pedes eius pronolu⁹ dixit, quid me oportet facere vt saluus efficiar & seruus sim Christi filij Dei? Tunc Ioannes, Crede inquit, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & Baptismum suscipias. Dixit autem Dioscorides ad Ioannē, ecce ego & filius meus, quæcunque habemus omnia in manus tuas commendamus. At Ioannes ad Dioscoridē: non ista, inquit, mihi opus sunt, neq; Deo meo. Et ex illa hora secuti sunt Ioannē. Ille verò eos docebat dicēs, Deus qui solus est, super omnes misericors, misit filium suum in terram, qui ex Maria Virgine natus, passus, mortuus, & Sepultus fuit, ad inferos descendit, fideles suos illinc eruens, & triumphans mortem, tertia die resurrexit, post verò resurrectionem eius per quadraginta dies nobis duodecim Apostolis suis apparuit, & simul nobiscum manducauit & bibit, præcepitque nobis vt per vnuerſum mundum euntes Euāgelizarem, & super omnia potestatem dedit, sanare vnuerſos languores, mortuos suscitare, dæmones effugare, & in remissionem peccatorum homines baptizare. Et non solum nobis hanc potestatem tribuit, sed et his qui per predicationem nostram in eum sunt credituri, maximè qui in ordine nostro & ministerio seruare & deuotionem, quem admodum & nos, apti erunt ministrare: qui verò non crediderint, condemnabuntur. Facta vero Ioannis, accesserunt ad eum Dioscorides & filius eius, & regantes vt baptizarentur, quibus Ioannes dixit, Deus te & filium tuum suscipiat. Et eo adhuc loquente, ecce Romana litteras, quas de seruitute nostra cōfinxerat, attulit, reddiditque magistro meo Ioanni, & eodem in loco dilacerauit. Postea Dioscoridē in sua domo, & Theonem filium eius, & hospitem nostram Romanā baptizauit. Et mox vt exiimus de Dioscoridis domo, venimus in locum balnearum, in quo fueramus seruitio addicti, commutante nos Dioscoride Domino loci: & ingressus Ioānes, à toto territorio tetrum dæmonem, qui Theonē suffocauerat, expulit quo facto reduxit nos Dioscorides in domum suam, & positus mēsis gratias Deo agentes, comedimus & bibimus, & vsque ad vesperam cum eo permanimus.

Capit. IIII.

Mane autē factō, dies festus Dianæ agebatur ab vnuerſa Ephesiorū cinitate, positumque erat in sublime, Diana idolum prophanum tēplum. Ille verò perrexit Ioannes, & ascendit, & se in dextra idoli parte collocauit, & cum ciuitatis homines candidis vestibus pro sacrificandi ritu induti fuissent, Ioannes sordidis amiciebatur, quibus in balneis ministrauerat. quem videntes Ephesij indignantes & furore succensi, tulerunt lapides vt iacerent in eum: & cum iactare vellent in Ioannē, diuina virtute vertebantur in simulacrum

Dianæ, ita vt fermè totum comminueretur simulacrum, & videntes quod ne vnus lapidum Ioannem attingeret, dentibus fredebant: quidam autem vidētes quod factum fuerat, ridebant.

Capit. V.

Ioannes post idoli ex lapidum iactu comminutionē, dixit ad eos, Viri ephesij cur hæc infamia committitis in solēnitate dæmoniorū, & Deū verū relinquitis totius mundi auctorem & creatorem vestrum? Deus autem tunc protegebat Apostolum suum Ioannem à furore eorum, & non valebāt Ephesij manus iniicere in eum, & Ioannes dicebat ad eos. ecce dea vestra verè consumpta, & à vobis per lapides quos in me intorquere voluistis, comminuta. adunate nunc eam & rurſus vt prius instaurate, vel si quid potestatis habet, orate, vt in me qui causa cōminutionis fui, vlciscatur offensam, vel virtutem aliquam ostēdat, per quam credā ipsam esse Deum, alioqui pateat deam vestram habere potestatem nullam. Hæc audientes Ephesij nimio furore bacchantes iterum voluerunt mittere lapides in eum, sed lapides in eos cōuertebantur, sc̄que mutuo lapidibus obruebant: Videns autem Ioannes, sic eos à dæmone furia accensos, & se mutuo interficiētē, dixit ad eos, O viri Ephesij, cur in vosmetipsos defauitis? cessate iam, & videte terribilem veri Dei potentiam, quem contra vos per furorem vestrum prouocastis: quia sermonem eius quem pro salute vestra vobis attulit, deliramentum putastis. Cessate igitur, & attenti videte. Tūc contra orientē extendit manus in cælū in gemitu, & dixit, nomine Iesu Christe, qui corripis in misericordia & miserationib⁹, ostēde hominibus his, quia tu es verus Deus, & non est præter te alius deus. Et his dictis, factus est terremotus magnus & terribilis, in quo mortui sunt viri octingenti. Videntes autem cæteri quod factum est miraculum, prociderūt ad pedes Ioannis dicentes, Domine precamur te, tantum facias homines hæc mortuos ad vitam redire, & credimus in Deum tuum quem nobis prædicas, quibus Ioannes: viri Ephesij duro & grani corde ad credendum, Deum vnū & verum sc̄io quamuis hi surrexerint à morte, adhuc cor vestrum obdurandum, sicut cor Pharaonis cum videret signa & portenta fuit obduratum. Nihilominus illi perseverabant obsecrantes, proni iacentes in terra pro his qui interierunt. Ioannes verò tandem illis acquiescens, suspiciens in cælum diu in silentio & gemitu & lachrimis mox dixit, domine Iesu Christe, qui semper es cum patre verus Deus, qui ad terras descendisti vt saluum faceres genus humanum, exaudi preces famuli tui ad te clamantis, & dimitte peccata populi tui, & fac eos qui in hoc loco mortui sunt, à morte resurgere, vt sciant te esse Deum verum, & credāt in te, qui me misisti, & mihi tribue seruo tuo verbum tuum fiducialiter illis prædicare. Hæc cum dixisset Dei seruus Ioānes, terremotus magnus factus est, & octingenti viri qui mortui iacebant, surrexerunt, & procidentes adorauerunt Ioannem: sed Ioānes cœpit eos docere, de vna sola diuinitate Patris & Filij & Spiritus sancti, quam deberent adorare, & quod tres hypostates sint, vna sub stantia. & multa alia, quæ in hoc libro omitimus scribere.

Capit. VI.

His dictis, Dioscorides nos suscipiens duxit in domum suam, & cum aliquantulum apud eū in domo sua mansissemus, exiimus in locum qui dicitur murus ciuitatis, vbi inuenimus hominem claudum à

D. Ioan. concio apud Ephesios.

Thi postea sitis persona, Subi- stentia ante cœliū Ni cenum.

duodecim annis contractum, & ab infirmitate factum immobilem: qui cum vidisset Ioannem, incœpit clamare magna voce, miserere mei Ioannes apostole Dei viui: Ioannes vero apprehendens, & agnoscens quia fidem haberet, dixit ei, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, surge, & cœtinuo surrexit factus sanus & incolumis.

Capitulum VII.

Videns autem dæmō qui habitabat in templo Dianæ, quæ fecisset Ioānes, quodque comminutum esset eius idolum, & quod tandem de vrbe expelleretur, transformauit se in similitudinem militis cartas secum portantis, sed itque in loco alto & eminenti, & clamabat voce magna, & flebat: transibant autem duo milites, videntes eum ciulantem & flentem in habitu militari, propius accesserunt dicentes, amice quidnam habes, & quæ causa doloris. Ille vero nihil respondebat eis, sed solum flens & ciulans phantasticas cartas tenebat. Qui iterum dixerunt ei, dic nobis unde turbaris, & nos si valebimus, auxilium feremus. At ille gementi similibus & plorantis amare, dixit eis, ego præ multa pressus angustia meipsum in mortem dedere volo. Verum tamē si mihi suppetias ferre velletis, omnia vobis narrarem: sin vero minus, cur secretum mortis aperiam? cui dixerunt milites, forma tua & habitus tuus te liberalem & officiosum ostendit. Etiam, dixit dæmon. Cui milites, scire potes o amice, an tibi auxilio esse possimus, an nō, quibus dæmon: potestis inquit, si vultis? responderunt milites, in quonam poterimus te adiurare? Dixit dæmon, per magnam mihi iurate Dianā, vos mihi vestrum auxilium non denegare, & ego vobis omnia pandam, & ostendite erga me qui extraneus sum vestrum favorem & amorem, & bonam à me mercedē recipietis, & vitam meam liberabitis. Milites ergo intrarūt quod illi in necessitate sua essent affuturi, & in omnibus fidi adiutores. Tūc dæmō ostentās bracteas auri, dixit eis, o fideles amici, ecce adfunt quæ post hanc fatigationem vestram parata sunt vobis. Deinceps vero milites diligentius scrutabantur causam doloris eius, & dicebant, Enarra nobis amice, tribulationis tuæ seriem. Tūc dæmon flens & ciulans, de Cesarea inquit, ego miser adueni, & infelix: duo viri in Hierosolyma mihi in custodiam à principe traditi sunt, qui & ipsi erant magi, vnus nomen Ioannes, & alterius erat Prochorus. Ego autem eos suscipiens tridū in carcere reclusi quarta vero die coram iudice presentati fuerunt, & in ipsis plurima flagitia iuuetata sunt per facinora quæ perpetrarunt. Videns autem iudex tantam eorum esse maliciam, noluit percipi quod de tam flagitiosis faciendum esset, deliberare, & eos iubet in carcerem retrudi. Diligenter ergo eos suscepi, deduxiq; in carcerem, verum per multam eorum maliciam aufugerunt quod iudex vt audiuir, miserus hac lege mei est, vt eos prosequar nam vbi eos restituerō, parcat, si vero non restituerō, aut moriendū mihi est aut nunquam redeundum. Cognosco autem iudicis indignationem quam aduersus eos gerit, neque sine ipsis ad iudicem redire vnquam auferem, Et iterum dæmon bracteas auri illas ostendit dicens, hoc mecum pro mea salute cum de terra mea exirem tuli. ostendit & phantasticas cartas, quas eorum confessionem continere dicebat addebat insuper audiuisse se à multis eos in hac ciuitate esse: ideo inquit, in hanc ciuitatem veni dimissus vxore, liberis, & domo quasi peregrinus, errans, & exul. Quare obsecro vos tanquam bonos amicos, ferre opē misero, & nō mihi vestrā misericordiā negate. Cui milites, nihil tibi mali, inquit,

facias, neq; te maceres dolore. Nam magi illi hic sunt & vt eos reducas, tibi erimus auxilio. Quibus Dæmon, non audeo inquit, hoc facere: nam timeo ne per magica sua maleficia, iterum à me fugiant: sed vos potius o amici, cogite eos in aliquem secretum locum, & nemine conscio eos enecate. Sed illi dixerunt, præstat magis vt eos prius in manus tuas restituamus. nam si eos occiderem, quomodo in terram tibi esset reditus? Dixit dæmon, enecate o amici, nullus superest mihi amplius redeundi appetitus: tātūque peregit, vt pollicerentur ei milites se debere nos interficere, dum modo precium auri bracteas quas secum portabant, reciperent. hoc autem totum per Spiritum sanctum Ioannes agnouit, & quicquid aduersus nos immundus dæmon fuerat machinatus, & dixit mihi, fili mi Prochore, certum habe dæmonem qui habitat in templo dianæ, aduersum nos, duos milites suscitasse, quib; de nobis multa mentiens confinxit. Deus autem nota fecit mihi quecūque contra nos locutus est dæmon. Nunc igitur virilis esto, & præpara animam tuam ad temptationem, quia dæmon aduersum nos multis machinationis se eriget, multisque fatigabit tribulationibus. Et vt hæc locutus est, aduenerunt milites, & comprehenderunt nos, Tunc autem aberat Diofcorides. quibus Ioannes dixit, quam accusationem habebis & proponitis aduersum nos, & quare nos tenere vultis? Illi autem dixerunt, propter magnam maleficia vestra: quibus Ioannes, quis ergo noster est accusator? Dixerunt, ducemini in carceres, post modum videbitis quis vester sit accusator. tūc Ioannes, non potestis, inquit neque debetis vim nobis vllam facere, illi vero cœperūt nos cedere, & pertrahentes nos in domum cuiusdam ciuis, induxerunt vt secundum pollicitationem quam dæmoni fecerant, nos interficerent. Romana autem agnoscens quod nos vi tenerent, cucurrit ad Diofcoridem, nuncians ei quæ fiebant. Et illico venit Diofcorides, & nos de eorum manibus liberavit dicens illis, nō licet vobis mittere homines in carcerē, vbi null; adest accusator, hi homines in domo mea mecum sunt, si quis eos accusat, veniat & tollat, vt secundum leges iudicentur. Tunc milites adinnicem dixerunt, eamus ergo & adducamus eorum accusatorem, qui iustam causam ante iudicē proferat. Nam nos minus effemus audiendi, cum se cōtra nos Diofcorides opposuerit, & difficile contra eum obtineremus. Reuertuntur igitur milites in eum locum vbi dæmonem conuenerant sedentem, quem cū non inuenissent, cœperunt valde turbati & tristes & anxii esse dicentes, quid modo faciemus cū illū non inueniamus? Nam si compererit nos Diofcorides in hoc facto non esse veraces, & quæ locuti sumus non posse nos probare, cum homo multæ sit autoritatis & reuerentiæ, forsitan nos malè afficiet, cogetque perire. Hæc inter se loquentibus, dæmon superuenit in habitu (vt prius) militari, increpans eos & dicens, desides in mea causa fuistis. At illi omnia retulerūt ei quæ fecissent, & quomodo Diofcorides liberasset nos de manibus eorum. Verum, inquit, si modo veneris nobiscum, statim reperiemus eos. quibus dæmon, eamus inquit, & ibat post eos ciulans & flens amare, circūstet autem eos plurima turba, & dæmon narrabat vniuersa quæ & militibus ante narrauerat, & milites illi testimonium reddebant, & omnes repleti sunt ira & complures eorum Iudæi erant. Properantes igitur ad Diofcoridis domum, fores vehementer pulsabant vniuersi clamantes, aut trade nobis magos, aut domum tuam igni succedemus, & te & tuum filiū

vna,

vna perdemus. Et vrbs commota vniuersa clamabat, da nobis maleficos illos tu: cum vrbs præses fueris, non debes sustinere homines hos. Videns autem Ioannes multitudinis seditionem, dixit ad Diofcoridem. Nos possessionem huius mundi despiciamus, nec corpora nostra amamus: nobis enim vita est Christus, & mori lucrum, nos à magistro nostro docti sumus quotidie tollere crucem nostram, & sequi eum: dimittite ergo nos ad populum. Audiens autem hæc Diofcorides dixit Ioanni, Ecce potius domus mea incendatur igni, & ego & filius meus pergemus vobiscum cum familia, vt solum Christum lucrēmur. Cui Ioānes neque tu inquit, neque, filius tuus vllum in hac hora patiemini detrimentum, neque capillus capitis vestri deperibit vnus, trade nos hominibus istis. Cui Diofcorides, si vos tradidero, etiam tradam Filium meum. Cui Ioannes, caterua hæc populi ad bonum congregata est, & hæc congregatio ad bonum perducet plurimos: sine nos securē foras abire, tu autem & filius tuus vos domi contineatis cum silentio, & videbitis gloriam Dei. Et statim permisit nos abire, & continuo nos apprehenderunt, & duxerunt in templum Dianæ. Cum autem inter eos in templo essemus, Ioannes ad eos qui illum tenebant, dixit, Viri Ephesij, cuius est templum hoc: dicunt ei, sacrum est magna Dianæ templum. Tunc dixit ad eos, subsistamus ergo hic paululum: gaudeo enim plurimum me in hunc locum deductum, & quidam circumstantium dicebant, verè bonum est & nos hic esse, sicut & ipse Ioannes dixit. Substitit ergo, & interim Ioannes orauit dicens, Domine Iesu Christe, decidat templum hoc, & funditus corruat: neque vnus in eo moriatur aut pereat, neque de cætero orantes decipiantur in eo. Et statim ad Apostoli verbum corruit templum illud prophanium, neque quemquam in loco læsit. Tunc Ioannes ad dæmonem, qui in loco illo habitabat, se conuertit, & dixit, per quanta spatia temporis immunde spiritus, latitasti in templo hoc? Dæmon dixit, ducentorum quadraginta annorum spatium meum est domicilium. Cui Ioannes iterum, tu ne es qui milites aduersum nos concitasti, & populum commouisti? Dixit dæmon, Etiam. Tunc Ioannes, præcipio tibi, inquit, in nomine Iesu Christi Nazareni, vt in loco hoc non habites de cætero. Et continuo dæmon exiit de Ephesiorum ciuitate. Pro hac re igitur mirabantur vniuersi, & ad se inuicem loquentes dicebant, quid est quod fecit homo iste, & qua arte? Nescimus: pertrahamus tamen eum ad iudicem ciuitatis, & secundum legem puniatur. Tunc ex eis vnus nomine Marnon, genere Iudæus, dixit, ego hunc & qui cum eo est, magos esse scio, & malorum operum actores: quia decet eos vt maleficos perire. Erat circumstantes Marnon dicebat, non per iudicem isti examinentur, sed hic pœnam dantes occidantur. Volebat enim Marnon, vt antequam in manus iudicis traderemur, populum inducere vt in nos insurgeret ac interficeret. Verum turba illi non consensit: & statim tradiderunt nos iudici, qui dixit illis, qua occasione aut culpa traditi sunt vobis homines isti? Responderunt, pro magicis ac maleficiis: quibus iudex, quanam magica arte maleficia perpetrarunt. Tūc Marnon dixit, quomodo Dianæ templum magica arte destruxisset, & quomodo miles quidam ab Hierosolyma venerat eos accusans, & maleficos cognoscēs, & eorum maleficia ex Deorum confessionibus approbans. Tunc Iudex ad Marnonem, veniat ergo, inquit,

Tom. 2.

miles ille, & nobis faciat apparere veritatem. Tūc grauius vinculis constrictos coniecit nos in carcerem. Illi verò circumeuntes ciuitatem, quæsierunt illum militem: quem cum non inuenissent, post triduum reuersi sunt ad iudicem, dicentes, non possumus hominem illum reperire, qui verè maleficia eorū agnoscit. Quibus iudex dixit, homines peregrinos, aduersus quos neque accusatores neque cartæ apparent, nobis punire non licet, neque in carcere retinere. Tunc iussit nos de carcere educi, comminans & præcipiens, ne diceremus, sed de vrbe discederemus. Exeuit autem persecuti sunt nos, & expulerunt de finibus eorum, & peruenimus vsque ad litus maris, vbi Ioannes ex mari proiectus fuerat, & mansimus illic triduum: sed nobis permillum ephesum regredi.

Capitulum VIII.

Secūdam vero postea persecutionem Domitianus excitat, cuius temporibus Ioannes Ephesi morabatur. Imperator autem Domitianus epistolam misit Ephesum ad proconsulem ciuitatis ita continentem, Accipimus apud vos quendam Ioannem filium Zebedei esse, qui à multis asseritur Christianus, & discipulus illius Nazareni esse, qui pro suis scelerebus à Iudæis fertur crucifixus: cesset iam ab errore suo & viuatur, aut examinetur & pereat. Tunc proconsul missis exactoribus comprehendit Ioannem, & eum secundū edictum Cæsaris ammonuit, & vt Christum negaret, & à prædicatione Evangelij cessaret. Ioannes verò respondens illi dixit, Absit vt vnquam dulcissimum Domini mei nomē negem, nomen cuius flebitur omne genus, & omnis lingua confiteatur: obedire enim magis Deo oportet quam hominibus, propter magnam gloriam maiestatis suæ, & gloriam quam promissū diligenter se. Nō ergo negabo Christum Deum meum, qui dilexit me, & magistrum: neque à prædicatione Evangelij nominis eius cessabo, donec ministerij eius quod suscepi cursum consummauero. Vt verò præsul hæc ab Apostolo verba audiuit, ita motus vultum immutauit, & dixit ad Ioannem, cur ad tantam insaniam deuensisti, vt contra te iram imperatoris concites: continuo iussit tradi in carcere dicens, rebelles principibus & legum contēptores non decet suæ voluntatis habere potestatem. Capitulum IX.

Proconsul verò rescripsit Romam de Ioanne ad Domitianum ita continentē. Piissimo Cæsari semper Augusto, Domitiano, Proconsul Ephesorum S. Sacræ maiestati tuæ notum sit de Ioanne Zebedæi filio, de quo olim tuas dignatus es litteras, in Asiam venisse, & prædicasse Christum crucifixum, quem affirmat Deum verum & Dei filium esse, & culturam inuictissimorum Deorum nostrorum euacuat, & templa veneranda quæ à maioribus nostris mirificè extracta fuerunt, euertit. Qui magus cum contrarius existeret imperiali edicto, & cum suis maleficiis artibus & prædicationibus repente omnem Ephesi dum populum ad culturam hominis crucifixi & mortui seduxisset, nos erga deorum immortalium culturam zelum habentes, iussimus eum pro tribunalibus præsentare, & iuxta benignissimum clementiæ tuæ rescriptum blanditiis, & terroribus studuimus ammonere, vt Christum suum negaret, & à prædicatione desisteret, atque diis omnipotentibus grata libamina offerret. quæ cum illi nulla ratione suadere potuimus, hos apices imperiali tuæ maiestati direximus, vt quicquid supremæ celsitudini tuæ de prædicto rebelli visum fuerit cognitū, diligenter exequamur.

ii

Dianæ templum corruit nec lesit quemquam.

Quatenus suscipiendū accūsatio.

Act. 5.

In illo vero tempore Romae Domitianus cum Lino & Marcello de Christi aduentu altercantur, & cum videret se non posse eos vincere, indignabatur plurimum, & eo tempore sibi praesentatur acta Proconsulis de Ioanne Apostolo: Ille vero incepit ea legere qui vbi ea legit, magis magisque succensus mandauit proconsuli, vt Ioannem ex Epheso tolleret, & vincum cathenis ad urbem Romam mitteret. Tunc proconsul suscipiens Imperatoris edictum, Ioannem Apostolum cathenis ligari praecipit, & assumptis militibus secum Romam vsque perduxit. audiens autem Domitianus de aduentu eius, noluit impius Caesar videre faciem Apostoli: & iussit vt proconsul duceret ante portam latinam, & in feruentis Olei dolium illum viuum dimitti, prius tamen illum flagris caederet, & crinem capitis deronderet, vt ignominiosus & inhonorabilis populo videretur. Cumque eum duxisset praeses, iussit expoliari & flagris crudeliter caedi, crinemque capitis ad ignominiae notam deponere. Licetores autem eum suscipientes fecerunt sicut illis mandauerat praeses.

Tonditur. D. Ioannes ad ignominiam.

Capit. XI.

Post haec sedit Senatus Romanus vna cum proconsule & populo Romano ante portam latinam, & iusserunt dolium apponi feruenti oleo plenu, in quod nudum, flagellatum, & ignominiosè pertractum pridie nouas maij beatu Apostolum Ioanne miserunt. qui diuina domini nostri Iesu Christi protegè te gratia, à bullientis & feruentis Olei dolio velut athleta fortissimus non combustus, sed tanquam vnctus illesus ac intactus exiuit, & Domini qui eum dilexit saluante gratia & refrigerante, ita illesus & liber pœna apparuit, quam à corruptionis carnis mansit integer ac immunis. Fideles autè qui aderant, exultantes & stentis praegaudio, voces ad caelum extollebant, commendantes Ioanis Apostoli & Evangelistae dignam memoriam, & Apostolicam constantiam. Er Christi fideles qui illic aderant ante portam latinam, Ecclesiam posuerunt in eius nomine dedicantes. deus enim per crudelem tyrannum consilium suum disponebat, vt sicut virtutibus & signis Ioannes & Petrus socii fuerunt, ita in vrbe Roma memoriam haberent sui triumphi. sicut enim triumphalis & insignis habita est cruce Petri, sic & porta latina Ioannis Dolio insignis & memorabilis habetur. Videns igitur proconsul Ioannem Athletam Christi fortissimum de dolio exeuntem velut vnctum non vstum, stupefactus voluisset ei libertatem dare, si non timuisset regis iussionem. Tunc Domitianus iussit ne amplius proconsul Ioannem torqueret, sed reduceret eum vt dein amplius disponderet quid de eo esset agendum.

Capit. XII.

Postquam autem haec gesta sunt, apparuit Dominus Ioanni, & dixit ei, te iterum oportet ingredi ciuitatem Ephesum, & post tres menses mitteris exul in pathmon: vrbs enim illa adhuc tui multum eget. Et tandem postquam multum semen seminaueris, eam ad me conuerteres. nos itaque iterum intrauimus Ephesum, & comminuta sunt reliqua numina, & erat templum in Epheso, à quo non fuerat eliminata spurcia. Haec autem signa fecit in Epheso Ioannes Christi Apostolus, antequam mitteretur in exilium, multa passus à Iudaeis Grecis & Romanis, Diabolo eos aduersum nos suscitante. Pontifices vero & magistratus Ephesorum iterum Epistolam aduersum

Ecclesia in honorem D. Ioanis fabricata. Petri & Ioanis martyria Roma.

nos suscipierunt ad Domitianum talia continentem.

Capit. XIII.

Toti vrbi dominanti Domitiano habitates Ephesi. Oramus te nobis esse auxilio. Nam quidam qui de Iudaea prodierunt, quorum nomina Ioannes & Prochorus, ciuitatem nostram occupauerunt, nouam doctrinam seminantes, & arte malefica omnia templa magnorum deorum destruxerunt. Haec omnia tibi nota facimus, vt secundum tuum imperium de ipsis voluntatem tuam impleamus. Visis ergo Epistolis praecipit imperator, vt penitus exularent, rescrispsit haec.

Capit. XIII.

Domitianus Caesar, magistratibus & Ephesorum ciuitati. Volumus scelestos illos, impios, & maleficos viros Ioannem & Prochorum exulare: quos multum diuque pro clementia nostra sustinuimus: nunc autem in dies contra Deos immortales peccates non est equum amplius in medio eorum versari qui continuo Deos sapienter honorant. Quare iubemus impios in Pathmon insulam religari, primo quia deorum cultui aduersantur, secundo quia legum nostrarum sunt contemptores, & nos nostraque iusta spernunt & inhonore. Hoc ergo Caesaris mandatum perlatum est in Ephesum, & miserunt qui nos & Ioannem magistratum meum in vincula coniecerunt, & plagis affecerunt & iniuriis, dicentes, hic est seductor, qui arte malefica tot facinora peregit. Et fuerunt ad nos tenendum missi numero cetum. Postquam ergo Ioannes Apostolus & Euangelista, & Dei amicus comprehensus est, tenuerunt me ipsum, non tamen ligauerunt, sed plagas intulerunt, & conuicia demum nos ad nauem perduxerunt.

Capit. XV.

Cum ergo ingressi essemus nauem, iusserunt milites nos in medio nauis consistere: & sex vncias panis, breolum aquae, & paxillum acetæ pro victu nobis ordinarunt. Ioannes vero in die duas panis sumebat vncias, & octaua portionem aquae & reliquias mihi relinquebat. Vbi vero tertia die aduenit hora, milites sederunt vt pranderent, lautas habentes epulas, & lauta pocula. Finito autem prandio coeperunt ludere. Saltantibus igitur & tripudiantibus, accurrens vnus eorum iuuenis super extrema nauis, subito delapsus est in mare. Pater iuuenis erat in naui luctum mirabilem faciens, & qui libenter (nisi alij vetuissent) praecipitem se dedisset in mare. Venientes autem quidam militum, & procuratorem vbi Ioannes erat ligatus, vbi viderunt eum non stentem, dixerunt, nos omnes pro malo quod accidit nobis, stemus: & tu sine fletu & dolorie manes? quibus Apostolus dixit, quid vultis faciam vobis? dicunt: si potes adiuua nos: audierant enim multa signa quae fecerat in Epheso. Ioannes dixit ad vnum eorum. Quem Deum colis ille dixit Apollinem, Iouem, Herculem cum altero patre: & ad alterum, & tu quem: qui dixit. Esculapium, & magnam Ephesorum Dianam. Et similiter ceteros interrogauit, & quisque eorum suu errorè manifestauit, quibus Ioannes tot dij non potuerunt adiuuare & assistere vestro iuueni, ne sine impedimento vestro & tristitia illu vobis custodiret. dixit ei, qui immudi sum? ante eos, & ideo permisit nos incidere in hanc tribulationem. permisit Ioannes eos in luctu vsque ad hora sequentis diei tertia: transacta vero tertia, Ioannes tristis & dolens pro eo qui perierat

perierat, & communi omnium dolore qui aderat, flexus inquit mihi, surge fili Prochore, & porrige mihi manum tuam: erat enim multo podere ferri grauatus. surrexit igitur, & porrexit illi manum suam: creatus perrexit in eminentem locum nauis, & vincula sua sustinens fleuit abundè, & dixit ad mare. Haec dicit filius Dei qui supra planiciem tuam sicis pedibus ambulauit, pro cuius nomine haec vincula porto vt eius seruus, redde nobis iuuenem viuū & sanū, quae absorpsisti: & finitis his verbis continuo procella facta est, & aquae magnus sonus, ita vt periculum eminere, & timeret vnuerſi qui in naue illa versarentur: nam fluctus magnus ab imo ad summū eleuatus est, qui iuuenem viuū & sanū ad pedes Ioanis reiecit. videntes autè vnuerſi vna cum eo qui suscitatus est, prociuderunt in facies suas ante Ioannem, adorantes & dicentes, verè Deus tuus, ipse est Deus caeli & terrae, & creator omnium creaturarū. tunc accesserunt & dissoluerunt vincula quae erant super beatissimum Apostolum, & sumus cum eis in magna fiducia.

Capit. XVI.

Postea transiimus ad quoddam castellum, vbi nostra nauis appulit, & illic stetit vsque solis occasum. Vbi vero qui descenderant in nauem, redierunt, solum illinc, & circa quinta noctis hora, in mari suborta est tempestas valida, ita vt penè nauis periclitaretur, & dissolueretur: ita vt vnuerſis: more ante oculos versaretur, & accesserunt ad Ioannem decem, dicentes, apostole Dei viuū, qui militè sociū nostrū de periculo maris viuū nobis reddidisti, & suo miserando patri, ora Deū tuum, vt tempestatem hanc sedet, ne & nos percamus. quibus dixit apostolus, tacete, & vnusquisque vestrum locum suum teneat quietes. tacuerunt igitur omnes, sed fluctus amplius intumescere coeperunt, & iterum clamauerunt, miserere nostri apostole Iesu Christi. quibus respondit, iacete. Nam neque amissio erit in hac, nam vnus capillum nō peribit capiti vestri. Tunc surrexit & dixit, mare haec tibi dicit apostolus Iesu Christi, in nomine Iesu Christi quiesce & coesce: & statim facta est magna matris tranquillitas, & mirati sunt vnuerſi.

Capit. XVII.

Nauigantibus nobis tribus diebus toridèque noctibus, peruenimus Epidaurū, vbi habitabat Marnon Iudaeus, qui plurimas Ephesi aduersum nos suscitauerat seditiones. videns autè nos in naui sedentes, dixit illis qui nobiscū erāt, qui sunt hi quos vobiscū in nane habetis. Responderunt, Christiani sunt homines fideles: magna enim salus nobis per eos in mari facta est. quae eorum, inquit, noia? Responderunt nomē maioris, Ioanes, & discipuli, Prochor. audiens autè hoc Marnon, ascēdit in nauē, & magna voce cepit clamare, quid hic facitis o magi, Deo mudo quod odibiles? Vnus autè de nunciis regis, qui nobiscū vna cum militibus nostris aderat, arguit Marnonem dicēs, cur in viros sanctos talia verba profers? nos eos custodimus, & iuxta regis edictū ducimus in insulā pathmon. quae cū dixisset, Marnon descendit de puppi, & vestimenta sua discindēs clamabat, viri fratres, qui mecum epidauri moramini, omnes adiuuate me: erat enim marnon diues, & multas tenēs possessiones homo. fluxerunt itaque ad eū multi, quærentes quid ita clamaret. Quia, inquit, viri qui magi sunt & polluti, huc appulerunt, qui plurimas pœnas & rogationes habitatoribus Ephesi inflixerunt. Ad nos ergo, vt similia infligant mala, ab illis huc venerunt. Venite ergo mecum omnes qui epidauri habitatis, & immitamus ignes in nauē, & pereat magi illi. Crediderunt ergo verbis marnonis, & voluerunt propter nos succedere nauē.

Tom. 2.

Verum missi à Caesare, videntes eorū malā voluntatē, dixerunt, viri epidauritae, videte ne quid mali his hominibus inferatis, quia principis domitiani edicto eos in insulā pathmon ducimus, vbi eos exilio dānari iussit. Audientes autem viri epidauritae doluerunt, ab incepto desistentes, & ostēderunt illis comissi litteras edicti regio sigillo munitas. Quibus epidauritae, Si ergo, inquit, principis edictum est, cur eos non cōstringitis ferro, ne forsā sua malitia vos eludant, effugiātque è manibus vestris, & in vos, principis iracundia prouocetis: Nam maleficis artibus edocti, pestiferi sunt homines, & suis molestiis, suaque simulatione multas perdiderunt animas, multosque peremerunt, quorū alter nomine Ioannes, homo mēdax est, & omni supplicio dignus. Audiētes autè haec qui legati fuerant, mirabatur super verbis illis: nam verbis dolosis eos deceperat Marnon. Et rogauit eos Marnon, vt cōmderet eū eo. Epulis sumptis, & Marnone osculato, redierunt in nauē effrenes, & beneficiorū, quae à Ioane magistro meo acceperunt, oblitit denuo eum in districtis ferreis vinculis posuerunt, & victum quem prius, nobis instruxerunt.


Capit. XVIII.

Deinde illinc nauigantes, peruenimus myrrh, vbi septem dies ob infirmitatē vnus militis perstiterat: dissenteria enim profluioque sanguinis vehementer laborabat. octaua autem die inter eos orta est contentio. Dicebant enim, non est bonum nos hic diutius immorari, quia praecipit habemus, vt proficiscamur, & iter absoluamus inceptum. Nam iussiones regis & mandata nobis diligentius sunt prosequenda: alioquin qui negligentius illa curabit, timendum illi est ne pœnam pro salute recipiat. Alij contrā dicebant, nequaquam honestum est, vt collega noster in tanta necessitate destituatur. Nam protinus mors derelictum occupabit: neque est qui maris ferre possit molestias: satius igitur videtur, vt adhuc paucos dies illum praestolemur, donec quid de eo faciendum fuerit, tam honestate videamus. sique magna inter eos contentio suborta est. Videns autem Ioannes, quia contentio haec inter eos sine vtilitate esset, dixit mihi, fili mi Prochore, vade dic infirmo illi, vt in nomine Domini mei Iesu Christi veniat ad me. Accessi igitur ad eum, & verba quae mihi praecipit Ioannes magister meus, dixi, & continuo surrexit, & mecum venit ad Ioannem. Cui Ioannes, die, inquit, sociis tuis, vt soluamus hinc, & de loco isto nauigemus. Nec mora: ille qui septem iam dies laborans, fere nihil ob infirmitatem susceperat alimēti, hortatus est socios, vt inde soluentes nauigarent festināter, & quod ab dolore morbi euaserat liber & incolumis.

Capit. XIX.

Illinc igitur soluentes, venimus in quendam locum, qui Liphon vocabatur: & certa procella sex dies illic immorati coacti sumus. Locus autem ille dulci aqua carebat, & penè omnes sibi periclitabantur. Dixit autem ad me Ioannes, fili Prochore, mitte vas in mare in nomine Domini nostri Iesu Christi, & imple illud. Feci itaque vt mihi iniunxerat. Et iterum dixit mihi, funde per singula vasa, & imple illa aqua maris. Feci autem sic, & omnia vasa impleui, & statim aqua quae in ea missa est, inuenta est dulcissima: & communi moratis cunctis qui in naui erant, dixit, in nomine Iesu Christi crucifixi accipite & bibite: & accipientes cuncti biberunt, & mirati sunt vnuerſi, & dixerunt adinuicē, quid faciemus homini isti, quia signa multa & prodigia per ipsū facta videm? vadam? igitur, & solua-

† Deest quidpiam



inus eum à vinculis ferreis, & petamus ab eo indulgentiam & remissionē de malis quæ illi intulimus, ne forte descēdat ignis de cælo & nos oēs deuoret ac cōsumat. Acceperunt igitur ad Apostolū Dei, dicētes, hō dei ne irascaris seruis tuis, quia præceptū regis facimus, & nō valem⁹ aliud facere, Verūtāē absolui⁹ te à vinculis, & quicquid præcepisti nobis, facimus. Et statim soluerūt Ioannē magistrū meum à vinculis, quib⁹ dixit Ioānes, ego nihil estimo laborē & anxietatē hui⁹ mūdi, sed anima mea multo exultat gaudio adimplere voluntatem & præcepta dei mei Iesu Christi, qui crucifixus fuit propter nostram salutē. Hęc audiētes milites procliderūt omnes in faciē suam, & dixerunt apostolo Ioāni, domine ecce omnia in tua sūt potestate: vade in pace vbi cūque vis, liber: nos autē in regiones nostras nauigabim⁹, quibus Ioānes, habetis talē in principe vestro fiduciā, quōd si nos abire sinitis, irā eius nō incurratis: dicit ei: nō domine, dixit Ioānes, cōplete ergo ministeriū vestrū secundū regis edictū, & reponite nos in locū ab eo institutū, & tunc in regiones vestras reuertemini cū pace. Suscipiēs autē postea Ioānes, de diuina scriptura docebat eos aliqua quæ erāt de filio Dei, & accepto verbo rogauerūt vt baptizaretur ab eo: & baptizauit in illa die decē, qui aliis præerat, aliorū administratores, & soluētes nauē, Liphō derelicta, venimus in insulam pathmon, & intrantes urbem tradiderunt nos milites secundum principis edictum illis qui nos recipere debebant. Rogauerunt ergo Ioannem administratores qui baptizati fuerant, vt iuneret eos nobiscū in illa insula remanere. Sed non permisit, dicens, filioli mei gratiam quam accepistis solummodo cōseruetis, & locus nihil vobis nocebit, fuerunt ergo nobiscum dies decē, & accepta benedictione gauisi reuersi sunt omnes vnusquisque in sua loca.

Capit. xx.

ERat autem in loco illo vir quidam prædiues, nomine Myrō, & illi vxor nomine Florā: quib⁹ tres erant filij docti in arte rhetorica: & is qui inter eos maximus ætate erat, habebat spiritum phitonē. Cum ergo Myron suscepisset nos in domū suam, cognoscēs filius eius, qui spiritum malignū habebat, potestatem Ioannis, fugit in aliam regionem, ne eiiceret ab eo Ioannes spiritum malignum. Agnoscens autem Myron quia filius eius fugisset, dixit vxori suæ, si homines hi boni fuissent, nunquam id accidisset nobis vt filius noster fugisset, sed potius, sicut narrant multi, magi sunt & malefici, & domum hanc maleficio suo incantauerunt, & filium nostrum abiecerunt. Me miserum Charissime fili, quomodō factus sum insipiens, vt magos duos intromitterem vt te perderem? Dixit autem illi vxor eius, si ita res se habet vt dicis, cur non eos de domo eiicis, ne fortē similibus maleficiis reliquos filios nostros dementent, & cogant à nobis discedere & perire? cui Myron, non eiiciam eos, sed multa tribulatione eos afficiam, donec faciant filium nostrum redire, & nobis eum in hanc domum saluum restituant: postea verō punientur acerbē: erat enim Myron sōcer præsidis insulam Pathmon procurantis. Cognouit autem Ioannes per Spiritum sanctum quæcūque locutus est Myron ad vxorem suam. Et dixit mi, fili mi Prochore, id agnoscas Myronem hospitem nostrum multa mala aduersum nos moliri, quæ & intendit explere. Nam filius eius senior spiritum Phitonicum habet, & dum introissemus in domum hanc, innuit spiritus immundus ne eum eiiceremus, &

fugit, & transtulit illum in aliam regionem, & propter hanc causam Myron contra nos animo est infensolus. Sed ne concidat animus tuus super malis venientibus, quæ inducet Myron super nos, dum autē ferme hæc ad me loqueretur Ioannes, superuenit epistola à filio Myronis directā in hunc modum, * Patri & matri Apollonides salutem. Magus quidam nomine Ioannes, quem in domum vestram induxistis, dum rem nefariā præstigijs suis patraret, & innideret bono quod in me erat, spiritus quidā ab eo missus est, & me persecutus vsque in hanc ciuitatem, & vbi multa pertuli pericula, inueni Cinopem candidum & benignissimum conductorem, qui mihi multa narrauit quæ in me facta sunt, & quomodō acciderant. Et dixit mihi, fili mi Apollonides, nisi interfectus fuerit magus ille Ioannes, non poteris amplius in regione tua habitare, non poteris amplius domum tuam videre. Quare Pater, nunc filius tuus te precatur, compatere filio tuo, & interfice magum illum Ioannem, vt citō tuis, Patris mei & maternis & duorum fratrum meorum desideratis fruam amplexibus, & valete. Audita igitur hac epistola, quæ missa est à filio suo Apollonide, statim nos conuulsit Myron, & cum æstimatione profectus ad præsidem ostendit illi litteras, quas ad se miserat filius suus Apollonides. Accipiens ergo præses litteras, legit et aduersum nos exacerbat⁹ eō magis est, quōd in parte epistola nomine Cinopis fuerat conscripta. Nam omnes qui Pathmon habitabant, ipsum Cinopem tanquam Deum quendam habebant propter magna eius iudificamenta. Suasus igitur præses verbis Myronis & Apollonidis filii eius, iussit Ioannem exhiberi feris, & continuō capti sumus ex Domo Myronis, & ducti in carcerem publicum, post triduum vero deduxerunt nos in pratoriū. Dixit autem præses ad Ioannem, Pius Imperator noster Domitianus te * condemnations iudicauit, remisit tamen & non interfecit: volens autem te emendatum reddere & sobrium, in hanc insulam te misit, & ecce maiora hinc incipis perpetrare flagitia quā Ephesi. Nam reiecasti filium fœderis mei, meumque affinem: responde ergo mihi propter, priusquam pœnas luas: & fac vt redeat affinis meus: & dic quem ritum sequeris, quem perpelessus es, & ex qua regione ad nos veneris. Respondens autem Ioannes dixit, ego hebræus sum, seruus Iesu Christi filij Dei viui, qui crucifixus est & sepultus propter hominum peccata, qui & resurrexit tertia Die à mortuis, ipse verō me misit euangelizare omnibus gentibus, vt credant in eum, & habeant vitam æternam. Cui præses, piissimus imperator iussit te hac occasione exulare, & iterum contra te talia verba profers. Disce o stultissime Deos honorare, & colere immortales, & legibus imperatoris obsequere, & neque Deum prædica hominem qui ob multas seditiones morti adiudicatus est. Beatus verō Ioannes dixit, ego eundem semper veneror immortalem, & illam annuncio his qui cupiunt sobriam agere vitam. Præses dixit, non opus habemus his multis quæ profers fabulamentis. Nam præceptum tibi est, vt ab hac prædicatione desistas: tamen Apollonidem sanum in hanc ciuitatem restitue, & redde Domui suæ. Dixit Ioannes, à prædicatione quam facio non possum desistere, per quam expecto mercedem salutis æternæ, que mihi reposita est in fine laboris mei, quā reddet mihi ille quē dilexi, in quē credidi magister me⁹ Christ⁹, qui est benedict⁹ in secula. Ne amico autē tuo Apollonide, si quicquā aduersum me petis, nihil mihi

* Desunt cetera.

* Deest quidpiam

consci⁹ sum in eum aliquid commississe. Verum si finis, ego pro eo discipulū meū mittā, & ipse illū adducet ad te, & quid habet aduersum nos ille nos accusabit coram te. Iussit ergo præses ita fieri, & interim Ioannē archidimē cathenis duabus teneri vincitū. Dixit Ioannes ad præsidem, permitte me prius Epistolam ad Apollonidem scribere, & post, me mitte in cathenas. Permisit autem præses, & Ioannes scripsit Epistolam hæc continentem. Ioannes Apostolus Iesu Christi filij Dei viui, spiritui phitoni qui habitat in Apollonide, Præcipio tibi in nomine Patris & filij & Spiritus sancti, vt exeat à creatura Dei, neque vltorius introeat in eum, neque habitet in insula ista: sed secede in locum inaquosum, quem nulli habitant hominum: Et hæc ego Ioannes tibi præcipio in nomine sanctæ trinitatis. Hanc Epistolam ego Prochorus suscepi, & abij in urbem vbi diuersabatur Apollonides: erat autem spatium miliarium sexaginta, & ingressus ciuitatem, ipsum requisitū, post biduum ipsum reperiens: statim vt accessi, Spiritus immundus discessit ab eo. Et exeunte spiritu immundo Apollonides continuō factus est sui compos, & humana consuetudine intelligens, & sciens, & dixit mihi: quare huc venisti bone discipule benignissimi magistri? Ego autem respondi: vt prudentiam tuam accerserem, & te ad præsidem fororium tuum ducerē, & in domum tuam, & ad tuū dilectissimum Patrē. Statim ergo iussit parari equos, & iussit me ascendere, & ex ciuitate exeuntes, nos ad iter accinximus. & dum peruenissemus in urbem, interrogauit me Apollonides, vbinam esset mansio magistri mei: ego verō in quo illi, præsidem, illum catenis duabus vincitum in carcerem coniecisse. Audiens autem Apollonides neque domum est ingressus, neque ad præsidem est profectus, neque quenquam de notis suis est allocut⁹: sed duxit me ad carcerem, & pulsanti illi custos carceris aperuit, illi ad pedes, cum eum cognouisset esse Apollonidem, se inclinans. Ingressus ergo Apollonides, vbi vidit Ioannem, pron⁹ adorauit in terram. Ioannes verō illum erexit, & dixit: fili, Deus te benedicat: & statim Apollonides soluit Ioānem à vinculis, & dixit custodi carceris, si præses quicquam tibi dixerit, & quare soluisit eum? Dic illi, quoniam Apollonides venit, & soluit eum. Et duxit nos in domū suā. Erant autem Pater, Mater, & Fratres eius luctum facientes pro absentia Apollonidis. Ceterum vt eum viderunt, surrexerunt omnes præ gaudio, & ipsum cū lacrimis amplexati osculati sunt eum. Et dixit Pater, quid tibi factū est fili, Quia de domo mea effugeris, & mihi, & Matri tuæ & fratribus tantum luctum reliqueris? Respondit Apollonides: domus nostra plena peccatis & sceleribus fuit, in quam dum introisset dilectus Deo Apostolus Christi Ioannes, ignorauimus quis esset, & quis eum miserat, & etiam ille qui missus est an à Deo esset, an ab aduersario & maligno. Verūtamen Pater factū est vt dimisso eo cognouerim ab aliis quis esset, & quis eum misisset, priusquam reuerteter? Hęc audiens Myron credidit filio suo & dixit: fili mi, si res ita se habet, vadamus ad præsidem, & annunciemus ei hæc, quoniam me conscio misit Ioannem in carcerem. Dixit autē Apollonides: noli de hac re, optime Pater, esse sollicitus, Ioannē iam solui, præses gener tuus est, & vult quæcūq; vouerimus. Et Apollonides introduxit Ioannē. Ad quem conuersus dixit, annuncia nobis optime magister, aliquod verbum nobis vile, per quod accipiamus à te lumē æternū. Ioānes verō dixit, volo prius nobis narres, cur hanc domum deseruisti,

Apollonides soluit carcerem. D. Ioannis.

& in aliam te urbem contulisti. Tunc suscepit Apollonides causam fugæ suæ: hinc narrare, non (inquit) Patrem, neque matrem fugit, exactū iā pluribus annis Dum in lectulo meo dormiens requiescerem, venit quidam, & tetigit me, & ego protinus excitatus vigilauit, & vidi illum qui me excitauerat, erantque oculi eius grandes vt & faces ardētes, & facies eius sicut fulgur, & dixit mihi, aperi os tuum, & statim vt aperui os, introiuit per os meum in ventrem meum, & impleuit ventrem meū: & ex illa die cognoui omnia mala, & bona quæ domui nostræ accidebant: & non solum ista, sed quæ mihi necessaria erāt, dicebat. Et veniebant ad me omnes & negotiorū suorum quæstiones proponebāt, sed cum in hanc Domū ingressus es, dixit mihi Apollonides, hic homo magus est, & ille verō nusquā me permisit, dicens mihi, si Ioannes non interficiatur, nequaquam poteris vnquam in domum tuam regredi. Interrogauit etiam Cinopem, & hæc eadem mihi asseruit. Verū vt discipulus locum ingressus est vbi morabar, ilico vidi illum qui per os in me ingressus fuerat, in eadem forma qua intrauerat, egredi: & continuō sensi me à multo labore liberatum, & magna consolatione aclætitia repletus sum, & gratificatus sum discipulo. dixit autem Ioannes Apollonidi: fili, hæc est vna de virtutibus & beneficentijs Iesu Christi Filij Dei, qui Crucifixus pro nobis, & qui resurrexit. Ille verō qui corpus tuum subintrauit, spiritus erat Phitonicus, qui cum ingrederemur in domum tuam, eiecit te de ea, ne eum à te expelleremus, & cogere cum per virtutem Iesu Christi. nunc autem fili mi non solum per increpationem & veri Dei virtutem restitimus maligno immundōque spiritui, sed etiam per Epistolam nostram illum eiecimus. Et accepit à me Ioannes Epistolam, quam aduersus spiritum Phithonem miserat, & illam Apollonidi exhibuit. Quam cum legisset, assumpto Ioanne, & me, & fratribus: profectus est ad præsidem ciuitatis, & illi omnia enarrauit, & quæcūque à spiritu nequam fuerat perpelessus, & quo pacto, beneficio Ioannis Apostoli Iesu Christi, & Prochori discipuli eius, fuerat liberatus. Hęc cum audisset præses, capite inclinato nobis gratias egit, & ex illo tempore multum dilexit Ioannem magistrum meum, & eo tandem dimisso, in domum Myronis reuersi sumus. Capit. xxii.

Ioannes autem repletus Spiritu sancto cepit eis Inarrare magnalia Dei, & instruxit eos diuinis scripturis, & rogauerunt eum vnicti vt baptizarentur in nomine Patris & filij & Spiritus sancti, & baptizauit Ioannes in die illa omnes qui erant in domo Myronis. & vxor præsidis, Myronis filia, cui nomen erat Chryssippa, videns Patrem, Matrem, & fratres suos in filium Dei credentes, dixit viro suo: Eu tota domus Patris mei credit in Deum crucifixum quem Ioannes prædicat, cupio ergo vt credamus, & glorificetur domus nostra, sicut domus Patris mei: & dum in potestate constitutus es, & amplius habes, adiuua nos aduersus illos qui Ioannem institutorem nostrum persequuntur. Cui respondit vir eius, mihi id non licet quod suades, dum prouinciæ magistratum gero. Nam secta Christianorum omnibus hominibus non solum regibus contemptui & execrationi habetur, & ceteri homines vbi viderent Ioannē & alios Christianos, domum meam & domū Patris tui frequentantes, tanquam suspicantes nos esse Christianos, nos habebunt despectui, & orientur dissensiones, & domos nostras succedent, me magistratus administratione priuantes.

At vero si fenserint me ritum eorum seruare, etiam propter me ceteris vobis exhibebunt honorem. Nam dum magistratum gererem in Græcia, in aperto ritus eorum sum secutus, in occulto tamen illis qui credebant in Christum beneficiebam. Dum ergo expleto praefecturae tempus, accomodatius erit ut efficiar Christianus. Tu vero tecum assume filium nostrum, & ingredere domum Patris tui, & ausculta diligenter doctrinam Ioannis, & tu & filius tuus Barizamani, conseruantes praecipua Christi. Vide ne despicias vnum de verbis illis quae loquitur Ioannes, neque mihi renunties quae annunciat tibi priusquam efficiar Christianus. Nam si leges Graecorum damnant eos qui deorum suorum mysteria pandunt, quanto magis Christiana, quam praedicat Ioannes Christi, Apostolus? Apostolos, illos danat qui reuelant archana Dei sui. Custodi ergo Charissima, teipsum & filium nostrum vnicum. Et haec cum dixisset, Chryssippa continuo discessit a viro suo: & assumpto filio suo venit in domum Myronis Patris sui, & ingressa, prona salutauit Ioannem, & Patrem & matrem, & fratres suos. quo facto dixit ad eam Ioannes, quae ex causa ad nos venisti filia: quae respondit, huius rei causa optime magister, ut per te glorificetur domus mea, sicut & domus Patris mei. Et ait illi Ioannes, rectum faciat cor tuum in seipso, & cor viri tui, & filij tui, & conseruet vniuersa quae in domo tua sunt. Et procidens Chryssippa ad pedes Apostoli adorabat & dicebat, optime magister, da mihi signaculum Christi, & filio meo, & efficiamur participes domus Patris mei. Respondit Ioannes, prius eamus, & alloquamur virum tuum, ut cum eius consensu purificeris. Tunc Chryssippa cepit illi narrare vniuersa quae audierat a viro suo. Et gauisus est valde Ioannes cum audiuit consensum praesidis, & ca-

*Chryssippa
a D. Ioan.
baptizatur.*

thechizauit eam, & filium eius, & dicens praecipit omnia praecipua fidei Christianae seruare, & baptizauit eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Videns autem Myron, quod filia cum filio credidisset in Christum, gauisus est, & attulit multam pecuniam coram filia sua dicens: adfuit bona, filia, quae poterunt nobis sufficere: ne (precor te) domum meam & mensam amplius deseras, neque tu amplius cum filio tuo cures in domum tuam redire, ne inter te & virum de Christo oriatur contentio. Cui Chryssippa dixit: si vis Pater, ut tecum maneamus, sit haec pecunia semper tua: ego vero cum filio in domum transiens vbi auri argenteique multum congestum habemus, & hinc quantum nobis necessarium fuerit sumens, ad te in domum tuam reuertemur, & vnus & idem erimus. Haec autem audiens Ioannes dixit Myroni, Nequaquam licet quae tu & filia tua condidicis: Na Christus neque iussit neque misit me separare vxorem a viro suo, neque virum ab vxore: reuertatur ergo filia tua cum pace in domum suam, praesertim cum ipsa in Christum crediderit consentiente marito. Confido in Domino qui me misit magnalia sua Euangelizare, quod vir suus Christo annuerabitur: pecuniam autem de qua inter vos sermonem fecistis, pro Christo erogatis pauperibus, sicut dicit scriptura, qui pauperi tribuit, Deo tribuit, & secundum datum eius retribuetur ei. Dixit enim Dominus Iesus, miseremini & miseretur vestri: eadem enim mensura qua metieritis, remetietur & vobis. Et his dictis remisit Ioannes Chryssippam & filium eius ad praesidem virum suum, & nos remansimus in domo Myronis. In crastino autem protulit Myron thesaurum suum ad pedes Apostoli Ioannis,

& dixit, suscipe Domine mihi pecuniam hanc, & diuide pauperibus. Dixit autem illi Ioannes, grato animo excipio propositum tuum, quod ex Dei amore prouenit cognosco. Et nunc quae tua sunt, in tua prouidentia relinquo, distribue ea manibus tuis, illis qui opus habebunt. Myro autem secundum Apostoli praecipuum pauperibus & egenis sua distribuebat, & multiplicabat ei Deus omnia quae in domo sua erant, & cum gratiarum actione gaudebant in Domino vniuersi, quia distribuebatur vnicuique ut opus erat.

Capitulum XXI.

Rat autem in ciuitate illa quidam diues homo, cui nomen erat Basilus, nomen vxoris eius Chares, quae & erat sterilis. Is autem venit ad Rhodonem nepotem Myronis, cui dixit: quidnam factum est ut Myro auctulus tuus ita peregrino isti consentiat, ut neque nobiscum sedeat, neque recipiat, neque sermones communice? Dixit illi Rhodon: doctrinam eius sanam agnoscimus, & nos cum multis eum libenter audimus. Dixit Basilus, cum tanta de eo audiam, dicat ut vxor mea filium pariat: Cui Rhodon, dico tibi Basilus, quia potens est hoc in nomine Dei sui facere. Haec audiens Basilus properauit festinanter ire in domum Myronis, ut Ioannem videret. Interrogauit igitur si Apostolus Christi illic hospitaretur. Intelligens autem ita esse, dixit puero se velle alloqui Ioannem, qui nunciauit Myroni, & Myron Ioanni dicens: Basilus tribunus quidam pro foribus stans te cupit alloqui. Haec audiens Ioannes continuo surrexit, & processit illi obuiam. Basilus vero se illi pronus humiliavit. Cui Ioannes dixit, impleat Deus omnes petitiones cordis tui in bonum: & beatus homo qui non tentauit Deum in corde suo. Israelitae enim tentauerunt Dominum ad aquas contradictionis, & eduxit Dominus de petra aquas ut fluuium, ita ut de ea biberet increduli: panem etiam Angelorum dedit eis ad vescendum, & ipsi tanquam ingrati & talem cibum fastidientes perierunt carnes ad edendum, & audiuit Dominus voces eorum, & dedit illis ingratas & duras carnes in abundantia, ita ut verteretur cis in abominationem, tu vero Basilus, noli tentare Dominum, sed firmiter crede in eum, & ipse vxor sterilis visitabit, & omnes petitiones tuas implebit. Videns autem Basilus quia cuncta quae erant in corde suo aperuit, obstupuit & admiratus est vehementer. Cui iterum dixit Ioannes: fili Basilus, Crede in Iesum Christum filium Dei, & omnem voluntatem tuam propter fiduciam tuam dabit tibi. Respondit Basilus, Credo ut dixisti, sed & nunc te obsecro roga deum tuum, ut vxor mea habeat filium. Cui Ioannes, dixi tibi crede, & agnosces gloriam dei. Et dum bene instruxisset eum, exiit Basilus de domo Myronis, & abiit gaude in domum suam: nunciauitque cuncta quae audierat a Ioanne vxori suae: quae non multo post cum viro suo accessit ad Ioannem, prouenerantes eum. Et dixit Ioannes ad vxorem Basilij: Charis, gratia dei illuminet cor tuum, & cor viri tui, & tribuat tibi fontem vteri tui bonum: & cum multa diuinarum scripturarum praedicatione confirmasset corda eorum, requieuit gratia dei super illos: & rogauerunt ut baptizarentur, & baptizauit eos in nomine Patris & filij & Spiritus sancti. Et rogauit Basilus Ioannem, ut intrarem in domum suam, & maneremus apud eum: sed non permisit Myron ut abiremus, nisi ut tantum Ioannes domum Basilij benedixisset, orans nos quamprimum in domum suam reuertii. fecimus ita, & orationibus Ioannis vxor Basilij peperit ei filium, & vocauerunt nomine magistri

*Basilus
tribunus
credit in
Christum.*

stri mei Ioannem, & facta est laetitia magna in tota eius familia. Et priusquam natus esset puer, ipse & Charis vxor eius obtulerunt Ioanni magnam pecuniam, ut distribueret indigentibus. Ioannes autem dixit Basilio, vade filium in domum tuam, & ea quae tua sunt, & habebis thesaurum in caelo.

Capitulum XXIII.

Cumque vir Chryssippae filiae Myronis duos annos in praefectura coepisset, depositus est, & alteri commissa est administratio. Veniens igitur in domum foreri sui dixit ad Ioannem: perturbatio rerum huius mundi afflixit animam meam, & priuauit me auro multo & argento & bonis quam plurimis: verumtamen rogo sanctam animam, ut baptises me, & purifices a delictis meis. Ioannes autem consolatoriis verbis confortauit eum, & confirmauit verbis diuinis, & sancta doctrina instruxit, monuitque ut toto corde crederet in Iesum Christum Crucifixum, saluatorem omnium, & baptizauit eum in nomine patris, & Filij & Spiritus sancti, & baptizatus reuersus est in domum suam.

capitulum XXIII.

Rat in eadem ciuitate homo quidam nomine Cresus, & vxoris nomen Selene, quibus erat vnus filius, qui vexabatur a spiritu immundo, & Cresus iudex erat in ciuitate illa. Ut ergo audiuit Ioannem magnas virtutes in nomine Iesu operari, assumens filium suum venit in domum Myronis. Quem ut vidit Ioannes dixit, Cresce Cresce, peccata tua filium tuum perdunt: Si in Deum verum credideris, magna ab eo percipies beneficia, laudemque mereberis. Noli in iudicio contra animam tuam faciem personarum acceptare, & sic adimplebis Dei mandatum: & his dictis Cresus dixit, Domine quid me oportet facere, ut filius meus saluus fiat, & liberetur a spiritu immundo? Dixit Ioannes, Crede in Iesum Christum Crucifixum, & curabitur filius tuus: & dixit Cresus, Credo Domine, tantummodo sciret filius meus. Tunc apprehedens Ioannes per dexteram filium eius, ter eum signo Crucis signauit, & eiecit ab eo demonium. Videns autem Cresus quod fecit Ioannes signum, procidens ad pedes eius adorauit eum. Et incipiens Ioannes de dictis sanctorum scripturarum, catechizauit eum, & ille glorificans Deum & confitens Iesum Christum verum Deum esse, & se credere in eum, abiit in domum suam, & rediens assumpta vxore sua, & filio, & multa pecunia reuersus est ad domum Myronis ad Ioannem Apostolum, dicens: accipe Domine, pecunia istam, & da mihi & vxori & filio signum Christi. Dixit ei Ioannes, signaculum Christi pecunia non eget, sed fide legitima. Vide ne talia cogites, sed redi in domum tuam, & da pauperibus. cumque ita factum fuisset, baptizauit eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & dimisit eos abire in domum suam in pace.

*Cresus filius
demonio
cum matre
D. Ioannis*

capitulum XXV.

Postquam apud Myronem tribus annis mansimus, quem locum conueniebant qui crediderant, vbi & eos docebat & baptizabat, exiimus de domo Myronis, & venimus in publicum locum, vbi constructum erat Templum Apollinis, vbi erant congregatae turbae multae, & alloquitur eos Ioannes. Quidam credebantis quae audiebant, & quidam dissentiebant. Erant autem in eodem loco Sacerdotes Apollinis, qui dixerunt iis qui audiebant Ioannem: viri fratres & amici, cur attenditis verbis & ludificamentis hominis istius, & obsequimini fallacis eius? nonne propter maleficia sua exulat

in hac insula? Quomodo excecata sunt corda vestra nescientes veritatem? nae auscultando virum, grauem magnis diis facitis iniuriam, qui immortales Deos afficit contumelia, & praecipua imperatorum contemnit: Ioannes haec audiens dixit Sacerdotibus Apollinis: ut intelligant omnes quoniam dii vestri non sunt dii, ecce ex nunc relinquetur vobis domus haec deserta: & statim hoc dicto verbo secuta est Templi ruina, neque lapis in eo remansit, nullus tamen circumstantium perit, neque eorum quisquam laesus fuit. Videntes autem id Sacerdotes, irruerunt in Ioannem, & multis illatis plagis sauciauerunt, & recluserunt eum in tenebrosam & obscuram, locum addentes insidias ad eum custodiendum, & abeuntes annunciauerunt praesidi dicens: Ioannes seductor ille & magus maleficis suis templum magni Dei Apollinis subuertit: ne finas tantam in Deos immortales contumeliam inultam. Haec audiens praeses, contristatus est valde, & iussit ut mitteremur in carcerem. Cum autem hoc peruenisset ad Myronis & Apollonidis cognitionem, abierunt ad Aedam, qui tunc erat praeses, & in locum viri Chryssippae iussit, & erat de Synope quae est in Ponto colens Apollinem. Vbi vero ingressi sunt, dixerunt praesidi, oramus benignitatem tuam ut reddas nobis Ioannem peregrinum, & si quid aduersus eum habes, in nobis sit dignus mortis inueniatur: si autem nihil dignum mortis compcriatur, quid in eum tam seuerum animaduertis? Dixit praeses: audio verum magnum esse, & cunctis hominibus perniciosum atque maleficum: quid ergo si susceperis eum, & magica sua effugerit a vobis? Respondit Apollonides, si effugerit a nobis, vita nostra pro vita sua sit, & bona nostra sint tua. Et illico praeses annuit eis eorum voluntatem fieri, quia Myron & Apollonides viri prudentes & percelebres erant inter vniuersos qui in vrbe illa morarentur. Ingredientes igitur carcerem soluerunt vincula Ioanni, & induxerunt nos in domum eorum. Et Myron gaudens dixit Ioanni, sedes nunc nobiscum in domo serui tui, & ne secedas in vrbe, quia homines maligni sunt & violenti, ne forte te cum Prochoro discipulo tuo interficere attentent. Respondit autem Ioannes, non misit de Myron Dominus Iesus Christus ut quicquam in domibus, sed misit me ad iniquos & violentos dicens: ecce ego mitto vos in medio luporum. Nolite ergo eos timere qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: & iterum dixit nobis, quia oportet nos per multas tribulationes intrare regnum dei, & nos etiam habuimus possessiones & domos, sed dixit nobis Dominus: relinquit omnia & sequimini me, & nos omnibus relictis secuti sumus eum. Et paratus sum non solum alligari, flagellari, & haberi derisui propter nomen suum: sed millies occidi, & in omnibus patientiam habere, nec ab hac doctrina discedam, donec cursum vitae huius impleuero, sapere enim dixi vobis, moriamur pro eo, ut per eum liberemur a morte perpetua quae comprehensura est eos qui non credunt in eum. Et cum haec dixisset Ioannes, non diu stetit: sed apud Myronem, sed exiimus ab eo.

*Templi
dolorum
ruina.*

*Matth. 11.
Luc. 14.*

capitulum XXVI.

Venimus autem ad quendam locum in quo decumbebat Paraliticus, qui transeuntibus de bonis suis distribuere solebat. Dixit autem ad Ioannem, bone Christianorum magister ne pertranscas seruum tuum. Dixit illi Ioannes, quid vis ut faciam? Paraliticus, Panem habeo, & condimenti paululum, ne confundaris mecum federe & sumere cibum, sed annue precibus serui tui. Nam peregrinus ego sum, in quo collecta

sunt omnia parentum delicta, me, vt hic maneam, constringentia: vt pro me & ipsis diram hic agam pœnitentiam: & cum video peregrinum, illi compator, & in eo requiescit anima mea. & hæc audiens Ioannes miserans fortes eius, condoluit & dixit Paralytico, & nos modò tecum exultabimus & lætabor, & tu pariter nobiscum, & cum eo bibimus & comedimus. & abeuntes ab eo, occurrit nobis mulier vidua, quæ dixit Ioanni, Domine vbi est Templum Apollinis? qui dixit: quid tibi cum Templo Apollinis? quæ dixit: vnicum mihi filium spiritus malus corripit, & fauissimè vexat: idcirco huc veni, vt rogarem Apollinem vt mihi succurrat, & inueniã, aliquam consolationem. Ioannes dixit, de qua ciuitate es? quæ dixit, de nulla, sed pagana mulier ego sum, nunquam ciuitatem nisi nunc ingressa. Dixit Ioannes, quot dies iam spiritus malignus eũ vexat. Respondit mulier, iam tres & triginta, & multum seruus est & violentus. Cui Ioannes, reuertere mulier in domum tuam: Nam in nomine Domini mei Iesu Christi sanabitur puer tuus, & reuersa mulier in domum suam, inuenit filium à spiritu immundo liberatum. Postea reuersi sumus in eundem locum vbi iacebat paralyticus, & dixit Ioannes: ecce nunc tecum venimus ad prandium, quis ergo ministrabit nobis? Et dixit paralyticus, dum ad vos fatigandos primum inuitauit, & vt mihi ministraretis & vos nunc ministratis, quia neque mihi neque vobis valeo ministrare. Dixit autem Ioannes, nequaquam ita erit, sed tu ministrabis nobis, & tenens manum eius erexit eum dicens, in nomine Domini nostri Iesu Christi surge, & continuo surrexit sanus factus & incolomis, & magnificans Deũ ministravit nobis, quo facto reuertitur in domum Myronis, in qua inuenimus Rhodonẽ nepotem eius: & rogauit Ioannem vt daret ei signaculum Christi. & ille instruens eum baptizauit in nomine sanctæ Trinitatis. Postea autem venit peregrinus ille qui fuerat paralyticus, & ingressus procidit ad pedes Ioannis. Videntes vero qui aderant, factum sanum, valde admirari sunt, & interrogauerunt eum quonammodo factus esset sanus: qui statim omnem modum suæ sanitatis aperuit, ideo veni, inquit, rogare Ioannem, vt mihi det illuminationem Christi, in cuius nomine saluum me fecit. at Ioannes docens eum, & de fide Catholica confirmans, baptizauit illum in nomine patris & filij & spiritus sancti.

cap. XXVII.

S Equenti die exiimus domum Myronis, & venimus in locum quendam maritimum, vbi erat officina fullonum. Vnus autem eorum Iudæus, nomine Charus, ex scripturis Mosi alloquebatur Ioannem. Ioannes verò illi scripturam secundum spiritum aperiebat, & narrabat ei quæ de filio Dei scripta erant, de incarnatione, de passione, sepultura, & resurrectione ex mortuis, de ascensione ad cœlos, & de sessione ad dexteram patris: & de glorioso aduentu eius ad iudicium: Charus autem hæc omnia conuertebat in blasphemias: tunc Ioannes dixit illi: desiste blasphemare, & obmutescere: & continuo Charus factus est mutus, nec potuit villo modo loqui. Viri autem qui aderant, mirati sunt quomodo solo verbo tam citò secuta est sententia. Effluxit ferme tribus diebus, venit turba amicorum Chari ad Ioannem, indignata & succensens Ioanni, dicentes: quid effecisti Charo qui amicus noster est, vt efficeretur mutus, & loqui nullo modo potens? quibus respondit Ioannes: viri fratres quid mihi succensetis, & imputatis quod ipse per verba eius maligna Dei om-

Paralyticus sanatus.

nipotentis incurrerit indignationem, & induxerit super se vindictam quam modo sustinet? qui enim non consentit de Deo loquenti, non protinus debet more canis insurgere, sed cum patientia audire, & postmodum quæ rationabilia videbuntur ad id propositum adducere. Tunc quidam inter eos qui sapiens videbatur, dixit: Magister, aliquando contingit vt vinum non habeat suauitatem, nec lac dulcedinem: sic & de hominibus euenit, vt malus homo bona verba emittat, & bonus aliquando mala. & cum hoc dixisset, innuit Charo, vt veniam peteret à Ioanne: qui statim concidens ad pedes eius: alter qui inter eos sapiens videbatur, dixit: Magister, vt benignus es nunc dissolue, quem ligasti. Dixit autem Ioannes ad Charum, quia in Deum peccasti, sicut in nomine Iesu Christi os tuum clausum est, ita & in nomine eius aperiatur: & continuo locutus est Charus Iudæus, & prostratus ad pedes eius dicebat: veridice Magister, scimus per scripturas, Patres nostros olim deum ad iracundiam prouocasse. Ille verò pro sua clementia & benignitate remisit eis delictum. etiã si peccauit in Deum qui te misit in hanc insulam, ora pro me vt remittat mihi hoc peccatum, & da mihi seruo tuo baptismum gratis. Tunc Apostolus eũ catechizauit, & instructum baptizauit in nomine Patris & filij & Spiritus sancti.

cap. XXVIII.

D Vm hæc ab Apostolo Christi in Pathmo agerentur, morabatur in eadem insula magus quidam, nomine Cinops, & locus eius ab vrbe distabat stadiis quadraginta in loco deserto, habitabatque in spelunca quæ erat immundorum spirituum habitaculum, & quadraginta in loco habitare fama erat. prædictum tamen magum propter præstigias, & ludificamenta demonum quæ ostendebat, omnes in insula commorantes vt Deum habebant. Ad hunc igitur magum confugerunt Apollinis Sacerdotes postquam viderunt Ioannem liberè docere & prædicare, & dimissum à præside, neque coercitum post templi Apollinis euersionem, quod dirutum fuerat à Ioanne. Et dixerunt illi, per multos annos te in hac insula cõsulimus ò clarissimè Cinops, nunc autem magis tuo adiutorio quam vnquam antea egemus, ob hoc te precamur, esto tutor & defensor in hac tribulatione quæ accidit nobis. nã Ioannes peregrinus quidã, & à patria sua exul, & ob maleficia sua in hanc insulam exilio damnatus, omnes principes & præfectos nostros ita maleficio cepit, vt omnes ad ipsum declinent: qua fiducia fretus multas in ciuitate excitat seditiones, & templum Apollinis subuertit, quæ cum præsidi nuncialemus iussit eum in carcerè claudere: sed Myronidis & Apollonidis precibus liber consentiente præside factus euasit. Nunc ergo succurre nobis, & occurre illi, quia passim omnes quasi errantes oves ad illum excurrunt, & illi obediunt: ergo nobiscum venias precamur, tolle maleficia. Audiens autem à Sacerdotibus hæc Cinops, dixit eis: Scitis quia locum hunc nunquam egredior, cur ergo tētatis me hinc abducere? quia sic expedire videt, & vt nos adiuues te omnes obsecramus. Quibus Cinops, nõne vultis vt gloriam meam contaminem, & nomen meum inhonorabile reddam, maculatam ciuitatem propter homuncionem vnum intrando, & personam cõtemptibilem quam hastenus nunquam intraui? Nequaquam ita erit, sed cras mittam Angelum meum malum in domum quam inhabitat, qui ab eo animam tollat & auferat, & ego eum in iudicium sempiternum. quo audito Sacerdotes considerant ad pedes eius, gratias illi agentes, quod pollicitus

Cinops Magus.

citus esset auxilium suum: & redierunt in ciuitatẽ. Et manfacto conuocauit Cinops multitudinem demonum & dixit principi eorum, vade in ciuitatem in domum Myronis, & subito tolle animam Ioannis, & continuo perduc illam ad me, vt eam secundum quod mihi placitum visum fuerit, iudicem. Exiuit ergo dæmõ, & ingressus ciuitatem introuit in Domum Myronis. quem vt cognouit Ioanes in quodam secessu locoque semoto residens, dixit illi, præcipio tibi maligne demoni in nomine Domini nostri Iesu Christi, ne hinc egrediaris, donec causam, ob quam huc venisti, manifestes. Et ilico fecit malignus dæmon tanquam legatus. Et dixit, omnem tibi Apostole dei veritatem aperiam, tantum precor ne insuccenseas. Nam venerunt Sacerdotes Apollinis ad Cinopem, rogantes eum vt ingrederetur ciuitatem, & te interficeret: ille autem noluit dicens, non ingredi ciuitatem, neque velle gloriam suã diminuere, & nomen suum inhonorare: non igitur id faciam, sed cras mittam Angelum meum qui tollat animam à Ioanne, & adducet ad me, & ego iudicabo eam, & mittam in supplicium sempiternum, & iccirco huc missus sum. Tunc dixit Ioannes spiritui maligno, fuisti aliã aliquando ab eo missus ad tollendam alicuius animam, & tulisti ad eum: cui dæmon, iam alia vice ab eo missus, fed animas illi non obtuli, & iterum Ioanes, cuius rei gratia ei obeditis? dæmon dixit, quia omnis virtus fathanæ in eo habitat, & fœdus ac pactum habet cum vniuersis principibus nostris, & nos cum eo pariter pactum habemus, nam & nobis obsequitur Cinops, & nos illi. dixit autem Ioannes spiritui maligno, præcipio tibi Apostolus Iesu Christi, vt nunquam à modo egrediaris in perniciẽ & detrimentum hominum, sed nec reuertaris vltimus ad locum vnde huc venisti: sed abi festinanter extra insulam hanc, & continuo spiritus malignus insulam egressus abiit. Videns autem Cinops quia spiritus malignus moras faceret redire, vocauit alium, præcepit illi vt & priori: qui vt venit ad Ioannem, præcepit illi Ioannes, In nomine Domini Iesu Christi insulam protinus egredi: & statim egressus est. Videns Cinops quod neque secundus reuerteretur, vocauit duos alios spiritus malignos, quibus dixit, ite ad Ioannem, sed vnus solus ingreditur, & alter stet pro foribus, agnoscentes quæ diceret & faceret, & quidnam aliis factum est quo minus reuertantur. Accesserunt ergo illi duo spiritus nequam, & alter intrat ad Ioannem, alter autem, vt iussit Cinops, pro foribus astat. Percipiens autem Ioannes dæmonem aflare, ad quid venisti inquit, in hanc domum spiritus nequam? Cui dæmon, Cinops prius ad te interficiendum duos principes demoniorum misit, & neuter reuersus est: nunc autem misit duos alios me scilicet & alterum qui non est ingressus ad ipsum peragendum. Cui Ioannes, præcipio tibi in nomine eius qui crucifixus est pro salute hominum, ne vltra reuertaris ad Cinopem, sed protinus hanc insulam desere, & ilico discessit, parens verbo apostoli Dei. Cognoscens autem ille qui foris astat, quod factum est, & complicem suum in exilium coactum, fugit, & abiit ad Cinopem, & ei denarrauit omnia. Cinops autem non proposuit vltra mittere dæmones ad Ioannem, sed aduocata dæmonum legione dixit eis, cõplices vestri à Ioanne cietati sunt, & futurum est vos vniuersos hinc expelli, & male per eum perpeti, nisi illi restiterimus, & parua vobis trepidatio ne fortè veniat, & ingreditur locum hunc, & vos hoc in loco silentes & mihi ministrantes hinc expellat: sed præsidis vestri fultus ingressus

ciuitatem artes eius euertam, & illum cogam malè interire. Hoc dicto Cinops sumpta dæmonum caterua ciuitatem ingressus est, & tribus solùm sumptis, reliquos extra urbem voluit remanere. Cũque introisset Cinops ciuitatem, commota est vniuersa ciuitas, & occurrerunt ei quàm plurimi, quia nõquam ingressus erat de ante, qui ad eum congregati mirabantur, & de variis eum rebus percontabantur: qui vnicuique iuxta eorum interrogationẽ respondit. Et dixit ad me Ioannes, fili Prochore, magnanimus esto & non pusillanimus: nam Cinops nos in multas anxietates & tribulationes est missurus. Tunc aggregati sunt vniuersi fratres qui baptisma susceperant à Ioanne, vt erudirentur & confirmarentur ab eo. Ex præcepto Ioanis decem diebus mansimus in domo Myronis, nusquam egressi ob seditionem quæ in ciuitate à Cinope cõtota erat, & ne per insidias ab inimicis circumueniremur, cõsolabatur insuper nos dicens, confortamini & estote viriles, nam videbitis virtutem Dei & gloriam eius. Et paruo tempore vniuersa ciuitas collecta est, vt audiret Cinopem: & admirabantur vniuersi de sermone & verbis eius. Post decem verò dies dixit mihi Ioannes, Surge fili Prochore, eamus in locum vrbis, cui nomen * & * Desiderium illic sederemus, conuenerunt multi vt audirent Ioannem. Audiens autem Cinops quòd Ioannes doceret populum, & videns populum libenter audientem Ioannem, dixit turbæ circumstanti, O viri cæci & à via veritatis oberrantes, si iustus est Ioannes, & bona & vera sunt opera, & sermones eius, ego credam: sin autem reperiat in iustus, & eius opera mala, siue ego iustus & mea opera bona & vera, nolite illi sed mihi credere. Et apprehenso Cinops quodam adolescente interrogat eum si suus pater viueret: qui respondit, non: sed nobis nauigantibus inter duas naues illisus perijt. Tunc Cinops dixit ad Ioannem, ostende nunc si vera sunt quæ doces, & reuoca de mari Patrem huius adolescentis, & redde Patrem filio. Hoc toto vidente populo dixit Ioannes, non misit me Dominus ad resuscitandos populos, sed docere & eripere homines qui à diabolo sunt decepti. Et dixit Cinops ad circumstantem populum, non omnia fati creditis ò viri qui hanc urbem incolitis, magum esse Ioannem, & per magicam seductum: iccirco volo vt eum teneatis, donec adducam patrem huius adolescentis, & illi viuuum restituum cõmentibus vobis. Tunc Cinops duxit populum ad litus maris, & statim expansis vtriusque manibus fecit plausum magnum, & ab oculis omniũ disparere visus est: & iugens pauor omnes inuasit. quæ cùm vidissent turbæ factum, clamauerunt dicentes, magnus est Cinops, & nõ est Deus alius maior eo. Et statim Cinops ascendit de mari, habes secum dæmonem formam similem patris adolescentis habentem, dixitque Cinops ad iuuenem, iste est pater tuus: qui respõdit, est domine, & expauerunt & adorauerunt omnes proni Cinopem, volueruntque interficere Ioannem: sed nolite inquit Cinops, nam maiora his videbitis, & tunc punietis eum seuerè. Aduocauit autè Cinops aliũ hominem, quem interrogauit dicens, habes ne filium? qui respõdit, habui domine, sed per inuidiam alius sustulit eum. Tunc Cinops voce magna exclamans vocauit eos nominibus propriis, & continuo altiterunt dæmones duo, vnus in forma illius qui occidit, & alius in forma eius qui occisus est. Tunc dixit Cinops viro, cuius filius occisus fuerat: hic est filius tuus? qui dixit, etiam domine. Et dixit Cinops Ioanni, non miraris super signis his quæ vidisti? Dixit Ioannes, non. Et dixit

* & * Desiderium quidpi.

Cinops, si te hæc signa mouerit, maiora his videbis, & nisi te signis & portentis vicero, non sinam te interim. Et respondit illi Iohannes, hæc signa & portenta tua statim tecum tollentur. Audientes autem turbæ dixerant Iohanni, o profuga, exul, & ignote, cur in optimū Cinopem blasphemus? & irruentes eum in more sæuientium ferarum deiecerunt eum in terram discerpentes & lacerantes. Et Cinops credens ipsum mortuum esse, dixit ad turbam, finite insepultum, vt volucres cæli & bestia terræ comedat illum, & videbitis si Christus quæ prædicat suscitabit eum. Putantes ergo Iohannem esse mortuum abierunt gaudentes vnusquisque in domum suam. Mansit ergo Iohannes in illo loco abscondus vsque ad secundam noctis horam, & ego veni in eū locum dolens, vt viderem magistrum meum, & appropinquare ad eum dixi, quid nā modo tibi est domine? qui dixit mihi, festina in domū Myronis quia illic sunt omnes fratres congregati in lectum magnum deducentes, annuncia eis quia ego per gratiā Iesu Christi viuus sum, & continuū ad me reuertaris. & perrexi ego citissime ad domum Myronis, & inueni fratres congregatos plantum magnum super Iohannem, vt mihi dixerat, facientes, & pulsante me fores, non audebant aperire, timentes insidias eorum qui erant ex parte Cinopis magi. Sed me clamante & perseverante, vnus ministrorū Myronis agnoscens nunciat eis quia Prochorus pulsaret ad ianuam: & illi statim aperientes, & viderunt me & obstupuerunt, nam putabāt me vnā cum Iohanne esse mortuum. Et dixi ad eos, nolite turbari fratres, nam magister meus viuus, & salutus vos misit me ad vos. Audiētes autem quod Iohannes viuus esset, præ gaudio noluerunt à me aliud sciscitari: sed properantes cucurrerunt ad locum vbi erat Iohannes, & inuenimus eum genuflexum, & deprecantem dominum Iesum Christum, & oratione completa osculari & amplexati sunt eum. Iohannes verò cœpit eos docere, & monere ne in verbis aut factis Cinopis magi seducerentur. Nam quæ facit, omnia præstigia sunt, & iudicamenta dæmonis: sed sustinete, inquit statim per gratiam Iesu Christi videbitis eum sua arte pereūtem. Itē ergo in domum Myronis, & illic sedentes orate constanter longanimes, donec Deus suam manifestauerit voluntatem: & his dictis eum osculantes abierūt. Cum ergo matutina lux exoriretur, quidam nunciauerunt Cinopi, quod Iohannes viueret. audiēs hoc Cinops vocauit quendam dæmonem, per quem sæpè fecerat vt inferi exultarent: & dixit ei, esto nunc mecum paratus. Et continuū assumpto dæmone multa concomitante turba, venit ad locum in quo eram. Et appropinquans, inquit Iohanni, volui super te hanc vexationem & hanc maximam confusionem indicare, quare volui te viuere, sed nunc volo vt ad litus reuertamur vt omnes videant meam gloriam, & ex tua confusione & interitu gaudeant, quo dicto iussit vt eum tenerent, quousque viderent magnas virtutes eius, & eum in iudicium æternum traderet, & tenuerūt eum.

cap. xxxix.

Peruenerunt autem cum turba ad locū vbi primas iudificationes ostenderat Cinops. In quo loco inuenimus viros multos pariter & mulieres incensum ponentes: & vbi viderunt Cinopem, prociderunt in terram eum adorantes; duos vero dæmones quos Cinops moliebatur, homines à se suscitatos personæ sequebantur eum. Tunc Cinops plausum vt prius manibus fecit, & se magno fragore facto misit in mare: & exclamauerunt turbæ dicentes, magnus Cinops. Et illi

duo dæmones dixerunt ad turbam, expectate, quia Cinops mortuus est, & ipse resurget à mortuis. Et Iohannes dixit dæmonibus illis, præcipio vobis spiritus immundi state hic immobiles donec oraueritis, & statim apostolus extensis in cælum manibus & cancellatis in formam crucis flens, magna voce clamans, orauit, dicens: Domine qui ad preces Mosi dedisti Israeli subuertere Amalech, vt de cætero solem non videat, Domine Iesu fili Dei viui eice Cinopē in inferiora abyssi, vt de cætero solem nō videat, neque viuens amplius populos seducat, finita autem prece Iohannis, magnus maris sonus auditus, & facta est magna maris ebullitio in eo loco vbi se Cinops in mare miserat præceps, & illa hora submersus est nunquam ab aliquo postea visus. quo facto præcepit duobus dæmonibus, qui in forma duorum suscitatorum apparebant, in nomine Iesu Christi qui pro peccatis hominum voluit crucifigi, eos sua morte saluare volens, vt statim egredereentur de regione illa: nec mora, immundi illi spiritus ab oculis omnium euanescentes disparuerunt. Videns autem turba quod in verbo Iohannis non comparuissent illi quos suscitatos credebat esse homines, indignati sunt vehementer aduersus eum, maxime adolescēs qui patrem suum vnū eorum esse credebat, & alter qui alterum putabat suum esse filium: & tenentes Iohannem comminantes illi, vnus dicebat, restitue mihi patrem: & alter filium, quos existimabant Cinopem suscitasse, & quem circumsabant pariter dicebant, si beneficis homo fuisses, non debueras restituta perdere, sed perditā reuocare: sed quia magus, quæ Cinops beneficia contulit, tu in perditionem illa conuertisti: aut ergo illos duos tu nobis redde, aut nobis propositum est te interficere. Quidam eorum dicebant, Sinamus nullum illi malum inferamus, donec iustissimus Cinops redierit, & tunc tradet eum in iudiciū sempiternum. Et consenserunt, quia ita Cinops præceperat, & vt de loco illo non discederent, tribus ergo diebus & noctibus ieiuni magnis acclamationibus vociferantes, Maxime Cinops adiuua nos, in illo loco permanferunt, & multum eorum in magnas infirmitates propter cibi inedia & continuum clamorem inciderunt, ita vt aliqui deficerent & in loco morerentur.

cap. xxx.

Videns autem Iohannes eos sine ratione perire, miseratus ingemuit, & cœpit orare dicens, domine Iesu Christe, qui me in hanc insulam pro salute corū qui in ea habitant misisti: immitte eis discretionis sensum, & cordis intelligentiam, vt ne vnus de populo hoc pereat, & facta oratione consolabatur eos dicens, Viri fratres audite me patienter, iam quartus aduenit quod non comedistis, & adhuc in ieiunio permanetis, expectantes eum qui amplius non veniet. Nam scite Cinopem iusta Dei ordinatione abiisse in æternam perditionem: quapropter oro vos, abite hinc vnusquisque in domum suam, & pro salute vestra cibum sumite. Et cum hæc dixisset, venit ad eos qui ex ieiunio defecerant, super eos ita orans, Domine Iesu Christe, qui in nouissimo die & in nouissima tuba genus hominum, qui à sæculo dormierunt excitabis à morte, extende gratiam tuam super homines hos qui mortui iacent, vt reuincant & excitentur à mortuis & continuū surrexerunt à morte. Quod signum cum vidissent turbæ factum à Iohanne, prociderunt in terram, & proni adorauerunt eum dicentes, magister, nunc cognoscimus quia à Deo venisti. Et cum hæc dixissent, dixit eis qui ieiunio defecti erant, ite filij in domos vestras, & sumite

mite cibum & reficite animas vestras: Nam & ego etiam vadam in domum Myronis qui conseruus est Iesu Christi, & postea egrediar ad vos, & ea quæ necessaria sunt, & abierunt vnusquisque in domum suam. Et nos abiimus in domum Myronis, & ex aduentu nostro magnum gaudium est in domo Myronis. Et apposuit Myron mensam, & sumpsimus cibum cum eo. Diluculo autem conuenit ferē tota ciuitas in illum locum dicentes, Myron dignus es plurimorum bonorum propter verum Dei, & præceptorem bonum qui per te nobis manifestatus est. Perduc ergo eum foras ad nos, vt nos ab eo percipiamus verbum fidei. Putauit ergo Myron hæc illos dolose petere, vt tenerent Iohannem vt foras forte eductum interficerent. quod cum vidisset Iohannes dixit Myron, ne paucas frater, neque quicquam formides: Nam confido in Domino meo qui crucifixus est pro nobis, quia nulla mala cogitatio est in hominibus iis, & exiit ad eos foras, quem vt viderunt turbæ, cœperunt dicere, tu es præcursor noster, & opifex animarum nostrarum, tu es magnus Dominus & Deus, qui illuminas hominem mirabiliter ad illuminationem immortalem. Hæc audiens Iohannes scidit vestimenta sua, & puluere caput resperfit, & expauerunt omnes, & Iohannes silentium manu dixit, & tacuerunt & ascendit in eminentem iuxta domum Myronis locum, & cœpit eis dicere, Nolite errare fratres & blasphemare, non ego Deus sum: & aperiens scripturas incipiens à Mose per prophetas interpretabatur eis de filio Dei, & quomodo Deus pater filium suum vnigenitū misit in terras, natum de muliere, factum sub lege, vt eos qui sine lege erant saluaret: cuius (inquit) filij Dei viui ego seruus indignus sum, qui me in hanc insulam misit vt à vobis ammonerem errorem, in cuius nomine & virtute omnia hæc signa & mira quæ videtis, facio. Et cum eis multa de scripturis enarrasset, descendit de loco illo, & iterum ingressus est domum Myronis, ad quem tunc conuenerunt quidam de turbis, rogantes eum, vt baptizarentur, & eos adhuc instruens baptizauit in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti.

cap. xxxi.

De verò sequente egressi sumus cū Iohanne ego Myron, & triginta qui proximē baptisma susceperāt, & venimus in hyppodromum, hoc est, in locum in quo solent esse cursus equorum. Morabatur autem illic Iudæus nomine Philon, sciens legem ad litteram, quem cum videret Iohannes, cœpit interrogare de libris Mosi & prophetarum: ille verò respondebat illi ad litteram: & Iohannes interpretabatur secundum spiritum, & cum illi non conuenirent, dixit Philon, non est opus scriptura pluribus contendere verbis, sed corde mundo & immaculato, & fides recta & bona placet Deo. & cum hoc dixisset, desit Iohannes alloqui eum, & ecce haud longē iacebat quidam, qui vehementibus vergebatur febribus, iuxta quem assidebat iuuenis, qui cum vidisset Iohannem prætereuntem, & turbam sequentem, clamauit voce magna dicēs, apostole Christi miserere huius infirmi, qui malē febre vexatur. Et statim Iohannes appropinquans, sancto crucis signo dixit infirmo, In nomine Domini nostri Iesu Christi, cuius ego licet indignus seruus sum & apostolus, surge, & vade in domum tuam sanus, & continuū eger surrexit sanus, & genua flexens ad pedes apostoli illi gratias agebat.

Signo crucis curatur infirmus.

cap. xxxii.

Videns autem Philon, signum quod fecit Iohannes, apprehendēs eius manum dixit, Magister quid est

charitas? Respondit Iohannes Deus charitas est, & qui habet charitatē, Deum habet. dixit philon, si ergo quis charitatem habens Deum habet vt ais, ostēde te nunc habere charitatem, & ingredere domum meam, vt simul panem edamus & bibamus aquam, & Deus erit nobiscum. & statim Iohannes illi acquiescēs secutus est eum. Ingresso autem & cibo sumpto, vt prædicationē eius audiuit, vxor philonis rogauit eum vt baptizaretur. Erat autem mulier illa tacta lepra, & cutis alba vt nix: quæ cum suscepisset baptismum, omnino curata est à lepra sua, & tota munda. videns autem philon vxorem suam à lepra sanatam esse, qui prius erat inflexibilis & contentiosus, factus est humilis & modestus, & procidēs ad pedes apostoli dixit, Magister bone per Deū illum quem prædicas propitius esto mihi, & noli seruo tuo irasci quod multa locutus sum in contemptū tuæ prædicationis: quæ me nunc pœnitet dixisse, sed precor potius vt des mihi signaculum vitæ huius. Cathezizato autem eo, & in fide Christi confirmato, baptizauit eū in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Philonis vxorē lepra curat baptismum.

cap. xxxiii.

Sequenti verò die valdē manē egressi sumus de domo Philonis, & conuenerunt ad nos multæ turbæ vt docerentur à Iohanne. venerunt autem & Sacerdotes Apollinis, qui prius congregauerant vt perderent Iohannem, quod Templum Apollinis diruissent. Et steterunt coram eo vt viderent aliqua eius facta quæ reprehendere possent: & vnus eorum tentauit Iohannem dicens, Magister filium habeo vtroque cruce claudum, redde eum sanum & credam in eum qui crucifixus est, vt prædicas. Respondit illi Iohannes, si credideris, sanabitur filius tuus. Qui respondit, sana eum prius & postea ego credam: cui Iohannes noli imprudenter loqui, scio quia tentator es, & blasphemias inferre tentas, & ideo in nomine eius qui crucifixus est eris vtroque cruce claudus, & continuū ex vtraque parte, effectus est claudus, vt ambulare non posset, & dixit Iohannes vni, vt me vocaret, & ego statim veni coram Iohanne, & dixit mihi, fili Prochore, vade ad filium Sacerdotis Apollinis, & dic ei, dixit Iohannes Magister meus in nomine filij Dei qui crucifixus est sub Pontio Pilato præside, veni ad me, & accedens ad eum locutus sum ei verba quæ Iohannes præcepit mihi, & illico surrexit sanus & incolumis, & secutus est me. & cum venissemus ad Iohannem, ille qui sanus effectus est prouoluit ad pedes eius, gratias illi agebat. Videns autem pater quod filius sanus esset, exclamauit voce magna, Miserere mei Apostole benedicti Dei. & Iohannes continuū miseratus illius signauit eum signo crucis, præcipiens vt surret, & confestim surrexit, qui prouoluens se ad pedes filij Apostoli rogauit eum vt baptizaretur, & baptizatus est ab eo, & ille nos duxit in domum suam & mansimus apud illum die illo.

Signum crucis blasphemum sanat.

cap. xxxiiii.

Altera verò die contulimus nos in porticum, quæ Adomitiani vocabatur, & illic conuenerunt multæ turbæ ad Iohannem. erat autem illic homo quidam hydropicus, qui decem septem annos infirmitatem habens decidebat, vt neque se mouere neque verba proferte posset, is iudicio aramentum & cartam petens scripsit ad Iohannem, Apostole Christi Iohannes, ego infellicissimus obsecro te vt mei misereris in hac mea infirmitatis necessitate. Accipiens autem Iohannes epistolam, & legens gauisus est in viri fide, & scripsit ad eum: Homini hydropico Iohannes Christi seruus & Apostolus salutē. Postulas à me tuæ infirmitatis opem,

& in nomine Patris & filij & Spiritus sancti ab infirmitate tua dimittaris, & esto sanus; & cum accepisset qui aquam patiebatur, epistolam, & legisset, surrexit sanus, nullam in se sentiens infirmitatis lesionem. & turbat id signum videntes quod Ioannes hydropico fecerat, mirabantur, & tanto magis ardebant eius audite prædicationem. Et qui sanus effectus fuerat proci-dit ad pedes Ioannis rogans vt daret ei signaculum Christi, & baptizavit eum Ioannes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Cap. XXXV.

Cum autem ab illo loco discederemus, ecce quidam missus ad præfide nobis obuius factus est, & dixit ad Ioannem, apostole Christi filij Dei festina venire in domum præfidis: vxor enim præfidis prægnans dum venisset ad tempus partendi, laborabat in partu, & parere non poterat. profectus est ergo Ioannes, & dum ingrederetur domum præfidis, vxor eius partu leuata est. Et dixit Ioannes præfidi, qua ex causa me accessisti iussisti: dixit præfide, vt benediceretur à te domus mea. Cui Ioannes, si credis in Iesum Christum filium Dei, eris tu & domus tua benedicta. caudens autem præfides salute facta ex aduentu Ioanis, dixit illi, credidi, & credo in Deum qui te misit pro salute nostra, & postquàm Ioannes docuit eum quomodo credere debeat in Patrem & Filium & Spiritum sanctum, baptizavit eum, & pariter rogauit eum vxor eius vt baptizaretur: sed nos & Ioannes, donec compleuisset quadraginta dies purgationis, & contulit præfides Ioanni multa pecuniam, orans vt eam reciperet, & domus sua esset benedicta, cui Ioannes dixit, non poterit pro hac pecunia domus tua benedici, sed vadens offer eam pauperibus pro nomine Christi, & erit domus tua benedicta. & mansimus continuo triduo in domo præfidis, & inde egressi venimus in domum Myronis, vbi conuenerunt turbæ multæ petentes vt audirent Ioannem.

Cap. XXXVI.

Deinde mansimus in foro ciuitatis annis tribus, & postea egressi sumus in aliam ciuitatem distantem stadiis quinquaginta. Et hæc ciuitas Populosa erat, idolorum multitudine repleta, & in phano ludificamenta erant: quæ apud eos mendacia Deorum dicebantur. Et ciuitate in circuitu alluebat flumen. dum ergo ingressi sumus ciuitatem, nemo nos agnouit, & apud eos erat. * introeuntibus autem nobis, virum quendam publicum inuenimus, maiores ciuitatis viros duodecim victos habentem. & Ioannes quosdam qui astabant interrogauit, qua de causa illi victi essent, qui responderunt, quia in noua luna singulorum mensium duodecim detinentur, qui offeruntur iugulati in sacrificium Deo lupo. Dixit Ioannes, vellem scire quis ille Deus sit lupus: at ille respondit, Circa horam diei quartam venient Sacerdotes: multa comitate turba sacrificia offerentes: si ergo eos sequi volueris, videbis lupum, & quod illi offerent sacrificium. Dixit Ioannes, video te virum beneuolum, ego vero aduenticius sum, ideo te rogo vt ostendas mihi ipsum, id enim desidero: si autem ostenderis mihi ipsum, habeo preciosam Margaritam, quæ non potest vlllo comparari precio, quam tibi dabo. Hæc audiens homo, duxit nos illico in eum locum in quo habitabat lupus, & dixit, ecce venimus in locum, da mihi Margaritam, & ego ostendam tibi lupum, dixit mihi, tantum modo crede mihi, cum ostederis mihi illum, recipies Margaritã à me tibi promissam. nec multo post ascendit de flumine lupus, dixitque illi Ioannes, adiuro te spiritus immunde, dic quot annos in hoc

habitaſti loco? dæmon respondit, septuaginta, ait Ioannes, præcipio in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, vt exeat ab hac insula, & statim spiritus immundus incussibilis disparuit, & cum hoc vidisset homo ille, continuò cecidit pronus ad pedes apostoli, & dixit, miserere mei homo sancte, dic mihi quæso quis es, & vnde, qui talia admiranda facis: qui diis voluntatem tuam præcipis, & cum tremore obediunt tibi. Respondit Ioannes, ego sum apostolus & seruus Iesu Christi filij Dei, hunc autem lupum quem tu Deum esse credebas, dico tibi pro vero spiritum esse malignum, qui multas hominũ perdidit animas, & ideo me misit dominus meus Iesus Christus, in hanc insulam, vt ab ea omnes immundos spiritus expellam, & persequar, & Euangelizem hominibus huius ciuitatis veritatẽ. Hæc audiens vir iterum proci-dit in faciem suam dicẽs, apostole Christi fac mecum misericordiam, vt & ego merear esse filij Dei seruus. Et incipiens Ioannes diuinam scripturã aperire, docuit eum quomodo deberet credere in patrem, filium & spiritum sanctum, & sequenti die baptizauit eum, & dixit ei ecce accepisti preciosissimam Margaritam. Et cum hæc dixisset, venerunt in locum sacerdotes cum pueris duodecim ferro reuinctis, gladios in manibus tenentes, vt eos interficerent Deo suo lupo sacrificandos, & cum gaudio aduentum dæmonis expectabant, quem Deum esse credebant. Postquam diu expectauerunt, appropinquans Ioannes dixit, o viri ignari, viam veritatis nescientes, quem vos hic expectatis lupum, & quem pro deo colitis, dæmon est, & malignus spiritus: ego eum in nomine Domini Iesu Christi filij Dei ab hac regione expuli, in vanum enim hic eum expectatis, neque amplius veniet, soluite ergo pueros hos, & credite in dominum Iesum Christum verum Deum & verum hominem, qui crucifixus est pro totius mundi salute, & relinquit spiritum nequam qui seducebat vos contra animarum vestrarum & puerorum vestrorum salutẽ. Hæc autem audientes, & videntes eum cum fiducia loqui, turbati sunt valde, & nullus eorum audebat ei respondere, neque loqui adinuitem illa hora: sed timebant ne forte lupo veniret, & inuolueret fluctus fluminis super eos si crederent peregrino. Et Ioannes iterum ad eos dixit, soluite pueros, sicut dixi vobis, & sinite abire liberos, & nolite dæmonem timere, neque expectare vltorius, nam præcepto Domini Iesu Christi per me hinc deiectus est. & cum nullus Sacerdotum responderet, accessit Ioannes, & soluit pueros, dixitque eis, ite in ciuitatem ad patres vestros & matres & fratres & amicos: nam nullus propinquorum eorum secutus fuerat eos. Et accessit ad Sacerdotes, & accepit gladios de manibus eorum, & illi omnes expauerunt, neque vllus ausus fuit ei loqui malum verbum, protexerat enim eum dominus, & induebat ne tangerent eum, aut iniuriam aliquam ei inferrent. Introierunt ergo tandem omnes in ciuitatem, & Ioannes venit in locum vbi erat parua porticus, & conuenerunt turbæ multæ ad eum vt audiret verbum eius. Ille autem cepit eos docere à sacris diuitias meas cum hominibus magis consumpsi, & non potuerunt liberare eum: quare precor te Apostole Christi, vt curretur filius meus. Ioannes respondit, adduc eum ad me, & Christus eum curabit: & confestim mulier abiit, & sex cum ea vt adducerent eum: & cum illi apprehendissent puerum, dixerunt ei, veni ad Ioannem

Cap. XXXVII.

Erat autem in illa ciuitate balneum, in quo vnus ex filiis sacerdotum à dæmone fuerat suffocatus: erat

erat enim dæmon ille qui ex Epheso à Ioanne dilectus fuerat, & qui filium Dioscoridis suffocauerat. audies autẽ Sacerdos eius filium suffocatum esse, cucurrit ad balneum, & vt vidit suum filium mortuum humi iacentem, dolens & tristis recessit, & accessit ad Ioannem, & dixit ei nunc tempus credendi est in eum qui te misit, & quem tu ipse prædicas, nam filius mihi in balneo suffocatus interit, scio si volueris potes mihi eum restituere viuum. Cui Ioannes, etiam tibi restituetur, & apprehendit Ioannes manum Sacerdotis, & duxit eum Sacerdos vsque ad locum & nos sumus eos secuti. cū ergo ingressi fuisset allatus est puer mortuus & positus ad pedes Ioanis, & dixit Sacerdos Ioanis, per Deum quem veneratis, & prædicas, suscita illum. statimque Ioannes apprehensa manu adolescentis dixit, in nomine Domini Iesu Christi filij Dei surge, & illico viuus surrexit. & dixit Ioannes ad puerum, quid tibi contigit fili respondit puer, dum me in balneo lauarem, emerſit ab aqua vir quidã arthiops, & me protinus suffocauit. Cognouit autem Ioannes quod dæmon esset, & intrauit balneum. dæmon autẽ clamare cepit horrenti voce, Ioannes Apostole Christi & ab eo dilecte, oro te per dominũ & Magistrũ tuum, ne me hinc velis expellere. Ioannes autem dixit, quot annos hic habitasti? respondit dæmon, sex dimtaxat: nam ego ille sum qui in Epheso habitabam in Dioscoridis balneo, & à te illic eiectus hic habito. dixit Ioannes, præcipio tibi immunde spiritus in nomine Iesu Christi, vt de loco isto & insula exeat, neque de cetero vlli hominum noceas, sed abi in deserta loca: statim abcessit spiritus immundus. Videns autem Sacerdos cuncta quæ fecerat Ioannes, flexis genibus orat eum dicens, Domine ecce ego & filius meus & vniuersa domus mea in tua voluntate sumus, & omnia tuo subdantur a bitrio, quicquid preceperis, faciemus, & tibi parebimus in omnibus. Dixit Ioannes, crede in eum qui crucifixus est Iesum Christum filium Dei, & eris saluus tu & domus tua. Respondit Sacerdos, credo per te qui es Apostolus & discipulus Iesu Christi filij Dei. & duxit nos in domum suam. & flexis genibus orabat dicens, da mihi & filio meo baptismum, & vniuersa domui meæ, docuit autem eos Ioannes, & in verã fidẽ instruxit quomodo credere deberent in patrem & filium & spiritum sanctum, & baptizauit eos cum omnibus qui erant in domo. & mansimus cum eo tribus diebus gaudentes & exultantes in omnibus quæ fecit Dominus per Apostolum suum Ioannem: Cap. XXXVIII.

In nomine Iesu inſciatur mor-tuus.

mulier filium suum sanum duxit etiam ad Ioannem, & procumbens ante pedes eius rogabat dicens, da mihi Domine & filio meo baptismum Christi: & confirmauit eam & vniuersam eius familiã, & baptizauit, & mansimus apud eam tribus diebus. Cap. XXXIX. **D**einde exiimus de domo eius & sequebatur nos plurima turba, quam docebat Apostolus. Et venimus in locum quendam vbi erat templum quod à gentibus vocabatur templum Liberi patris, quem Deum esse asserbant & in hoc pollutum templum introiit multitudo populorum offerens vinum multum, & abundantiam cibariorum, & mos erat in solenni quadam die & constituta, viros & mulieres sine pueris introire, & bibere, & manducare, & post crapulam impetum ad alterutrum facere moie infancientium equorum, & per insanum desiderium viros cum mulieribus Succubere. Accidit autem vt illa die Apostolus Ioannes prædicaret, qua quidem infandam exercebant solennitatem: & congregati vniuersi ad complendam eorum maliciam, dicebant Ioanni, sufficiat tibi hæcenus corruptela malorum seminum, quæ inter insipientes seminasti: abi nunc de loco hoc, quia dies est solennis magni liberi patris, quem nos obseruamus, discede ergo ocyus, ne te malè puniat. Ioannes nec propter eorum solennitatem, nec propter intentatas iniurias discedebat, semper docens eos qui libenter verbũ veritatis audiunt. Erant in illo polluto templo duodecim sceleratissimi Sacerdotes, qui vbi viderunt Ioannem à prædicatione, non cessare, neque à loco discedere, violentes manus in eum iniecerunt, & multis eum plagis impiè ac crudeliter affecerunt: extruderunt eum de loco, & ligatum iacentem in terram dimiserunt, abieruntque in templum. Sciens autem Ioannes illos & populum ad eorum nefandam consuetudinem implendam introisse, fleuit amare, & exclamauit ad Dominum dicens, Domine Iesu Christe fili Dei viui, ruat phanum liberi patris: & statim phanum ruit: & interfecti sunt duodecim Sacerdotes illi. Cumque populus vidisset ruisse templum, & Sacerdotes interiisse, timuerunt valde: & dixerunt adinuitem, vadamus ad Ioannem, rogantes eum vt oret pro nobis, & ne irascatur contra nos, descendatque ignis de caelo precibus suis, & consumat nos. Et statim venerunt ad Ioannem, & liberauerunt à vinculis, & rogabant eum: & continuò Ioannes surrexit, & cepit prædicare populo. Cap. XL.

Ad orationem B. Ioannis ruit templum liberi patris.

Erat autem in illa ciuitate homo quidam nomine Nucianus: & nomẽ vxoris eius Flora. Et duos habebat filios: cuius maioris natu nomẽ erat Policarpus, Nucianus verò instructus erat multis malis artibus, & maleficiis multis imbutus: & multi micromantici libri erant apud eum in domo sua repositi. Venit ergo ad Ioannem, vbi vidit templum collapsum, & illitos duodecim Sacerdotes: & dixit ad Ioannem, magister: tunc omnes te diliget, facias duodecim Sacerdotes qui mortui sunt, resurgere. Respondit Ioannes, si digni essent vt à Deo sanctificarentur, nunquam in templo mortui essent. Nucianus dixit, & ego gloriam tuam imminuã. Nam & ego eos suscitabo, & erit tibi supplicium, quia homines vita eorũ spoliasti: alioquin si suscitaueris eos credam in crucifixum quem tu prædicas. Et his dictis discessit Nucianus: & ruinas Templi circiens, arte dæmonica fecit astare ante se duodecim dæmones in similitudinem duodecim Sacerdotum: & dixit ad eos, venite post me, & faciam vos Ioannem interficere. Responderunt dæmones, non possumus in loco vlllo habitare vbi steterit pes eius: sed

Fugat spiritus immundum. priusquam duceretur ad Ioannem. Accipiens itaque Tom. 2.

ecce stabimus hic, tu vero adduc populum in hunc locum ut ipsi nos videant suscitatos, & ita credant, & vadant, & lapident Ioannem. Consentientes his verbis Nucianus, venit ad Ioannem: & circumstante turba exclamare cepit voce magna, o viti, ut quid seducti estis per homines hos, & eorum iudificamenta vobis loquuntur inepta verba: & nihil facere possunt. Nam ego conueniens Ioannem, dixi illi, suscita mortuos, & ego credam in eum quem tu predicat crucifixum: alioquin si illos suscitauero, tu male peribis, qui indignos perire fecisti. Respondit autem mihi, quia non sunt resurrectione digni & vita: & ecce ego suscitavi eos, & vobis videntibus incoluimus in super restitui Templum. Nunc autem vos omnes me sequimini, ut viuos videatis, & postea Ioannes magus male pereat: & nolo ut ipse, neque discipulus eius illuc veniant: sed maneant in loco isto. Cum turba a Nuciano hac verba audisset, quod Sacerdotes suscitati essent, relicto Ioanne secuta est Nucianum. Et cogitabant turbæ quomodo nos male perderent: sed Ioannes & ego sine turba venimus ad ruinam Templi: sed ubi demones Ioannem viderunt, priusquam appropinquaremus, subito euauerunt & disparuerunt ab oculis nostris. Nos autem abscondimus nos in quadam serobe iuxta ruinam Templi. Et cum venisset Nucianus vniuersa comitante turba, iuxta demolitum Templum cepit magicis execrationibus vocare demones illos quos dicebat esse Sacerdotes: & non respondebant ei, neque se manifestabant, ut fecerat prius: & cum tota dies illa à mane ad decimam horam consumeretur, & nihil suis inuocationibus proficeret Nucianus, iratus populus voluit nucianum occidere dicens, maligne cur fecisti nos nostrum magistrum & bonum instructorem relinquere, ut crederemus tuis verbis fallentibus? Et quidam voluerunt impetum in eum facere: sed alij inhibuerunt dicentes, non interficiamus eum: sed ducamus eum ad Ioannem, & quicquid præceperit faciendum, illud sine mora sit exequendum. Tunc Ioannes dixit mihi, fili Prochore: reuertamur in locum vnde turba dimota est. Surreximus ergo & venimus in illum locum. Et venit turba, & adduxerunt Nucianum coram Ioanne dicentes, Magister hunc probauimus mendacem, & viam veritatis volentem subuertere: & volumus eum interficere, sicut & te interficere moliebatur: & nunc eum ad te adducimus, ut secundum sententiam tuam illum perdamus. Respondit autem Ioannes, finite tenebras abire in tenebras: vos autem permanete in veritatis luce, ne vos tenebræ apprehendant, & verè salui eritis: & non permisit eos interficere Nucianum. Tunc plurimi de turba rogabant Apostolum ut baptizaret eos: quibus dixit, sequimini me vsque ad flumen, & illic vos baptizabo. Docuit, autem eos quomodo credere deberent in patrem & filium & Spiritum sanctum, & eos perduxit ad flumen. Fecerat autem nucianus malefica arte, ut tota arte sanguinolenta videretur, & expauerunt omnes: & beatus Apostolus ad dominum dicens, Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui splendidas naturas & omne genus animantium tuum posuisti in vsu homini, restitue aquam fluminis huius in naturam & conditionem quæ à te ab initio data est ei, & cæcitate percutit Nucianum ut qui alios errare satagit, ne in domum quidem suam norit regredi. Et ilico in verbo Ioannis purgata est aqua, & in priorem naturam reuersa: & Nucianus in eodem loco cæcus remansit: & postea Ioannes Apostolus baptizauit omnes qui baptizari requirebant, & baptizati sunt in die illa decenti viti. Nucianus autem solatio vi-

sus priuatus clamauit magna voce dicens, Apostole benedicti filij Dei miserere mei: & da mihi signaculum Christi: & sana me, & restitue mihi visum oculorum & corporis mei. Iohannes vero pietate motus apprehedit dextram eius & duxit eum ad flumen, docens eum ut confideret in Domino Iesu Christo: & baptizauit eum in nomine Patris & filij & Spiritus sancti: & continuo aperti sunt oculi eius, & vidit sicut prius, & duxit nos gaudens in domum suam.

Cap. XLII.

Erant autem in domo Nuciani. Idola & dum Ioannes ingrederetur domum, corruerunt, & omnino profracta comminutaque sunt tanquam puluis. quod videns Nucianus multo magis credidit in Dominum nostrum Iesum Christum: & confirmata est validius fides eius. Similiter autem & vxor eius, & filij eius, & vniuersa eius familia hæc videntes, crediderunt in Deum, & baptizati sunt ab apostolo collaudantes magnalia Dei. Et mansimus apud Nucianum diebus decem: & ipsi consummatis egressi sumus de ciuitate, & venimus in aliam, quæ tredecim distat miliaribus: & obuiauit nobis faustus vir iudeus, sobrius admodum & benignus, & duxit nos in domum suam: & predicante Ioanne credidit in dominum Iesum Christum ipse & omnes qui erant in domo eius, & baptizati sunt vniuersi.

Cap. XLIII.

Erat autem in ciuitate illa mulier quædam diues, nomine Prodiana, formosa valde, & vidua, quæ filium habebat vnicum, Sosipatrum annum ætatis suæ vicefimum quartum agentem, spiritiosum valde inter homines: sed calitatis amatorem, & imitatorum contineritæ Ioseph. Nam mater eius Prodiana, instigante diabolico feda in eius desiderium ardebat concupiscentia: & dicebat ad filium, fili mi Sosipater magnam & penè innumeram possidemus substantiam: manducemus & bibamus & hilariter viuamus: nõ enim habeo alium virum quam te ipsum: nec volo ut aliam habeas quam me vxorem, ego adhuc iuuenula sum & decora: ero tibi pro vxore, & tu mihi pro viro: neque sinas alium virum introire, nec ego ad te aliam sinam introire mulierem. Intellexit autem Sosipater fallaciam suæ matris, & venit ad locum in quo Ioannes concionabatur ad populum ut audiret verbum Dei: & cum vidisset quosdam de turba detrahentes Ioanni, & quod vir fallax esset, secessit ab eis: & appropinquauit loco in quo predicabat Ioannes. & finita prædicatione, venit ad eum Ioannes: cognouit enim per spiritum maliciam diaboli, quam aduersus iuuenem machinabatur, & quomodo vrgebat matrem eius ad subuersionem castitatis eius: & dolebat vehementer. Intuens eum dixit ei per similitudinem, Sosipatre Sosipatre: Quid inquit, bone Magister. & ait illi Ioannes, quædam mulier erat in quadam ciuitate, & erat ei filius vnicus, formosus adolescens: erat autem mulieris nomen seductrix, & filij nomen seducendus: & erant ambo diuites multum: & immisit malignus in cor matris ut seduceret filium. Seductrix igitur nitēbatur seducere Seducendum: Seducendus autem resistēbar, & non seducebatur. aliquo igitur exacto tempore mater Seductrix egrē ferebat filium in seductum, adeo ut morti vellet eum tradere, & accusauit eum apud iudicem tanquam seductum, cum ipsa sola esset seducta. Iussit ergo iudex eum auferri, & interficere ad viciscendum seductionis crimē sibi à matre impositum: sed Deus qui est iudex summus, vidēs eum mundū esse, & innocentem, & ab iniquo iudice & à seductrice matre liberauit, & noxios condigna pœna mulctauit. Quem igitur

igitur o Sosipatre dignum est laudare, matrem ne an filium? Tunc Sosipater, non aliter quā terra sitiens pluuiam suscipit, reddens vberem fructum, verbum Ioannis intimè suscipiens dixit, Magister bone, dignum est laudari filium, & matrem culpam. Cui Ioannes, Rectè inquit respondisti: vade igitur fili mi saluus in domum tuam, & intende in matrem tuam sicut in matrem, & non sicut seductricem: & vltro superni iudicis liberabit te. Sosipater autem conficius cui Ioannes hunc sermonem dixerit, pronolatus ad pedes eius adorauit eum & dixit, Domine si dignus sum, sequere seruum tuum in domum suam: & ego seruus tuus apponam tibi panem & aquam, & manducabis & bibes. & erit domus serui tui per aduentum tuum benedicta. Ioannes autem secutus est Sosipatrum, & ingressus est domum eius, quod cum vidisset Prodiana, repleta est ira multa: & dixit ad Sosipatrum, nunquid dixi tibi fili mi, ne dimittas alium virum introire ad me, neque ego ad te sinam aliam introire mulierem? quare induxisti duos viros ad ludificandum Domui nostræ? Dixit autem Sosipater ad eam, noli mater de hominibus his talia suspicari: non enim ad hoc introierunt domum hanc: sed vt apponam eis panem & aquam: & cum parum comederint & biberint, statim abibunt. Nequaquam inquit Prodiana, edent & bibent: sed cum iniuria eos de domo mea expellam: ne forte cor tuum & mentem immutent, & faciant vt me odio habeas matrem tuam, & sic propter amorem tuum mori me cogant. Dixit Sosipater, Nequaquam ita futurum est mater: Nam in mundo non est qui possit me in odium tui conuerrere. Audiens hæc Prodiana, consentit Sosipatro vt faceret peregrinis quod liberet, sperans per hoc amplius in desiderium suum eum allicere. Apposuit ergo Sosipater mensam, & solus nobis ministrabat & comedit nobiscum. Prodiana vero sedebat non procul attentè auscultans, vt audiret verba Ioannis ad filium suum loquentis, vt possit eum in aliquo reprehendere si quicquam dixisset quod eius displicisset voluntati. Ioannes autem cognoscens nequitiam mulieris, tacuit, nec vnum verbum ad Sosipatrum locutus est. Postquam autem manducauimus, dixit Ioannes Sosipatro, egredere fili è domo tua, & veni nobiscum. & continuo Sosipater surgens sequebatur nos. Dum autem venissemus ad extremam ianuam, voluit Sosipater sequi Apostolum ad audiendum verbum Dei: præsertim cum nihil dum manducarem audisset ab eo. Percipiens autem id Prodiana, venit, & apprehendit filium suum Sosipatrum dicens illi, veni fili mi in domum tuam. Dixit illi Sosipater, sine me mater modicum sequi homines hos, & continuo ad te reuertar. Dixit illi mater, nunquid reuerteris & adimplebis desiderium meum? & permisit abire. Reuersus est ergo Sosipater, & mater eius voluit deducere in secretum domus suæ locum, vt expleret eius desiderium: & frequenter eum conturbauit, & Deus liberauit eum à mortifero veneno male voluntatis matris suæ. Videns autem Sosipater matris suæ insaniam, & paratam illi malam voluntatem: studuit verbis dulcibus matris animum auertere: & dixit illi, mater ingredere domum tuam, vt ego citò te sequar. Illa autem apprehensum noluit dimittere eum. Sosipater autem ipse ab ea discerpit, & noluit domum suam redire propter eam. Quarta autem die furibunda Prodiana è domo ad requirendum filium suum egressa, venit in locum vbi Ioannes predicabat:

Tom. 2.

Inania ex amore filij impudico.

& circumpiciens in turba non vidit eum, nam illud non erat. Quem cum non vidisset, discessit, & ea abeunte non longè à loco, ecce Sosipater factus est illi obuius. ipsa autem appropinquans apprehendit vestimentum eius, & tenuit eum vehementer: at ille dixit ei, sine me modo mater, & quæcunque tibi sunt animo faciam: illa verò non sinebat eum abire.

Cap. XLIII.

Eo tempore, insula illius factus est proconsul quidam, Græcus nomine, crudelis & immifericus: qui Christum & christianos odio persequatur, & ingressus est locum, vt eiceret nos de ciuitate: & cum transiret per ciuitatem, accidit eum transire per locum, vbi Prodiana per vestimenta detinebat filium suum. Videns autem Prodiana proconsulem, exclamauit voce magna, o proconsul adiuua me: & illa capitis sui velamen detrahens, capillos præ amaritudine, quam aduersus filium suum gerebat, vellebat, & multas profundebat lacrimas. dixit autem illi præses, quid tibi est: quid vis: & quæ tanti causa doloris? Tunc Prodiana dixit, mulier sum vide, & iste filius meus est, quem post mortem mariti à quatuor annis ad hanc vsque ætatem nutriui, & hodie decima dies est quo non cessat mihi molestus esse, & vult mecum vi concumbere. Proconsul hoc audiens, iussit apprehendi Sosipatrum, & iussit * bouis sui, & mortiferas bestias, serpentes, viperas & aspides pellibus includi: & proici in tus Sosipatrum, vt eum miserabiliter occiderent. Paratis igitur pellibus, & bestiis ad perditionem Sosipatri, accurrunt athleta fortissimus Ioannes, clamans voce magna, proconsul iniuste iudicas aduersus pudicum & infontem iuuenem: quibus testibus innocentem condemnasti? Tunc Prodiana apprehendit Ioannem clamans magna voce, proconsul adiuua me: per fontem enim hominem hanc iniuriam mihi inferit filius meus. Nam me contradicente adduxit eum in domum meam ad bibendum & comedendum, & comestione sumpta reduxit filium meum aduersum, & docuit eum vt hanc mihi inferret molestiam. Hæc autem audiens Proconsul iussit Ioannem teneri, & preparari plura & ampliora coria: & iussit plures mortiferas bestias immitti, & Ioannem pariter cum Sosipatre iussit interimere, vt eadem morte eos afficeret. Apostolus autem suspiciens in cælum suspirans dixit, Domine Iesu Christe, cuius natura est immobilis, & cuius virtus inuicta, precor tuam immensam misericordiam, vt locus totus sit instabilis & inquietus, propter inconstans & iniustum proconsulis iudicium, donec tua summa potentia id renocare dignetur. Et statim prece Ioannis finita, factus est grandis terremotus, & omnes præ timore ceciderunt in terram. & quia proconsul iniuste manum extenderat in Ioannem ad condemnandum Ioannem, remansit manus eius arida, & Prodianæ vtrumque brachium, quo apprehendit Apostolum & filium, reuertum vnum sursum & alterum deorsum, & oculi eius in capite versi: & omnes à serpentibus & mortiferis lesi sunt, excepto Ioanne, Sosipatro, & me qui remansimus penitus illæsi. Proconsul verò intelligens hanc vindictam à Deo esse inflictam, compunctus corde dixit ad Ioannem, Apostole Christi, serue Dei benedicti, redde mihi brachium & manum in sua loca sana, & ego firmiter credo in eum quem prædicasti. Ioannes verò vt

* deesi quidpiam

Præcepti iudicium.

Temerarij iudicij diuina vltio.

kk ij

erat mitissimus, misericordia motus, suspiciens in celum cum gemitu orauit ad Dominum dicens, Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui in loco isto ostendisti virtutem tuam ad eruditionem astantium, deleat horum hominum delicta miserationum tuarum multitudo: ita vt omnes salui fiant & incolumes, sicut prius, sine concussionem resideat terra. Et finito verbo apostoli, quicquid terremotus, & proconsuli sanitas redita est, & Prodigiana facta sana: & omnes quicunque mortui à serpentibus fuerunt, aut ex casu lesi incolumes facti.

Cap. XLIIII.

Proconsul verò duxit nos in domum suam, & apostolitis mensis manducauimus apud eum: & in crastinum rogauit Ioannem vt daret ei signaculum Christi: & Ioannes instruxit eum quomodo credere deberet, & baptizauit eum. Videns autem praesidis vxor virum suum baptizatum, accipiens filium suum procidit ad pedes Apostoli dicens, Apostole Christi fac me & filium meum huius gloriae participem: & laetatus proconsul cum omni domo sua, quos baptizauit Ioannes. Et cum egressi fuisset de domo proconsulis, dixit Ioannes ad Sospatrum, fili eamus ad Prodigianam in domum tuam. Dixit Sospater, praceptor sequar te quocumque ieris: sed in domum meam non reuertor: nam omnia dimisi vt verbis & doctrina tua mellis tua fruar. Et Ioannes dixit illi, fili Sospater, noli memor esse priorum malorum quae suggestione mala aduersum te curauit mater tua: neque vllius memineris verborum: Nam mater tua benigna Dei gratia praeuertens omnes suggestiones diaboli reliquit, & quae sunt Christi, de caetero cogitabit, & quomodo possit Deo placere: neque amplius similia prioribus ab ea audies: sed ager penitentiam ab omnibus quae dixit & male egit. mox vt mandauit Ioannes, introiuimus omnes cum Sospatre in domum eius. Cum vero Prodigiana nos audiisset, appropinquit, & prostrauit se ad pedes Ioannis flens: & illa lacrimans veniam de malis operibus quae gessisset & dixisset, postulans, dicens, benigne Apostole Christi peccauit cora & cora Deo que tu colis. & primo obsecro te ne irascaris ancillae tuae propter mala quae in te commisit, & omnia mala quae in te & filium meum commisi, confiteor tibi tanquam bono medico qui potes sanare animas, & vulnera mortalium insanabilia. Nam per multos dies per suggestionem diaboli male incalui ad subuersionem Sospatri filij mei, & saepe eum allicere tentauit ad meum malignum desiderium: sed noluit acquiescere meae malae voluntati, ideo malus error concitauit me aduersus eum, vt eum apud proconsulem falsi criminis accusarem: vt eum male perderet, & per te dominus omnipotens de nece liberauit innocentem, & in me furorem illum male sanum extinxit, & liberauit me à magna iniquitate & irrequieto malo. Nunc ergo oro te vt Deum ores pro me, ne vindicet mala iniquae voluntatis meae, quae aduersum vos cogitavi: & reddat mihi iusta supplicia secundum quod merui. Tunc Ioannes mitibus verbis studuit eam placare, & instruxit eam ex scripturis credere in Patrem & filium & spiritum sanctum, & penitentiam de commissis malis agere, & amodo castè coram Deo viuere. & baptizauit eam, & filium eius Sospatrum, & vniuersam eius familiam. Et attulit Prodigiana multam pecuniam Ioanni, vt distribuere in-

digentibus & iis quibus esset opus. Et interrogauit Ioannes ane alia esset ei pecunia. Respondit, etiam Domine. Nam plurimis abundo diuitiis. Dixit Ioannes, hanc ergo quia in vsu illorum qui opus habebunt accipe & manibus tuis distribue cam pauperibus: & thesaurifabis tibi thesaurum in caelis. Prodigiana verò deuotè impleuit praecipuum Apostoli, & quotidie pauperibus distribuere prout vnicuique erat opus: & mansimus in domo eius Sospatri multis diebus. Vidimus in ipsis bonum fructum penitentiae in ieiuniis, & orationibus, & eleemosinis mala praeterita emendantibus atque redimentibus.

Cap. XLV.

Domino nostro Iesu Christo gratiam largiente Apostolo suo Ioanni ferme omnes in Pathmoni insulam habitantes crediderunt Deum per praedicationem Ioannis. Mortuo autem Domitiano qui nos transmiserat in exilium, successor eius non prohibebat christianos. Et cum audisset de bonitate & sanctimonia Ioannis, quodque fuisset iniuste à praedecessore suo exilio relegatus, per litteras reuocauit nos ab exilio. Et cum vidisset Ioannes quod tota insula Pathmos recepisset verbum Dei, & crederet in Dominum Iesum Christum: disposuit vt rediret Ephesum. Quod cum cognouissent vniuersi fratres, doluerunt vehementer, & congregati venerunt ad Ioannem, rogantes eum ne discederet, sed vsque ad finem vitae remaneret apud eos. Ioannes verò dilectus Domini consolabatur eos dicens, quid facitis filij mei plorantes & egresserantes discessum meum: quomodo infligitis mihi dolorem? nunquid possum resistere voluntati Dei. Etiam sciatis quia Dominus noster Iesus Christus, qui me in hanc insulam misit, apparuit mihi in reuelatione, & praecipit quoddam redirem in Ephesum, propter errores qui inciderunt inter fratres qui illic sunt. Et videntes vniuersi quod Ioannes non morem gereret eorum voluntatibus, procciderunt in terram ad pedes eius, cum lachrymis dicentes, ergo bone magister, cum nos relinquere statuis desolatos, scientia imperfectos, & imbecilles in fide: noli nos tamen penitus deserere, sed relinque nobis de scriptis signa quae vidisti apud filium Dei, & verba quae ex eius ore audisti: vt in verbo Domini firmi & stabiles maneamus, & non recidamus in odibiles laqueos diaboli, quos per te euasimus. Ioannes autem respondit eis dicens, Audiuitis filij charissimi omnes ab ore meo omnia signa quae fecit filius Dei, me etiam illa vidente & verba quae loquutus est mihi, do cui vos Seruite ergo Deo & vobis ea sufficiant, quae annunciaui vobis de ipso, & iugiter illis intendite, & habebitis vitam aeternam. Reuelationem quam mihi Dominus Iesus, qui est principium & finis, reuelare dignatus est, vobis reuelauit: & signa vidistis quae Dominus, qui me verba vitae huius docuit, per me operatus est. Illi autem perstabant in precibus dicentes, magister & praceptor verissime, & magne consolator, nunc preces nostras audi, & nostrum imple desiderium. Expone nobis scripto de Christo Iesu filij Dei quae vidisti, & quae ab ore eius audisti. Tunc Ioannes miseratus eorum dixit, filij mei nunc abite quisque in domum suam, & orate Dominum vt implere dignetur desiderium vestrum, nam si voluntas fuerit Domini, ipse praecipiet

D. Ioannes dicitur euangelium excipiente Prochoro.

Sed et modo non scribitur deus in dicitur.

D. Ioannes sumum euangelium ab Ecclesia probari voluit.

praecipiet & per me aut per alium postulationem vestram implebit, & vestrum desiderium vobis dabit. Abierunt ergo vnusquisque in domum suam.

Cap. XXXVII.

Postquam autem haec facta sunt, duxit me Ioannes in quandam locum solitariu & desertum, qui ab vrbe distabat miliari vno, in quo mons erat praeruptus. fuimus ergo illic tribus diebus, vbi toto illo tempore Ioannes in oratione mansit ieiunus, orans deum vt tribueret fratribus petitionem quam poposcerant. Tertia vero die vocauit me, & dixit, fili mi Prochore, abi in ciuitatem, & affer mihi huc atramentum & chartas: sed nihil quem locum sum ingressus, fratris indices. Ingressus ego sum ciuitatem, & impleui mandatum eius, deferens chartas & atramentum. qui dixit mihi, desine hic chartas & atramentum, & recipias te in ciuitatem: & tertia die ad me reuertere. feci ita, & tertia die ad eum sum reuersus: & inueni eum orantem: & finita oratione dixit mihi, tene chartas & atramentum, & sede à dextra mea. Feci ita. Et statim factum est fulgur ingens & tonitruum magnum, & totus mons commouebatur, & nimio timore perterritus corruui pronus in faciem, & factus exanimis multo tempore mansi quasi mortuus. At Ioannes erexit me manibus propriis, & dixit, fili Prochore, quae audieris de ore meo, scribe diligenter in chartis. Tunc Ioannes stans oculis in caelum intentis, aperuit os suum, & incipiens sanctum euangelium pronunciauit. In principio erat verbum, continuò sic stans, & in caelum intendens hucusque & tenebrae eum non comprehenderunt. Deinde parua interueniente mora prosequutus, stans, caetera verba. ego autem scribebam sedens. & fecimus illic duorum dierum & sex horarum moram, ipse dicens & ego scribens. Et cum compleuisset diuinos sermones, recessimus à loco illo, & venimus in domum Sospatri & Prodigianae matris eius: & mansimus nocte illa apud eos. Et dixit Ioannes Sospatro, fili Sospater, quare nobis optimas membranas ad reponendum sanctum quod nobis Deus ostendere dignatus est, euangelium, quod fecit Sospater: & iussit Ioannes, vt in domo illa sederem, & diligenter sanctum exscriberem euangelium: quod gratia Domini nostri Iesu Christi adueniente diligenter perfecit.

Cap. XXXVIII.

EO autem tempore quò euangelium scriberem: Ioannes euangelizabat populo per vniuersam insulam, Episcopos, presbiteros, & caeteros Ecclesiae ministros Ecclesiarum quas instruxerat. Et cum compleuisset scripturam: praecipit Ioannes, vt vniuersi fratres in Ecclesiam Dei conuenerent, & congregatis vniuersis, praecipit mihi Ioannes vt sanctum Dei Euangelium legerem & recitarem audiente tota congregatione eorum. Legi itaque audientibus cunctis: & laetati sunt valde, glorificantes Deum & laudantes magnalia eius. & dixit Ioannes vniuersis fratribus, vt sanctum acciperent Euangelium: & rescriberent, & ponerent in

vniuersis Ecclesiis: quod fecerunt. Et dixit iterum illis, quod exscriptum est in pellibus, operatum in insula hac, custodite: quod verò exscriptum est in chartis, oportet illud nobiscum in Ephesiorum ciuitatem deferri. Et priusquam haec facta fuerunt, Ioannes per septem menses circuiens ciuitates, vicos & castella euangelizando verbum, insulam reliquit, in qua prius & Apocalypsim scripserat sua manu, sicut Deus illi reuelauerat.

Apocalypsim propriam manu scripsit Ioannes.

Cap. XXXVIII.

Episcopi Asiani, & populus vna cum Gaio & Aristarco Apostoli Ioannis discipulis, dederant epistolas ad Romanum senatum, desiderantes Ioannis absolutionem ab exilio, qui vbi finierunt consilium, statuisse vt quidquid Domitianus statuisset, cassaretur: & Ioannem ab exilio liberum: venerunt obuiam Ioanni, & eum cum honore duxerunt Ephesum. Ipso autem vnam ciuitatum insulae intrante & praedicante affuit filius Eucaris Sacerdotis Iouis, qui erat caecus, & libenter audiebat Apostolum praedicantem. & exclamauit voce magna dicens, magister? at Ioannes respondit, quid vis fili. Et adolescens qui caecus erat dixit, per illum Deum quem praedicas ego te libenter audio: sed vnum mihi deest quoddam te videre nequeo, neque tuam desiderabilem faciem contueri valeo: ora Deum tuu vt mihi visum donet, quo te videre sicut & te delectabiliter audire possim: & in me gaudiu complerum erit & perfectum. Audiens Ioannes quia naturae mitis erat, praeter miseria & calamitate adolescentis contristatus ingemuit, & vehementer compatiens, & accedens ad eum dixit, in nomine Domini nostri Iesu Christi, fili, respice. Et continuò aperti sunt oculi eius, & vidit, & laudabat & magnificabat Deum. Quod factum cum vidisset Eucaris pater eius, procidit ad pedes Ioannis: rogans vt daret illi & filio eius signaculum Christi. Et Ioannes introiit in domum eius: & baptizauit eos. Deinde vt Ioannes processit in publicum: conuenerunt ad eum vniuersi fratres Iudaei & Graeci & mulieres multae: & loquebatur ad eos de sanctis scripturis verbu dei. & in fine adiecit, filij mei estote memores verborum meorum: & seruate traditiones quas accepistis ex ore meo, & praecipia Christi quae per sanctum eius Euangelium vobis tradita sunt, vt sitis obedientes filij, & regnabit Christus in vobis. statim enim inquit, redire me Ephesum ad eos qui illic sunt fratres visitandos oportet: vos autè in sancta custodia ac protectione Domini nostri Iesu Christi qui vos cõseruet in aeternum, commendo. & dedit illis benedictionem suam: & recessimus ab eis. Illi verò planctum magnum ducebant: cupientes eum precibus & lachrymis in insulam retinere, sed noluit consentire. & venimus ad litus maris: & inuenta navi quae soluebat in Asiam ascendimus in eam, & decimo die peruenimus Ephesum. vbi cum magno gaudio occurrerunt nobis asiani clamantes & dicentes, benedictus qui venit in nomine Domini.

Traditiones quas accepistis ex ore meo, & praecipia Christi quae per sanctum eius Euangelium vobis tradita sunt, vt sitis obedientes filij, & regnabit Christus in vobis.

D. LINI ROMANORVM PONTT. SE. CVNDI, DE D. PETRI PASSIONE TRADITA ECCLESIIS ORIENTALIVM, ET DEINDE IN LATINUM CONVERSA, Liber primus.

*in dno libelli apo-
lypti sum, et cau-
legem.*

Post multimoda & multifaria viæ vitæ que salutari documenta, & eximia atque celeberrima miracula ostensa, & diuersa cum Simo Mago aliisve quàm plurimis Antichristi præconibus pro nomine veri Christi certamina, post passionem quoque multiplicem, & flagellorum acerbitatem, & carcerum squalorem horrificum, cum esset exultans in Domino beatus Petrus, & gratias agens nocte ac die cum fratribus, in turba venientium ad fidem Dei & Domini nostri Iesu Christi, intentus orationibus ac doctrinæ, cæterisque pietatis officiis præcipue charitatis & castitatis, gratiam audientium pectoribus inferebat, adhortans credentes in Christum, vt pudicè & continenter se gererent. Nimis enim abundanter & supereminenter vrbis orbi prælata mente se in fastum elationis exultabat, & idcirco (vt solet in opulentia & inerti securitate) indecenti luxu dominabatur. Persæpe namque vbi est elatio mentis, sequitur contumelia carnis. Vnde factum est, vt beati Petri sermonibus, magnus pudicitie apud multas diuersæ ætatis & potestatis seu nobilitatis foeminas, amor exarsit, ita vt pleræque etiam Romanorum matronæ à commixione virilis thori seruare munda corda, simul & corpora, quantum ex ipsis erat, deligerent. Sed cum iam tempus appropinquaret, quo fides beati Petri Apostoli & labores remunerari deberent, præueniens, perditionis caput scilicet, & antichristus Nero, consummata iniquitas, arctari eum & in custodia squalidissima compedibus vinciri iussit. vbi cæperunt frequentare illum quatuor concubinae præfecti Agrippæ, quarum erant nomina: Agrippina, Eucharis, Euphemia, & Dione. Quæ audientes ab eo castitatis sermonem, & omnia Domini nostri Iesu Christi mandata, tabescebant & molestabantur sub thoro Agrippæ. Vnde castitati se deuouentes, pactum consilij adiuuicem inierunt: & confortate à Domino nostro Iesu Christo, nullo modo ei obsequio concubitus acquiescere ulterius decreuerunt. Subtrahentibus autem se iisdem non solum à complexu, verum etiam ab omni moda coniunctione Agrippæ, cæpit idem super hoc valde rædere, & mœstus esse. Mittensque sollicitos ac solertes exploratores, didicit eas studiosissimè ad beatum Petrum se proripere. Quibus ad se reductis, dixit, vehementissima amoris caprus insania: Scio vnde venitis. Ille Christianus vos docuit mecum non conuenire, & à debito thoro, subtrahere. Sed certus sum, quia suis magicis artibus amorem erga me vestrum non poterit infirmare. Quæ multis blanditiis delinitæ, nec verbo amatorio compellarunt, nec intento oculo, libidinis fomitem respexerunt, quia Apostolico sermone fundate erant. Videns autem Agrippa præfectus, quod Petri doctrinam sequentes, libidinem eius vnanimiter spernerent, & eius blanditiis minime acquiescerent, cæpit eis minas intentare horrificas, iurans quod & viuas incendio cremaret, & Petrum grauissimè afflictum supplicij, ab hominum de sub cælo memoria perderet. Sed nunquam potuit eas ad inquam mentem flectere, dicentes amabilibus sibi esse omnibus tormentis pro castitate succumbere, quàm Christum (cui deuouerant castimoniam) recusare. Indignabatur itaque Agrippa præfectus, maxime in Apostolum, & fremebat super eum dentibus, quærens occasionem vt eum quasi rationabiliter potuisset occidere. Interea vxor Albini, Cæsaris amicissimi, nomine Xandipe, cum aliis pluribus nobi-

lissimis matronis, venit, ad Petrum. A quo percipiens verbum castæ vitæ, repudiavit non modò virile conubium, quin etiam & omne vitæ huius delectamentum. Qua de re Albinus nimio mœrore confectus, comminabatur multa se Petro illaturum tormenta. Xandipen verò vxorem suam, verbis iniuria plenis, indeque delinientis, ac toto conamine refragari tentabat. Mittensque ad Agrippam præfectum, sibi amicitia copulatum, mandauit ei, omnia quæ, agente Petro, de sua vxore patiebatur, deprecans vt si ei secundum suam fiduciam amicus esset, vlcisceretur eum de Petro, alioqui ipse se vindicaturus esset. Agrippa quoque reddidit ei responsum, se eadem, adhuc etiam & duriora his, per eum pati. Vnde factum est, vt cum Albinus cubitum iret, & Xandipen adduci sibi fecisset, suæque delectationis commixtionem apud eam, nec blanditiis nec terroribus obtinere potuisset, consiliaretur quatenus vnà cum Agrippæ manu, velut auem laqueo Petrum caperet, & vt maleficum pessundaret. Xandipe autem Albini vxor hæc audiens, misit nuncium fidelissimum ad Petrum, vt Roma exiret, & insidias penè inevitabiles declinaret. Marcello nihilominus Marci præfecti filio, qui postquam Simonis magi pestiferam doctrinam aufererat, Apostolo fideliter & viriliter in cunctis adhaesit, atque etiam fratribus, conspirationem viri sui & præfecti Agrippæ, ipsa innotescere fecit. In crastino quoque surrexerunt quidam ex senatoribus in consessu, & dixerunt: Suggestimus amplitudini vestræ nobiles viri, quod ad peruerfionem vrbis æternæ, Petrus conubia diuortijs emancipat, vxores nostras à nobis disungit, & (nescimus quam) nobis nouam & inauditam legem inducit. Et hæc dicentes, concitabant etiam alios ad tumultum & appellationem. Tunc Agrippa gratulatus est, quia quod de Petro optauerat, sub occasione in senatum venit. Sed & hoc, Petrum & fratres non latuit. Innotescere siquidem hoc eis celeri nuncio fecerant ij, qui fuerant ex senatoribus per Petrum illuminati à Domino. Quapropter Marcellus & fratres deprecabantur Petrum, vt secederet. Petrus verò ait: Non oportet fratres & filij fugere propter Christum Dominum passionem, cum ipse vltro se pro nostra salute morte obrulerit. Marcellus autè & fratres, nimio cum fletu aiunt: Miserere pater misericors iuuenum, & eorum qui sunt in fide rudes, nec nos, nec illos inter infidelium turbines destitutos relinquant. Tunc Petrus rogantibus se, ait: Fugiendum suadetis, & iuuenum atque infirmorum cordibus, exemplo nostro merum passionis incutere, cum verbum Dei constanter debeamus asserere, & sanctæ castimonie fundamenta, quæ fecimus, conseruare. Fugiendum putatis, vt mortem declinemus, quam multis suspirijs & gemitibus diuturnis, vt ingressum vitæ expetimus, quia etiam secundum illius reuelationem, Dominum clarificare debeamus, Fratres verò hæc audientes, leuauerunt vocem, dicentes: O pater veracissime, vbi sunt verba quibus dicebas, quoniam pro vita nostra morti paratus esses succumbere, & nunc impetrare non possumus, vt pro salute nostra, donec corroboremur, patiaris te aliquantulum viuere: Adolescentes quoque, quos ipse sollicitè custodiens, in fide & castitate sedulo educabas, manus pro tendentes in cælum, & porrecti in faciem illius, velut subito mortui procidentis in terram vociferabantur nimio eiulatu clamantes. O bone Petre, pater, & pastor, post tuum Dominum clementia singularis, cur quos affectu materno receter per sacræ fontis domino peperisti,

peperisti, tam immaturo solatio & animo crudeli qui te antea nunquam attigerat, nos immanissimorum moribus luporum exponis? Clamabatur autem & matronæ, puluere conspersis capribus. Hæcine est misericordia quam de saluatore tuo prædicare solebas? qui tuis lachrymis quem ad tempus negaueras, in æternū pietate motus indulserat, & nunc tantis lachrymarum fluminibus, te vel paruo tempore, nobis non cõcedis, præferim cum & Domino possis ministrare in carne, & tibi reseruatam coronam adipisci perpetuam. Sed & custodes carceris Procellus & Martinianus, cum reliquis magistratibus & ex officio iunctis, postulabatur eum dicentes. Domine quo vis abscede, quia imperatorem oblitum tui iam credimus. sed iste iniquissimus Agrippa pellicum amore & intemperantia suæ libidinis inflammatus, perdere te festinat. Si enim te regis iussione impeteret, Plautini viri clarissimi, cui te commendatum nos custodiendum suscepimus, de tua nece sententiam haberemus. Nam postquam nos credentes in hac vicina custodia, fonte, precibus & admirabili signo crucis de rupe producto, in sanctæ Trinitatis nomine baptizasti, liberè quo libuerat perrexit, & nemo fuit tibi molestus: nec modo esset, nisi incedium dæmoniale quod vrbem stimulat, Agrippam acrius peruasisset. Quapropter oramus te salutis nostræ minister, hanc nobis digneris recompenlare vicissitudinem, vt qui nos à peccatorum & dæmonum vinculis absoluisi, à carcerali ac compedum nexibus quorum nobis est commissa immanitas, nostra nõ tam permissione, quàm etiam deprecatione liber in saluationem tantæ plebis abscedas. Viduæ quoque & orphanis, ac senio valde confectis, capillos sibi trahentes, genasque vellentes, & pectora denudantes, dicebant. Alios quorum ministerio fouebantur, à diuersis langoribus sanasti, & de ipsa etiã morte resuscitasti, & te nobis pater piissime subtrahis. Vel ante te omnes nos præmitte, ne tuæ institutionis doctrina destituta animæ pereant, & corpora, ministracionis tuæ solatio desolata intereant: & sic quo desideras, accelerare festina, ne vitam nostram post dominum mori videntes, & remanentes in vita miseri moriamur. Tunc Petrus hæc vndique audiens, qui vltra modum misericors lachrymas afflictorum sine lachrymis, nunquam præterire poterat, denictus tantis fletibus ait: Nemo vestrum veniat mecum, ego solus mutato schemate pergam. Proxima namque nocte celebrata oratione valedicis fratribus, & cum benedictione illos deo commendans, profectus est solus. Et dum pergeret, ceciderunt ei fasciameta ex crure demolita à compede. Vt autem portam ciuitatis voluit egredi, vidit sibi Christum occurrere, & adorans cum ait. Domine quo vadis? Respondit ei Christus. Romam venio iterum crucifigi. Et ait ad eum Petrus: Domine, iterum crucifigeris? Et dixit ad eum Dominus. Etiam, iterum crucifigar. Petrus autem dixit. Domine reuertar, & sequar te. Et his dictis Dominus ascendit in cælum. Petrus autem, profectus est eum multo intuitu, atque dulcissimis lachrymis. Et post hæc rediens in seipsum, intellexit de sua dictum passione, quod in eum Dominus esset passurus, qui patitur in electis misericordie cõpassione & glorificationis celebritate. Conuersusque in vrbem rediit cum gaudio, glorificans Deum, & narrans fratribus quod ei obuius fuisset Dominus, & declarasset ei quod iterum in ipso esset crucifigendus. Quibus cum manifestasset passionem suam, fletum omnes & vlulatum emiserunt. dolabant vniuersi, & lachrymas profundeabant, dicentes:

*Occurrit
Christus
Petro dis-
cedenti.*

Considera oues tuas pastor bone, considera eos quorum fides infirmior, tuo expedit robotari sermone. Considera corda titubantia, quæ per te stabilita noscuntur. Quibus Petrus ait. Facile est Domino, vt seruatorum suorum corda etiam sine mea humilitatis sermone corroboret. Quos enim plantauit, ad hoc facit adulescere, vt & illos possint plantare. Ego autem tantum seruus, necesse est vt Domino exequar voluntatem. Quapropter si me adhuc morari in carne disponit propter vos, non contradico. Et si me pati pro nomine suo decreuerit, & per passionem dignatur suscipere, exulto & lætor in gratia ipsius. Cum his iugitur & aliis multis verbis, fratrum animos consolaretur, & illi lachrymas tenere non possent, superuenit Hieros cui quatuor apparitoribus, & aliis decem viris, qui eum comprehendentes rapuerunt de fratrum medio, & statuerunt vincum Agrippæ præfecti vrbis obtutibus. Cui ait Agrippa. Multa est tibi audacia, o scelerate in plebibus quas circunuenis, atque in foeminas quæ tua persuasione à maritali thoro discedunt. Ausus es etiam in ludæorum iniuriam, nescio quem Christum inducere, & contra sanctum ritum Romanum, & cõtra vrbis æternæ deuotionem, nescio quæ incepta & vana docere. Tunc facta est facies Apostoli sicut sol splendida: & aperiens Petrus os suum, dixit ad eum: Video quod tendis, dux libidinum, amator pollutionis, atrocitatis inuentor, innocentium persecutor, decipientium fautor, fallaciæ conditor, habitaculum satanæ. Ignoras namque gloriam in qua glorior, & ideo dicis, quod in viris & mulieribus sit mihi fiducia. Et ait ad eum Agrippa. Quia scis me ignorare in quo gloriaris, facito me nosse. Et ait ad eum Petrus. Nulla sit mihi gloria, nisi crux Domini mei Iesu Christi, cuius ego sum seruus. Et ait ad eum Agrippa. Vis ergo vt crucifigaris sicut Dominus Deus tuus est crucifixus? Petrus quoque respondit. Non sum dignus recta cruce mundum testem facere passionis meæ, sed per quælibet supplicia opto & desidero sequi vestigia passionis eius. Tunc præfectus, morbo incontinentiæ suæ prætendens superstitionis accusationem, crucifigi fecit Apostolum. Et ecce concursus ingens subito factus est diuersæ ætatis & sexus, diuitum, pauperum, viduarum, pupillorum, imbecillium atque potentum, qui summa voce clamabant. Vt quid occiditur Petrus? Quid admittit criminis? In quo læsit vrbem? Nec innocetem, damnare fas est. Nonne timendum est, ne tanti ac talis viri necem Deus vindicet, & nos omnes perire præcipiat? Et cæperunt in Agrippam seuire populi, molientes, illæsum rapere & conseruare Petrum, & tumultuantibus vocibus plebis ad inuicem, confundebatur Roma. Tunc Petrus restitit modicum, & ascendens æditiorem locum, nutuque ad silentium prouocans populum, ait: O viri & fideles Dei, qui Christo militatis. O omnes qui in Christo speratis, si charitas vestra in me vera est, & viscera integra in me pietatis ostenditis, nolite renocare eum ad Dominum, nolite impedire properantem ad Christum. State ergo quieti, gaudentes & læti, vt hostiam meam cum hilaritate Domino offeram. Hilarem enim datorem diligit Deus. Et his dictis, vix est sedata seditio, & Præfecti disceptio. Poterant enim & inhianter optabant multi populi præfectum euertere sed timebant Apostolum cõtristari, qui magistri sui sequebatur exemplum, dicentis: Possim rogare patrem, & exhibebit mihi modò (si volo) plusquam duodecim legiones Angelorum. Peruenit denique vnà cum Apostolo & apparitoribus, populus

infinitus ad locum qui appellatur Naumachia, iuxta Obeliscum Neronis in monte. Illic enim crux posita erat. & respiciens flentem populum, & iterum seditionem excitare volentem, ut clara voce. Nolite obsecro vos, fratres, oblationem meam impedire. Nolite versus Agrippam sequi, & amara animo in eum esse. Ille enim minister est alienae operationis. Nam damnationis meae secundum corporis qualitatem, Diabolus author est, dominica abutens permissione. Quia dolet valde contumelia per me sibi sublata esse, & facta esse dinerforia continentiae, templa Christi, domicilia honoris & gratiae. Itaque fratres mei & filij, obedientes estote, quia per revelationem a Domino Iesu Christo proditum est mihi, quod ita esset euenturum. Non ergo est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum. Festino itaque, ut carne exutus assigner Domino. Nunc enim tempus est, in quo meam offeram hostiam. Memento signorum & prodigiorum atque sanitarum, quae Christo operante, & me ministrante, vidistis & sensistis. Ideo enim plurimorum infirmitates curatae sunt, ut omnium animae saluarentur. Ideo mortua corpora suscitata sunt, ut animae mortuae reuiuiscerent. Sed quid iam moras patior, & non appropinquo cruci? Valet fratres, & patientes estote & seruate quae audistis, commendo vos Domino Iesu Christo. Accedens autem & altans cruci, dixit. O nomen crucis occultum mysterium. O gratia ineffabilis. in nomine enim crucis, pax. O crux, quae Deo hominem coniunxisti, & a dominio Diaboli captiuantis magnifice segregasti. O crux, quae humano generi passionem saluatoris mundi, & redemptionem captiuitatis humanae, vera comitante fide semper repraesentas incolumem. O crux, quae quotidie carnes immaculatae agni fidelibus diuidis populis, & dira serpentis venena a populo salutariter depellis, atque Rhomphazam paradisi ignitam, credenti sine intermissione restinguis. O crux, quae pacem quotidie terrenis cum caelestibus operaris, & mediatoris mortem qui a mortuis resurrexit, & iam non moritur, aeterno patri (Ecclesia pro filiis agente) sedulo reparas, & legatione felicissima renouas, & reformas. vim patior tui causa, & iam nunc in finitima absolute existens, non quiescam manifestare de cruce occultum Dei mysterium, quod olim clamauit anima mea. O qui in Christum creditis, non istud sit vobis crux quod apparet, Aliud est enim quiddam mysticum in hoc quod apparet vobis. Et nunc maxime qui potestis audire in hora nouissima vitae huius existente me, omnes sensus segregate, & animas vestras ab omni quod apparet, ad illud quod inuisibile est, auocate, & scietis quod in Christo, per crucem, factum est salutis mysterium. Debitum est tibi Petre, reddere terrae corpus acceptum, per eos quibus est corpus occidere proprium. Air autem ad magistros carnificum. Quid est quod tempus attetistis? Quid Apparitores innecti mihi, moras patimini? Implete quod vobis est iustum. exuite me mortali tunica, ut spirituali adhaeream Domino. Petiit sanè, & ita alloquens ministros carnificum, exorauit. Precor vos bonae salutis meae ministros, ut crucifigentes me, caput deorsum ponatis, pedes vero sursum. Non enim decet me seruum vltimum ita crucifigi, ut Dominus vniuersitatis, pro salute totius mundi est crucifixus, quem passione mea constat glorificari. Et etiam ut mysterium crucis intento vultu semper possim conspiciere, quod facilius quid inde dixerò circumstantibus, possit audiri. Quod cum factum fuisset, adorsus est Petrus flentem populum, de cruce

crucis laudes.

Christus suorum passione glorificatur.

consolari, & alloqui mysterialiter, dicens: Grande & profundum mysterium crucis, & ineffabile atque inseparabile vinculum charitatis. Percrucem enim, ad se omnia traxit Deus. Hoc est lignum vitae, quo destructum est mortis imperium. Hoc mihi tu aperuisti Domine, aperi & omnium istorum oculos, ut videant consolationem vitae aeternae. Et his dictis aperuit Deus oculos eorum qui legebant, & Iachrymas fundebant in passione Petri, & viderunt Angelos stantes cum coronis de floribus rosarum & liliorum, & in vertice crucis erectae stantem Petrum, & librum a Christo accipientem, & ea verba quae loquebatur, inde legentem. Quod videtes, ita ceperunt letari & gaudere in Domino, ut illi ipsi increduli & carnifices videntes eos exultare & letari, quos prius tristes viderant, & plangentes, subito contabescerent animo, & veluti fumus vanescerent. Videtis autem Petrum quod demonstrata esset multis antea flentibus gloria eius, gratias egit Domino Iesu Christo, dicens. Digne tu solus Domine in altum porrecto vertice crucifixus es, qui totum mundum a peccato redemisti: te imitari, etiam in passione optaui, sed rectus crucifigi, non vsurpauit. Quia ex Adam, puri homines, & peccatores nati sumus, tu vero ex Deo Deus, & lux vera ex vero lumine ante omnia secula, in fine seculorum pro omnibus sine contagione hominis, homo fieri dignatus, redemptor hominis gloriosus existens. Tu, semper rectus, tu semper excelsus: tu semper altus. Nos secundum carnem, primi hominis filij sumus, qui principale demeritum in terra, cuius lapsus, significat specie generationis humanae. Sic enim nascimur ut proni in terra videamur effundi. & quod ad dexteram est, hoc ad sinistram sit. & quod ad sinistram, hoc ad dexteram fiat, eo quod in autoribus huius vitae, mutata conditio est. Hoc enim putat mundus iste dextrum, quod est sinistrum: in quo tu Domine quos sicut Niniuitas inuenisti perituros, tua sancta praedicatione liberaisti. Vos vero fratres quibus est audire preceptum, aures cordis apponite, & nunc quae annunciantur vobis sunt, agnoscite, scilicet omnis naturae mysterium, & omnis factae constitutionis initium: nam primus homo, cuius genus in specie ego habeo, misso deorsum capite, ostendit olim perditam generationem. mortua enim erat generatio eius, & nec vitalem habebat motum. Sed tractum misericordia sua principium, venit in mundum per corporalem substantiam, ad eum quem iusta sententia in terram proiecerat. & suspensum in cruce per speciem humus honorandae vocationis, videlicet crucis, restituit, & constituit nobis ea quae ante hominum iniquo errore immutata fuerunt, praesentia videlicet ut aeterna, & aeterna ducebantur ut praesentia, & dextera sinistra. Si quidem ille, dexteram glorificans, omnia signa mutauit ad propriam naturam, sicut bona intelligens quae non putabantur bona, & reuera, benigna quae maligna aestimabatur. Vnde Dominus in mysterio dixerat. Si non feceritis dexteram sicut sinistram, & sinistram sicut dexteram, & quae sursum sicut deorsum, & quae ante sicut quae retro, non cognoscetis regnum Dei. Istam ergo scientiam, in me produxi fratres, & haec est figura, qua me pendente oculi carnales conspiciunt. Schemata est enim primi hominis. Vos vero dilecti mei haec audientes, & quae auditis perfectionem conuertendo & conuersando ducentes, sicut de vestro primo errore ad certissimam fidei stationem redistis, ita perseuerate currentes, & ad quietem supernae vocationis tendite, bene conuersantes, via enim qua illuc iter agere debetis, Christus est. Oportet

Quid significet deorsum caput deorsum missum.

corpore D. Petri mortuum lacte & vino lauatur.

Oportet igitur cum Iesu Christo deo vero superascendere crucem, qui est constitutus nobis sermo solidus & viuus. Vnde & Spiritus dicit, Christus est verbum & vox Dei. Caeterum verbum significat istud rectum lignum, in quo crucifigor. Et quia vox proprie corporis est quod lineamenta recipit, quae diuinitati non imputantur, naturalia crucis, humanam praetendere noscuntur naturam quae immutationis errore, in primo homine passa est, sed per Deum & hominem, veram intelligentiam recuperauit. Ipsa namque disciplinae clausus in medio astricta est, conuersio videlicet, & conuersatione, atque cum fide poenitentia hominis. Et haec dicens alacri vultu & facie serena, sic exclamauit, in orationem crumpens. Ista mihi tu Domine Iesu Christe verba vitae nota fecisti, & reuelanti tibi, quae dixeram de ligno a me praedicato, gratias ago: Non coram cui saepe indecens quiddam subripit, non labiis istis carni affixis, nec lingua per quam verum vel falsum procedit, neque verbo articulata & materiali natura producto: sed illa voce gratias tibi ago, rex bone, quae per silentium intelligitur, quae non in manifesto auditur, quae non per organa corruptibilis oris percipitur, quae neque est terra, nec in terra dimittitur, quae in libris materialibus non scribitur, nec quemquam materialiter mouet, neque materialis existit. Illo inquam spiritu Domine Iesu Christe, Domine & magister me gratias ago tibi, quo te credo, quo te intelligo, quo te diligo, quo te teneo, & voce qua te alloquor, qua te interperlo, qua tu tono & modesto tantum spiritu intelligibilis es. Tu mihi Domine, pater, & amabilis actor, & perfectior saluus. Tu desiderium, tu refrigerium, tu fatietas. Tu mihi omnia es, & omnia mihi in te sunt. mihi totum es, & totumquod est, tu mihi es. Tu es mihi omnia. In te viuimus, mouemur & sumus. Et ideo, te ut omnia habere debemus, ut tu des nobis illa quae promissisti, quae nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparasti his qui diligunt te. Haec custodi seruis tuis, haec tribue atque largire, quia tu es pastor aeternus & summus bonus, verus filius Dei. Tibi commendo oues, quas tradidisti mihi. Tu eas in ouile tuum aggrega, & conserva, quia tu ostium, ouile, & ostiarius. Tu uas pascuae & aeternae refectio. Tibi gloria cum patre & Spiritu sancto, nunc & in omnia secula seculorum. Et mox ut omnis plebs magna voce, Amen reddidit, Petrus spiritum tradidit. Statimque Marcellus nullius expectauit sententiam, sed videns quia beatus expirauit Apostolus, propriis manibus deposuit sanctum corpus de cruce, & lauit illud lacte & vino optimo. Terrensque mastice & aloes minas mille quingentas & myrrhae ac folij atque stactes, cum caeteris variis aromaribus alias minas mille quingentas, condidit eum diligentissime. Melle quoque Attrico nouum repleuit sarcophagum, & in eo corpus aromatibus perlitum collocauit. In ipsa autem nocte, cum Marcellus ad sepulchrum ipsius vigilaret, & ardenti eius desiderio fletet (statuerat enim in vita sua non separari a doctoris sui amantissimi sepulchro) venit ad eum beatus Petrus. Quem videns Marcellus & contremiscens, illi velociter assurrexit, stetitque ante eum. Cui ait beatus Apostolus: Frater Marcelle, non audiuisti vocem Domini dicentis, Relinque mortuos sepelire mortuos suos. Et Marcellus ait: Chare magister, audiui. Tunc Petrus ad eum: Noli ergo quasi mortuus mortuum videaris sepelisse, fletis: sed tanquam viuus uiuenti & gaudenti melius conlatare. Relinque mortuos sepelire mortuos suos. Tu au-

tem, ut per me didicisti, vade, annuncia regnum Dei. Quod cum gratia multa, cunctis fratribus Marcellus indicauit, & suffragiis sancti Petri ex omni parte fides credentium a Deo patre confirmata est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in sanctificatione sancti Spiritus. Nero autem comperiens beatum Petrum obiisse, quem arctare, non interficere iusserat, misit ut comprehenderetur Agrippa Praefectus, quoniam non cum sua sententia Petrum interfecerat, quem disponebat per varia punire supplicia. Querebatur enim se ipsius praestigis desolatum a Simone suae salutis Praefule, & dolebat pro tanti casu amici, qui sibi & reipublicae (ut ferebatur) commoda praestabat innumera. Agrippa vero interuenientibus amicis, obtinuit ut Praefectura carens, priuatus & contemptus in domo propria degeret: sicque furorē Caesaris declinauit. Sed vltionem diuini iudicij non euasit: quam mox terribiliter expertus, interiit. Denique conuertit crudelissimus Nero animum ad persecutionem eorum, quos didicit beato Petro familiari adhæsisse, ut vel eorum penes de Petro satiaretur. Beatus vero Apostolus fratribus hoc per revelationem innouit, & qualiter feram bestiam declinat, insinuauit. Nero siquidem per visum vidit, sibi sanctum astare Petrum, & dirisimè a quodam, iussu ipsius flagellatus audiuit: Contine manus impiissime a seruis Domini nostri Iesu Christi, quos nunc tenere non poteris. Vnde parum pauefactus quieuit. Erant quoque fratres simul latantes & exultantes in Domino, confortati saepe visione beati Petri Apostoli, glorificantes Deum patrem omnipotentem, & Dominum Iesum Christum cum Sancto Spiritu. Cui est gloria, virtus, & adoratio in secula seculorum. Amen.

Martyrij beati Petri Apostoli a D. Lino Papa graeco scripti, Orientalibus Ecclesijs traditi, & subinde in Latium conuersi.

D. LINI EPISCOPI DE PASSIONE Pauli tradita Ecclesijs Orientalium, & deinde in Latium conuersa, Liber secundus.



Um venisset Romam Lucas a Galatia, & Titus a Dalmatia, expectauerunt Paulum in vrbe. Quos cum adueniens Paulus vidisset, laetatus est valde, & conduxit sibi extra urbem hortum publicum, ubi cum his & aliis fratribus de verbo vitae tractaret. Caepit interea colligere multitudinem maximam, adhaerentemque per eum fidei multae animae, operante Dei gratia, ita ut per totam urbem sonus praedicationis & sanctitatis ipsius fieret, & exiret fama per vniuersam regionem de illo. Iam enim admodum innotuerat orbi Romano signis & prodigijs, & doctrina multa, atque mirabili sanctitate. Cocus quoque multus de domo Caesaris siebat ad eum, credentium in Dominum Iesum Christum, & augmetabatur quotidie fidelibus gaudium magnum & exultatio. Sed & ne institutor imperatoris adeo est illi amicitia copulatus, videns in eo diuinam scientiam, ut se a colloquio illius temperare vix posset, quo minus si ore ad os illi alloqui non valeret, frequentibus datis & acceptis Epistolis, ipsius dulcedine & amabili colloquio atque consilio fruere, & sic eius doctrina (augente Spiritu sancto) multiplicabatur, & diligebatur, ut licet iam doceret, & a multis libentissime audiretur. Disputabat siquidem cum Ethnicorum philosophis, & reuinc-

Quotidie non habetur in impressio Seneca. Falso itaque Seneca ad Paulum inscriptas Epistolas calumniatur Erasmm.

cebat eos: vnde & plurimi eius magisterio manus dabant. Nam & scripta illius quidam magister Cæsaris coram illo relegit, & in cunctis admirabilem reddidit: Senatus etiam de illo alta non mediocriter sentiebat. Quadam denique die, cum Paulus doctrinæ inferuies circa vesperam in cœnaculo editiori turbas alloqueretur, quidã Patroclus deliciosus & Pincerna regis, ipsi se subducens aspectibus, abiit ad horreum vbi Paulus hospitabatur, vt audiret documenta vitæ perpetuæ. Inuitatus enim ad hoc & animo inductus iam fuerat à consodalibus suis, & Cæsaris amicissimis, qui ex eius familiari obsequio Pauli monita sc̄abantur. Sed cum præ multitudine populi ad eum introire non posset, ascendit ad fenestrã excelsiorem, & secus eam sedit, vt verbum Dei commodius posset audire. Desiderabat enim feruenti animo Pauli sermonibus resciri. Sed cum Paulus in longum protraxisset sermonem, & iuuenis somno granaretur, Diaboli inuidia dolentis super dilectione Dei & ipsius apostoli, quam studiosus adolescens habebat, fecit iuuenem paulisper dormire, cadensque de fenestra valde excelsa cœnaculi, spiritum exhalauit. Quod cum mox Neroni reuertenti à balneo, fuisset nunciatũ, cum multa frequentia dilectũ sibi iuuenem requirebat, contristatũque est vsque ad animã super morte Patrocli, statũtque alii pro eo ad viui officium, vt ei potingeret poculum. Paulus verò nõ multò post cognoscens per spiritum quod gestum erat, dixit ad plebem: Viri fratres, inuenit malignus locum vt nos tentaret, sed Dominus Iesus Christus morte solito eius nequitiam cõuertit ad suam gloriã. Ite igitur foras, & inuenietis iuuenem Cæsaris delicatum, ex alto cecidisse, & iam iacere exanimem: quem leuantes ad me huc deferre satagite. Illi ergo concito gradu pergentes, cõfessum iuuenem mortuum detulerunt. Mirabantur autem turbæ, quomodo Paulus rem gestam ex ordine cognouisset, sibi nemine nunciante. Dixit itaque Paulus ad turbas: Nunc fides vera apparebit erga Dominum nostrum Iesum Christum. Tẽpus est enim, vt semen vitæ æternæ in bonam terram deueniens, centuplica satione fructificet. Accedite ergo plena fide ad Dominum Deum nostrum, & deprecemur illum vt restituatur anima eius in istud iuuenile cadaver, viuãque melius quãm vixisset. Et cum ingemissent vniuersi, procumbentes orationi, ait Paulus: Adolecens Patrocle, surge, & narra quanta fecerit tibi Deus. Ad quam vocem mox Patroclus tanquam de somno surrexit, & cepit glorificare Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Dimisitque illum Paulus cũ cæteris qui erãt ex domo Cæsaris, & ibant lætantes & gaudetes omnes in Domino, qui facit voluntatem timentiu se, & deprecationes eorum exaudit. Cũque lamentaretur Nero Patroclum, & immensitate absorberetur tristitiã, dixerunt circumstantes ad Cæsarem: Non Domine magnanimitas tua grauetur molestia super morte adolescentis: nam viuũ & adest pro foribus, Cæsar verò cum audisset Patroclum viuere, quem pauloantè didicerat mortuum, expauit corde, & recubabat eum introire, & astare eum suo conspectui. Sed cum persuasum ei fuisset ab amicis quã plurimis, iussit eum introire. Et videns eum sanum, nullãque signa mortis habentem, obstupuit, & ait ad eum: Patrocle viuus? At ille respondit: Cæsar, viuo. Nero dixit: Quis te fecit viuere? Cui Patroclus exilaratus corde & accensus calore fidei, dixit: Dominus meus Iesus Christus, rex omnium seculorum. Et Nero conturbatus de nomine virtutis Dei, dixit ad iuuenem: Il-

Paulus sc̄it Patroclum.

le ergo debet regnare in secula, & resoluere omnia regna mundi: Et Patroclus ait: Etiã Cæsar, destruet omnia regna quæ sub cœlo sunt, & vniuersa quæ sub cœlo sunt, seruient ei: quia ipse est solus Rex regũ, & Dominus dominatiũ. Nero autem dedit ei alapam, dicens: Ergo militas illi regi? Et Patroclus exultãs, ait: Etiam. Nam excitauit me à mortuis. Tunc Barnabas, & Iustus, & quidam Paulus, & Arion Cappadox, & Festus Galata, qui erant ministri Cæsaris, & ei iugiter assistebant, dixerunt Neroni: Cur Cæsar recta sapientem, & prudentissimẽ atque veracissimẽ respondentem percussis inueniem? Nam & nos & illi militam⁹ regi inuictõ Iesu Christo Domino nostro. Nero autem cum audisset vno sensu, eodẽque sermone dicere illos inuictũ regem Iesum, reclusit eos in carcere, vt nimium illos torqueret, quos antea nimium amauerat. Et iussit inquiri regis illius famulos, posuitque edictum, vt scubi fuissent inuenti, sine interrogatione omnes Christi milites, per tormenta varia punirentur. Vnde multa scurratione à ministris reipublicæ, & apothecæ malignitatis fautoribus serui Dei quæsiti & inuenti quã plurimi, perducti sunt ad præsentiam Cæsaris. Inter quos & Paulus, consuetudinarias sibi pro Christi nomine gestãs catenas, ductus est vinculus. In quem omnes simul vinciti à deo intendebant, vt sine alicuius indico facile potuerit Nero cognoscere ipsum Paulum magni regis militibus præsidere. Intellegitque ipsum ducem & seruorum Christi magistrum, ait ad eum: O homo, nescio cuius Regis seruus, mihi autem vinculus, quid tibi visum est introire latenter regnum Romanorum, & mihi subtrahere, illi autem colligere de meã militiã principatu? Paulus verò repletus Spiritu sancto, constanter in aures omnium qui poterant adesse, dixit ad Cæsarem: Nero, nõ solum de tuo angulo colligimus milites, sed etiam de toto orbe terrarum. Hoc enim præceptum mihi est, vt neminem ex omni gente militate volentem æterno regi meo, repellam: potens est enim Dominus cunctis larga manu secundum cuiusque meritum, dona ditissima dispensare. Si enim & tibi visum fuerit in illum credere, & ei fideliter obtemperare, non te poenitebit. Cæterum noli putare, quòd diuitiã huius seculi, splendor, aut gloria, saluare te debeant, sed si subiectus illi fueris, in perpetuum saluus eris. Cũ autem venerit iudicare viuos & mortuos, dissoluet mundi huius figuram per ignem, & ante mundi constitutionem parata, & à seculis abscondita, militibus suis donatiua quæ nunquã deficiet, & quæ omnem excludent indigentiam, largietur. Hęc audiens Nero, & ira successus, quia mundi figuram per ignem Apostolus dixerat resoluendam, iussit omnes Christi milites igne concremari. Paulum auem senatusconsulto tanquam maiestatis reum, capite secundum Romanas leges truncari. Tradiditque eum Longino & Megisto Præfectis, atque Acesto Centurioni, vt illum extra urbem ducentes, & populo spectaculum de eius occasione præbentes, decollari præciperent. Quibus Paulus sine intermissione verbum prædicabat salutis. Ministros etiam & apparitores per omnem ciuitatem & circa regionem cum velocitate Nero diaboli exagitatus operatione, direxerat: qui summa diligentia perscrutarentur latitantes, & manifestatos simul interficerent Christianos. Vnde tam multiplex occisã est turba Christianorum, vt populus Romanus palatium vi irumperet, & seditionem contra Cæsarem excitare moliens, proclamaret. Pone modum Cæsar iniustissimã iussioni, tempera irrationabilem furorẽ, suffi-

Mundus per ignem dissoluetur.

ciar sæuitiã, quod crudelitatis metas transcendis. Nostrates homines sunt quos perdis, Romanum tuentur imperium. Aufers Cæsar Romanam virtutem, quæ militum tantorum frequentia, terribilis cunctis gentibus existebat. Tunc Nero clamore populi expauescẽs, aliud edictum proposuit, vt nemo auderet contingere Christianos, nec quicquam eis molestiã inferre, donec relatio plenissimæ cognitionis ex delatione cuiusque referretur ad Cæsarem. Quapropter Paulus iterum eius aspectibus oblatu est. Nero autem vt eum vidit, vehementissimẽ exclamauit, dicens: Tollite masculũ, decollate impostorem, nolite sinere viuere criminatorem, perditẽ sensuum alienatorem, auferte de superficie terræ mentium immutatorem. Ad quem Paulus ait: Nero, tempore modico patiar, sed vitam in perpetuum cum Deo meo, & rege æterno Iesu Christo, qui venturus est iudicare orbem terræ in flagratione ignis. Nero itaque dixit Megisto, Longino, Acesto: Auferte ab illo celerius caput, & sic sibi de vita æterna blandiatur. sentiatque me regem inuictum, qui eum vixi, & occidendo deuici. Paulus verò ait: Vt scias me, Nero, post decollationem meo regi inuictõ æternaliter viuere, te autem victũ, qui putas te vincere, cum mihi abscessum fuerit caput, viuus tibi apparebo. & cognoscere poteris quia mors & vita famulantur Domino meo Iesu Christo, cuius est omne regnum, & cui voluerit dabit illi, & omnis victoria est illius. & quẽ vult vincere, facit magnificẽ triumphare, & ipse solus inuictus est Rex in æternum. Et his dictis, ductus est Paulus ad supplicium. Cum autem duceretur, Longinus & Megistus atque Acestus dixerunt ad eum: Dic nobis Paule, vbi est rex ille, & vbi apparuerit vobis, & qualiter cognouistis, & quid vobis contulit, aut quid vobis conferet boni, quòd sic ardentissimẽ eum diligitis vos Christiani? vt nullo pacto religioni nostræ velitis commodare assensum, ac viuatis, ac bonis huius vitæ fruamini, sed potius omni delectamento inuandus, pro illo mori variis tormentis ducatis? Magnus enim iste videtur error, iucundam odissẽ hanc vitam, & toto desiderio penas amplecti & mortem. Paulus verò ait: O viri cordati atque sensu bono vigentes, relinquite tenebras ignorantiæ & erroris, quarum caligine obnubilatur intelligentiã vestrã nobilitas, ne verũ quod in vobis later videre possitis, conuertite mentis oculos ad æternam & veram lucem, vt valeatis prius vos ipsos cognoscere, & sic ad cognitionem regis illius cum lætitiã peruenire, atque ab igne, vniuersõ orbi superuenturo, salui & illasi permanere. Non enim (sicut vos putatis) alicui terreno regi militamus, sed Deo viuo, regi cœlorum, & omnium seculorum: qui propter iniquitates quæ sunt in hoc mundo, veniet iudex, & iudicabit illum per ignem. Felix autem erit homo, qui crediderit in eum. Habebit enim vitam æternam, & viuet in omnia secula seculorum: & infelicitissimus ille, quo non infelicior vllus, qui contemnens diuitias bonitatis & longanimitatis eius non cõuertetur ad eum, nam peribit in æternum. Propter hoc namque de cœlo in terram descendit qui cœlum & terrã fecit, & ad hoc factus ipse est homo qui fecit hominem, vt homo conuersus ab iniquitate sua, relinquens vana, & simulachra muta quæ nefandissimẽ pro Deo colit, seruiet ei qui fecit illum, & adoret eum quem tremunt Angeli & omnes cœlorum potestates adorãt. Quod cum factũ fuerit, faciat illum verũ adoratorem atque cultorem suum, consortem & sociũ suorum Angelorum spirituum videlicet sanctorum

ac beatorum. Nec immeritò, quia spiritus est Deus, & eum qui illum in spiritu & veritate colit & adorat, sancti Spiritus socium faciet: illum verò qui in eum credere reculauerit, socium & complicem reddet iniquorum dæmoniorum, in tormẽto æterni incendij, ad cõcremationem, atque ignem perpetuum transmittet illum refugam. hic est ignis venturus, per quem Deus est iudicaturus orbem. Quapropter viri sapientes, apud se prudentia vestra diiudicet, quis fecit mundum, quoniam sine factore non prodiit, perpẽdit qui fecit hominem, quia vt diuina testatur oracula, non ipse se fecit. attendite, quia simulachra vana nõ sunt dii, sed hominum, factura, & dæmonia in eisdem facturis latentia: quæ licet in hoc cõcordari videantur, quia vnanimiter perditionem humani generis cupiunt, sibi tamen inuicem variis modis indubitatissimẽ dissident. nõ est enim impius pax, dicit Dominus. In causã namque est cur homines festinant perdere, & sibi socios in pœnis habere, quia sciunt in cœlestem habitationem homines ascensuros per dei gratiam, vnde ipsi spiritus ceciderunt per superbiam suam. Viri urbani sensu, cognoscite, quia diuinitatis nomẽ per plures nequaquam diuiditur, quoniam vnus Deus, à quo sunt omnia, & vnus Dominus Iesus Christus, per quem sunt omnia, & vn⁹ Spiritus sanctus, in quo consistunt vniuersa: cui fideliter obtemperant omnia, & non est schisma in diuinitate, quia caret pluralitate. Attẽdite cives Romani, vnde discordia nata fuerit & quã ratione accrescens, sic longè latẽque miserabiliter adoleuerit, & cur tam multiplicia non numina sed miserabilia emerserunt deorũ portenta. Videlicet quia multi ceperũt vellẽ fieri principes ac tyranni, & dominatores non vitiõrum, sed hominum suã naturæ consortium. Vnde in ignorantia tempestate demersi, & in barathrum elationis suæ deiecti, vnusquisque potestatis suæ Deũ aut mutauit aut statuit, nam ad tantam miseri homines peruenerit dementiam, vt sic miserimos homines sibi deos constituerent, quibus similes fieri vellẽt, vt mortem pessimam deuitarent. Sed & quidam eorum quoniam non probauerunt habere Deum in noticia, traditi sunt in voluptates suas, vt exercerent illa opera quæ leges Romanæ puniunt cum execratione, & impletum est in illis quod dictum est verbis sanctissimis. Similes illis, inquit, sicut qui faciunt ea, fecerunt enim sibi deos miseros, & facti sunt ipsi miseri, atque ad tantam sunt insaniam deuoluti, vt trunco ligneo dicant: Deus noster tu es, & lapidi, adiua nos, stipitemque fabricatum adorant qui eius sunt astutiis calefacti. Ad hæc, multæ audientium turbæ eleuantes vocem cum planctu, dixerunt. Errauimus, peccauimus, iniquẽ egimus, doctor falsis & æternæ vitæ ac veritatis ostensor, propiciare nobis, vt eruamur à laqueis peccatorum, & possimus euadere ignem quo exuretur mundus, & quisque cruciabitur infelix ac pessimus. Tunc Paulus ait: O viri fratres, quorum dominus cor suo spiritu tetigit, state fideliter in fide. nam ministri æternæ salutis adierunt, à quib⁹ baptizabimini, & bene perseverãtes in charitate Domini nostri Iesu Christi, salui eritis in æternũ. Longinus quoque & Megistus & Acestus, secretius alloquentes Apostolum dixerunt. Rogamus te Domine, fac nos ascribi in militia regis æterni, vt possimus venturum ignẽ euadere, & regni perpetui participes fieri, & dimittimus te: vt possis quocunque decreueris pergere, & erimus tui itineris comites, & vsque ad mortẽ tibi parentes. Quibus Paulus ait. Fratres mei, non sum profugus, sed miles legitimus regis mei: si enim scirem

Conuersio duritiam Pauli ad suppliciu.

quod morerer, & non potius ad vitam & gloriam per hanc mortem peruenirem; non solum facerem quæ rogatis, sed ego hoc à vobis deposcerem, nunc autem non inuacuum per multas tribulationes cucurri, nec sine causa pari cupio. Nam restat mihi corona victoriæ, quam reddet mihi cui credidi, & de qua certè exiit: quoniam ad ipsum vado, & cum ipso veniam, cū veniet in claritate sua, & patris & sanctorum Angelorum iudicare orbem terrarum. Propterea mortem istam contemno, & vestram petitionem (vt abscedam) non audiam, neque faciam. Illi verò flentes, dixerunt ei: Quid ergo acturi sumus? Quomodo te punito viuemus? & ad illum, in quem nos credere persuades, peruenire iam ultra valebimus? Et cum hæc inter se loquerentur, & populus multus voces in altum tolleret, misit Nero Patthenium quendam, & Pheretam milites, vt viderent si iam Paulus esset occisus. Qui aduenientes repererunt eum ad huc viuentem, & diutissimè populum alloquentem. Quos Paulus ad se auocans, ait illis: Viri fratres, credite in Deum viuunt, qui me & omnes qui in eum credunt à mortuis suscitabit. At illi respondentes dixerunt: Ad Cæsarem prius ibimus, omnia renunciantes: & cum peractum fuerit pro quo missi sumus, & cum mortuus fueris, & resurrexeris vt dicis, tunc credemus tuo Regi. Tu autem explica moras quibus iustionem differis, & vade ad destinatum locum, vbi sententiam merito dictatam suscipias. Paulus quoque dixit eis: Commoratione mea in carne plus vos indigetis, si credere vultis, quam ego, qui ad vitam per mortem vado. sed & iam pergamus exultantes in nomine Domini Iesu Christi. Cùmque ad locum pergerent passionis, comitantibus populorum turbis innumeris, venit ad portam vrbs Romæ, vbi habuit obuiam nobilissimam matronam, nomine Plautillam, Apostolorum feruentissimam dilectricem, & religionis diuinæ cultricem: quæ flens, eius se cepit orationibus commendare. Ad quam Paulus ait: Vade Plautilla æternæ salutis filia, commoda mihi pannum quo caput tegis, & secede paululum in partem propter plebis impedimenta: me hic expectans donec reuertar ad te, & tibi restituam beneficium. ligabo enim mihi oculos vice sudarij, & tuæ dilectioni, amoris mei pro Christi nomine pignus, ad illum pergens relinquam. Quæ festinatè pannum porrexerat, & ei, vt ipse Apostolus iusserat, obediebat. Insultabat autè Patthenius & Pheretas dicentes. Quid credis impostori & mago: cur perdis pannum optimum, non tantum per eum in seculo lucratura: Paulus verò dixit ad eam, etiam filia prætolare aduentum meum, & signa mortis meæ in panniculo tibi afferam cum Christo victurus. Interea Longinus, Megistus, & Acestus dum instarent obnoxius pro salute sua, inquirentes modum qualiter ad veram vitam possent peringere, audierunt à beato Apostolo: Fratres & Filij mei, mox vt ego fuero decollatus, vos & ceteri ministri interfectionis meæ à loco in quo me Dominus vocare dignabitur recesseritis, viri fideles rapient & sepelient corpus meum: vos autem notate locum sepulchri mei, & cras valde diluculo illuc venietis, ibiq; inuenietis duos viros orantes, Titum & Lucam. Quibus dicetis qua de causa vos missi, & illi vobis dabunt signa salutis in Domino. Nolite igitur dubitare exequi quod vobis est imperatum: quoniam statim vt credentes sacro fonte fueritis intincti, & diuinorum mysteriorum viuificatione sacrati, ab omnibus peccatorum contagijs, & ab hoc etiam quod reformidatis, in me scelere perpetrato incunctatè pur-

gati eritis, ac super niuem dealbati, ac in serie Christi militum ascripti, & cælestis regni efficiemini cohæredes. Et his dictis peruenit ad passionis locum, vbi ad orientem versus, tensis in cælum manibus, diutissimè cum lachrymis Hebraicè orauit, & gratias egit Deo. Cùmque patrio sermone consummasset orationem, valedicens fratribus benedixit eos. Et ligans sibi de Plautilla maphorte oculos, in terra vtrumque genu fixit, & collum tetendit. Spiculum verò in altum brachia eleuans, eum tota vi percussit, & caput eius abscidit. Quod postquam à corpore præscissum fuit, nomen Domini nostri Iesu Christi Hebraicè clara voce personuit. statimque de corpore eius vnda lactis in vestimenta militis exiliuit, & postea sanguis deflaxit. vitta verò qua sibi ligauerat oculos, cùm eam quidam rapere vellent, non comparuit. tanta etiam odoris suauitatis fragrauit, & lucis immensitas in momento illius decollationis cælitus ibi emicuit, vt mortalium oculi splendorem illum sufferre, & humana lingua narrare nequiverit odorem. Videntes autem omnes qui aderant, gratiam Dei in beato Apostolo, admirati sunt valde, laudantes & confitentes per multam moram. Dominum Iesum Christum æternum & inuictum regem quem prædicauerat magnificus doctor & magister gentium Paulus. Reuertentes verò qui iussi fuerant accelerare interfectionem eius, peruenierunt ad portam citatis, vbi inuenierunt Plautillam, laudantem & glorificantem Dominum in omnibus quæ audiuit & vidit per sanctum eius Apostolum. Et interrogauerunt eam cum irratione cur caput suum non operiret de maphorte quæ præstitera Pauli. Quæ accensa calore fidei, cum magnanimitate respondit. O vani & miseri, qui credere nescitis quæ oculis videtis, & manibus atrectatis. Verè enim habeo eundem quem illi porrexeram pannum, de infusione sanguinis sui preciosum. Nam de celo veniens innumerabilium candidatoꝝ caterua comitatus, illum mihi veracissimus retulit. Et rependens gratiam pro benignitate in eum habita, dixit: Tu mihi Plautilla in terris obsequium præstitisti, ego tibi quam primum ad regna pergenti, officiosissimè obsequar. In proximo namque pro te reuertar, & tibi regis inuicti gloriam demonstrabo. Et extrahens Plautilla pannum à sinu, roseo perfusum sanguine, illis ostendit. Qui nimio pauore correpti, gressu concito perrexerunt ad Cæsarem, quæ viderant & audierant nunciantes. At ille cum audisset, miratus est valde, & ingenti stupore attonitus cepit, de his quæ nunciata sunt ei, cum philosophis & amicis, atque ministris reipublicæ, seu & cum his quos habere poterat ex senatu conquirere, atque confabulationis sermonem cum timore & tremore atque confusione sensus habere. Dum hæc inuicem mirarentur, & secum quærerent, venit Paulus circa horam nonam iannis clausis, stetitque ante Cæsarem, & ait. O Cæsar Nero, ecce ego Paulus regis æterni & inuicti miles, vel nunc crede miser, quia non sum mortuus, sed viuo Deo meo. Tibi autem, non post multum temporis mala inenarrabilia imminet & supplicium maximum, teque æternus manet interitus, eod quod inter cetera flagitia tua pessima, multum sanguinis iustorum, effudisti iniuste. Et hæc dicens, repente disparuit. Nero autem his auditis, vltra quàm dici possit timore percussus, & veluti amens effectus, ignorabat quid agendum illi esset. Suadentibus ergo amicis, iussit Pacroclum & Barnabam, & eos qui victi erant cū illis, solui, atque quò vellent liberos abire. Longinus denique, Megistus, atque Acestus, sicut eis constitue-

Paulus post mortem pro fidelibus se oraturum pollicetur.

Apparitione Pauli post mortem.

rat

rat Apostolus, primo mane venientes ad sepulchrum eius, viderunt duos viros orantes, & in medio eorum stantem Paulum. Qui pertimescentes in visu admirabili, horruerunt, & reformidauerunt accedere propius. Titus autem & Lucas ab extrasi orationis in se reuersi, videntes præfectos atque Centurionem, qui ministri necis Pauli fuerant ad se properantes, humano terrore correpti in fugam conuersi sunt, & Paulus euauit ex oculis eorum. Illi verò post eos clamauerunt dicentes Non vt suspicamini beati Dei homines ideo venimus, vt vos persequamur ad mortem, sed vt credentes, nos per aquam baptismatis ad vitam trãseratis æternam, sicut nobis verus doctor promisit Paulus, quem pau-

lante, in medio vestri stantem & orantem conspeximus. Hæc autem audientes ab eis Titus & Lucas, steterunt cū multa læticia & spiritali gaudio imponentes eis mox manus, & dantes signaculum sanctificationis perpetuæ, sicque ieiunio vsque ad vesperam præcurrente baptizati sunt in nomine Domini nostri Iesu Christi. Cui cum patre in vnitatem Spiritus sancti, est honor, & gloria, virtus, & imperium in omnia secula seculorum. Amen,

MARTYRII BEATI PAULI Apostoli à Lino Papa græcè scripti, Orientalibus Ecclesijs traditi, & subinde in Latinum conuersi.

S. SVPICIÏ SEVERI BITVRICEN. ARCHIEPISCOPI OPERA QVOT-QVOT EXTANT.

F. Apologia Guiberti abbatis Gemblacensis, quæ manu exarata, Lonanij in Valle Martiniana adseruatur.

Sulpicius inquit Severus, vt patet ex gestis quæ in Monasterio Maiori positis legi, recepto intra cæli secreta b. Martino, cellam parisi per quinquennium, hereditate videlicet præclara, obitum. quem, quamuis admodum venientem, Bituricensis clerus inde extrahens, Archiepiscopum sibi sublimauit. Quod autem à velagians se ductus in aliquo à regula orthodoxæ fidei exorbitauerit, nisi quam omnino, nisi in solo Gemadio legi, qui nescio vtrum hoc alicubi & ipse legerit, an ex sola fama, quæ facta in seculis loquitur, didicerit. Illud tamen fideliter credo, hunc eius errorem, gloriam sanctitatis eius non obscurasse: cum auctor idem qui referri deceptum, restetur & correctum, quod profectò eò magis mirum, quòd cum esset clarus genere, sublimis dignitate, Episcopus officio, & per hoc pluribus se debens, publicum desereret, secretum periret, & carcerali latebra se damnans, simulque vigilis fame & frigidibus carnem macerans, in spiritu humilitatis & animo contrito Deo satisfaceret, &c. Deinde multis interiectis, si inquit, huic assertioni meæ non credatur: credatur toti sanctæ Maioris monasterij multitudini: quæ sacra Depositionis eius solennia festino quotannis celebrat officio, cui celebrati ipse quoque apud eos degens & semel atque iterum interfuit, & hanc cum ceteris fratribus nõ nulla deuotione 1 v. Kal. february, vt agitur, percolui. Gratiarum tibi ago, doctrix viarum, Dei omnipotens sapientia, quæ in eo vicisti malitiam, dilapsamque in foueam, & in vniculis peccatis positum non dereliquisti, sed in fraude circumuenienti ei assistens, à peccatoribus gratia tue aduersariis liberali eum, tantæque sublimasti gratia, vt inter filios eiusdem gratia compuerit, & inter Sanctos fors illius sit.

S. SVPICIÏ SEVERI BITVRICEN. ARCHIEPISCOPI, SACRÆ HISTORIÆ. LIBER I.

Res à mundi exordio sacris litteris editas breuiter constringere, & cum distinctione temporum vsque ad nostram memoriæ cartim dicere aggressus sum: multum id à me studio se efflagrantibus, qui diuina, compendiosa lectione cognoscere properabant. Quorum ego voluntatem secutus, non peperci labori meo, quin ea, quæ per multis voluminibus per scripta cõtinebatur, duobus libellis cõcluderem: ita breuitati studens, vt penè nihil gestis subdlexerim. Vifum autè mihi est non absurdum, cū vsque ad Christi cruce, Apostolorumque actus per sacra historia currenssem etiã post gesta cõuertere: Excidiũ Hierosolimæ, vexationeque populi Christiani, & mox pacis tempora, ac rursum Ecclesiarũ intestinis periculis turbata oia locutur. Ceterũ illud nõ pigebit fateri, me, sicuti ratio exigit, ad distinguenda tempora, cõtinuandãque serie vsum esse historicis ethnicis, atque ex his quæ ad supplementum cognitionis deerat vsurpasse, vt & imperitos docerè, & litteratos conuincerem. Veruntamen ea, quæ de sacris voluminibus breuiata digessimus, non ita leuentibus auctor accesserim, vt prætermisissis illis, vnde hæc deriuata sunt, appetantur: nisi cum illa quis familiariter nouerit, hic recognoscat, quæ ibi legerit. Etenim vniuersa diuinarum rerum mysteria non nisi ex ipsiis fontibus hauriri queunt. Nunc initium nartandi

faciam. Mundus à Domino constitutus est, abhinc annos iam pene sex millia, sicut processu voluminis istius diggeremus: quamquam inter se parum consentiant, qui rationem temporum inuestigatam ediderunt. Quod cum vel Dei nutu, vel vitio vetustatis eueniat, calumnia carere debet. Mundo autem condito, homo factus est: viro Adam, mulieri Eua nomen fuit. Sed constituti in paradiso, cùm interdictam sibi arborem degustassent, in nostram, velut exules, terram eieciti sunt. Deinde ex his Cain atque Abel nascuntur. sed Cain impius, fratrem interemit. Filium Enoch habuit, à quo primum ciuitas condita est, auctoris nomine vocitata. Ex hoc Itad, atque ex eo Mameal nascitur. hic Mathusalem filium habuit: isque Lamech genuit, à quo iuuenis quidam occisus traditur, nec tamen nomen refertur occisi. quod quidem futuro mysterio fuisse præmissum, à prudentibus æstimatur. Igitur Adadã post necem filij minoris, Seth filium procreauit, cùm iam tricesimum & ducentimum annum ætatis implisset. Vixit autem annos d. c. c. c. x. x. Seth verò Enos, Enos Cainan, Cainan Malaleel, Malaleel Jared, Jared Enoc genuit: qui ob iustitiam translatus à Deo traditur. Huius filius Mathusala dictus est, qui Lamech genuit: ex quo Noe natus, iustitia egregius, & præ ceteris mortalibus Domino carus, acceptusque. Qua tempestate cùm iam humanum genus abundaret, Angeli, quibus cælum sedes erat, spe-

Mundi exordium.

primi homines, eorumque progenies. Gen. 1.

Gen. 5.

Gen. 6.

Noe.

Vide scilicet Gen. 1.

Gen. 7. Diluuiū. ciofarum forma virginum capti, illicitas cupiditates appetierunt: ac naturæ suæ originisque degeneres, relicti superioribus, quorum incolæ erant, matrimoniis se mortalibus miscuerunt. Hi paulatim mores noxios conferentes, humanam corrumpere progeniem, ex quorum coitu Gigantes editi esse dicuntur, cum diuersa inter se naturæ permixtio monstra gigneret. Quibus rebus offensus Deus, maximèque malitia hominum, quæ ultra modum processerat, delere penitus humanum genus decreuerat. Sed Noë, virum iustum, vita innocente destinata exemit sententiæ. Idem admonitus à Domino, diluuium terribile imminere, arcam immentis magnitudinis ex lignis contexit: ac bitumine illitâ, impetrabile aquis reddidit quales cū vxore, ac filiis tribus, & totidem nubibus est clausus: volucrum etiam parua, iudicemque diuersi generis bestiarum, eodem claustro recepta: reliqua omnia diluio absumpta. Igitur Noë, cum iam imbrem destitisset, ac quieto in salo arcam circumferri intelligeret, ratus id quod erat, aquas decedere, coruam primū explorandæ rei gratia, eoque non reuertente (vt ego cōiicio, cadaueribus detento) emisit columbam: quæ cum consistendi locū non reperisset, reuersa est. Rursum remissa, foliū oliuæ retulit, manifestum indicium, nudari cacumina arborū. tertio demum emissa, non rediit: vnde animaduersum, aquas destitisse. ita Noë arcam egressus est. id gestum à mūdi exordio, post annos (vt ego cōperio) 11. cc. duos & quadraginta. Ac primū Noë arā Domino stauit, hostiâque ex volucris immolauit. mox à Domino cum filiis benedicitur: præceptumque accepit, ne sanguine vesceretur, aut sanguine hominis effunderet: quia mundi primordia, mandati istius liber Cain maculauerat. Igitur vacuo tum seculo, ex filiis Noë Sem fuit. tres enim habuit: Sem, Cham, Japheth. Sed Cham, quod sopitum vino patrem riserat, maledictum à patre genuit. Huius filius, Chus nomine, Nēbrod gigantem genuit: à quo Babylon ciuitas constructa traditur. Pleraque etiam oppida ea tempestate cōdita memorantur, quæ nominatim persequi animus nō fuit. Sed cū multiplicaretur humanum genus, diuersaque loca atque insulas mortales haberent, vna tantum omnes lingua vtebantur: donec se in vnum, dispergenda per totū orbē, multitudo contraxit. his more humani ingenij cōsiliū fuit, insigni aliquo opere famā querere, priusquam à se inuicem deducerentur. Ita turrim facere aggressi, quæ celo accederet, nutu Dei, vt officia operatium præpedirentur, inassueto sermonis genere, multa diuerso, neque vlli inuicē intellecto linguarum ritu loquebantur: quod præceptis dispersi sunt, cū alter alterum velut alienigenā facillè relinquebat. Sed filiis Noë ita diuisus orbis fuit, vt Sem intra orientem, Japheth occidentem, Cham mediis contineretur. Ita vsque Abrahā ducta successio, nihil sanè insigne aut memorabile in se habuit. Abrahā autem patre thara natus est, post diluuiū anno millesimo & septingentesimo Abrahā vxor Sarra dicta est, primāque eis in regione Chaldæorū habitatio fuit. Inde apud Charas vnā cū patre diuersatus est. Qua tēpestate admonitus à domino, domū, patriā, ac patre relinquens, assumpto Lot, fratris filio, in terrā Cananæorū profectus, in loco cui Sichē nomē est, cōsedidit. Mox annonæ inopia Aegyptū cōcessit. ac rursum reuersus Lot, præ multitudine familiæ à patruo digressus, vt laxioribus vacuæ tū regionis spatiis vterentur, in Sodomis cōsedidit. id oppidū infame incolis, vitiis in viros irruentibus, atque ob id iniustum Dño fuisse traditur. Ea tempestate reges vicinarū gentiū in armis erant: cū

antea nullum inter mortales certamen fuisset. Sed aduersum hos, qui bello vicina tentabant, reges Sodomorum, Gomorrhæorum, vicinarumque regionum in prælium erumpit: primūque impetu fusi, victoriam concessere. Tum à victoribus Sodoma direpta, prædæ hostibus fuit, ductusque Lot in captiuitatem. Quod cum Abraham cōperisset, propere armatis seruis suis, numero trecentis decem & octo, reges victoria feroces, exutos prædā armisque in fugam compulsi. Tum à Melchisedec sacerdotē benedictus est, eidemque decimas prædæ dedit. Reliqua his, quibus erepta erāt reddidit. Per idē rēpus Abrahā Dominus locutus est, multiplicadūque semen eius, sicut arenas maris, stellâque cœli, spopondit: peregrinūque eius semē prædictū futurū, ac posteros in hostili solo per quadringentos annos laturos seruitiū, postea libertati restituendos. Tūc ei, atque vxori eius, adiectione vnus literæ nomē immutauit: nunc ex Abrahā, Abrahā: ex Sarai, Sara dicitur. Cuius quidē rei non inane mysteriū, non est huius operis exponere. Eodem tempore Abrahā lex circumcissionis imposita est. Erat ei autem ex ancilla filius Ismael: & cū ipse esset annorū centū, vxor autē eius nonaginta, futurū eis filiū Isaac, Dominus pollicetur, qui cū duobus Angelis ad eū venerat. Inde Sodomā missi angeli, Lot in porta sedētē reppererūt. Quos cum ille, homines existimans, hospitio receptos, cœnatōque domi haberet: iuuē improbo ex oppido, nouos hospites ad stuprū flagitabant. Lot pro hospitibus filias offerēs, nō acquiescētibz, quibz illicita potius desiderio erāt, ipse ad stuprū trahebatur. Quē Angeli propere ab iniuria vindicantes, luminibz impudicorū cæcitate effuderunt. Tū Lot ab hospitibz eductus, per edū oppidū, propere cū vxore & filiabus est egressus. interdētū tamē eis est, ne retrosum cōspicerēt. Sed mulier parū dicto audies (humano malo, quo ægrī veritus abstinetur) reflexit oculos, statimque in molē cōuersa traditur. At Sodoma diuinis ignibz cōflagrauit. Lot autē filia existimantes humanūgenū interitisse, cōcubitū inebriati patris appetuerūt: vnde moab & ammō nati sunt. per idē rēpus ferē, cū Abrahā esset etiā centū annorū, Isaac filius natus est. Tum ancillâ, de qua Abrahā filium susceperat, Sara expulsi: quæ habitasse in deserto vnā cū filio, & præsidio Dñi defensa traditur. Nō multū post, Dñs Abrahā fidē tentās, immolādū sibi à patre filiū Isaac poscit. Quē ille non cunctatus offerre, cū aræ puerum superposuisset, gladiumque educeret, vox missa de cœlo est, puerō vt parceret: victime aries præstō fuit. Cōsumma toque sacrificio, Abrahā Dominus locutus est, promittēs ea quæ iā spoponderat. At Sara, cū septimū & vice simū supra centesimū annū ageret, decessit: corpus cura viri sepultū in Hebrō, Chananæorū oppido. etenim illic Abrahā cōmorabatur. Tū Abraham Isaac filiū iuue nilis etatis vidēs, siquidē tū quadragesimū annū ætatis agebat. seruo suo imperauit, vxorē ei quæretet: ex ea tamen tribu atque terra, de qua ipse oriūdu videbatur: modō vt inuentā puellā in regione Chananæorū deduceret, nec putaret eū causā cōiungis in solū patriū rediturū. Atque vt ea stentē mādāta exequeretur, contracto domini femore, sacramentū dedit. Ita seruus profectus in mesopotamiam, ad oppidū nachor, Abrahæ fratris, deuenit: successitque in domū Bathuelis Syri, nachore patre geniti. Huius filiā Rebeckā, speciosam virginē cōspicarus, poposcit, atque ad dominum adduxit. Post id, Abraham accepit vxorem Cethuram nomine, quæ in Paralipomenis concubina dicitur: suscepitque ex ea filios. sed Isaac Sara edito, substantia tradidit

Lot captus & libera tus. Gen. 15. Abrahæ promissa. Gen. 17. Circūciso Gen. 16. Gen. 17. Gen. 19. Sap. 19. Ibidem et Sap. 10. Sodomæ cōflagratio. Ibidem et Esā. 13. Gen. 21. Isaci immolatio. Gen. 23. Gen. 24. Isaci nuptia. Gen. 25. Philip. 2.

didit: his autem quos ex concubinis susceperat, dona distribuit. atque ita ab Isaac separati sunt. Abraham diē functus est, impletis annis centū & quinq; & septuaginta: corp⁹ sepulchro Saræ vxoris apposuit. At Rebecka diu sterilis, assiduis mariti ad Dominū precibz, à die matrimonio i vice simo ferē anno geminos edidit: qui in matris aluo exultasse sepius, traduntur: dictūque reprobō Domini est, duos in his populis prænantari, & maiorē minori subdendū esse principio. Sed prius editus, asper feris, Esau vocatus: minori Jacob nomē fuit. Ea tempestate grauis annonæ inopia terras incefferat. Qua necessitate Isaac in Gerar ad regem Abimelech celsit, admonit⁹ à Domino, ne in Aegyptū descēderet: eidēque vnuerse terræ illius possessio promittitur, ibique benedicitur, multiplicat⁹que pecore atque omni substantia, agēte inuidiā in incolis pellitur: pulsus, apud patē iuramētū concedit. Igitur annis grauior, luminibus obductis, cū Esau filiū benedicere pararet, cōsilio Rebeckæ matris, iacob se benedicendū pro fratre obtulit. Ita iacob adorandus principibus & gentibus fratri præponitur. Queis rebus Esau accensus, fratri necem moliebatur. Quo metu iacob, hortante matre, in Mesopotamiam confugit: admonitus à patre, vt ex domo Laban, fratris Rebeckæ, vxorem acciperet. Tanta illis cura fuit, cum in alienis terris consisteret, genus tamen intra familiam suam ducere. Ita iacob profectus in Mesopotamiam, per soporem Dominum vidisse traditur: atque ob id locum somnii sacratum habens, lapidem ex eo sumpsit: vouitque si rebus prosperis reuertisset, titulum sibi Domus Domini futurum, decimâque omnium quæ acquisita sibi forent, Domino daturum. Inde se ad Laban fratrem matris contulit: quem ille sororis filium agnitum, in hospitium benignè recepit. Erant Laban duæ filia, Lia & Rachel: sed Lia oculis deformior, Rachel pulchra fuisse traditur. Cuius specie iacob captus, amore virginis conflagratur: eamque sibi in matrimonio à patre postulans, septem annorum seruitio se mancipauit. Sed impleto tempore, Lia ei supponitur: ac rursum septem in seruitio subditur, atque ei Rachel traditur. Sed hanc diu sterilem, Liam fecundam fuisse accepimus. Filiorum quos ex Lia iacob habuit, hæc sunt nomina: Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon, Dina. Ex ancilla verō Lia, Gad & Aser. Ex ancilla Rachel, Dan & Nephthalin nati sunt. At Rachel desperato iam partū, ioseph edidit, Tum iacob redire ad patrem cupiens, cum ei Laban soer partem pecorum mercedem seruitij dedisset, ob quæ parum sibi eū æquum gener iacob ratus, dolui ab eo suspectus, clā profectus est, vice simo primo ferē anno quam aduenerat. Rachel, viro inficio, patris idola furto abstulit. Qua iniuria Laban generum persecutus, non reperitis idolis, pace facta regressus est: multū obrestans generū, ne vxores sibiab⁹ suis superinduceret. Inde digressus iacob, vidisse angelos, & castra Domini, traditur. Sed cum per regionē Edon, quā Esau frater incolebat, iter destinaret, missis prius legatis & muneribus, suspectū sibi fratrem explorauit. tum ille obniā fratri processit: nec tamē iacob se vltra fratri credidit. Sed pridie, quā inter se fratres conuenirent, Dominus humana specie assumpta, colluctatus cū iacob refertur. Et cū aduersus Dominum præualuisset, tamen nō esse mortalem, non ignorauit: benedici sibi ab eo flagitabat. Tum à Deo illi immutatum nomen est, vt ex iacob Israel diceretur. Sed cum ille vicissim à Domino nomen Domini quæreret, Non esse querendum, quia admirabile esset, Tom. 2.

responsum est. Ex colluctatione autem, latitudo femoris iacob obtorpuit. Igitur Isaac declinans fratris domum, promouit agmē in Salem Siciniorum oppidum: atque ibi loco pretio accepto, tabernaculum statuit sibi. Huic oppido Emor, Chemore⁹ princeps, præerat. huius filius Sichem, Dinam filiam iacob ex Lia genitā, stupro subdidit. Quo cōperito, Simeō & Leui, Dinæ fratres, omnes in oppido sc⁹ virilis dolo percuerūt, ac impigre sororis vti sunt iniuriā: oppidum à filiis iacob direptum, prædāque omnis est abducta. Id factū ægrè admodū tulisse iacob traditur. Mox à Domino monit⁹, Bethleē petiit, ibique altare domino statuit. Inde in parte turris Gaber tabernaculū fixit. Rachel ex partu obiit, puer Bēiamin vocatus est. Isaac decessit annos natus centū & octoginta. At Esau potēs diuitiis erat, vxoribus sibi etiam è Chananæorum gente assumptis: cuius progeniem in hoc tam præciso opere inferendam non putauit. Si quis studiosior erit, ad originēs reuertatur. Post excessū patris, iacob in solo eo, in quo Isaac vixerat, commorabatur. filij eius aliquantum ab eo, pascui gratia, cum gregibus secesserant: ioseph tamē, ac Benjamin partū, domi relederāt. Car⁹ admodū ioseph patri obq; id iniuis fratribus: simul, quia frequentibus ei⁹ somniis maiorē eū omnibus futurū porredī videbatur. Igitur ad inspiciedos greges, reui sendōq; fratres à patre missus, oportun⁹ iniuriæ fuit. Nāque viso fratre, cōsiliū necis ei⁹ ceperūt. Sed obstitit re ruben, cui à tātō facinore abhorrebat anim⁹, in lacū demissus: mox suadēte Iuda, deductū ad mitius cōsiliū, negotiatoribz eū, q tū Aegyptū petebāt, vendiderūt, atq; ab his Phutiphari pposito Pharaonis tradit⁹ est. per idē rēpus Iudas iacob filij, Sue Chananā in matrimonij assumptū. Ex qua tres filios sustulit, Herth, Onan, Selā. Sed Herth, Thamar cōnubio sociatur. Quo mortuo, Onan fratris vxorē accepit. Qui, quia spermata in terrā effunderet, extinct⁹ à Dño refertur. Tū Thamar meretricio habitu assumpto, soero mixta est, ex q; eo geminos edidit. In partu autē illo mirabile fuit. q; cum prodeūti pūero ad dignoscendū, qui, prius naceretur, obstetrix manū eius cocco illigasset, reductus in aluū matris puer, postero die editus est. Nomen in infantibus phares & Zara inditū. At ioseph, cū benignè à curatore regio, qui eū pretio acceperat, haberetur, domūque eius & familiā procuraret, decorus ipse insigni specie, vxoris domini oculos in se cōuerterat. Cūque amore ipius deperiret, appetit⁹ sepius, nec acquiescentē sibi, fallo scelere infamatur: ac viro queritur, stuprū sibi intatatum. Ita ioseph in carcerē est coniectus. Erant in eadem custodia ministri regis duo, qui cum somnia sua ad ioseph retulissent, futura ex somnio cōicētans, vnū eorū poenas capite luitrum, alium absolvendū pronuntiauit. Atq; ita accidit. Igitur post biennium, somnii regi obiectū est. Quod cū à prudentibus Aegyptiorū non posset absolui, minister regis ille carcere exēptus, regem admonet, ioseph esse mirum somniorū interpretē. ita ioseph soluitur, interpretat⁹que est regi somnium: septem annis proximis maximam frugum vberitatem futuram, consequentibus indopiam. Quo metu rex percussus, videns diuinū in ioseph spiritū, rei eū annonariæ præfecit, æquato secū imperio. Tum ioseph abundantibus per totā Aegyptū frumētis, magnā copiā cōgessit: multiplicat⁹que horreis, aduersus futurā famē cōsulerat. Ea tēpestate spes atq; salus Aegypti in illo sita erat. Per idē rēpus verō duos ex Aseneth filios genuit, Manasē & Ephrē. Ipse autē, cum summā à rege potestatem accepit, erat annorū xxx. Nam à fratribus, 11 ij

Gen. 34. Plio videt. Gen. 35. Gen. 36. Gen. 37. Ioseph. vñ dicitur. Gen. 38. Thamar incestus ex partu. Gen. 39. Gen. 40. Gen. 41. Ioseph. Aegyptio profectus.

Gen. 24.

Ios. a frat. tribus agnitus.

Gen. 45.

Gen. 46.

Gen. 47.

Gen. 48.

Gen. 49.

Gen. 50.

Gen. 51.

Servitus Aegyptia

Exo. 2.

Nu. 23. Moyses.

Iob. 1. pater sua.

Iob. 2.

Iob. 42.

septemdecim annos natus, venundatus est. Interea rebus in Aegypto aduersus famem bene compositis, orbem terrarum gratis frumenti inopia quatiebat. Qua necessitate compulsus Iacob, filios in Aegyptum misit, Beniamin tantum secum domi retento, Igitur Ioseph rerum potentem, penes quem annonae arbitrium erat, fratres aduenit, & more regio adorant. Quibus ille visis, callide agnitione dissimulans, hosiliter eos venisse, & subdole loca explorare, arguebat. Angebatur autem, quod Beniamin fratrem non videbat. Res ergo in id deducta, ut praesentiam eius pollicerentur: nimirum ut ex eo querebatur, an isti explorandi causa Aegyptum intrassent. Ad promissi autem fidem Simeon obles traditur: ipsi frumentum gratis datum. Rursum igitur reuertentes, Beniamin, ut conuenerat, deduxerunt. Tum se cognoscendi Ioseph fratribus praebuit, non sine pudore malemerentium. Ita eos oneratos frumento, multaque donatos, domum remisit: praemonens, quinque adhuc annos famem futuram: cum patre atque omni progenie ac familia ad se commigrarent.

Igitur Iacob in Aegyptum descendit, Aegyptiis admodum latantibus, gaudente rege, benignè à filio susceptus. Id gestum anno aetatis Iacob centesimo & tricesimo: à diluuiio autem, anno m. ccc. & lx. Caterum ab eo tempore, quo Abraham in terra Chananeorum coesedit, in id quod Iacob Aegyptum ingressus est, referuntur anni ccxv. Igitur Iacob septimo & decimo anno, quo Aegypto aduenerat, virgine morbo, Ioseph filium obtestatur, corpus sepulcro suo redderet. Tum Ioseph patri benedicendos filios suos obtulit: quibus benedictis, cum tamen benedictionis merito maiori minorem praeposisset, filios omnes benedictione illustrauit. Decessit autem annos natus c. xlvi. Funus magnificè curatum: corpus in sepulchro maiorum Ioseph condidit. Fratres post patris obitum pro conscientia paentes, benignè habuit. Decessit autem Ioseph ipse aetatis anno decimo & centesimo. Hebraei igitur, qui in Aegyptum deuenierant, incredibile memoratu est, quam cito numero aucti sint, multiplicataque progenie Aegyptum repleuerint. Sed defuncto rege, qui eos ob meritum Ioseph benignè fouebat, succedentium regum imperio deprimebantur. Nam & opus durum edificandarum ciuitatum eis impositum: & quia iam multitudo abundans metuebatur, ne quandoque libertatem armis vindicarent, paruulos recens editos aquis mergere edicto regio cogebantur. Nec dissimulare crucientum imperium licebat. Qua tempestate filia Pharaonis infantem in flumine repertum, nutriendum pro filio curauit: nomen puero Moyses dedit. Moyses hic, cum viriles annos ageret, conspicatus Hebraum ab Aegypto pulsari, per motus dolore, fratrem ab iniuria vindicatis, Aegyptium calce percussum interemit. Mox supplicium è facto metuens, in terram Madian profugit: & apud Iethro sacerdotem regionis illius diuersatus, filiam eius Sephoram in matrimonium accepit, ex qua ea duos filios Gersom & Elieser sustulit. Hoc tractu temporum Iob fuit, legem naturae, & agnitionem Dei, & omnem iustitiam complexus, praedictis opibus: atque eo illustrior, quod his neque integris corruptus, neque amissis deprauatus, est. Nam cum per Diabolum exutus bonis, filiis etiam esset orbatus, ad extremum diris vlceribus affectus, non potuit vinci, ut praedoloris impatientia aliqua in parte peccaret. Mercedem denique diuini testimonij consecutus, sanitati redditus, omnia quae amiserat, in duplum recepit. At Hebraei multiplicato seruitutis malo pressi, quere-

lis in caelum conuersi, spem auxilij à Deo expectabant. Tum Moysi pacenti oues, repetè rubus ardere visa: flammis tamè, quod erat mirabilis, innoxii. Qua noui tate obstupefactus, rubo propius accessit, statimque ad eum istiusmodi ferè verbis Deus locutus est: Dominus se esse Abraham, Isaac & Iacob: quorum progenie, Aegypto rum dominatione depressam, erepta malis cupiat. iter ergo suscipere ad regem Aegypti, ducemque se populi in libertate restituedi praestaret. Cunctantè potestate confirmat, virtute ei signorum faciendorum imperties. Ita Moyses in Aegyptum profectus, signis prius apud suos editis, assumpto fratre Aarone, regem adit: missum se à Deo prodit, verbisque se Dei dicere, populum Hebraum vti dimitteret. At ille negans se dominum nosse, parè imperio abuebat. Cūque Moyses in testimonium madorum Dei ex virga draconè fecisset, mox aquas oes in sanguine couertisset, totaque terrarum opplesceret: facientibus similia Chaldaeis, magicas esse artes, quacunque per Moysen fieret potius quàm Dei virtute, pronuntiabat, donec superductis ciniphibus terra oppleta est, Chaldaeis fatentibus maiestate diuina ista fieri. Tum rex malo coactus, aduocato ad se Moysè & Aaron, dat populo discedendi potestatem, modò ut superductam cladem auerterent. Sed vbi clades exempta est, impotens sui animus, in se reuersus, exire, ut conueniret, Israelitas non patiebatur. Ad extremum, decem plagis corporis & regni sui confusus & enictus est. Sed prius quàm Aegypto populus est egressus mandatis Domini instruitur: rudis adhuc temporum, mensum illum, qui tunc erat, primum omnium mensum esse cognosceret: Sacrificium autem diei illius in solennitatem consequentium seculorum ita esse celebrandum, ut quattodecima die mensis agnus immaculatus anniculus victima caderetur, eiusdem sanguine postes illinerentur: carnem penitus exedendam, os autem non conterendum: septem diebus fermento abstinerent, azymis vterentur, ritumque hunc posteris traderent. Ita populus egressus, diues suis copiis, & Aegypti spoliis cumulator: cuius numerus, ex quinque & septuaginta Hebraeis, qui primum Aegyptum descenderant, ad millia vitorum sexcenta peruenerat: ab eo autem, quo primum Abraham terram Chananeorum accesserat, anno tricesimo & quadringentesimo, à diluuiio autem, mille quingentis quinque & septuaginta. Igitur properè egressis, columna nubis interdiu, noctu columna ignis praeferebatur. Sed cum ob interiectum signum Rubri maris, praeter terram Philistiniam via duceret, ne postea Hebraeis eremum aspernantibus, redeundi in Aegyptum continentibus terris noto itinere facultas panderetur, nutu Dei auertis, in Rubrum mare illati sunt, castraque ibi cunctantes constituerunt. Quod vbi regi nuntiatum est, Hebraum populum via errore in obiectum mare deuenisse, nullum ei esse exitum obistente elemento, furens animi, quo angebatur, tot hominum millia regno suo & potestati decedere, exercitum properè educit. Iamque eminus arma signaque & protèta patentibus late campis acies visabantur: cum Hebraeis metu trepidis, & caelum aspectantibus, Moyses à Deo monitus, percussum virga mare discidit. Ita populo, cedentibus in latera aquis, velut in continenti, iter peruium fait. Nec cunctatus Rex Aegyptius cedentes insequi, mare qua petebat, ingressus: mox coenitibus aquis, cum omni exercitu deletus est. Tunc Moyses incolumitate suorum, exitio hostium, virtuteque exultans, canticum Domino cecinit: idemque omnis turba

Exo. 3. D^o Moysi apparet. Exo. 4. Plaga Aegypti. Exo. 8. Exo. 9. Exo. 10. Exo. 11. Exo. 12. Pascha. Exo. 13. Sap. 10. et 18. Psal. 77. et 104. Transitus Rubri maris. Exo. 14. Exo. 39. Iustitia. 5. Psal. 75. Exo. 15. Sap. 10.

Amarā aqua dulcescit. Exo. 15.

Continuantes et Mā. Ibidem et Num. 11. Psal. 77.

Exo. 17.

Aqua petra.

Amalechite cefsi.

Iethro.

Exo. 18.

Exod. 12. Lex à Deo lata.

Exo. 20.

turba vitilis ac muliebris sexus fecit. Sed ingressus eremum, cum iam per triduum iter agerent, aquae penuria vrgebat, repertaque ob amaritudinè vsui non erat. Ac tum primum impotens populi contumacia apparuit, iamque in Moysen ferebatur: cum edoctus à Deo, lignam aquis intulit, cuius hanc vis fuit, ut dulce saporem fluetis redderet. Exin promotu agimè, apud Elim, duodecim fontibus aquarum & septuaginta arborum palmarum reperitis, confedit Rursum populus famè conuenerens, Moysen increpabat, Aegypti seruitium cum facultate ventris desideras: tum grex coturnicium superne missus, castra oppleuit. Postero autè die animaduertit, qui extra castra procefferat, paruis quibusdam siliquis oppletum solum: quarum species in modum coriandri feminis, glaciali albedine erat, ut crebro hibernis mensibus superductis pruinis tegi terram videmus. Tum per Moysen populus aduonerit, panem hunc eis munere missum Dei: vnumqueque in id paratis vasculis, tantum vsurpare debere, quantum in diem vnum pro numero singulis satis esset: sexto tamen die, quia sabbato colligi non liceret, duplum praeferebat. Verum populus, ut semper parum dicto audiens, more humani ingenij, non frenauit cupiditatem, sed reconditis in postero quoque diem consulens. Ex reposita, faetore diro in vermes effuere secebat: cum die sexto in sabbatum seruata, integra permaneret. Hoc Hebraei per xl. annos cibo sunt vsu: cuius sapor mellis proximus, nomen Manna traditur. In testimonium autem diuini muneris, reseruisse Moyses gomor plenum in vase aureo dicitur. Inde progressus populus, cum aquae penuria teteretur, agrè ab exitio ducis temperabat. Tum Moyses, mandante Domino, apud locum cui Oreb nomen est, virga petra percutiens, largè aquae copia fecit. Sed vbi Raphidin peruenit, Amalechitae populum incursionem vastabant. Moyses suis in praedium eductis, cum Iesum bellantibus praefecisset, assumpto Aaron, & ut spectator pugnae futurus, simul precandi Dominum gratiam montem conscendit. Sed cum dubio euentu acies cocurrissent Moysi precibus victor Iesus, hostes in noctem cecidit. Per idè tempus, Iethro Moysi socer, cum filia Sephora, quae Moysi nupta, proficiscente in Aegyptum viro domi rederat, liberisque eius, cognitis rebus quae per Moysen gerebantur, ad eum venit. Huius consilio Moyses ordines populi distribuit, tribunos ceterationeque & decuriones praeficiens, necessarium disciplinae ritum posteris tradidit: Iethro in patriam regressus. Exin ad Sinam montem peruenit. ibi Moyses à Domino moneretur, populus ut sanctificaretur, auditorus Dei voces: idque sollicitè curat. Sed vbi Deus monti institit, validis tubarum clangoribus aër quatiebatur, crassaque nubes crebris cum fulminibus aduoluebatur. Sed Moyses & Aaron in motis cacumine Dominum propter, populus circa ima motis constitit. Ita lex lata, multiplex & copiosa, Dei verbis, & saepe repetita: cuius si quis erit curiosior, fontem ipsum adeat, nos eam breuiter perstringimus. Non erunt, inquit, tibi Dei alieni prater me: Non facies tibi idolum: Non sumes nomen Dei tui in vanum: Sabbato nullum opus facies: Honorifica patrem tuam, & matrem tuam: Non occides: Non moechaberis: Non furum facies: Non falsum testimonium dices aduersus proximum tuum: Non concupisces quidquam proximi tui.

His à Deo dictis, cum tubae circumstrepent, lampades inardescerent, montem fumus obtegeret, populus praetimore inhorruit, verba Dei non sustinens: poposcitque à Moysè, ut ipsi tantum loqueretur Dominus.

minis, atque ita audita ad populum referret. Edicta autem Dei ad Moysen istiusmodi sunt: Hebraeus puer pecunia emptus, sex annis seruet, post haec liber erit: sponte autem permanenti in seruitute, auris forabitur. Qui hominem occiderit, capite poenas luet: Qui imprudens, ritè exul erit. Qui Patrem matremve pulsauerit, conuictumque eis dixerit, capitali supplicio afficitur. Si quis Hebraum subreptum vendiderit, morti dabitur. Si quis seruum proprium, seruamve percussit, ex quo eo ictu obierit, reus iudicio fiet. Si quis partum non deformatum mulieri excussit, neci dabitur. Si quis seruo oculum aut dentem extorserit, seruus vindicta liberabitur. Taurus si hominem occiderit, lapidabitur. Si Dominus sciens bestiae vitium, non consuluerit, & ipse lapidabitur: aut pretio se redimat, in quantum accusator poposcit. Si seruum Taurus occiderit, in triginta drachmis pecunia Domino numerabitur. Si quis defossum lacum non cooperuerit, pecusque in lacum ceciderit, pretium pecudis Domino dabit. Si Taurus alterius Taurum occiderit, pecus venundabitur, pretiumque Domini partientur, peremptum etiam diuident. Quod si Dominus vitium Tauri sciens, non consuluerit, taurum dabit. Si quis vitulum subripuerit, quinque restituet. Si ouem subripuerit, quadrupli poena erit. Si viua penes abactorem pecora reperientur, dupla restituet. Nocturnum furem occidi licet, diurnum non licet. Si cuius pecora alteri fata depauerint, Dominus pecoris eueria restituet. Si depositum perierit, is penes quem depositum fuit, intrabit nihil se dolo egisse. Fur inuictus dupli dabit. Comendatū pecus à bestia interceptū, non restituetur. Si quis virginè nondum desponsatā corruerit, dotabit puellā, & ita eam vxorè accipiet. Si pater puellae nuptias recusauerit, dotem raptor dabit. Si quis se pecudi miscuerit, morti dabitur. Sacrificas idolis, percat. Vidua & orphanū non premendos: Pauperè debitorem non perurgendū: Nec vsuram poscendam: Vestimentum pauperis pro pignore non accipiendū: Principè populū non increpandū: Primogenita omnia Domino offerenda: Carnè à fera captā nō edendam. Coitiones in testimonium falsum, aut in quacunque malitia, non esse faciendas. Inimici pecus errans non preteribis, sed reduces. Si animal inimici succubuisse oneri inueneris, erigere debebis. Innocentem & iustum non occides. Non iustificabis impium pro muneribus. Munera non accipienda. Aduenā benignè habendum. Sex diebus opus faciendum: Sabbato requiescendum. Fructus septimi anni nō metendos, sed pauperibus & egenis relinquendos. Haec serè Moyses ad populū verba Dei restitit: altariūque ex duodecim lapidibus sub monte constituit. Ac rursum montem, in quo Dominus consistebat, conscendit: adhibito secū Aarō, Nabad, & Abiud, maioribusque natu septuaginta. Sed hō volentes Dominum intueri, locum tamen in quo Dominus stabat, viderunt: cuius mirabilis forma, & claritudo eximia referret. Moyses autè accessit à Domino, interiorem nubem quae circum dominum steterat, ingressus, quadraginta diebus totidemque noctibus ibi fuisse traditur. Quo tempore super edificando tabernaculo atque arca, ritūque sacrificandi edoctus verbis Dei est: quae ego, quia proluxa admodum videbantur, inserenda huic tam praeciso operi non putavi. Sed immorāte diutius Moysè, quippe qui xl. dies apud Dominum duceret, populus desperato eius reditu, Aaron compulsi simulachra facere. Tunc ex metallis conflatis vituli caput extitit. Cui cum populus, Domini

Exo. 21. Politia Moysi. Exo. 22. Exo. 23. Exo. 24. Exo. 25. 26. 27. 28. 29. Exo. 32. Pius ad rei adora.

immemor, hostias obtulisset, vinoque se & ventri dedisset, despectans hæc iusto dolore Deus, improbum populum, nisi à Moysè fuisset exorat, delisset. Sed regressus Moyses, cum duas ex lapide tabulas manu domini scriptas detulisset, populūque luxui & sacrilegio deditum deprehendisset, tabulas confregit: indignam esse gentem existimās, cui lex Dñi traderetur. multos tamē increpatis, Leuitas ad se aggregauit, eisdemque præcepit, vt districtis gladiis populū cæderent. Quo impetu xxi. millia virorum perempta traduntur. Tum **Exod. 33.** Moyses tabernaculum extra castra constituit: quod quotiens fuisset ingressus, columna nubis astare pro foribus visebatur, coramque ad Moysen Dominus loquebatur. Proscende autem Moysè, vt Dominum in maiestate propria videret: responsum, Formā Dei mortalibus oculis perspicere non posse, posteriora tamen ei⁹ videre concessum: Tabulæque, quas Moyses prius confregerat, refectæ. Sed in hoc colloquio Dei, xl. diebus diuersatus apud Dominum Moyses traditur. Cūque de monte descendere, tabulas præferens, tāta claritudine facies eius renidebat, vt intueri eum populus non valeret. Sed cū mandata Dei relaturus esset, vultum velamento obtexit, atque ita ad populū verbis **Exod. 36.** Domini locutus est. Hoc in loco, tabernaculi interiorūque eius ædificatio refertur. Quo consummato, nubes supernè decidit, atque ita tabernaculū obūbravit, vt ipsum Moysen aditu excluderet. Hæc ferè duob⁹ libris, Genesi atque Exodo, continentur. Exin Leuitic⁹ liber sequitur, in quo litadi præcepta traduntur: mādāta etiā latè superiūs legis adduntur, plena omnia sacerdotalibus institutis. Quæ si quis cognoscere volet, perfectius inde capiet. nos enim suscepti operis modum studientes, solam historiam persequimur. Igitur Leuiti tribu in Sacerdotium segregata, reliquæ tribus dinumeratæ, repertæque hominum d. c. & i. i. m. Cū ergo populus mannae cibo, vt supra retulimus, vteretur, tot, tantisque beneficiis Dei, vt semper, ingratus, viles, quibus in Aegypto assueuerat, dapes desiderabat. Tum Dominus immensam copiam cornucopiæ castri intulit: quas cū auidè diriperent, primoribus labiis admotis carnibus, interibant. Magnaque eo die clades in castris fuit, aded vt x. & i. i. virorum millia periisse tradantur. Ita populus eo, quem desiderabat, cibo punitus est. Inde promotum agmen, & in Pharan ventum est: edoctūque à Domino Moyses, vicinam esse terram, cuius possessionem eis promiserat Dominus: exploratoribus in eam missis, renūtiatur, felicè omni copia esse regionem: sed gētes validas, & munita ingētib⁹ muris oppida. Quod vbi populo cōpertum, magna mentes omniū formido inceserat: eoque mali ventum, vt ipse Moysi imperio, ducē sibi constituere pararet, cuius ductu in Aegyptum reuenterentur. Tunc Iesus & Chaleb, qui inter exploratores terræ fuerant, conscissis vestibus stentes, populū obtestantur, ne exploratoribus credant, formidolosa referentibus: se quoque vnā cum his fuisse, nihil metuendum in solo illo reperisse: promissis illos Dei confidere oportere, hostes prædæ potius quā exitio fore. Sed gens indomita, sanis cōsiliis malè renitēs, in perniciem eorum ferebatur. Quis rebus commot⁹ Dominus, partē populi hostibus cædendū obiecit. Exploratoribus interfecit ad vulgi formidinē, secuta est **Num. 61.** corū cōtumacia, qui se Dathan & Abiron ducibus aduersum Moysen & Aaron erigere conati sunt. Sed eos viuos hiatus suo terra absorbit. Nec multo post, totius *alia res.* populi in Moysen & Aaron orta seditio est, aded vt ta-

bernaculum (quod erat nefas, nisi sacerdotib⁹, introire) irumpent. Tum verò cateruatim in eos grassata mors est, momentoque omnes interissent, nisi Moysi precibus placatus Dominus, cladem auertisset. Numerus tamen peremptorum, septingenti & x. i. i. millia fuit. Nec multo post, ob aquæ penuriā, vt iam sapius, populi exorta seditio est. Tūc Moyses à Domino motus, vt petram virga feriret, familiari sibi experimēto (siquidem id iam antè fecisset) semel atque iterum petram percussit, atque ita aqua effluxit. In quo quidē notatus à Domino Moyses refertur, quod per diffidētiā non nisi iterato ictu aquam eduxerit. Denique ob hoc peccatum, promissam sibi terram non ingressus, est, sicut inferiūs ostendat. Igitur Moyses ex eo loco promouens, cū præter Edom agmen educere pararet, missis ad regem legatis, transeundi copiā poposcit, ob ius sanguinis bello abstinentū ratus. etenim gens illa Esau progenies erat. Sed rex supplices aspernatus, transitū negauit, paratus armis contendere. Tum Moyses in Or montem iter conuertit, vetita via abstinens, ne quam inter consanguineos causam belli præberet. In eo quoque curiū regem gentis Chananæorum delenit. Seon quoque regem Amorrhæorum percussit, omniumque eorum oppidis potitus est. Bafan etiā & Balac reges deuicit, & castra super Iordanem haud longè ab Hierico molitus est. Tunc aduersus Madianitas certatum, victi que & subacti sunt. Moyses mortuus est, cū x. l. in deserto annos populo præfuisset. Ceterum Hebræi ob hanc causam tanto tempore in eremo fuisse traduntur, donec omnes qui verbis Dei non crediderant, interirent. Excepto enim Iesu & Chaleb, nemo vltra x. annos natus, Aegypto profectus, Iordanem transtulit. Ipse Moyses, vt terram promissam videret tantum, nec contingeret, peccato eius adscribitur: quod eo tempore, quo saxum ferire & aquam producere præceptus est, post tot virtutum suarum experimenta, dubitauerit. Decessit autem anno ætatis vicessimo & centesimo, de sepulchri loco parum compertum.

Moysè mortuo, summa rerum penes Iesum Naue filium erat. Etenim illum sibi Moyses successorem constituerat, virū virtutib⁹ suis simillimum. Principio autem suscepti imperij, dimissis per castra nuntis, populū certiores facit, frumentum vti pararent: triduoque proximo iter pronuntiat. Sed Iordanis flumen validissimum, transitum prohibebat: quia neque nauium copia pro tempore erat, neque vadari fluminis poterat, qui tum pleno alueo ferebatur. Igitur arcam præferri à Sacerdotibus, eosdemque aduerso flumine consistere iubet. Quo facto, incensus Iordanis traditur: ita per siccam copiæ traductæ. Erat in his locis oppidum nomine Hiericho, muris vialidissimis munitū, neque expugnationi neque obsidioni facile. Sed Iesus Domino fretus, non armis aut viribus urbem aggressus, ferri arcam Dei circa muros iubet: Sacerdotesque prætere arcā, & tuba canere. Sed cū arca septies circumlata esset, muri ac turres cōciderunt: direptum oppidum atque incensum. Tum Iesus Dominum traditur. Inde aduersus Geth ductus exercitus: locatūque à tergo vrbis insidiis, Iesus metum simulans, terga hosti dedit. Quo viso, qui in oppido erāt, patentibus portis cædētib⁹ instare. Ita hi qui in insidiis fuerant, vacuā urbē ceperunt: cæsi que omnes, absque vilius effugio: Rex captus, summoque supplicio affectus. Quod vbi vicinarum gentium regibus cōpertum est: in bellum conspirant, Hebræos armis depellere. Verūm Gabaonitæ gens

Num. 20.
Moyse diffidentia.
Visti res in Or montem iter conuertit, vetita via abstinens, ges & po ne quam inter consanguineos causam belli præberet.
Num. 21.
Ibidem et De. 3. 29.
Moyse mors.
Deu. 27.
Moyse sepulchrum ignotum.
Ibidem et Deu. 3.
Moyse successore.
Iosue. 1.
Iosue. 3.
Hiericho. Iosue 6.
Geth captum.

gens valida, ex vrbe opulenta, vltro se Hebræis dederunt, iussa facturos pollicentes: receptique in fidem, vt ligna & aquam conueherent imperatum. Sed regibus proximarum vrbium deditio eorum, iras concitauerat. Itaque admotis copiis, oppidum eorum Gabaon nomine obfidione circumfuit. Igitur oppidani arctis rebus suis, nuntios ad Iesum mittunt, oblectis vt succurreret. Ita ille maturato itinere inopinantis superuenit, cæsi que ad internecionem multa hostium millia. cum dies cædentes deficeret, nõque victis futura presidio videretur, merito fidei dux Hebræus noctem auertit, dies perseueravit: ita nullum hostibus effugium fuit. Quinque reges capti, interfecti sunt. Eodem impetu vicinæ quoque vrbes imperio adiectæ regesque earum perempti. Verūm quia omnia hæc in ordinem persequi non fuit consilium, dum breuitati studemus, id modò annorandum curauimus, xx. & nonem regna imperio Hebræorum subiecta: quorum terra per vndecim tribus viritim distributa est. Leuitis enim in Sacerdotium assumptis, nulla portio data, quò liberius feruierim Deo. Equidem hoc exemplum non tacitus præterierim, legendumque ministris Ecclesiarum libenter ingesserim. Etenim præcepti huius non solum immemores, sed etiam ignari mihi videntur: tāta hoc tempore animos eorum habendi capido vultu tabes incessit: inhiant possessionibus, prædia excolunt, auro incubant, emunt venduntque, quasi per omnia student. At si qui melioris propositi videntur, neque possidentes, neque negotiantes, quod est multo turpius, sedentes munera expectant, atque omne vitæ decus mercede corruptum habent, dum quasi venalem præferunt sanctitatem. Sed longius quàm volui egressus sum, dum me temporum nostrorum piger, retardet. Ad incœptum redeo. Igitur, vt supra dixi, diuiso per tribus captiuo solo, pace summa Hebræi profuebantur, finitimis bello territis, tot victoriis nobiles armis nomine audente tentare. Eodem tractu Iesus mortuus est, anno ætatis decimo & centesimo. De imperij autem eius tempore parum definit. Frequens tamen opinio est, xx. & vii. annis enim Hebræis præfuisse. Quod si ita est, à mundi exordio in excessum eius anni sunt iiii. dccclxxx, & iiii. Iesu mortuo, populus sine duce agebat. Sed cū aduersus Chananæos bellandum esset, dux belli Iudas assumptus est. Huius ductu res prosperè gesta domi militiæque summum otium: populus aut subactis, aut per deditioem acceptis gētib⁹, imperitabat. Inde, vt semper fieri secundis rebus solet, morum disciplinaque immemor, matrimonia ex victis assumere, paullatimque externos mores trahere, ac mox profano ritu idolis sacrificare coepit. Aded cuncta cum externis societas perniciofa est, quæ Deus longè antè prospiciens, salubri Hebræos responso instruxerat, deuictas gentes vt internecioni darent. Sed plebs cupida dominandi, impetare victis cum pernicie malebat. Igitur cū relicto Deo idola coleret, destituti diuino auxilio, à rege Mesopotamiæ deuicti, & subacti, v. l. i. annis captiuitatem pependerunt: donec Gothoniël duce in libertatem restituti, per quinquaginta annos rerum potiti sunt. Rursumque corrupti longæ pacis malo, idolis litauerunt. Moxque aderat pœna peccantibus, ab Eglo enim rege Moabiturum deuicti, duodeuiginti annis seruierunt, donec instinctu Dei Adon regem hostium dolo interemit, contractoque tumultuario exercitu libertatem armis vindicauit. Idem per lxxx. annos in pace Hebræis præfuit. Huic Semigar successit: hincque aduer-

fus Allophylos congressus, secundum euentum prælium fecit. Rursumque Hebræos sectantes idola, rex Chananæorum Iabin nomine subiugauit, grauissimamque in eos per xx. annos dominationem exercuit: donec pristinum Debbora mulier statum reddidit. Adco nihil spei in eorum ducibus erat, vt muliebri auxilio defenderent. Quamquam hæc in typum Ecclesiæ forma præmissa sit, cuius auxilio captiuitas depulsa. Sub hac duce, vel iudice, x. l. annis Hebræi fuerunt. Rursumque ob peccata Madianitis traditi, duro imperio habebantur, afflictique malo seruitutis diuinū auxilium implorauerunt. Ita semper in secundis rebus immemores cœlestium beneficiorum, idolis supplicabant: in aduersis, Deo. Vnde cū reputare in animo soleo, populū tot beneficiis Dei obligatum, tot cladibus, cū peccaret, coërcitum, expertumque & misericordiam & seueritatem Dei, nequaquam emendatum: & cū semper veniam erroris acciperet, semper peccasse post veniam: nihil mirum videri potest, Christum ab his non esse receptum, cū iam inde ab initio toties in Domino rebelles deprehendantur: magisque mirum est, illis semper peccantibus, nunquam dei, si quando eum implorauerunt, desuisse clementiam. Igitur cū eis, vt supra retulimus, Madianitæ dominarentur, conuersi ad Dominum, misericordiam solitam flagitantes, impetrauerunt. Erat in Hebræis Gedeon quidam nomine, vir iustus, & carus Domino, acceptūque huic Angelus de campo mellis domum reuertenti afflit: Dominus, inquit, tecum, potens in virtute. At ille voce humili, non esse in se Dominum ingemiscerat, siquidem populū captiuitas premeret: virtutumque Domini, qui eos de terra Aegypti eduxerat, stens recordabatur. Tum Angelus: Vade, inquit, in hoc spiritu, quo locutus es, & populū de captiuitate eripe. Ille verò abnuere, se infractis suorū vitibus, cū ipse minimus esset, tantum onus suscipere: perstare contra Angelus, Ne dubitaret posse fieri quæ Dominus loquebatur. Perfecto igitur sacrificio, dirutæque ara, quam Baalis idolo Madianitæ sacrauerant, ad suos profectus, castra castris hostium contrulit. Sed Madianitis etiam gens Amalech se coniunxerat. Gedeon verò non amplius quàm ad triginta & i. i. millia exercitum parauerat. Sed prius quam confingeret, Deus ad eum locutus est, nimiam esse hanc multitudinem, quam in prælium veller educere: Hebræos pro solita perfidia euentum pugnae non Deo, sed virtuti suæ daturus. itaque daret volentibus discedendi potestatem. quod vbi populo diuulgatum, xx. & i. i. à castris recesserunt. Sed ex x. millibus, quæ resederant, admonitus, à Domino, non amplius quàm trecentos tenuit: reliquos ab armis dimisit. ita media vigilia castra hostium ingressus, iussis omnibus tuba canere, magnum terrorem iniecit: neque cuiquam resistendi animus fuit, turpi fuga quò quisque potuit dilapsus. Sed occurrentibus omni ex parte Hebræis, passim fugientes cadunt. Reges Gedeon persecutus vltra Iordanem, comprehensos neci dedit. Ea pugna centum & xx. ex hostibus cæsa, xv. capta traduntur. Tunc consensu omnium Gedeoni, vt princeps populi esset, delatum. Quod ille aspernatus, communi iure cum ciuib⁹ viuere, quàm præesse suis, maluit. Depulsa igitur captiuitate, quæ septem annos populū continuauerat, pax per x. l. annos fuit. Sed defuncto Gedeoni, filius eius Abimelech, ex concubina ortus, fratribus interemptis, pessimis quibusque consensientibus, & maximè Sichimorum principibus operam ei nauantibus, regnum occupauit. Itaque discor-

Ind. 4.
Ind. 6.
Gedeon Index.
Ind. 7.
Ind. 9.

Iud. 10. diis civilibus exercitus, cum suos bello premeret, turrim quandam, in quam se amisso oppido fugientes receperant, expugnare aggressus, dum incautius subit, saxo à muliere ictus perit, cum triennio imperium tenuisset. Huic successit Thola, qui duobus & xx. annis regno potitus est. Post hunc Iair fuit, qui cum æque viginti & duos annos principatum obtinisset, populus relicto Domino idolis se mancipavit. Obque id Israëlitz subacti sunt ab Allophylis & Ammonitis, duoque de xx. annis sub eorum imperio fuerunt. Quo tempore eis Dominum inuocantibus, diuinum scilicet responsum redditum est: Simulacra potius inuocarent, se non vltra misericordiam ingratissimum. At illi flentes culpam fateri, & precari veniam, abiectioneque idolis Deum implorantes, negatam licet misericordiam impetrauerunt. Igitur Ieptia duce ad libertatem armis vindicandam frequentes conueniunt: missis prius ad Amon regem legatis, vt finibus suis contentus, bello abstinere. At ille prælium non abnuens, aciem instruxit. Tum Ieptia, prius quam signum pugnae daretur, voluisse dicitur, si prosperè pugnaisset, eum qui sibi primus reuertenti obuius fuisset, hostiam Deo dandum. Ita victis hostibus, cum domum rediret, filia ei obuiam fit, quæ patrem exceptura victorè cum tympanis & choris læta processerat. Tum Ieptia confertur dolore, confissis vestibus, indicat filia voti necessitatem. At illa, non feminea constantia, mori non recusans, duos tantum tamen menses vitæ spatium petit, vt æquales suas prius videret. Quibus actis, vltra ad patrem rediit, votumque Domino reddidit. Ieptia principatum sex annis tenuit. huic Eiebon successit, & tranquillis rebus exacto imperio, anno septimo decessit. Postque eum Allon Zabulonites annis x. itemque Abdon annis vii. rerum potiti, pacis tempore nihil, quod historia loqueretur, ediderunt. Rursum Israëlitz ad idola conuersi, diuino destituti præsidio, subiecti Allophylis, per x. captiuitatis annos pœnas perfidia pependunt. Ea tempestate Samson natus traditur. Huius mater diu sterilis, Angelum vidit: dictumque ei est, vino & ficera atque immundis abstineret, fore vti puerum ederet libertatis vindicem, & hostium vltorem. Ita mulier enixa puerum, Samson nomen ei indidit. Is in tonso capite, miræ virtutis fuisse traditur: adeo vt leonem in via obuium manu discerneret. Vxorẽ ex Allophylis habuit: quæ cum absente viro in alterius matrimonium conuenisset, dolore erepta coniugis perniciem genti molitus est: fretus Domino, & viribus, palam victores clade afficiebat. ccc. siquidem vulpibus captis, ardentes lampades earum illigauit caudis, atque eas agris hostium immisit. At tum fortè maturis messibus, facile incendium fuit, vineæque & oliuarum arbores exultæ. Grandi Allophylorum exitio abrepta vxoris iniuriam vltus videbatur. Quo dolore Allophylis perimori, mulierẽ tantum mali causam cum domo & patre incendio consumplerunt. Sed Samson parum se vindicatum ratus, vrgere omnibus incommotis profanam gentem non desinebat. Tum compulsi Iudæi, vincum eum Allophylis tradiderunt. Sed traditus, ruptis vinculis, arrepto osse asini, quod casus telum dederat, mille ex hostibus prostravit. Ingrauescente autem æstu, cum siti affectus esset, inuocato Domino, ex osse quod manu tenebat, aqua fluxit. Ea tempestate Samson Hebræis præerat. Allophylis vnus virtute domitis. Igitur insidiantes vitæ eius, nec palam eum tentate audentes, vxorem eius, quam ille postea accepit, pecunia corrumpunt, virtutem viri vti, proderet. Illa cum

Ibidem. blandimento muliebri aggressa, diu eludentem, & multum cunctantem perpulit, vt indicaret, in crinibus capitis virtutem suam subsistere. Mox dormienti insidiata, crinem eius abstulit, atque ita eum Allophylis tradidit. Nam sæpe prius traditum, comprehendere nequiuorant. Tum illi effosis oculis, vincum compedibus in carcerem coniecerunt. Sed spatio temporis acicis crinis crescere, & cum eis virtus redire ceceperat. Iamque Samson consensu recepti roboris, tempus modo iustæ vltionis opperiebatur. Erat Allophylis moris cum dies festos agerent, Samson quasi in pompam publicam producere, capto insultantes. Ita die quodam cum publicum epulum in honore idoli dedissent, Samson exhiberi iubent. Templum autem in quo omnis populus, omnesque Allophylorum principes epulabantur, duobus subnixum columnis miræ magnitudinis erat. Productus Samson, inter columnas statuitur. Tum ille tempore arrepto, inuocato prius Domino, columnas discicit: turbæque omnis ruina domus obruta, ipse cum hostibus non inultus occubuit, cum x. annis Hebræis præfuisset. Huic Simmichar successit, de quo nihil amplius scriptura prodidit. nam neque finem imperij eius reperi, & fuisse populum sine duce inuenio. Idè cum aduersus Benjamin tribum civile bellum fuit, Iudas temperarius dux belli assumptus est. Sed plerique qui de temporibus scriperunt, annum vnum imperio eius annotauerunt. Plerique ita eum præterierunt, vt post Samson Heli Sacerdotem subiunxerint: nos eam rem, vt parum competant, in medio relinquentes. Per hæc tempora civile, vt diximus, bellum exarserat. Causa autem motus hæc fuit. Leuites quidam cum concubina iter faciens, vrgente nocte cõpulsus in oppido Gabaa, quod ab Beniamitis incolebatur, secesserat. Cum eum senex quidam hospitio benignè recepisset, iuuenes ex oppido hospiti circumfistit, stupro eum subdere parantes: Multum à se ne increpiti, ægrèque exhortati, vicario demum concubinae eius corpore in ludibrium accepto, aduenæ pepercerunt: illamque nocte tota, postero die reddiderunt. Sed illa, stupri iniuria, an verecundia, partu definio, viso viro animæ efflauit. Tū Leuita in testimonium diri facinoris mēbra eius in duodecim discissa partes, per duodecim tribus misit, quo præptus omnes facti inuidia cõmoueret. quod vbi omnibus cõpertum: vnde cum reliquæ tribus aduersum Benjamin in bellum cõspirant. Huic bello Iudas, vt diximus, dux fuit. Sed duobus præliis malè pugnatum: tertio demum Beniamitæ victi, cæsi que ad internecionem. Ita paucorum scelus publico exitio punitum. Hæc quoque Iudicum volumine continentur. Regum libri sequuntur: sed mihi annum ordinem & seriem temporum persequenti, parum continuata videtur historia. Nam cum post Samson iudicem Semigar fuerit, pauloque post historia consignet populum sine iudicibus egisse, Heli etiam Sacerdos libris regnorum fuisse referatur. sed cum quot anni inter Heli & Samson fuerint, minimè scriptura prodiderit: video medijs quiddam fuisse temporis, quod labore ambigno. Cæterum à die mortis Iesu, vsque in id tempus quo Samson defunctus est, numerantur anni cccc. & xix. A mundi autem exordio anni iiii. ccc. & xii. Quanquam ab hac supputatione nostra cæteros discordare, non nesciam. Sed mihi consensum, me non incuriosè latentem annorum ordinem protulisse, donec in hæc tempora incidit, de quibus dubitare me fateor: nunc reliqua exsequar. Igitur, vt supra retuli, Hebræi sine iudice aut duce vilo, proprio arbitrio

Heli Sacerdos. bitrio agebantur. Heli Sacerdos erat: sub hoc Samuel natus est. Huic pater Elchana, mater Anna. hæc diu sterilis, cum conceptum à Deo peteret, vouisse traditur, si puer nasceretur, sacrandum Domino. Ita enixum puerum Heli Sacerdoti tradidit. Mox cum adoleuisset, Dominus ad eum locutus est. Heli Sacerdoti iram denuntiat, ob vitam filiorum, qui Sacerdotium patris in quæstum verterant, munera à sacrificiis exigentes, quantum plerumque eos pater increpasse referatur. Sed leuior obiurgatio nõ satisfecerat disciplinæ. Igitur Allophylis in Iudæam irruentibus, obuiam itum. Sed victi Hebræi, parant aciem restituere: arcam Domini secum in pugnam efferunt, & eum ea filij Sacerdotis prodeunt: quia ipse annis grauior, luminibus obductis satisfacere officio nequiebat. Sed vbi arca in conspectum hostium deducta est, maiestate quadam præsentis Domini terri, fugam parabant. Astumptaque rursum constantia, & non sine Domino mutatis animis, totis viribus concurrunt. Victi Hebræi, arca capitur, filij Sacerdotis cadunt. Heli, delato ad se mali nuntio, consternatus, animam expirauit, cum per annos xx. Sacerdotium administrasset. Victores secundo prælio Allophylis, arcam Dei, quæ in potestatem venerat, eorum oppido Azoto, in templum Dagon intrulerunt. Sed simulachrum dæmoni dicatur, vbi arca illata est, corruit. Cumque idolum loco restituisset, nocte insecuta discerptum est. Inde mores per omnè regionè exorti, noxiis moribus multa millia letho dabant. Quo malo compulsi Azotij, ad declinandam calamitatem, arcam Dei ad Gethæos transtulerunt. Qui cum simili clade afficerentur, in oppidum Ascalonensium arcam transtulerunt. His verò, aduocatis gentis eius primoribus, consilium fuit, arcam Domini Hebræis reddere. Ita ex sententia principum, angurumque & Sacerdotum, imposita vehiculo, multis cū muneribus remittitur. Illud mirabile, quod cum oneri bonos feminas subiecissent, vitulosque earum domi retinuisset, iter nullo duce in Iudæam pecudes direxerunt, non reuocante affectu foetus relicti. Cuius rei miraculo reguli Allophylorum vsque in fines Hebræorum arcam secuti, religiosum officium præstiterunt. Iudæi autem, vbi referri arcam viderunt, certatim ex oppido Bethlams cum gaudio obuiam tuere, festinare, exultare, gratias Domino referre. Mox Leuitæ, quorum hoc negotium erat, sacrificium Deo celebrat: bouesque eas, quæ arcam adduxerant, immolant. Sed in oppido, quod supra diximus, teneri arca non potuit. Itaque passim Dei nutu per totam urbem seuitum. Arca in Cariathiarim oppidum translata est, ibique per viginti annos fuit. Ea tempestate Samuel Sacerdos Hebræis præerat, quietis à bello rebus populus in orio degebat. Pax deinde Allophylorum irruptione turbata, trepidantibus cunctis ob conscientiam peccati Samuel, cæsa prius hostia, Domino fretus, suos in prælium deduxit: primoque impetu fuis hostibus, victoria penes Hebræos stetit. Sed hostili metu remoto, secundis tranquillisque rebus, corruptis consilijs, morte vulgi, cui præsentia fastidio, insueti desiderio sunt, regium nomen (cunctis ferè liberis gentibus semper inuisum) populus desiderabat, planèque non sine exemplo amentia præoptabat libertatem seruituti mutare. Igitur frequentes Samuelem circumstunt, vt quia iam ipse seniuisset, regem eis constitueret. At ille placidè, salubri oratione ab insana voluntate detorquebat plebem, dominationem regiam & superba imperia exponere, libertatem extollere, seruitutem detestari: postremò, diuinam eis iram denuntia-

I. Reg. 9. re, siquidem homines mente corrupti, Deum Regem habentes, regem sibi ex hominibus flagitarent. His atque alijs istiusmodi frustra dictis, cum populus in sententia perseveraret, Dominum consulit. qui per motus vecordia insanae gentis, nihil aduersum se petentibus negandum respondit. Igitur Saul Sacerdotali prius à Samuele vnguento perfusus, rex constitutus est. Hic ex tribu Benjamin, Cis patre ortus, modestus animi, forma excellenti erat: vt merito dignitas corporis dignitati regie conteneret. Sed principio regni huius aliquanta ab eo pars populi descuerat, parere imperio abnuens, seque Ammonitis coniunxerat. Verum hos Saul impigre vltus est: victique hostes, & venia Hebræis data. Tum Saul iterato à Samuele vnctus traditur. Inde, Allophylorum irruptione atrox bellum exortum: locum exercitui ad conueniendum Saul in Galgalis constituerat. Et cum per septem dies Samuelem opperitus esset, vt sacrificium Domino fieret: tardante illo, cum populus dilaberetur, illicita præsumptione rex ad vicem Sacerdotis holocaustum obtulit: multumque à Samuele increpitus, seta peccatum penitentia fatebatur. Igitur ex peccato regis metus omnem exercitum perualerat. castra hostium haud longè sita, præfens periculum ostendebant: neque cuiquam ex eundis in prælium animus, plures lacrymas & latebras petierant. Nam præter imbecillitatem animorum, qui alienum à se Dominum delicto regis arbitrabantur, in maxima ferramentorum inopia exercitus erat: adeo vt præter Saul & Ionatham filium eius, nemo gladium aut lanceam habuisse tradatur. Nam Allophylis superiore bello victores vsum Hebræis ademerant, neque cuiquam conficiendi telis bellici, aut rustici ferramenti potestas fuerat. Igitur Ionatha audaci consilio, solo armigero suo comite, castra hostium ingressus, viginti ferè ex hostibus interemptis, vniuersam exercitum terrore percolerat. Tum verò nutu Dei in fugam versi, non imperia exequi, non ordines obseruare, omne præsidium in pedibus habere. Quod vbi Saul animaduertit, suis properè eductis, fugientes persecutus, victoria potitus est. Eo die rex edixisse traditur, ne quis, nisi confectis hostibus, cibum caperet. Sed Ionatha interdictionis eius inscius, sano regere, tincto spiculo, mel degustauerat. Sed vbi regi ex Domini ira compertum est, morte affici filium iussit. Sed populi auxilio ab exitio vindicatus est. Ea tempestate Samuel à Domino monitus, regem adiit, verbis Domini nuntians, vti genti Amalech, quæ olim Hebræos ex Agypto venientes transitu prohibuerat, bellum inferret: addito interdico, ne quid ex spolijs deutorum concupisceret. Ita in fines hostiũ ductus exercitus, rex captus, gens subacta. Saul victus prædæ magnitudine, præcepti diuini immemor, capta seruari & ferri iuber: Quo facto offensus Dominus, Samuelem alloquitur: penitere se, quod Saul regem constituerit. Dictu Sacerdos regi refert. Mox à Domino monitus, David regali vnguento perlinit, paruulæ iam pueri, sub patre agentem, pastorem ouium; assuerum sapius ci-thara canere: ob quod postea à Saule assumptus, inter ministros regis habebatur. Qua tempestate, Allophylis atque Hebræis bello flagrantibus, cum ex aduerso acies constitissent, Goliath quidam ex Allophylis, vir miræ magnitudinis & roboris, suorum ordines prætergressus, ferocibus verbis probra in hostes iaciens, singularem pugnam ciebat. Tum rex magna præmia, & filia nuptias despondit, si quis prouocantis spolia retulisset. Sed nemo ex tanto agmine aggredi audebat.

Iud. 10.

Iud. 11. Ieptia dux

Iud. 12.

Iud. 13.

Samson.

Iud. 14.

Iud. 15.

Iud. 16.

Arca Domini capta.

I. Reg. 6.

I. Reg. 7. Samuel Sacerdos.

I. Reg. 8.

I. Reg. 9.

I. Reg. 10. Saul Rex

I. Reg. 11.

I. Reg. 12.

I. Reg. 13.

I. Reg. 14.

I. Reg. 15.

I. Reg. 16. David in regem m-

I. Reg. 17.

Solus sternitur.

1. Reg. 18.

Alia Michol.

David nuptia.

Bonos semper mali infectantur.

1. Reg. 19.

Saul David in insidiis.

1. Reg. 21.

1. Reg. 24.

David diploidem Saul transfert.

1. Reg. 25.

1. Reg. 28.

Igitur David etiamnum puer, pugnae se obtulit: reiecitque armis, quibus infirma aetas grauabatur, virgata tum & quinque lapidibus sumptis, in praelium processit, primoque ictu, misso funda lapide, Allophyllum percussit, caput victi & spolia abstulit, gladium postea in templum posuit. Allophyli autem omnes in fugam versi, victoriam concessere. Sed de praelio reuersis, multus circa David fauor, inuidiam regis accenderat. Timens autem tam caram omnibus cum inuidia & pernicie necare, sub specie honoris obiectare eum periculis statuit. Ac primum tribunal eum fecerat, vt rem bellicam curaret. Inde, cum ei filiam spondidisset, fidem fregit, eamque alteri tradidit. Mox filia regis nata minor, Melchol nomine, amore David flagitare coeperat. Igitur nuptiarum eius istiusmodi conditionem proponit: si centum praepudia David ex hostibus retulisset, regiam virginem matrimonio illius cessura. Sperabat enim, iuuenem periculosa audente, facile periturum. Sed longe aliter, ac ratus erat, euenit. Nam vt proposuerat, impigre David centum praepudia ex Allophyliis retulit: atque ita regis filiam in matrimonio accepit. Crescebat in dies in eum regis odium, stimulante inuidia: quia bonos semper mali infectantur. Igitur ministris & Ionathae filio imperauit, vt eius vt in insidiis pararent. Sed Ionathae carus acceptusque iam inde a principio David fuerat. Itaque rex inceptus ad filio, cruentum imperium repressit. Sed non diu mali boni sunt. Nam cum spiritu erroris Saul affligeretur, eique David afflueret, cithara laborantem delinens, lancea eum ferite conatus est, nisi ille lethalem ictum prope declinasset. Exinde iam non occulte, sed palam ei necem parabat: nec vltra se David regi credidit. Ac primum fugiens, ad Samuelem se contulit: inde ad Abimelech, postremum ad regem Moab confugit. Mox per Gad Prophetam monitus, in terram Iudae regressus, vitae periculum adiit. Ea tempestate Saul Abimelech Sacerdotem interemit, quod David receperat: & cum ex ministris regis nemo in Sacerdotem manus inferre auderet, Doeg Syrus cruentum ministerium executus est. Post id David desertum petiit: illuc quoque cum Saul persecutus est, sed inani opera eius exitum moliebatur, quem Dominus protegebat. Erat in deserto spelunca, vasto recessu patens. In huius interiora David se coniecerat. Saul nesciens, in primo speluncae aditu reficiendi corporis gratia successerat: ibique somno captus quiescebat. Quod vbi David animaduertit, hortantibus cunctis, vt oportunitate vteretur, abstulit regis exitio: diploidem tamen eius abstulit. Mox egressus, tuto eminens loco a tergo regem allocutus est, sua in illum commemorans beneficia, vt saepe pro regno eius caput periculis obiectasset: vtque postremo, praesenti tempore a Domino sibi traditum, interimere noluisset. Ad haec, culpam Saul fatenti, veniam precari, lacrymas fundere, pietatem David extollere, malitiam suam incusare, regem eum & filium appellans. Tantum ex ferocissimo animo mutatum: crederes nihil vltra aduersum generum ausurum. Sed David qui penitus ingenium mali spectatum haberet & cognitum, nihil regi credendum ratus, intra eremum se continebat. Saul vecors animi, quia comprehendendi generum potestas non erat, filiam suam Melchol David, vt supra retulimus, nuptiam, Falstim cuidam in matrimonium dedit. David ad Allophylos confugit. Ea tempestate Samuel diem functus est. Saul Allophyliis bellum inferentibus, Dominum consulit, nullumque est ei responsum redditum. Tum per mulierem, cuius viscera spiritus erro-

ris impleuerat, Samuelem euocatum consulit. Dictum ei ab eo est, postero illum die cum filio victum ab Allophyliis, in praelio casurum. Igitur Allophyli castris in hostili solo positis, postero die aciem instruant, David tamen ex castris remisso: quia parum crederant sibi illum, aduersum suos, fidem fore. Sed conferto praelio, Hebraei fusi, filij regis cadunt: Saul equo delapsus, ne viuus in potestatem hostium veniret, gladio suo incubuit. De aetate imperij eius parum certa commemorimus, nisi quod in actibus Apostolorum x l. i. Paulus annos regnasse dicitur est. Quanquam ego arbitror, tum a Paulo, cuius illa praedicatio refertur, etiam Samuelem annos sub regis istius aetate numeratos. Plerique tamen qui de temporibus scriperunt, xxx. eum annos regnasse annotauerunt: cui opinioni nequaquam accedimus. Nam ea tempestate, qua Domini circa in Cariathiarim oppidum translata est, necdum regnate Saul coeperat: refertur autem, per David regem ex illo oppido arcam sublatam, cum per xx. annos ibi constitisset. Ergo, cum intra id tempus Saul regnauerit atque decesserit, paruo admodum spatio tenuit imperium. Eadem nobis de temporibus Samuelem caligo, vt qui cum Heli Sacerdote natus, admodum senex Sacerdotio functus referatur. A nonnullis tamen qui de temporibus scripserunt, (quia verè nihil de eius annis sacra historia signauit) lxx. annis praefuisse populo refertur. Sed vnde haec auctoritas fuerit assumpta, non reperi. Nos in tanta erroris copia, Chronicorum annotationem secuti, quia eam ex Apostolorum actibus (sicut superius memorauimus) profectam arbitramur, Samuelem & Saulem xl. annos principatum egressisse referimus. Saul perempto, David in terra Allophylorum perlatum ad se mortis eius nuntio, miro pietatis exemplo fleuisse traditur. Tum Chebron Iudae oppidum petiit. Ibi rursus regali vnguento illitus, rex appellatus est. Sed Abner, qui magister militiae Saul regis fuerat, spreto David, Isbaal regis sui filium regem constituit. Crebris deinde praелиis inter duces regum concursum: pulsus Abner sapius: fratrem tamen Ioab, qui ex parte David exercitum praerant, fugiens peremit. Quo dolore postea Ioab, cum se Abner David regi dedisset, iugulari eum percipit, non sine dolore regis, cuius fidem cruentauerat. Per idem tempus omnes ferè nati maiores Hebraeorum publico consensu regnum ei totius gentis detulerunt. Nam per septem annos in Chebron tantum regnauerat. Ita tertio rex vngitur, annorum circiter xxx. Allophylos in regnum irruentes, secundis praелиis repulsi. Ea tempestate arcam Domini, quae in Cariathiarim oppido, vt supra retulimus, erat, in Sion transtulit. Cumque edificare Domino templum in animo haberet, diuinum ei responsum redditum, semini illius id reservari. Bello deinde Allophylos domuit. Moabitibus subiugauit, Syriam subegit, stipendiumque ei imposuit. Auri atque aëris ex praeda immensum pondus retulit. Bellum deinde aduersum Ammonitas ex iniuria Chanun regis eorum exortum. Syris denud rebellantibus, qui cum Ammonitis in bellum coniurauerant, David summam rerum Ioab principi militiae permiserat: ipse a bello remotus, intra Hierusalem commorabatur. Qua tempestate Bersabean quendam, mirae femina pulchritudinis, stupro contemptum habuit. Hec viri cuiusdam vxor, qui tum in castris erat, fuisse traditur: Hunc David iniquo pugnae loco obiectum hostibus, interficiendum curauit. Ita mulierem in matrimonio viduam, sed iam ex stupro grauidam, numero vxorum aggregauit. Tum per Na-

than
1. Reg. 31.
Saulis mors.
1. Reg. 18.
2. Reg. 20.
2. Reg. 21.
2. Reg. 24.
Census populi castigatus.
3. Reg. 1.
Davidi mortis solomon succedit.
3. Reg. 2.
3. Reg. 3.
salomonis sapientia.
3. Reg. 3.
3. Reg. 4.
2. Reg. 5.
2. Reg. 6.
2. Reg. 7.
2. Reg. 8.
2. Reg. 10.
2. Reg. 11.
David adulterium grauidam, numero vxorum aggregauit. Tum per Na-

2. Reg. 13. Absalomis mors.

2. Reg. 18.

2. Reg. 20.

2. Reg. 21.

2. Reg. 24. Census populi castigatus.

3. Reg. 1. Davidi mortis solomon succedit.

3. Reg. 2.

3. Reg. 3.

salomonis sapientia.

3. Reg. 3.

3. Reg. 4.

than Prophetam grauitate increpitus, licet agnito errore, castigationem Domini non effugit. Namque filium ex furtiuo illo concubitu editum, paucos post dies amittit: multaque in domum familiamque eius exsecranda acciderunt. Ad extremum Absalon filius eius arma impia aduersus patrem sustulit, regno eum depellere cupiens. Aduersus hunc Ioab acie conflixit: admonitus a rege, vt victo parceret. Sed ille spreto imperio, parricidialis conatus ferro vltus est. Flebilis ea victoria fuisse regi traditur: Tanta in eo pietas erat, vt etiam parricidae filio ignosci voluerit. Vix hoc bellum extinctum videbatur: aliud rursus exortum, Sabaea quodam duce, qui pessimum quenque ad arma incitauerat. Sed prope motus omnis morte ducis repressus. Crebra deinde aduersus Allophylos David praelia secundo euentu habuit: cunctisque bello domitis, & tam exteris quam domesticis motibus compressis, florentissimum regnum in pace habebat. Tum cum subita cupido incescit, ad metiendas imperij vires populum censere. Ita a Ioab militia magistro decies centena & trecenta ciuium millia dinumerata. Huius eum facti mox piguit, panituitque, veniam a Domino petens, cur in id animos extulisset, vt regni sui potentiam ex suorum potius multitudine, quam ex fauore diuino aestimaret. Itaque missus ad eum Angelus, trianam ei penam denuntiat, datque arbitrium vnam eligendi. Sed proposita triennij fame, trium mensium fuga, morte tridui: fugam & famem detestatus, mortem elegit. momentoque temporis lxx. millia virorum interiit. Tum David videns Angelum, cuius dextera populus prosternebatur, veniam precari, seque viuum pro omnibus poenae obicere: se dignum exitio, quia ipse peccasset. Ita aduersum plebis supplicium: David in loco, in quo Angelum viderat, aram Domino statuit. Mox annis & morbo infectum, Salomonem filium ex Bersabee. Vix vxore susceptum, successorem regni constituit. Is regali vnguento per Sadoc Sacerdotem vnctus, patre adhuc incolumi, rex appellatus. David, cum regnasset annos xl, defunctus est. Salomon initio regni urbem muro circumdedit. Huic per soporem altare Dominus vnctus est, petendi quae vellet tribuens optonem. Sed ille non aliud sibi quam sapientiam dari poposcit, reliqua omnia parui aestimans. Ita somno excitatus, cum ante sacrarium Domini constitisset, indulget sibi a Domino sapientiae documentum dedit. Namque duae mulieres vna in domo diuersantes, cum eodem tempore pueros edidissent, atque ex his alter post die tertium nocte obisset, mater defuncti somno alterius insidiata, mortuum suum suppositum, viuentem abstulit. Inde inter eas de puero altercatio: postremo res ad regem delata: difficilis iudicij absolutio inter negantes, vbi testis deerat. Tum Salomon diuinæ sapientiae munere periti puerum, corpusque eius diuidi inter ambigentes iubet. Cumque vna earum iudicio acquieuisset, alia verò cedere potius puero quam discerpi eum mallet, Salomon ex affectu feminæ hanc verè matrem esse coniectans, puerum illi adiudicauit, non sine circumstantium admiratione: siquidem latentem veritatem prudentia protulisset. Ita in admirationem ingenij prudentiaeque eius reges vicinarum gentium amicitiam ab eo, foedusque petiere, parati imperata facere. Quae opibus confusus, templum Domino immensi operis facere aggressus, paratis per triennium impendiis, quarto ferè imperij anno primum fundamentum iecit: a profectioe Hebraeorum ex Aegypto anno ferè octauo & octogesimo &

quingentesimo. Licet libro Regnorum tertio, cccc. xl. fuisse referantur: quod nequaquam couenit. Siquidem per seriem superius comprehensam facilius fuerit, vt minus fortassis annorum, quam amplius, annotarim. Sed non dubito, libratorum potius negligentia, praesertim tot iam saeculis intercedentibus, veritatem fuisse corruptam, quam vt Propheta errauerit, sicut in hoc ipso nostro opusculo futurum credimus, vt describentium incuria, quae non incuriosè a nobis sunt digesta, vitientur. Igitur Salomon ceptum templi opus vicefimo anno explicuit. Celebrato deinde ibidem sacrificio, dictaque oratione, qua populum templumque benedixit, Dominus ad eum locutus est, denuntians fore, si quando peccassent, ac Dominum reliquissent, templum illud solo aequandum. Quod iam pridem imple videmus, & mox connexum rerum ordinem exponemus. Interea Salomon florens oppibus, omnium qui vnquam fuerant regum ditissimus: quique semper ordo rerum est, ab oppibus in luxum & vitia delapsus, cum aduersum interdictum Dei ex alienigenis coniugia sumpsisset, etiam septingentas vxores & trecentas concubinas haberet, idola eis ritu gentium suarum, quibus litarent, constituit. Quibus rebus aduersus Dominum, grauitate increpito poenam denuntiauit, fore vt regnum ex parte maiore ademptum filio, seruo illius traderetur. Idque ita accidit. Defuncto Salomone anno imperij quadragesimo, cum Roboam filius anno aetatis sexto & decimo regnum patrum tenere cepisset, pars populi ab eo offensa discedit. Etenim cum laxari sibi stipendium poposcisset, quod Salomon grauisimum imposuerat, repudiatis precibus supplicum, fauorem vniuersae plebis auerterat. Itaque consensu omnium, imperium ad Hieroboam defertur. Is medio genere ortus, aliquandiu Salomonis seruitutem pependerit. Sed cum ei responso Achiae Prophetae regnum Hebraeorum annuntiatum comperisset, necare eum clam destinauerat. Quo ille metu in Aegyptum confugit: ibique vxore accepta, ex stirpe regia, cognita demum Salomonis morte, in solum patrium regressus, voluntate populi, vt supra retulimus, sumpsit imperium. Penes Roboam tamen duae tribus, Iudae & Benjamin, resederant: ex his ad trecenta millia parauit exercitum. Cumque acies promouerentur, verbis Dei populus admonetur, praelio abstineret: ex suo nutu Hieroboam regnum accepisset. Ita spreto regis imperio, exercitus dilapsus: Hieroboam imperium inualuerat. Sed cum Hierosolymam Roboam obtineret, vbi templum a Salomone factum populus sacrificare Domino cofueuerat: veritus Hieroboam, ne ab eo plebem religio auerteret, statuit animos eius superstitione occupare. Itaque vaccam auream in Bethel, alteram apud Dan constituit, quibus populus litaret: sacerdotisque, omnia Leui tribu, ex plebe instituit. Inuisum Domino flagitium, expostulatio consecuta. Crebra deinde inter reges praelia, dubio euentu regnum obtinebant. Roboam septimo & decimo imperij anno exacto, vita functus est. In huius locum Abiad filius regnum Hierosolymae sex annos tenuit: quamuis in Chronicis triennio regnasse referatur. Hinc Ahab filius successit, a David quintus ferè, quippe abnepos eius: fuit religiosus Domini cultor, namque delectis aris lucisque idolorum, vestigia paternae perfidiae sustulit. Foedus cum rege Syriae firmavit: eius auxilio Hieroboam regnum, quod tunc a filio tenebatur, multa clade affectit: ac saepe victis hostibus praedam ex victoria retulit. Post vnum & quadragesimum annum, aeger pedibus decessit. Huic tri-

causa lege

Templum Salomonis

3. Reg. 5.

3. Reg. 6.

3. Reg. 7.

3. Reg. 8.

3. Reg. 9.

3. Reg. 10.

3. Reg. 11.

3. Reg. 12.

Roboam.

Hieroboam imperat.

x. trib.

3. Reg. 13.

3. Reg. 14.

plex peccatum adscribitur: vnum, quod societate regis Syriae nimum confusus sit: alterum, quod Prophetam Domini hoc ipsum increpantem, in vincula coniecit: tertium, quia in pedum dolore remedium non à Domino, sed à medicis sperauerit. Sed initio regni huius, Hieroboam rex decem tribuum defunctus est: regnum Nadab filio reliquit. Is malis operibus, & tā suis quam maternis meritis iniustus Domino, non ultra biennium regno potitus est: priuatāque imperio indigna progenies Banachiae filium successorem habuit, a quē à Domino alienissimū. Isque sexto & vicesimo imperij anno defunctus est: regnum ad Helam filium deuolutū, nec ultra biennium retentum. Namque cum Zambri princeps equitum epulantem interfecit, regnumque occupauit: vir perinde in Dominum atque homines impius. Ab hoc pars populi secessit, Thamni cuidam regium nomen delatum. Sed Iambri ante hunc septem annos, & eum eodem duodecim regnavit. At in parte tribus Iudae Ahab mortuo, Iosaphat filius eius regnare cepit, vir religiosus virtutibus merito clarus. Is cum Iambri pacem habuit. Defunctus est autem, cum regnasset annos v. & xx. Huius imperij tempore Ahab Iambri filius, rex decem tribuum fuit, ultra omnes in Dominum impius. Namque Iezabel filia Basae regis Sidone in matrimonio accepta, Beali idolo aram iussit, & prophetas Domini interemit. Quo tempore Helias Propheta oratione caelum conclusit, pluiam tetrae daret: idque regi denuntiavit, vt se impius causam mali esse cognosceret. Igitur suspensus caelo aquis, cum loca omnia adusta solis ardoribus non victum hominibus, non pabulum iumentis daret, ipse se intra periculum famis Propheta conuoluerat. Ea tempestate cum etremum petisset, coruis cibum ministrantibus, vixit. Aquam torrens proximus, donec aruit, dedit. Inde admonitus à Domino, Saraptae oppidum petiit: ad mulierem viduam diuertit. Cumque ab ea ceteriens cibum peteret, illa causari, non esse sibi nisi pusillum fartis, & pusillum olei: quo absumpto, vnā cum filii mortem expectaret. Sed cum Helias verbis Dei polliceretur, nec hydriam farre, nec vas oleo esse minuendum, mulier postcenti fidem non cunctata Prophetam credere, promissorum fidem consecuta est. Si quidem diuinis incrementis tantum accresceret, quantum quotidie detrahebat. Eodem tempore, eiusdem viduae filium mortuum Helias in vitam reduxit. Tum iussu Domini regem adit, exprobratque ei sacrilegium, poposcit ad se omnem populum congregari. Qui cum prope conuenisset, accitis idolotum ac lucorum sacerdotibus cccc. ferē & l. inter eos inde orta est altercatio. Helia Dominum praedicante, illi superstitiones suas asserbant. Postremo, placuit fieri periculum, vt si cuius caesam hostiam missus caelo ignis absumeret, rata esset religio, quae virtutem edidisset. Ita Sacerdotes occiso vitulo, Baal idolum inuocare coeperunt: frustra quoque consumptis inuocationibus, imbecillitatem domini sui tacite fatebantur. Tum forte Helias irridens eos: Ne forte, inquit, dormiat, clamate vehementius, vt somno quo teneretur, euigilet. Enimvero miseritrepidantes mustitare, & tamen quidnam Helias facturus esset, expectare. At ille casum vitulum imposuit, cum prius sacrarium aqua opplesset: inuocatoque Domino, expectantibus cunctis, ignis caelo delapsus aequam cum hostia absumpsit. Tum vero populus solo stratus, Dominum fatenti, idola execrati: postremo, Helias iussu profani Sacerdotem comprehensi, deductique ad torrentem, necati sunt. Reduentem inde regem pro-

pheta profecutus est. Sed cum ei Iezabel regis vxor vitulum pararet, ad remotiora secessit. Ibi eum Dominus allocutus est, septem millia virotum esse adhuc pronuntians, qui se idolis non dedissent. Mirum id Heli fuit, qui solum se à sacrilegio immunem esse crediderat. Ea tempestate Ahab rex Samariae vineam Nabuthae adhaerentem sibi, concupiuit. Quam cum ille ei vendere noluisset, dolis Iezabel interfecit est. Ita Ahab vinea potitus est, cum tamen Nabuthae mortem doluisse referatur. Mox per Heliam verbo Domini increpitus, agnitioque crimine cilicio indutus, egisse penitentiam traditur. Quo facto, imminentem penam auertit. Namque rex Syriae magno cum exercitu, duobus & triginta regibus in societatem belli associatis, fines Samariae ingressus, cum rege urbem obsidere cepit. Actis deinde obfessorum rebus, dat belli conditiones, si aurum & argentum & foeminas tradidissent, fore vti vitae eorum parceret. Sed tam iniustus conditionibus extrema perpeti fatius visum. Et cum iam omnium desperata esset salus, propheta à domino missus, regem adit, & dicitur vt in praelium exeat: cunctantem multis confirmat. Ita eruptione facta, fusi hostes, copiosaque praeda reperta. Sed post annum reparatis viribus, Syrus in Samariam regressus, acceptam cladem vltum ire cupiens, rursum victus est. Eo praelio cxx. millia Syrorum interiere: Regi venia data, regnum ei & pristinus status concessus. Tum Ahab verbis Dei à propheta increpitus, cur abusus diuino munere, hosti sibi tradito pepercisset. Igitur Syrus post triennium, bellum Hebraeis intulit. Aduersum hunc Ahab, pseudoprophetarum impulsu, in praelium descendit: spreto Michae propheta, & in vincula coniecto, quod ei exitabilem fore pugnam denuntiasset: Ita eo praelio Ahab interfecit, Ochozia filio imperium reliquit. Is aeger corpore, cum ex ministris, qui idolum pro salute eius consulerent, misisset: Helias à Deo monitus, obuiam se eis obtulit, increpitusque renuntiare regi iubet, mortem eius consecuturam. Tum rex comprehendit eum, ac deduci ad se iubet: sed missi, caelesti igne absumpti. Rex, vt propheta praedixerat, obiit. successit autem Ioram ei, frater eius: isque duodecim annis imperio potitus est. At in parte duarum tribuum Iosaphat rege defuncto, Ioram filius regnum tenuit annos duodeviginti. Is Ahab filiam vxorē habuit, socero quam patri propior. Post hunc Ochozias filius imperium adeptus est. Hoc regnante, Helias translatus refertur. Eodem tempore Heliscus discipulus eius, multis signis potens extitit: quae omnia notiora sunt, quam vt nostro stylo egeant. Ab eo est viduae filius resuscitatus, Syrus lepra purgatus. Famis tempore, omnium retum copia fugatis hostibus inuicta, in vltum trium exercituum aquae praebita: de exiguo olei immodicis incrementis solum mulieris debitum, & ipsi sufficiens viuendi substantia data. Huius temporibus, vt diximus, Ochozias duarum tribuum erat rex: decem vero Ioram, vt supra retulimus, imperabat. Interque eos foedus ictum Nam & aduersus Syros iunctis viribus bellatum: & aduersum Iehu, qui per prophetam in regem decem tribuum vnctus fuerat, pariter in praelium egressi, eadem pugna interiere. Sed regnum Ioram Iehu tenuit, posito Ochozia in Iudaea rege. Qui vno anno regnavit: mater eius Gotholia imperium occupauit, adempto nepoti imperio, etiam tum paruo puero, cui Ios nomen fuit. Sed huic ab auiā praereptum imperium, post octo fere annos, per Sacerdotem & populum depulsa auiā redditum. Hic initio regni obseruantissimus diuini

diuini cultus fuit, magnisque sumptibus templū exornauit. post adulatione principum deprauatus, adoratusque ab eis, Dei iram meruit. Namque ei Azabel rex Syriae bellum intulit: inclinatusque rebus suis, auro Templi, pacem redemit. Nec tamen ea potitus est, facti inuidia à suis interfecit, anno imperij quadragesimo. Huic Amassia filius successit. At in parte decem tribuum defuncto Iehu, Iochas filius eius regnavit, iniustus Deo, malis operibus ob quae regnum eius Syris praedae fuit, donec Dei misericordia depulsis hostibus, pristinum habere statum coeperunt. Iochas diem functus, Ioha filio reliquit regnum. Is Amassiae Regi duarum tribuum civile bellum intulit, victoriaeque potitus, multam praedam in regnum suū conuertit. Idque ob Amassiae delictum accidisse traditur. Si quidem Iduiferat. Hic nouem annos regnasse scribitur, quantum in libris Regnorum reperi. Sed in Paralipomenis, atque etiam in Chronicis, nouem & viginti annos imperium tenuisse annotatum est: ea nimirum id persuadente ratione, quae in his Regnorum libris facile perspicitur. Ioram enim Rex decem tribuum, octauo anno imperij Amassiae traditur regnare coepisse, vltimumque & quadragesima annos imperium tenuisse: regnante demum Ozia Amassiae filio, quarto imperij eius anno defunctus est. Qua ratione viginti & nouem annos Regi Amassiae efficit. Itaque nos hoc ipsum secuti, quia rationem temporum persequi placet, Chronicorum auctoritati accessimus. Igitur Amassiae, Ozia filius successit. nam in parte decem tribuum Ios diem functus, Ioram filio locum fecerat: postque hunc Zacharias eius filius regnavit. Horum nos regum, omniumque qui in parte decem tribuum Samariae praefuerunt, annotanda esse tempora non putauimus: quia breuitati studentes, superflua omisimus, & ad cognitionē temporū, eius potissimum partis annos credimus persequendos quae in captiuitatem posterius abducta, prolixius tempus in regno habuit. Igitur Ozias regnum Iudae adeptus, praecipuam curam Domini cognoscendi habuit, Zachariae Propheta plurimum vsus. Esaias etiā sub hoc primum aduersus finitimos bella gessit: Arabas etiam denicit. Iamque Aegyptum terrore nominis sui concusserat, e-latusque secundis rebus, illicita praesumens, incensum Deo obtulit: quod solis facere Sacerdotibus fas erat. Itaque cum per Azariam Sacerdotē increpitus eo loco decedere cogere, atque in iram exarsisset, Lepra op-pletus decessit. Quo morbo affectus, vita functus est, cum regnasset annos duos & quinquaginta. regnum inde Iothae filio datum: isque admodum sanctus fuisse traditur, prosperaque imperium administravit: gentem Ammonitarum bello victam, stipendium praestantem condidit, caput regni Assyriorum fuit: frequens tum incolentium multitudine, alens virotum millia c. & xx. atque, vt in magno populo, abundas vitius. Quae Deus motus, Ionam Prophetam ex Iudaea ire praecipit, ac denuntiare vbi excidium, sicut olim Sodoma & Gomorra diuinis ignibus conflagrasset. Verum Propheta praedicationis istius ministerium detrectans, non contumacia, sed praescientia, qua videbat Dominum penitentia populi placandum, nauim, quae longē diuersa regione Tharsos petebat, conscendit. Sed vbi in altum processum, nauē fœmita maris compulsi, quis

nam esset mali causa, forte explorauere. Cum super Ionam fors decidisset, tanquam piaculum tempestatis in profundum proiectus est: excepitque à ceto, marino monstro, ac deuoratus, post triduum fere Niniuitarum littoribus eiectus, iussa praedicator, urbem scilicet ob peccata populi triduo peritram. Igitur non dissimulantes, vt olim Sodomis, audita est vox Prophetar: ac statim iussu Regis, exemploque, populus vniuersus, quin & recens nati, cibo potūque abstinere iubentur: iumentatitidem & diuersi generis animalia compulsa fame ac siti, lamentantium specie cum hominibus praebant. Ita imminens malum avertit. Ionae apud Deum conuerti, quod fides dictis non affuisset: responsum, penitentibus veniam negari non posse. At in Samaria Zachariam regem admodum impium, quem superius regnasse memorauius, Sella quidē interemit, regnumque occupauit: idēque Manae infidiis, exemplo facti sui perit. Mane, creptum Sella imperiū tenuit. filoque Pache reliquit. Eundem verò, Pache quidam eiusdem nominis interemit, regnumque occupauit. Mox ab Osee petemptus, eodem scelere quo assumpserat, imperium amisit. hic vltra omnes reges superiores impius, penam sibi, perpetuamque genti captiuitatem à Deo meruit. Namque ei Salmanassar rex Assyriorum intulit bellum, victumque tributarium sibi effecit. Sed cum occultis consiliis rebellionem pararet, regemque Aethiopyum, qui tum Aegyptum obtinebat, in auxilium accerteret, idque Salmanassar comperisset, petuit eum vinculis in carcerem coniecit, urbemque excidit, populum vniuersum in regnum suum abduxit, Assyriis in hostili solo ad custodiam positus: exinde ea pars Samaria appellata, quod lingua Assyriorum custodes Samaritas vocant. ex quibus plerique diuinas caeremonias receperunt, reliquis in errore gentilitatis perseverantibus. Hoc bello robis in captiuitatem ductus est. At in parte duarum tribuum rex Ahas ob impietatem iniustus Deo, cum finitimorū bellis saepe premeretur, deos gentium colere decreuit, nimirum quia eorum illae auxiliio victores frequentibus praeliis extitissent. Ita in hoc nefariae mentis piaculo diem functus est, cum xv. annis in regno fuisset. Huic Ezechias filius successit, multum paterni dissimilis ingenij. Namque initio regni, populum Sacerdotisque ad Dei cultum cohortatus, multis differuit, vt frequentē castigati à Domino, sepius essent misericordiam consecuti: vt postremum decem tribus, in captiuitatem nuper abducte, sacrilegij poenas dissoluerent: curandum eis sedulo, ne eadem pati mereantur. Ita conuersis ad religionē omnium animis, Leuitas Sacerdotisque omnes ad celebranda secundum legem sacrificia ordinauit: celebrarique Pascha instituit, quod iam pridē fuerat omissum. Cūque dies festus adesset, dimissis per omnem terram nuntiis, conuentus diem edixit: vt si qui post abductionem decem tribuum in Samaria resedissent, ad solenne sacrum conuenirent. Ita frequentissimo conuentu dies facer publica latitia exactus, longo post interuallo religione legitima per Ezechiam restituta. Pari deinde industria, qua diuina curauerat, rem bellicam administravit, Allophylisque frequentibus praeliis condidit: donec ei Sennacherib rex Assyriorum bellum intulit, magno cum exercitu fines eius ingressus: lateque agris vastatis, nullo obistente, vrbis obsidione vgebat. Ezechias enim multitudine inferior, non ausus manum cōserere, muris se tuebatur. Rex Assyrius portis assulans, minitari excidium, deditioem imperare, Ezechiam frustra Deo cōfidere, se Dei nutu potius ar-

3. Reg. 17.

2. Para. 12.

3. Reg. 16.

1. Par. 3.

3. Reg. 16.

1. Reg. 17.

3. Reg. 18.

3. Reg. 19.

3. Reg. 17.

3. Reg. 18.

3. Reg. 19.

1. Reg. 17.

3. Reg. 18.

3. Reg. 19.

1. Reg. 17.

3. Reg. 18.

3. Reg. 19.

1. Reg. 17.

3. Reg. 18.

3. Reg. 19.

1. Reg. 17.

3. Reg. 21.

Ahab de Syria vi-
torid.

3. Reg. 22.

4. Reg. 1.

4. Reg. 2.

Heliscus.

4. Reg. 3.

4. Reg. 4.

4. Reg. 5.

4. Reg. 6.

4. Reg. 9.

4. Reg. 12.

4. Reg. 12.

Amassim.

4. Reg. 13.

2. Par. 23.

4. Reg. 11.

causa
Legis

2. Par. 26.

Ochozias rex

4. Reg. 14.

Zacharias
Esaias.

4. Reg. 15.

2. Par. 27.

4. Reg. 15.

2. Par. 28.

4. Reg. 16.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Ion. 4.

4. Reg. 15.

4. Reg. 16.

Ezechias
rex.

4. Reg. 18.

2. Par. 29.

4. Reg. 18.

2. Par. 30.

2. Par. 32.

Esa. 36.

ma suppressisse: victorem omnium gentium, enersorem Samaria, effugi non posse, ni matura deditioe sibi met consuliissent. In hoc rerum statu Ezechias Deo fretus, Esaiam Prophetam consulit: cuiusque respōse edocetur, nihil ex hoste periculi fore, diuinum autem auxilium non defuturū. Nec multo post Tirchac Rex Aethiopia regnum Assyriorū inuadit. Quo nuntio Sennacherib ad sua tuēda conuersus, fremens & clamitās, victori sibi victoriā eripi, bellum omisit: missis ad Ezechiam litteris, cum verborum contumeliis denuntiās, se paulo post rebus domi compositis ad excidiū Iudae maturē rediturum. Sed nihil his Ezechias motus, orafse Dominū traditur, ne hanc tantā hominis insolentiā inultā sineret. Ita eadē nocte Angelus castra Assyriorū aggressus, multa hominum millia laeto dedit. Rex trepidus in oppidum Ninuen confugit, ibique à filiis interfectus, dignum se exitum tulit. Per idem tempus Ezechias, aeger corpore, morbo incubuerat. Cūque Esaias ei verbum Domini annuntiafset, vitae eius finem adesse: stesfe rex traditur. ita x. v. annos prorogari sibi ad vitā meruit. Quibus peractis, nono & vicesimo imperij anno decessit: regnum Manasse filio reliquit. Is à patre multum degenerans, relicto Domino, culturas impias exercuit: ob quod in potestate Assyriorū traditus, malo coactus agnouit errorē: populūque adhortatus est, vti relictiis idolis Dominū colerēt. Nihil sanē dignū memoria gēssit. regnauit autē annos v. & l. A morte deinde filius eius regnū adeptus est, nec vltra biennū eo potius est: paternae impietatis heres, Domini negligens, suorū insidiis circumuentus periit. Ad Iosiam filium imperium deuolutum. Is admodum religiosus fuisse traditur, summāque curā, diuina administralle, Helchia Sacerdote vius bene. Is cū in Tēplo librum verbi Dei scriptum, repertū à sacerdote legisset, quo continebatur, Hebraeam gēte ob crebras impietates & sacrilegia delendam, piis ad Deum precibus fletūque ingi imminerēt cladem auertit. Quod vbi indultum sibi per Oldam Prophetisam comperit, maiore cura, vipo te obligatus diuinis beneficiis, cultum Dei exercuit. Igitur vasa omnia, anteriorum regum superstitionibus idolis consecrata, cremauit. Namque eō profani ritus inualuerat, vt Soli ac Lunae diuinos honores darēt, eisdemque etiam ex metallis sacraria aedificarent. Quibus Iosias in puluerem redactis, Sacerdotes quoque profanarum aedium interfecit. Sed ne sepulchris quidem impiorum pepercit: quod olim praedictū à Propheta, implerum animaduersum est. Huius octauo & decimo imperij anno Pascha celebratum. Post tricennium ferē, aduersus Nechao regem Aegypti qui bellum Assyriū inferebat, in praelium egressus, priusquam inter se acies concurrerent, sagitta ictus est. Ex quo eo vulnere in vrbem relatus decessit, cū regnasset annos 1. & xx. Ioachas inde filius eius regnum adeptus, trib' mēsis re-nuit, captiuitati ob impietatem destinatus. namque eum Nechao Rex Aegypti vinctum, captūque duxit. Nec multo post in vinculis diem sanctus est. Iudaeis stipendium annuū imperatum. Rex eis Eliachim arbitrio victoris datus, qui postea immutato nomine Ioachim vocitatus est. Hic Ioachas, fratris Iosiae filius fuit, fratri quā patti propior, sacrilegio inuisus Deo. Igitur cū Regi Aegyptio parceret, quippe cui tributū penderet: Nabuchodonosor Rex Babylonius Iudaeam terrā occupauit armis, & per triennium iure belli victor possedit. etenim cedente iam Rege Aegypti, determinatūque inter eos imperij finibus, conuenerat Iudaeos ad Babylonem pertinere. Ita cū Ioachim exactis in Re-

gno annis vndecim, filio eiusdem nominis locum fecisset, ilque Regis Babylonij in se iram cōcāstet, Deo nimirum agente, cui constitutum erat Iudaeam gentem captiuitati & interuicioni dare. Nabuchodonosor Hierosolymam cum exercitu ingressus, vbera murōrum ac Templum solo stravit: auri immensum modum & sacra ornāmēta vel publica vel priuata, puberēque omnes virilis ac muliebris sexus transtulit: relictiis, quorum imbecillitas aut atas fastidio victoribus fuit. quae turba inutilis seruitio, exercēdis colēdisque agris, ne incultū esset solum, depurata. Eisdemque Rex Sedechias praepositus: ademptis viribus, inani tantum vbra regij nominis concessa. Sed Ioachis tribus mensibus tempus imperij habuit. Is cum populo Babylonā translatus, & in carcerem cōiectus est: tricesimum post annum emissus, arque à Rege in amicitiam receptus, mensūque & consiliis participatus, non sine solatio depulsa calamitatis decessit. Interea Sedechias Rex turbae inutilis, quanquam sine viribus, insido ingenio, & Dei immemor, qui non intelligeret captiuitatē ob delicta gentis illatam: postremis denique malis debitus, Regis animū offendit. Ita ei post nouem annos Nabuchodonosor bellum intulit: compulsumque intra muros confugere, triennio obsedit. Qua tempestate Hieremiam Prophetam, qui iam saepius imminere vrbi captiuitatem pronuntiauerat, consulit, si quid spēi forsū superesset. Sed ille, caelestis irā non ignarus, eadem saepius interrogatus, respondit, ipsi Regi speciale poenam denuntians. Tūm verō Sedechias in iram excitatus, trudi Prophetam in carcerem iuber: moxque eum crudelis facti piguit. Sed obsistentibus Iudaeorum principibus, quibus iam inde à principio moris fuerat bonos premere, absoluerē innocentem non est ausus. Iisdem cogentibus, in lacum immensi profundū, cōnōque ac sordibus, atque ex eo exitiabili factore horridum, demissus est, vt ne simplici quidem morte spiraret. Sed rex, licet impius, aliquanto tamen Sacerdotibus mitior, educi Prophetam de lacu, & carceris custodia reddi iuber. Interea obsessos vis hostium & penuria vrgebat: consumptūque omnibus quae mandi poterant, fames inualuerat. Ita defessis inedia defensoribus, oppidum captum, in censumque Rex, vt Propheta dixerat, effossis oculis, Babyloniam translatus: Hieremias misericordia hostili carcere exemptus. Cū eum Nabuzardan princeps regius captiuum cum ceteris duceret, delata sibi optione ab eo, vtrum in solo patrio deserto, desolatoque subsistere, an secum abire in summis honoribus vellet, residere in patria maluit. Nabuchodonosor abducto populo, residuis quos belli conditio, vel praedae fastidium reliqui à victoribus fecerat, Godolian eiusdem gentis praeposuit, absque vlllo insigni regio, aut imperij nomine: quia praefecit paucis & calamitosus, nulla dignitas erat.

SVLPICII SEVERI SACRAE HISTORIAE LIB. II.

Apertitatis tempora Prophetarum vaticiniis atque actibus illustrata sunt. Maxime itaque Danielis egregiam ad conseruandam Legē, perseverantiā: & in absolutione Susan ne diuinū consiliū, ceteraque ab eo gesta ordine perfectemur. Hic sub rege Ioachim captus deductusque Babyloniam, paruus admodū puer: postea ob elegantia vultus inter ministros regios assumptus, vnaque cum eo Ananias, Misael, & Azarias. Sed cū eos rex delicatio-



ribus cibis curari praecipisset, idque Aphanae eunuchō negotij dedisset, Daniel paternarū traditionū memor, ne ex mensa Regis Gentiliū cibis participaret, poposcit ab Eunucho, vt leguminibus tantum vterentur. Causante Aphane, ne dissimularum imperium Regis, consecutura macies proderet: Daniel Domino fretus, pollicetur maioris decoris sibi vultus ex leguminibus, quā ex cibis regis fore. Fidēque dictis affuit, ita vt minimē eorum vultus comparabiles haberentur, qui imperialibus impendiis procurabantur. Igitur à Rege in honore & gratia adhibiti, prudētia & disciplina, breui omnibus Regis proximis antelati. Per idem tempus Susanna quaedam Ioachim nupta, spectatae fōmina pulchritudinis, à duobus Presbyteris appetita, cū impudicis non acquiescisset, falso crimine inestitur: iisdem Presbyteris deferentibus, in remotis locis adolescentem cum ea deprehensum, sed illum iuuenili alacritate, senum manus effugisse. Ita Presbyteris fides habita, iudicio populi Susanna damnatur. Quae cū secundum legem ad supplicium duceretur, Daniel tū annos natus x. i. increpitis Iudaeis, quōd innocentē morti dedissent, reducere eā in iudicium, causamque denud audiri postular. Enimvero multitudo Iudaeorum, quae tum aderat, non sine Domino, existimans puerum cōtemptrā atarula in hanc constantiam prorupisse, fauore accommodato, in cōsiliū reuertitur. Initar denud iudicium: Danieli, vt inter maiores natu resideret, delatum. Igitur separari accusatores iuber: vnumque ex eis interrogat, sub cuius generis arbore adulteram deprehendisset: ex variate responsi, falsitas deprehensa: Susanna absoluta: Presbyteri, qui innocenti periculum creauerant, capite damnati. Ea tempestate Nabuchodonosor somnium vidit, mysterio futurorum mirabile. Cuius interpretationem, cū per se non posset euoluere, ascitis ad interpretandum Chaldaeis, qui magicis artibus, extisque hostiarum scire occulta, & futura praecinare videbantur: mox veritus ne more hominum non vera, sed placita regi ex somnio coniectaret, vīa suppressit, poposcitque ab eis, vt si vera in his diuinitio esset, somnium ipsū sibi dicerent: tum de mūm interpretationi eorum crediturum, si prius enuntians somnium, artis periculum fecissent. Illi verō tantam molem abnuentes, non esse id humanae opis consistebantur. Rex motus, quōd falsa diuinandi professione homines erroribus illuderent, cū astricti praesenti negotio nihil scire confiterentur: ita edicto Regis in eos animaduersum, palamque omnes huius artis interdicebantur. Quod vbi Danieli compertum, Regis proximum appellat: enuntiationem somnij, interpretationēque eius pollicetur. Res ad Regē defertur: Daniel accersitur, iam reuelato sibi per Dominum mysterio, visio Regis refertur, solutioque. Sed rex postulat, vt Regis somnium, & interpretationē Prophetā, & consequentiū fidē exponamus. Viderat Rex per soporem, imaginem capite aureo, brachiisque argenteis, vtrūque ferreis, partim scabiles definebat. Sed ferrum atque testa inter confusum coire non poterat. ad extremum, imaginem lapis sine manibus abscessus proterebat: redactaque omnia in puluerem, vento ablata. Igitur secundum Prophetā interpretationem imago vīsa, figuram mundi gerit. Caput aureum, Chaldaeorum imperiū est: siquidem ei primū, & opulentissimum fuisse acceptimus. Pedes & brachia argentea, secundum regnū annūtiāt. Cyrus enim, victis Chaldaeis atque Medis, imperium ad Persas contulit. In ventre aereo, tertium re-

Daniel Regis somnium interpretatur.

vi. mundi imperia.

gnum portendi pronuntiat, idque impletū videmus. Siquidem Alexander ereptum Persis imperiū, Macedoniae vindicauit. Crura ferrea, imperium quartū: idque Romanū intelligitur, omnibus antē regois validissimū. Pedes verō partim ferrei, partim scabiles, diuidendū esse Romanum regnum, ita vt nunquā inter se coeat, praefigurat: quod aequē impletū est. Siquidē iam nō ab vno imperatore, sed etiam à pluribus semp̄que inter se armis aut studiis dissentientibus, res romana administatur. Denique commiseri testam atque ferrū nunquam inter se coeuentem materiam, cōmixtiones humani generis futura: à se inuicē distidētes, significantur. Siquidē Romanū solū ab exteris gētibus aut rebellibus occupatū, aut deditibus semp̄ pacis specie traditum constat: exercitūque nostris, vrbibus atque prouinciis permixtas Barbaras nationes, & praecipuē Iudaeos inter nos degere, nec tamē in mores nostros trāsire videamus. Atque haec esse postrema tēpora Prophete annuntiant. In lapide verō sine manibus abscesso, qui aurum, argentum, & ferrum testamque cōminuit, Christi figuram esse. Is enim non cōditione humana editus (siquidē non ex voluntate viri, sed ex Deo natus est) mū-

Non credendum de futuris, cū de praeteritis conuincantur. Igitur Daniel multis à rege muneribus donatur, praefectus Babyloniae, atque omni imperio, in summis honoribus habebatur. Eius suffragio Ananias, Azarias, & Misael ad summam aequē dignitatem & potestatem prouecti. Eodem ferē tempore, praefata Ezechielis Prophetia extitit, reuelato ei futuro rum & resurrectionis mysterio. Extat liber magni operis, & cū cura legendus. At in Iudaea, cui post excidiū Hierosolymae Godolia praepositū, supra memorauimus, aegre ferentes Iudaei, principem sibi ex stirpe non regia, arbitrio victoris datum: Ismael quodam duce & concitatores nefandae coniurationis, dispossitis, eum, in cōiunio insidiis, peremerūt. At hi qui extra noxam fuerant, vltimum ire facinus cupientes, propter aduersum Ismael armam capiunt. Sed ille quia cognouit exitium sibi imminere, relicto exercitu quem contraxerat, non amplius quā octo comitibus, ad Ammonitas confugit. Igitur populū vniuersum metus perualerat, ne paucorū scelus omnium exitio rex Babylonius vltimū irer: nam praeter Godoliam, multos ex Chaldaeis cum eo interfece-

Seditio relictorum in Iudaea.

Ioan. I.

Ezech. 1.

4. Reg. 25

Seditio relictorum in Iudaea.

Dan. 3.

Ananias cum suis in camino coniectus.

Veram illi denorari ignibus, quam piaculum committere, maluerunt. Itaque vincti pedibus, in medias flammis coniciuntur. Sed ministros infandi operis, dum promptius damnatos in ignem propellunt, flamma absorbit: Hebraeos (mirum dictu, & incredibile non visentibus) ignis non attigit, cum aspectantibus deambulantes in camino psalmum Deo dicere cernebantur. Visusque cum his inter ignem propelluntur specie Angelus, quem Nabuchodonosor propius intuitus, filium Dei se vidisse confessus est. Tum rex haud dubius, diuinam in re praesenti fuisse virtutem, missis per omne regnum suum edictis, facti miraculum prouulgauit: confessus, soli Deo honorem deferendum. Nec multo post, rex obiecto sibi somno, mox voce etiam caelo emissa admonitus, potestate regia abiecta, atque ab omni conuersatione humana remotus, herbis tantum vitam sustinens, egisse poenitentiam traditur. Seruatum ei nutu Dei imperium, donec impleto tempore, agnito demum Deo, post septem annos, & regno, & statim pristino restitutus est: Hic post deuictum, vt supra diximus, Sedechiam, quem captiuum Babylonem transtulit, regnasse traditur annos vi. & xx. quanquam id non in Sacra historia scriptum inuenimus. Sed forte accidit, vt dum multa euoluere, annotationem hanc interpolato per aetatem libello, sine auctoris nomine, reperirem, in quo regum Babyloniorum tempora continerentur: quam praeterendum non putavi. siquidem & Chronicis consentiret: & ita illius nobis ratio quadret, vt per ordinem regum, quorum tempora continebat, vsque in primum Cyri regis annum, lxx. annos (tot enim per Sacram historiam a captiuitate vsque ad Cyrum fuisse referuntur) impleat. Post Nabuchodonosor filius eius regnavit, quem in Chronicis Euilmarodac fuisse vocitatu reperit. Hic duodecimo imperij anno diem functus, fratri minori, qui Balthasar dictus est, locum fecit. Is cum quarto & decimo anno publicum epulum principibus ac praefectis suis daret, sacra vasa quae per Nabuchodonosor de templo Hierosolymae ablata, ac in regales usus usurpata, sed recondita in thesauris habebantur, proferri imperavit. Cum his per luxum ac licentiam regalis conuiuij promiscue omnis virilis ac muliebris sexus, vxores, concubinaeque eius vteretur, subito rex in patere conspicit digitos scribentes: cernebanturque inuersum ductae literae. Sed qui posset scripta legere, non reperiebatur. Igitur rex perterritus, magos & Chaldaeos aduocat. Quibus missitantibus, nec quidquam respondentibus, regina regem admonet, esse quendam Hebraeum Daniel nomine, qui olim Nabuchodonosor occulti mysterij somnium reuelasset, iam tum ob illustrem sapientiam summis honoribus donatum. Itaque accitus Daniel, perlegit, interpretaturque, ob delictum regis, qui sacra Deo vasa temerasset, ipsi exitu imminere, regnumque eius Medis ac Persis datum, quod mox consecutum est: nam eadem nocte Balthasar interiit, regnumque eius Darius natione Medus occupauit: Daniele illustri opinione compertum, vniuerso imperio praeposuit, securus superiorum regum iudicium. Nam & Nabuchodonosor cu regno praefecerat, & Balthasar veste purpurea & torque aureo donatum, tertium regni principem constituerat. Igitur hi, qui vna cum eo rerum potentes erant, exagitati inuidia, quod eis alienigena captiuae gentis fuisset aequatus, regem deprauatum adulatione compellunt, vt sibi diebus proximis triginta diuini honores darentur: neque cuiquam liceret Dominum, nisi regem precari. Facile id Dario persuasum,

Dan. 4.

Dan. 5.

Balthasaris sacris vasis ab intus punitio.

Dan. 4.

Darius Rex. Dan. 5. Hier. 50.

stultitia regum omnium, qui sibi diuina vindicant. Igitur Daniel non rudis, neque inciens, Deo preces, non homini deferendas: reus constituitur, edicto regis non paruisse. Multamque abnuente Dario, cui carus accessusque semper fuerat, principes pernicere, vt in lacum demitteretur. Sed obiecto bestiis, nullum periculum fuit. Quod cum Rex coperisset, accusatores deputari Leonibus praecipit: qui non simili exemplo perfuncti sunt. nam continuo deuorati, feratam famem expleuerunt. Daniel clarus ante, clarior haberi coepit. Rex antiquato edicto suo, nouum proposuit: relictis erroribus ac superstitionibus, Deum Danielis colendum. Exstant etiam visiones eius, quibus consequentium saeculorum ordinem reuelauit: annorum etiam numerum complexus, intra quem Christum, sicut factum est, descensurum ad terras pronuntiavit, venturumque Antichristum manifeste exposuit. Quod si quis studiosior erit, rectius ibi quaesitum reperiet: nobis propositum est, rerum tantum ordinem coherere. Darius duodecimo annos regnasse traditur. Qua tempestate Assyages Medis imperabat. Hunc Cyrus ex filia nepos eius, regno expulit, Persarum vsus armis: vnde summa imperij ad Persas translata est. Babylonij quoque in potestate ditoneque eius concessere. Igitur initio regni, propositis publice edictis, dat potestate Iudeis, in solū patriū redeundi: sacra etiā vasa quae Nabuchodonosor de templo Hierosolymae abstulerat, reddidit. Itaque patrici tū in Iudaea regressi: ceteris redeundi animus, an facultas defuerit, parū coperimus. Erat ea tempestate apud Babylonios Beli antiquissimi regis, cuius etiā Virgilius meminit, ex aere simulachrum, quod superstitione hominū consecratū, Cyrus quoque adorare erat solitus, antistitū eius dolo illusit, qui vesca effugit illam atque potare affricabant: cum diurnā pensationē, quae idolo inferebant, clam ipsi absumeret. Igitur Cyrus cum Daniele familiariter vteretur, quaerit ab eo, cur simulachrum non adoraret, cum manifestum viuētis Dei esset indicium, absumētis ea quae inferebantur? Daniel ridens hominis errorem, negare id posse fieri, vt a silud, id est, bruta materies, cibo vteretur, aut potu. Accersit ergo Rex Sacerdotes iudaeiā ferē ad septuaginta erāt. abhibitoque eos terrore increpat, quis impensa consumeret: cum Daniel, vir prudentia insignis, minime id ab insensibili simulachro posse fieri contenderet. Tū illi consiliū parato dolo, inferre, & ob signari a rege templum deposcunt, vti, nisi omnia postero die absumpta deprehenderentur, morte poenas persolueret: dū eadem conditio Danieli maneret. Itaque signo Regis Templū ob signatur, cum prius daniel, Sacerdotibus inciens, pauimentū cinere aspersisset, vt introeuntū occultos aditus vestigia proderent. Igitur postero die rex Templū ingressus, animaduertit absumpta, quae idolo apponi iusserat. Tū Daniel occultā fraudē vestigiis prodentibus referat: Sacerdotes cū vxoribus & filiis, subfosso foramine ingressos, ea quae idolo apposita fuerāt, deuorasse. Ita omnes iussu Regis interfecti, Templū ac simulachrum Danieli in potestate dātū, atque arbitrio eius dirutū. Interea Iudaei, quos ex permissu Cyri in partiam regressos supra memorauimus, vrbē ac Templū restituerē aggressi, vt pauci atque inopes, parum proficiebant: donec ceterisimo ferē anno, Artaxerxe Rege Persis imperitante, per eos qui locis praerāt, ab aedificādo sunt deterriti. Etenim tū Syria atque omnis Iudaea sub Persarum imperio per magistratus ac praesides regebatur. Igitur his consilium fuit, regi Artaxerxi Scribere, non oportere Iudaeis restituendae vrbis suae copiam dari,

Dan. 6. Daniel Leonibus obicitur.

Dan. 7. 8. 9. 10.

Cyrus Rex.

Esdr. 1. 2.

Hier. 25.

2. Par. 30. Lib. 1. de iud.

Beli idolū Danielis conuulit.

1. Esdr. 6. 2. Par. 36.

3. Esdr. 6. Per sarum reges.

Restauratio Templi Hieroso.

Esdras.

Lex restituta Iudaeis.

1. Esdr. 9.

ne pro contumaci ingenio, resumtis viribus, aliis gentibus imperare soliti, non paterentur sub alieno imperio degere. Ita comprobato, a Rege Praesidium confilio, prohibita vrbis aedificatio, vsque in secundum Darij regis annum dilata est. Sed hoc tractu temporū qui reges Persis imperauerint, inferemus, quo facilius annorum series in ordinem cōtexta prodatur. Post Dariū Medum, quem duodeuiginti annos regnasse significauimus, Cyrus vno & triginta annis rerum potitus est Scythis bellum inferens, in praelio cecidit: secundo anno postquam Tarquinius superbus Romae regnare coeperat. Cyro Cambyes filius eius successit, regnavitque annos nouem. Hic cum Aegyptum atque Aethiopiam bello premieret & subegisset, victorque in Persas reuenteret, casu seipsum vulnerauit, ex eoque ictu perit. Post huius mortem magi duo fratres, natione Medici, menses septem Persarum regnum obtinuerunt. Ad hos interficiendos septem nobilissimi Persae coniurauerunt: quorum princeps fuit Darius Hystaspis filius, natus ex fratre patreuele Cyri, omniumque cōsensu regnum ei delatu: regnavit annos sex & triginta. Hic ante quadriennium quam decederet, apud Marathonem pugnavit, celeberrimo Graecis Romanisque historiis praelio. Id gestum post Romae cōditam anno ferē ducesimo & sexagesimo, Macherino & Augurino cōsulis abhinc annos, si tamen inuestigatio Romanorum Consulū non sefellit, d. ccc. lxxx. & viii. Omne enim tempus in Stiliconem consulē direxi. Post Darium Xerxes fuit, isque vno & viginti annis regnasse traditur: quanquā in plerisque exemplaribus viginti & quinque annos imperij eius fuisse reperi. Hic successit Artaxerxes, cuius supra mentionem fecimus. Hic cum inhiberi aedificationē vrbis Iudaeae, Teplique iussisset, suspensum opus vsque in secundum Darij regis annum pependit. Sed vt vsque ad eum temporum ordo conueniret: Artaxerxes regnavit annos vnum & quadraginta, Xerxes duobus mensibus. Postque eum Suedianus septem mēsis fuit. Darius deinde, sub quo Templum est restitutum, regnum adeptus est, cui Ochus tum nomen erat. Hic cum ex Hebraeis tres adolescentes spectatae fidei, corporis custodes haberet, vnusque ex his prudentia documento admirationem regis in se conuertisset, delata sibi optione petendi si quid animo concepisset, ingemiscens patriae ruinis, copiam restituendae vrbis poposcit. meruitque a rege, vt sub regulis ac praesidiis imperaret, vt aedificationem sacrae adis praebitis impendiis maturarent. Ita Templum quadriennio consummatum, sexto post anno, quam Darius regnare coeperat: idque Iudaeis satis visum & quia magna molis erat vrbem restituere, diffisi viribus, opus multi laboris incipere nō ausi, Templo continebantur. Per idem tempus Esdras Scriba Legis post viginti ferē annos quam templum fuerat consummatum, defuncto iam Dario, qui vnum de viginti annis rerum fuerat potitus, permissu Artaxerxis secundi, non illius qui inter duos Xerxes fuit, sed huius qui Dario Ocho successerat, Babylonia profectus, multique eum secuti, Hierosolymā peruenere. Vasa quoque diuersi operis, & dona, quae rex templo Dei miserat, cum duodecim Leuitis. Vix enim hic numerus ex illa tribu reperit traditur. Is cum deprehendisset Iudaeos gentiliū connubiis permittos, multis increpitos, renuntiate istiusmodi matrimoniis, ac filios ex his susceptos extrudi iubet, omnesque dicto partere. Purgatus populus, veteris legis ritum agebat. Ceterum Esdrā nihil super rescindenda vrbē egisse cōperio: credo potiorē curam ratus, plebem corruptis

moribus reformare. Erat ea tempestate apud Babyloniam Neemias, minister regius, gente Iudaeus, Artaxerxi merito obsequiorum carissimus. Is Iudaeos percontatus, quis paternae vrbis status esset, vbi comperit, in iisdem ruinis iacere patriam, totis sensibus conturbatus, cum gemitu multaque lachrymis orasse ad Deū traditur, delicta gentis suae reputans, misericordiamque diuinam efflagitans. Igitur cum eum rex inter epulas mactum extra solitum animaduertisset, poposcit ab eo, causam dolorum vt exponeret. Tum ille aduersa gentis suae, & ruinae ciuitatis deslere, quae iam per annos ferē ducentos & quinquaginta solo strata, malorum testimonium, spectaculum inimicis praebet: daret sibi eundi, & restituendae eius potestatem. Paruit Rex piis precibus: statimque eum cum praesidio equitum, quo tutius iter ageret, dimisit: datus ad praetores epistolae, vt necessaria praerent. Is cum Hierosolymam peruenisset, vrbem populo opus vrbis distribuit, & certatim iussa omnes curabant: iamque ad medium machinae processerant, cum flagrante inuidia gentium, vicinae vrbes conspirant opera interrumpere, & Iudaeos ab aedificādo deterere. Sed Neemias dispositis aduersum incurstantes praesidiis, nihil trinitus, cepta explicuit: consummatoque, & valis portarum perfectis, per familias construendis interioribus domibus vrbem dimensus est. Censuitque populū minutē vrbis parem. Neque enim amplius quam ad quinquaginta millia promiscui sexus atque ordinis reperta. Tantum ex illo quondam immāni numero frequentibus bellis absumptum, aut captiuitate detentum. Nam olim haec duae tribus, quarum hoc residuum fuit, cum ab his decem tribus separatae sunt, ccc. & xx. millia virorum armauerant. Ad ob peccatum interfectioni & captiuitati datae, ad hanc vsque paucitatem deuenerant. Sed haec, vt dixi, plebs duarum tribuum fuit: decem verō prius ductae, per Parthos, Medos, Indos, atque Aethiops dispersae, nunquam in solum patrium sunt regressae: hodieque barbararum gentium imperiis continentur. Sed consummatio restituta vrbis, xxx. & i. imperij Artaxerxis anno refertur. A quo tempore vsque ad Christi crucem, id est, fūsum Geminium & Rebellium Consules, anni cccxc. & viii. Ceterum, a restitutione Templi vsque in euersionem quae sub Vespasiano consule Augusto, per Titum Caesarem consummata est, anni cccc. lxxx. & i. praedictum id olim est a Daniele, qui ab instauratione templi vsque in euersionem lx. & ix. hebdomadas futuras pronuntiauerat. A die autem captiuitatis Iudaeorum, vsque in tempus restituta ciuitatis, fuerunt anni cclx. Hoc tempus tractu, Hester atque Iudith fuisse arbitramur. Quarum quidem actus, quibus potissimum regibus connectam, non facile perspexerim. Nam cum Hester sub Artaxerxe rege referatur, (porro duos huius nominis Persarum reges fuisse reperi) multa cunctatio est, cuius haec temporibus applicetur. Mihi tamen visum est, huic Artaxerxi, sub quo Hierosolyma est restituta, Hester historiae connectere, quae ante nō fuit verisimilis: nā si sub priore Artaxerxe fuisset, qui ea tempora complexus est, nōnullam tam illustri sceminae mentionem retulisset, maximē cum ab illo Artaxerxe inhibita Templi aedificationem, sicut supra memorauimus, constet: neque Hester passura fuerit tum, si in illius matrimonio tum fuisset. Nunc gesta edisseram. Erat ea tempestate regi in matrimonio Vastis quaedam, mirae scemina pulchritudinis. Cuius cum formam omnibus praedicaret, die quodam cum

2. Esdr. 1. Nehemias vrbem aedificauit.

2. Esdr. 2.

2. Esdr. 3.

2. Esdr. 4. 5. 6.

Dan. 9.

Esther. 1.

279

Esther 2. Esther & Mardocheus.

publicum conuiuium dabat, adesse reginam demonstranda pulchritudinis gratia iubet. Illa verò subito rege consulitur, pudens virotum oculis spectaculum corporis præbere, iussa abnuat. Qua contumelia barbarus animus permotus, uxorem matrimonio ac regia depellit. Igitur cum in locum eius puella regis coniugio quaereretur, reperta est Hester cæteras specie vincere. Hæc Indæa, ex tribu Benjamin, utroque parente orba, à Mardocheo patruale fratre educta. Cum ad regales nuptias duceretur, mandante educatore, genus ac patriam occultauit: admonita, ne paternarum traditionum immemor, & si in matrimonium alienigenæ captiua succederet, gentiliū cibis participaret. Igitur iuncta regi, breui (vt fit) vi pulchritudinis totum eius animum facile cepit: adeo vt eam æquatam imperio, insigni regio, veste purpurea donaret. Qua tempestate Mardocheus inter proximos regis erat, pro virili portione negotiorū familiarium curator. Is compositas à duobus spadonibus regi insidias prodiderat: atque ex eo carior, summiſque honoribus donatus. Erat ea tempestate regi Haman quidam per familiaris: quem æquatam sibi, adorari more regum præceperat.

Esther 3. Id Mardocheus vnus ex omnibus facere fastidians, o-dia Persæ in se grauiter accenderat. Igitur Haman ad perniciem Hebræi animum intendens, regem adiit: affumârque, esse in regno eius hominum genus, præuis superstitionibus Deo, hominibusque iniuriam, externis legibus viuens, dignum exitio. Rectum esse, omnes huius gentis interuicini dare: exque eorum bonis immensas opes pollicetur. Facile id barbaro persuasum. Edictum emittitur, Iudæos necandos. Missique continuo, qui per omne regnum ab India vsque Æthiopiæm edictum promulgarent. Id ubi Mardocheo compertum, consiliis vestibus sacco obuoluitur: conspectusque cinere pergit ad reginam, ibique eiulatu multo, cuncta quæstibus replet: Facinus indignum, im-meritam gentem perire, neque vllam pereundi causam dari. Hester lamentantis voce excita, rem, vt erat, cognoscit. Tum verò anceps consilij, quia ad eundem regem potestas non erat (etenim more Persarum, reginæ introire ad regem, nisi accersitæ, non licet: nec tamen, cum fuerit regi libitum, sed statuto tempore admittitur) & forè tam ita euenerat, vt diebus triginta proximis separata à conspectu regis

Esther 5. Hester haberetur: igitur audendum aliquid pro ciuibus rata, etsi certa pestis adesset; pulchro in negotio occumbere parat: innocato prius Domino, aulam regis ingreditur. At barbarus re insolita percussus, paulatim blandimento muliebri delinitus: postremo ad cænam reginæ perducitur: vnâque cum illo Haman ille regi carus, & Iudææ gentis infestus. Igitur cum iam post epulas multis poculis conuiuium calere cœpisset, Hester genibus regis aduoluit, gentis suæ perniciem deprecatur. Rex verò nihil se potenti, siquid vltra peteret, negaturum pollicetur. Tum Hester arrepto tempore, Hamanis mortem flagitat, in vltionem gentis, quam perditam cupierat. Sed rex amici memor, paulisper cunctatur: deliberandique gratia modicum secessit. Deinde regressus, vidit Haman reginæ genua complexu: succensus ira, & appetitam reginam clamitans, morte eum affici iubet. Et tum regi compertum erat, pœnam crucis per Haman Mardocheo paratam. Ita Haman eidem cruci affigitur, Omniaque bona eius Mardocheo data, Iudæique sunt absoluti. Artaxerxes regnavit annos duos & sexaginta, eidemque Ochus successit. Huic rerum ordini rectè Iudith actus

Haman sua è cruce suspenditur.

Esther 8.

conferam. traditur enim, post captiuitatem fuisse. sed quis eo tempore Persis regnauerit, historia diuina non edidit. regem tamen, sub quo illa gesta sint, Nabuchodonosor nuncupat, non vtrique eum qui Hierosolymam ceperit. Sed nullum hoc nomine post captiuitatem apud Persas regnasse reperio, nisi si ob impatientiam & pariles conatus quicumque ille rex Nabuchodonosor à Iudæis vocitatus est. Plerique tamen Cambylen, Cyri regis filium, putant esse: quod victor Ægyptum atque Æthiopiæm penetrauerit. Sed huic opinioni eadem Sacra historia repugnat. nam duodecimo regis illius anno Iudith fuisse signatur. Porro, Cambylen non vltra nouem annos rerum positus est. Vnde, si in historia opinari licet, sub Ocho rege, qui post Artaxerxem secundus fuit, hæc gesta crediderim: idque vel ex hoc coniciio, quod idem Ochus (vt in secularibus quibusdam scriptis legi) natura immittis, cupidusque bellorum traditur. Nam & arma finitimis intulit, & Ægyptum, quæ ante multos annos descuerat, bello recuperauit. Quo tempore etiam sacra corum, & Apim in Deum receptum, irrisisse traditur: quod postea Baguas, spado eius, natione Ægyptius, indignatus, contumeliam gentis morte regis vltus est. Meminit autem huius Baguæ historia diuina. nam cum Holofernes, iussu regis aduersus Iudæos duxerat exercitum, Baguam in iisdem castris fuisse memorauit. Vnde non immerito in argumentum nostræ opinionis adduxerim, vt rex ille Nabuchodonosor nuncupatus, Ochus fuerit, sub quo Baguam fuisse mundiales historici prodiderunt. Cæterum illud nemini mirum esse oportebit, quod scriptores secularium litterarum, nihil ex his quæ sacris voluminibus scripta sunt, attigerunt: Dei Spiritu præualente, vt intaminata ab ore corrupto, & falsis vera miscente, intra sua tantum mysteria contineretur historia, quæ separata à mundi negotiis, & sacris tantum uocibus proferenda, permisceri cum aliis velut æquali sorte non debuit. Etenim erat indignissimum, vt alia agentibus, aut alia quærentibus, hæc quoque cum reliquis miscerentur. Sed pergam ad cætera, ac per Iudith gesta, vt potero, paucis absoluam. Igitur reuersus, vt supra memorauimus, in solum patrium Iudæis, necdum composito rerum aut vrbis statu, Rex Persarum Medis bellum infert, atque aduersus regem eorum Arphaxat nomine, acie configit, secundo euentu, perempto rege, gentem imperio adiungit. Idem reliquis nationibus facit, præmissis Holoferne, quem principem militiæ delegerat, cum millibus peditum centum & viginti, equitum duodecim. Is Cilicia & Arabia bello vastatis, multas vrbes aut vi capite, aut metu in ditionem compellit. Iamque Damasum admotus exercitus, magno Indæos terrore perculerat. Sed impares ad resistendum, neque ad ditionem acquiescentibus animis, expertis quippe vsque antè captiuitatis mala, ad templum frequentes concurrunt. Ibi communi gemitu, permissoque vlulatu, diuinum auxilium implorat: satis se Domino ob peccata vel crimina dedisse pœnarum: reliquis saltem seruitio nuper exemptis, patceret. Interea Holofernes Moabit in ditionem acceptis, atque aduersum Iudæos in societatem belli assumptis, cum ab eorum principibus inquireret, quibusnam viribus freti Hebræi, ditioni animos non dedissent: Accitor quidam comperta edisserit, Iudæos Dei cultores, pio à patribus ritu institutos, olim in Ægypto pependisse seruitium: inde diuino munere eductos, ac siccatum mare pedibus emensos potestatem,

Niceph. in Chronol.

Iudith. 2.

Iudith. 1. Ochus rex pers.

Iudith. 2.

Iudith. 3.

Achioris de Iudæis testimo-nium.

Iudith. 6.

Iudith. 6.

Alis. Achior.

Iudith. 4.

Iudith. 11. Iudith. 12.

Holofer. 2.

Iudith. 13. 14.

Iudith. 15. 16.

Alexander Magnus.

stremò, omnibus gentibus deuictis, habitatas à maioribus terras recepisse. Exin, variorum statu floruisse: aut concidisse, atque iterum malis emeruisse: secundum merita, iratum aut placatum Deum vicissitudine expertos, dum peccates incurſionibus hostium aut captiuitatibus coercentur, propitio numine semper inuicti. Cæterum, si præſenti tempore absque peccato sint, nullo modo eos posse superari: sin aliter se habeant, facile vincédos. Ad hæc Holofernes ferox multis victoriis, nihil sibi inuictum ratus, ira accensus, cur ex peccato potissimum Iudæorum pendere illius victoria putaretur, propellit. Accitor in castra Hebræorum iubet, vt cum his periret, quos vinci nõ posse affirmauerat. Ac tum Iudæi montes petierunt. Ita quibus id negotij datum, ima montium successere, ibique vincuntur. Quod vbi Iudæi animaduerterunt, exemptum vinculis in collem perducunt. Causas rei quærentibus, gesta exponit, receptisque pacem exitum opperiebatur. Is post victoriam circumcisus, Iudæus factus est. Igitur Holofernes difficultate locorum comperta, quia adiri præcelsa non poterant, montes militibus circumdat, & summa cura Hebræos aquationibus prohibet: eoque maturius obſidionem sentire, itaque victi penuria aquæ, ad Oziam principem concurrunt, proni omnes ad ditionem. Ille verò opperendum paulisper, & diuinum auxilium expectandum, respondens: quintodecimo die ditionis tempus constituit. Quod vbi Iudith compertum, quæ viro vidua, prædiues opibus insigni specie, sed moribus quàm vultu illustrior, tum in castris erat, archis suorum rebus etiam certo sibi exitio audendum aliquid & tentandum rata, caput comit, vultu expolitur, comite ancilla castra hostium ingreditur. Statimque ad Holofernem deducta, perditas res suorum memorat, se transfugio vitæ consuluisse. Deinde à duce postic liberum extra castra nocturno tempore egressum, orandi gratia, mædatur id vigilibus, portarumque custodiis. Sed vbi per triduum egrediendi ac redeundi consuetudinem sibi, barbaris fidem fecit, Holofernem cupido incescit, dediticæ corpore abuti. Etenim forma excellenti, Persam facile permouerat. Ita ad ducis tentorium per Baguam eunuchum deducunt, initioque coniuuij barbarus multo se vino obruit, Tum remotis ministris, priusquam vim mulieri inferret, somno capus est. Iudith tempore arrepto, caput hostis depite dimittit: nem castris egredi crederetur, incolumis ad suos regressa est. Postero die Hebræi, caput Holofernis de superioribus ostentantes, eruptione facta, ad castra hostium pergunt. Tum verò barbari signum pugnae poscentes, tabernaculum ducis frequentes assistunt. Vbi truncum corpus repertum, facta formidine in fugam versi, terga hostibus præbuerunt. Iudæi fugientes persecuti, castrisque multis millibus, castris ac præda potiti: Iudith, summis laudibus celebrata, centum & quinque annos vixisse traditur. Hæc, Ocho rege, vt opinamur, gesta sunt, anno imperij eius duodecimo. A tempore Hierosolymæ restituta, vsque in id bellum, fuerunt anni duo & viginti. Cæterum Ochus viginti & tres annos regnavit. Fuit autem vltra omnes cruentus, & plusquam barbaro animo. Huc Bagua spado ægro-tatè venenis sustulit. Post eum Arxes, filius eius, triennio imperium tenuit. Darius annos quatuor. Aduersum hunc Alexander Macedo acie conflixit. Eo victo, Persis imperium ademptum: quod ab initio Cyri steterat annos ducentos & quinquaginta Alexander vi-

ctor ferè omnium gentium, adisse Hierosolymæ templum dicitur, ac dona intulisse: edixitque, per omne imperium, quod sui iuris effecerat, vt Iudæis ibidem degentibus liberum esset in patriam reuerti. Exacto duodecimo imperij anno, septimo posteaquam Darius deicerat, apud Babyloniam defunctus est. Regnum amici eius, qui simul cum illo maxima illa bella gesserant, partiti sunt. Inde aliquanto tempore sine vltipartitione regali susceptas partes procurauerunt Arrideo, quodam Philippo Alexandri fratre regnante, cui perimbecillo verbo datū imperium videbatur: res autem penes eos erat, qui sibi exercitum & provincias distribuerant. Nec verò hic rerum status diu mansit, omnèque se reges appellari maluerunt. Primus in Syria post Alexandrum Seleucus rex fuit, subiecta eidem Perside ac Babylone. Qua tempestate Iudæi annuū stipendium trecenta argenti talenta regi dabant: nec tamen per ternos magistratus, sed per Sacerdotes suos regabantur, patriæque ritu viuebant. Donec plerique eorum longa rursus pace corrupti, miscere omnia seditionibus, & turbare cœperunt, affectantes summum sacerdotium libidine, auaritia, & dominandi cupidine. Næque primùm sub rege Seleuco, Antiochi magni filio, Oniam sacerdotem, virum sanctum atque integrum, Simon quidam falsis apud regem criminibus insinulatum, exquirere nequiebat. Interiecto deinde tempore, Iason frater Oniæ, Antiochi regem, qui Seleuco fratri successerat, adiit, augmentum stipendij pollicens, si sibi summum sacerdotium traderetur. Et quàm insolitum, neque antè permissum cuiquam erat perpetuo sacerdotio perfungi: sollicitus tamen regis animus, atque æger auaritia, facile superatus est. Ita depulso Onia, Iasoni sacerdotium est mandatum. Is scèdè admodum ciues, patriamque lacerauit. Dein cum per Menelaum quendam, Simonis illius fratrem, promissam regi pecuniam misisset, patefacta semel ambitioni via, iisdem artibus quibus Iason prius, Menelaus quoque sacerdotium obtinuerat. Nec multo post, cum is promissum argenti modum non reddidisset, loco pellitur: Lyſimachus substituitur. Inde inter Iasonem & Menelaum facta fuere certamina, donec Iason profugus patria excessit. His initiis corruptis moribus, eò vsque processum, vt plerique popularium ab Antiocho poscerent, permitti sibi more gentiliam viuere. Quod cum rex perentibus annuisset, certatim pessimus quisque delubra extruere, idolis supplicare, legem profanare cœcepit. Intererea Antiochus rediens ab Alexandria (namque tum bellum regi Ægyptio intulerat, quod iussu, senatus & populi Romani deposuit, Paulo & Crasso consulibus.) Hierosolymam adiit, cum discordantem superstitionibus susceptis populum reperisset, legem Dei destitens: & his faciens, qui impia sequebatur, omnia templi ornamenta detraxit, ac multa cæde vastauit. Id gestum ab excessu Alexandri anno centesimo vno & quinquagesimo, Paulo, vt diximus, Crassoque consulibus, post quinquennium ferè quàm Antiochus regnarè cœperat. Sed vt temporum ordo confertus sit, ac liqueat euidentius, quis hic fuerit Antiochus, regum qui post Alexandrum in Syria fuerunt, & nomina & tempora enumerabimus. De Reges in Syria post Alexandrum.

Hierony. in Dan. 11. vide item Hieronym.

Seleuco Iudæi stipendium per-dunt.

Onias sacerdotium venale

Reges in Syria post Alexandrum.

cognominatus est, annos quindecim. post hunc Seleucus filius, cognomine Callinicus, annos vnum & viginti. Item Seleucus filius Callinici, annos tres. Hoc defuncto, Antiochus frater Callinici, Asiam & Syriam tenuit annos septem & triginta. Hic est Antiochus aduersus quem Scipio Africanus frater bellauit: quo bello victus, & imperij parte multatus est. Hic duos filios habuit, Seleucum & Antiochum, quem obsidem Romanis dederat. Ita Antiocho magno mortuo, Seleucus eius filius natu minor regnum adeptus est: sub quo Oniam Sacerdotem à Simone infimulatum diximus. Tum Antiochus à Romanis dimissus, datuque in locum eius obses Demetrius Seleuci Regis, qui eo tempore regnabat, filius. Seleuco mortuo, anno imperij duodecimo regnum frater Antiochus, qui Romæ obses fuerat, occupauit. Is post quinquennium, quæ regnare coepit, vt supra docuimus, Hierosolymam depopulatus est. Etenim graue Romanis stipendium pensans, ipse immensus sumptibus penè necessariis cogebatur pecunias raptò quaerere, neque vllam prædandi occasionem omittere. Post biennium deinde, pari rursus clade affectis Iudæis, ne fortè frequentibus malis compulsi bellum sumerent, præsidium arci imposuit. Inde sacram legem euertere aggressus, mitrit edictum, vt omnes relictis maiorum suorum traditionibus, gentiliu ritu viuerent. Nec defuere, qui profano imperio volentes parerent. Tum verò fœdum spectaculum, per vniuersam urbem palam in plateis diis litabatur: sacra etiam legis & prophetarum volumina igni cremata. Ea tempestate Mathathias, Ioannis filius Sacerdos erat. hic cum à regis cogere tur edicto parere, egegià constantiâ, profana contempnens, Hebræum publicè profanantem in ore omnium iugulauit. Tum demù reperto duce, facta secessio est. Mathathias opido egressus, multis ad eum cõfluentibus speciem iusti exercitus effecerat: queis omnibus destinatum erat aduersus profanum imperium se armis tueri, & in bello potiùs occumbere, quàm impias cærimonias exercere. Interea Antiochus per Græcas quoque vrbes quæ in illius imperio erant, repertos Iudæos sacrificare cogebat, inauditisque cruciatibus reluctantes afficiebat. Qua tempestate illustris illa passio septem fratrum, matrisque fuit: qui omnes, cum legem Dei & instituta maiorum violare supplicis cogentur, mori maluerunt. Ad extremum pœnas mortisque eorum comitata mater est. Interea Mathathias moritur: & victu exercitui, quem parauerat duces, Iudam filium substituit. Huius ductu, aduersus regios, frequentibus præliis prosperè pugnatum. Nam primum Apolloniũ duces hostium, qui magnis copiis in conflictum descenderat, cum omni exercitu deleuit. Quod cum Seron quidam, qui tum Syriæ præerat, comperisset, multiplicatis legionibus Iudam aggressus, ferox quia numero præstabat, vbi in certamen descensum, fusus ac fugatus, octingentis fermè amissis in Syriam regressus est. Id vbi competum est Antiocho, ira & dolore succensus (quippe angebatur duces suos cum magnis exercitibus denictos) auxilium per omne regnum contrahit, donatum militibus exhaustis penitus thesauris largitur. Etenim tum præcipuè grauius pecuniæ inopia affectus erat. Nam deficientibus Iudæis ab eo, qui ei vltra trecenta argenti talenta annua pensauerant, præterea Græcis urbibus multisque regionibus persecutionis malo turbatis, ne gentilibus quidem pepercit: quos deserere inuenerat superstitiones, & ad vni ritũ deducere tentauerat: illis quidem, quibus

Antiochi
epiphaniis
tyrannis.
1. Mach. 1.

Mathathias
sacerdos
dux.

1. Mac. 2.

2. Mac. 7.

Iudas
Machab.
1. Mach. 3.

nihil sancti erat, facile relinquentibus: sed tamen omnibus metu ac clade affectis, veltigalia cessauerant. Quibus rebus ætuans, etenim ipse olim omnibus regibus opulentiior, suomet scelere inopiam perferentem copias cum Lyfia partitur, eique Syriam, & bellum aduersus Iudæos committit: ipse in Persas ad cogenda veltigalia profectus. Igitur Lyfias duces belli delegit, Ptolemæum, Gorgiam, Dorionem, & Nicanorem: his xl. millia peditum, septem equitum data. Ac primo impetu magnum Iudæis terrorem intulerunt. Tum Iudas cunctis desperantibus suos adhortatus, forti animo descenderent in prælium: Deo fretis, nihil inuitum fore: sæpe antea à paucioribus aduersum plures bene pugnatum. Ieiunio indicto, celebratoque sacrificio, in aciem descensum, fusa hostium copiæ: Iudas castris potit, multumque ibi auri & Tyriarum opum reperit. Namque ex Syria negotiatores nihil de victoria dubitantes, regium exercitum secuti, spe captiuos mercandi, prædæque fuere. Hæc vbi Lyfias ex nuntiis comperta, maiore cura copias parat: annoque post, immani exercitu Iudæos aggreditur. victus denud Antiochiam se recepit. Iudas pulsus hostibus Hierosolymam regressus, purgare Templum & restituere, animũ intèdit: quod euertum ab Antiocho, profanatumque à gentibus, fœdam sui speciem præbebat. Sed Syris arcem tenentibus, quæ continua Templo, & loci natura superior atque inexpugnabilis erat, adiri subiecta non poterant, crebris eruptionibus prohibentibus. Aduersum hos Iudas validissimam suorum aciem obiecit. Ita opus sacræ Aedis curatum, Templumque muro circumdatum, cõstitutique qui perpetuum præsidium armati agitarent. At Lyfias multiplicato exercitu in Iudæam regressus, rursus vincitur, magna clade exercit⁹ & auxiliorum, quæ ei à ciuitatibus missa in bellum conspauerant. Interea Antiochus, quem in Persidem profectum supra memorauimus, oppidum Elimum, regionis illius opulentiissimum, Fanumque ibi situm multo auro refertum, diripere conatus, confluenta vndique ad defensionem loci multitudine, fugatus: insuper nuntium accepit, res vel à Lyfia, vel à Lysimacho prosperè gestas. Ita ex merore animi, corporis morbo incubuit. Sed cum internis doloribus angeretur, remissis malorum, quibus populum Dei vexauerat, merito sibi illa accidisse cõstebatur. Deinde post paucos dies moritur, & cum regnasset annos vndecim, Antiocho filio regnum reliquit, cui eupator nomen fuit. Ea tempestate Iudas, Syros in arce positos obsidebat. Qui cum fame atque inopia afficerentur, missis ad regem nuntiis, præsidium implorant. Ita Eupator cum centum millibus, & equitum viginti millibus, suis subsidio venit: præeuntibus aciem cum ingenti terrore elephantis. Tum Iudas laxata obsidione, regi obuiam tendit, primoque prælio Syros fundit. Rex petit pacem: qua, infido ingenio malè vsus, perfidiam consecuta vltio. Nam Demetrius Seleuci filius, quem Romanis obsidem datum supra memorauimus, vt audiuit Antiochum decessisse petiuit, vt se in regnum remitteret. Quod cum ei negatum fuisset, clam Roma profugit, in Syriam venit, regnumque occupauit, Antiocho filio, qui annum vnum & menses sex regnauerat, interfecto. Hoc regnante, primum Iudæi à populo Romano amicitiam fœdusque petiere: benignèque excepta legatio: decreto Senatus, socij atque amici appellati. Interim Demetrius aduersus Iudam per duces suos bellum gerebat. Ac primum per Bacchidem quendam & Alcimũ Iudæum ductus exercit⁹: post Nicanor bello præ-

1. Mac. 4.

1. Mac. 5.

1. Mac. 6.

1. Mac. 8.

1. Mac. 7.

lo præpositus, in prælio occubuit. Tum Bacchides & Alcimus resumptis viribus, auctisque copiis, aduersum Iudam confligunt. in ea pugna victores Syri, cruentè admodum victoria sunt vsi, Hebræi in locũ Iudæ Ionathan, fratrem eius, deligunt. Interea Alcimus cõm fœdè Hierosolymam vastasset, moritur. Bacchides socius desitutus, ad regem redit. Dein post biennium rursus bacchides bellum Iudæis intulit, victus pacè petit. Quæ propofitis conditionibus data, si perfugas captiuosque & omnia bello rapta redderet. Dum hæc intra Iudæam geruntur, adolescens quidam Rhodi educatus, nomine Alexander, Antiochi se esse filium dictitans (quod falsum erat) adiutus opibus ptolemei regis Alexandri, in Syriam cum exercitu venit: Demetrium bello superatum occidit, cum regnasset annos x i. Hic Alexander, priuquam aduersus Demetrium confligeret, fœdus cum Ionatha fecerat, eumque veste purpurea & insignib⁹ regis donauerat. ob quod eũ Ionatha auxiliis iuuerat: victoque Demetrio, primum omnium congratulatum occurrerat. Neque postea Alexander datam fidem violauit. Ita quinquennio, quo rerum potitus est, rex Iudæorum tranquillatus fuerunt. Igitur Demetrii filius, qui post mortem patris Cretam confugerat, hortâte Lathene Cretensium duce, regnum patrium bello repetes, impar viribus, Ptolemæum Philometorem regem Aegypti, Alexandri socerum, iam tum genero infestum, vt sibi sit auxilio, implorat. Ille verò non tam supplicis precibus, quàm spe Syriæ occupandæ illectus, copias cum eo iungit: ac filiam Alexandro nuptam, dat Demetrio. Aduersus hos Alexander acie cõfligit. eo prælio vincitur Ptolemæus, cadit Alexander. Vincitur Ptolemæus, & paulo post interficitur, cum regnasset annos V, vel, vt in plerisque auctoribus reperit, nouem. Demetrius regnum indeperit, Ionathã benignè habuit, fœdus cum eo fecit, Iudæos legibus suis reddidit. Interea Tryphon, qui partium Alexandri fuerat, præfectus Syriæ regno, eum bello prohibitus, contra Ionatham in prælium descendit, terribilis x l. millium exercitu. Tryphon vbi se imparem cernit, pacem simulat: receptumque in amicitiam, inuitatumque Ptolemæidam, interfecit. Post Ionathan, summa rerum ad Simonem fratrem deferretur. Is funus fratris magnificè curauit: septemque illas pyramidas nobilissimi operis extruxit, in quibus & iratum & patris ossa condidit. Tum Demetrius, refecto cum Iudæis fœdere, contemplatione cladis à Tryphone illata (nam post Ionathæ necem vrbes eorũ atque agros bello vastauerat) annua eius veltigalia in perpetuum remittit. Etenim vsque ad id tempus, regibus Syriæ, nisi cum armis resisterent, stipendium pensauerant. Id gestum Demetrii regis anno secundo. quod idè signauimus, quia vsque in hunc annum per tempora Astianorum r: gnum cucurrimus, vt ratio temporũ digesta lucretur: Nunc autem per tempora eorum qui Iudæis vel pontifices vel reges fuerunt, vsque ad Christi natiuitatem rerum ordinem digeremus. Igitur post Ionathan, Simon frater eius, vt supra dictum est, Hebræis præfuit iure pontificis. id enim ei tum à suis, tum & à populo Romano honoris delatum. Hic cum secundo Demetrii regis anno ciuib⁹ præesse cœpisset: post annos fac. octo annos infidiis Ptolemæi circumuētus occubuit. Nicoph. in Hic Ioannes filius successit, qui cum aduersum Hyrcanos, gentem validissimam, egregiè pugnasset, Hyrcanum cognomen accepit. Mortuus est, annos v i. & xx. reum potitus. Post hunc Aristobulus pontifex substitutus, primus omnium post captiuitatem regium nomen

Ionathas
Sacerdos
dux
1. Mac. 9.

1. Mac. 10.

Alexander
Rex.

Demetrius
Rex.

1. Mac. 11.
Seg.
cap.
Simon
Sacerdos
dux.

Ioan. Hyrcanus
fac.
Chronol.
idem lib.
1. c. 6. h.
Eccle.

assumpsit, capitiq; diadema imposuit. Exacto anno, Aristobulum functus est. Alexander deinde, filius eius, rex pariter & pontifex fuit: regnauit annos v i i & viginti. in Pontificiis actibus nihil, præter crudelitatem, memoria dignum reperi, hic, cum Aristobulum & Hyrcanũ paruos filios reliquisset, Solina sive Alexandra vxor eius Pontificum regnum per nouem annos tenuit. Post huius obitum, fœda inter fratres de regno certamina. Ac primum Hyrcanus imperium obtinebat: mox ab Aristobulo fratris pulsus, cõfugit ad Pompeiam: qui tum Mithridate bello confucto, pacatâque Armenia & Pontico, victor omnium gentium, quas adierat, vltorũ peragere, & vicina quæque Romano imperio adiungere cupiens, causas belli & materiam vincendi quaerebat. Igitur Hyrcanum libens excepit, ductuque eius Iudæos aggreditur: vrbe capta, atque arce, templo pepercit: Aristobulum victum Romam mittit, Hyrcano ius pontificatus restituit: impositoque Iudæis stipendio, procuratorem eis Antipatrum quendam Ascalonitam præposuit. Hyrcanus quatuor & triginta annos rerum potitus, dum aduersum Parthos bella gerit, capitur. Tum Herodes alienigena, Antipatri Ascalonitæ filius, regnum Iudææ à Senatu & populo Romano petiit, ac procuratorem cepitque. Hunc primum Iudæi externum regem ceperunt habere. Etenim iam aduentare Christo, necesse erat, secundum vaticinia Prophetarum, suis eos ducibus priuari, ne quid vltra Christum expectarent.

10. 1. cap. 9. Hist. Eccl. Euseb. lib. 1. c. 13. Natus. Idem lib. 1. c. 5. et 10.

Sub hoc Herode, anno imperij eius tertio & xxx. Christus natus est, Sabino & Rufino consulibus, viii. Kalend. Ianuarias. Verum hæc, quæ Euangelij ac deinceps Apostolorum actibus continentur, attingere nõ ausus, ne quid forma præcis operis, rerum dignitatis diminueret, reliqua exsequar. Herodes post Natiuitatẽ Domini regnauit annos l i i i. Nam omne imperij eius tempus, v i i. & xxx. anni fuerunt. Post quem Archelaus tetrarcha annis i x. Herodes annis x x & i i i i.

Hoc regnante, anno regni octauo & decimo, d. o. m. i. n. v. s. crucifix⁹ est, Fusio Gemino & Rebello Gemino cõsulibus. A quo tempore vsque in Stiliconem cõsulem, sunt anni c c. l. xxxii. Apostolorum actus Lucas edidit, vsque in tempus quo Paulus Romam deductus est, Nerone imperante: qui non dicam regũ, sed omnium hominum, & vel immanium bestiarum sordidissimus, dignus existit, qui persecutionem in Christianos primus inciperet: nescio an & postremus expleret. siquidem opinione multorum receptum sit, ipsum Antichristum venturum. huius vitia, vt plenius exponerem, res adnonebat, nisi non esset huius operis tam vasta ingredit: id tantum annotasse contentus sum, hunc per omnia fœdissima & crudelissima cõproceffisse, vt matrem interficeret: post etiam Pythagoræ cuiusdam in modum solennium coniugiorum nuberet, inditumque Imperatori flammæ, dos & genialis torus, & faces nuptiales: cuncta denique quæ vel in feminis non sine verecundiã conspiciuntur, spectata, Reliqua verò eius, incertum pigeat an pudeat magis describere. Hic primus Christianum nomẽ tollere aggressus est: quippe semper inimica virtutibus vitia sunt, & optimi quique ab improbis quasi exprobrantes aspiciuntur. Namque eo tempore diuina apud vrbem religio inualuerat, Petro sibi episcopatum gerente: & Paulo posteaquam ab iniusto præfultis iudicio Casarẽ appellauerat, Romam deducto ad quem tum audientum plures conueniebant: qui veritate intellecta, virtutibusque Apostolorum, quas tum crebrò ediderant, Armen.

Christus crucifix⁹. Euseb. lib. 1. c. 13. Natus. Idem lib. 1. c. 5. et 10.

Christus crucifix⁹. Euseb. lib. 1. c. 13. Natus. Idem lib. 1. c. 5. et 10.

Christus crucifix⁹. Euseb. lib. 1. c. 13. Natus. Idem lib. 1. c. 5. et 10.

Christus crucifix⁹. Euseb. lib. 1. c. 13. Natus. Idem lib. 1. c. 5. et 10.

Christus crucifix⁹. Euseb. lib. 1. c. 13. Natus. Idem lib. 1. c. 5. et 10.

Simō Ma- permoti, ad cultum Dei sese conferebant. Etenim tum
gus, Romæ illustis illa aduersus Simonem, Petri ac Pauli cōgrega-
Aug. in tio fuit. Qui cum magicis artibus, vt se Deum proba-
ser. de sã- ret, duobus suffultus dæmoniis euolasset, orationibus
stis. Apostolorum fugatis dæmonibus, delapsus in terram,
 populo inspectante disruptus est. Interea abundante
 iam Christianorum multitudine, accidit vt Roma in-
 cendio conflagraret, Nerone apud Antium constitu-
 to. Sed opinio omnium, inuidiam incendij in Principē
 retorquebat, credebatūque Imperator gloriam in-
 nouandæ vrbs quæfisse. Neque vlla re Nero effice-
 bat, quin ab eò insulum incēdium putaretur. Igitur veti-
 tit inuidiam in Christianos, actæque in innoxios cru-
 delissimæ quæstiones: quin & nouæ mortes excogita-
 tæ, vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interiret.
 Multi crucibus affixi, aut flamma vlti. Plerique in id
 reseruari, vt cum defecisset dies, in vsū nocturni lu-
 minis vrerentur. Hoc initio in Christianos scūiri cœ-
 ptum. Post etiam datis legibus religio vetabatur: pa-
 lamque edictis propositis, Christianum esse non lice-
 bat. Tum Paulus ac Petrus capitis damnati: quorum
 vni, cervix gladio defecta: Petrus in crucem sublatus
 est. Dum hæc Romæ geruntur, Iudæi, præfidi sui Felsi
 Flori iniurias non ferentes, rebellare cœperunt. Aduer-
 sus eos Vespasianus proconsulari imperio à Nerone
 missus, multis granibusque præliis deuictos, cōgēit in-
 tra muros Hierosolymæ confugere. Interim Nero iam
 etiam sibi pro conscientia scelere inuisus, humanis
 rebus eximitur: incertum an ipse sibi mortem conscii-
 erit. Certè corpus illius interemptum. Vnde creditur,
 etiã si se gladio ipse trãsfixerit, curato vulnere eius ser-
 uatè secūdū illud quod de eo scriptū est: Vt plaga mor-
 tis eius curata est, sub sæculi fine mittendus: vt myste-
 rium iniquitatis exerceat. Igitur post excessum Nero-
 nis, Galba imperium rapuit: mox Otho, Galba interfe-
 cto, occupauit. Tunc Vitellius in Gallis, frerus exerci-
 tibus quibus præerat, vrbe ingressus, Othone inter-
 fecto, summam rerum vsurpauit: quæ posteaquam ad
 Vespasianum delata, licet malo exemplo, bono tamen
 affectu Reip. ab improbis vindicandæ, cum Hieroso-
 lymam obsideret, sumit imperium: & vt mos est, dia-
 demate capiti imposito, ab exercitu Imperator consul-
 tatus, Titum filium Cæsarem facit. eidem pars co-
 piarum, & obsidēdæ Hierosolymæ negotium datum.
 Vespasianus Romam profectus, summo favore sena-
 tus & populi receptus, cum se Vitellius interfecisset,
 imperium confirmauit. Interea Iudæi obsidione clau-
 bello, Iud. si, quia nulla neque pacis neque deditiois copia daba-
 tur, ad extremum fame interibant, passimque via op-
 pleri cadaueribus cœpere, victo iam officio humani:
 quin omnia nefanda insuper ausi, ne humanis quidem
 corporibus pepercerunt, nisi quæ eiusmodi alimentis
 rabes præripuerat. Igitur defests defensoribus irrupe-
 re Romani. Ac tum fortè in diem Paschæ omnis ex a-
 gris aliisque Iudææ oppidis multitudo cōuenat: ni-
 mirum ita Deo placitum, vt eo tempore, quo Domi-
 num cruci affixerat, gens impia internecioni daretur.
 Pharisei aliquantisper pro templo acerrimè resistērūt:
 donec obstinatis ad mortem animis, vltro se sabiectis
 ignibus intulerunt. Numerus peremptorum ad vnde-
 cies centena millia refertur: capta verò C. millia, ac ve-
 nundata. Fertur Titus adhibito consilio prius delibera-
 tasse, an templum tanti operis euerteret. Etenim non-
 nullis videbatur, eadem sacratam, vltra omnia morta-
 lia illustrem, non debere deleri: quæ seruatæ modestiæ
 Romanae testimonium, diruta perennem crudelitatis

Corn. Tac-
itus lib. 15.

Anno
Christi.
68.

Diony. 1.
Corinth.
Epistol.
2. cap. 35.
36.
Hist. eccl.
Niceph. 2.
cap. 35.

Vespasia-
nus Imp.

Joseph. li.
7. cap. 7.
8. de
bello. Iud.

Hieroso-
lyma va-
stata.

notam præberet. At contrā alij, & Titus ipse, euerten-
 dum templum in primis censebant, quo plenius Iu-
 dæorum & Christianorum religio tolleretur. Quippe
 has religiones, licet contrarias sibi, iisdem tamen au-
 ctorib⁹ profectas, & Christianos ex Iudæis exitisse: rã-
 dice sublata, stirpem facillè perituram. Ita Dei nutu, ac-
 census omnium animis, templum dirutum, abhinc an-
 nos trecentos triginta & vnum. Atque hæc vltima tē-
 pli euersio, & postrema Iudæorum captiuitas, qua ex-
 totres patria, per orbem terrarum dispersi cernuntur:
 quotidie mundo, testimonio sunt, non ob aliud eos,
 quàm ob illatas Christo impias manus, fuisse penitos.
 nam sæpe aliàs cum propter peccata captiuitatib⁹ tra-
 derentur, nūquam tamen vltra septuaginta annos ser-
 uitutis pœnam pependērunt. Interiecto deinde tem-
 pore, Domitianus Vespasiani filius, persecut⁹ est Chri-
 stianos. Quo tempore Ioannem Apostolum atque E-
 uangelistam, in Pathmum insulam relegauit: vbi ille
 arcanis sibi mysterijs reuelatis, librū sacræ Apocalyp-
 sis (qui quidem à perlisque aut stultè aut impie non re-
 cipitur) conscriptum edidit. Non multo deinde inter-
 uallo, tertia persecutio per Traianū fuit. qui cum tor-
 mentis & quæstionibus nihil in Christianis morte aut
 pœna dignum reperisset, scūiri in eos vltiā venit. Sub
 Hadriano deinde Iudæi rebellare voluerunt, Syriam
 ac Palæstinam diripere conati: missoque exercitu sub-
 acti sunt. Qua tempestate Hadrianus existimans se
 Christianam fidem loci iniuria perempturam, & in
 templo ac loco Dominicæ passionis dæmonum simu-
 lacra constituit: & quia Christiani ex Iudæis potissimū
 putabantur (namque tum Hierosolymæ non nisi ex
 Circumcisione habebat Ecclesia Sacerdotem) militum
 cohortem custodias in perpetuum agitare iussit, qua-
 Iudæos omnes Hierosolymæ aditu arceret. Quod qui-
 dem Christianæ fidei proficebat: quia tum penè om-
 nes Christum Deum sub legis obseruatione credebat.
 Nimirum id Domino ordinante dispositum, vt legis
 seruitus à liberate fidei atque Ecclesiæ tolleretur. Ita
 tum primū Marcus ex gentibus, apud Hierosolymā
 Episcopus fuit. Quarta sub Hadriano persecutio nu-
 meratur, quam tamen postea exerceri prohibuit: iniu-
 lum esse pronuntians, vt quicumque sine crimine reus
 constitueretur. Post Hadrianum Antonino Pio impe-
 rante, pax ecclesiis fuit. Sub Aurelio deinde Antonini
 filio, persecutio quinta agitata. Ac tum primū intra
 Gallias martyria visa, seriū trans Alpes Dei religione
 suscepta. Sexta deinde, Severo imperante, Christiano-
 rum vexatio fuit. Quo tempore Leonidas, Origenis
 pater, sacrum in martyrio sanguinem fudit. Interiectis
 deinde annis v i i i. & x x x. pax Christianis fuit: nisi
 quodd medio tempore, Maximinus nonnullarum Ec-
 clesiarum clericos vexauit. Mox Decio imperate, iam
 tum septima persecutio inuenit in Christia-
 nos. Inde Valerianus octauus sanctorum hostis fuit.
 Post eum, interiectis annis ferè quinquaginta, Diocle-
 tiano & Maximiano imperantibus, acerbissima perse-
 cutio exorta, quæ per x. continuos annos plebem Dei
 depopulata est. qua tempestate omnis ferè sacro mar-
 tyrum cruore orbis infectus est: quippe certatim glo-
 riosa in certamina ruebatur, multoque audius tum
 Martyria gloriosis mortibus quærebantur, quàm nūc
 episcopatus prauis ambitionibus appetuntur. Nullis
 vnquam magis bellis mundus exhaustus est: neque
 maiore vnquam triumpho vicimus, quàm cum decem
 annorum stragibus vinci non potuimus. Exstant etiam
 mandata litteris præclaræ eius temporis Martyrum
 passiones:

Templi e-
uersio an-
christi. 71

Pruden. in
Apostheosy

persec.
Christia.
11. ann.

Euseb. lib.
3. Eccl.
Hist. cap.
15. 17. et
18. lib. c.

25. 32.
Niceph.
lib. 3. cap.
16. et. 17.

Hist. Eccl.
2. cap. 35.
36.
persecutio
Christi.
11. anno
103.

Euseb. lib.
4. cap. 6.
Eccl. Hist.
Oros. lib.
7. ca. 13.

Niceph.
lib. 3. cap.
24.
Euseb. lib.
2.

persecutio
Christi. x
111. anno
20. c.
Euseb. lib.
8. c. 2. 3. 4.
5. 6. 7. 8.
9.

persecutio
Christi. x
111. anno
20. c.
Euseb. lib.
8. c. 2. 3. 4.
5. 6. 7. 8.
9.

persecutio
Christi. x
111. anno
20. c.
Euseb. lib.
8. c. 2. 3. 4.
5. 6. 7. 8.
9.

persecutio
Christi. x
111. anno
20. c.
Euseb. lib.
8. c. 2. 3. 4.
5. 6. 7. 8.
9.

persecutio
Christi. x
111. anno
20. c.
Euseb. lib.
8. c. 2. 3. 4.
5. 6. 7. 8.
9.

persecutio
Christi. x
111. anno
20. c.
Euseb. lib.
8. c. 2. 3. 4.
5. 6. 7. 8.
9.

persecutio
Christi. x
111. anno
20. c.
Euseb. lib.
8. c. 2. 3. 4.
5. 6. 7. 8.
9.

passiones: quas connectendas non putauit, ne modum
 operis excederem. Sed finis Persecutionis illi⁹ fuit, ab-
 hinc annos ix. & lxxx. à quo tempore Christiani Im-
 peratores esse cœperunt. Nāque tum Cōstantinus reū
 potiebatur, qui primus omnium Romanorū principū
 Christianus fuit. Sanè tum Licinius, quia aduersum
 Cōlātūm de imperio certauit, milites suos litare præ-
 ceperat: abnuctes, à militia reiciebat. Sed id inter per-
 secutiones non computatur: aded res leuioꝝ negotij
 fuit, quàm vt ad Ecclesiarum vulnera perueniret. Ex-
 inde tranquillis rebus pace perfrimur: neque vltorius
 persecutionem fore credimus, nisi eam quam sub fine
 iam sæculi Antichristus exercebit. Etenim sacris voci-
 bus, x. plagis mundum afflicendum, pronuntiatum est:
 ita cum iam ix. fuerint, quæ superest, vltima erit. Hoc
 temporum tractū mirum est quantum inualuerit reli-
 gio Christiana. Tum siquidem Hierosolyma horrens
 ruinis, frequentissimis ac magnificentissimis Ecclesiis
 est adornata. Nam Helena, mater principis Constanti-
 ni, quæ Augusta cum filio conregnabat, cum Hiero-
 solymam agnosceret concupisceret, reperta ibi Idola
 ac Templo protruit: mox vltæ regni viribus, Basilicam
 in loco Dominicæ passionis & resurrectionis & ascē-
 sionis constituit. Illud mirum, quod locus ille in quo
 postremum insisterat diuina vestigia cūm in cœlum
 Dominus nube sublatus est, continuari pavimento cū
 reliqua stratorum parte non potuit. Si quidem quæcū-
 que applicabantur, insolens humana suscipere terra
 respuerit, excussis in ora apponentium sæpe marmo-
 ribus, quinetiam calcati Deo pulueris aded perenne
 documentum est, vt vestigia impressa cernantur. Et cū
 quotidie confluentium fides certatim Domino calcata
 diripiatur, damnatum tamen arena non sentiat: & eadem
 adhuc sui speciei, velut impressis signata vestigijs, terra
 crucis Dominicæ. Cuiusdem reginæ beneficio crux Domini tum
 reperta: quæ neque in principio oblitentibus Iudæis
 potuerat consecrari, & postea diruta ciuitatis oppressa
 rudetibus, non nisi tam fideliter requirēti meruit ostē-
 di. Igitur Helena primū de loco passionis certior fa-
 cta, ad mora militari manu, atque omnium provincialium
 multititudine in studia reginæ certantium, effodi ter-
 ram, & contigua quæque ac vastissima ruinarum pur-
 gari iubet: mox pretium fidei & laboris tres pariter
 cruces, sic vt olim Domino ac latronibus duobus fixæ
 fuerant, reperiuntur. Hiè verò maior dignoscendi pa-
 tibus, in quo Dominus pependerat, difficultas omnium
 animos mentesque turbauerat, ne errore mortalium,
 forsitan pro cruce Domini, latronis patibulum conse-
 crarent. Capiunt deinde consilium, vt aliquem recens
 mortuum crucibus admouerent. Nec mora, quasi Dei
 nutu funeris extincti solennib⁹ exequijs deferēbatur,
 concussaque omnium feretro corpus eripitur. Duabus
 prius frustra crucibus admotis, vbi Christi patibulo at-
 tactum est, dicta mirabile, trepidantibus cunctis, funus
 excussum, & inter spectatores suos alitit: Crux repe-
 ta, dignoque ambitu consecrata.
 His per Helenam gestis, principe Christiano liber-
 ratem atque exemplum fidei mundus acceperat: sed
 longè atrocius periculum cunctis Ecclesiis illa pace
 generatū namq; tum hæresis Arrii prorupit, totūq;
 orbem inuēcto errore turbauerat. Etenim duobus Ar-
 rianis, acerrimis perfidiæ huius auctoribus, Imperator
 etiam deprauatur: dūmque sibi religionis officium vi-
 detur implere, vim persecutionis exercuit: actique in
 exilium episcopi, scūitum in Clericos, animaduersam
 in laicos, qui se ab Arrianorū cōmunione seceuerunt.

Constan-
nus Imp.
primus
Christia-
nus anno
307.

Pres. ec. x.
futura.

Anno
Christi
315.

Ambros.
in orat. de
in orat. de

Paulinus
ad Severū
nostrum.
cap. 11.
8.
Hist. Eccl.
Niceph.
Simeon
Metaph.
in vita
Helena.
castrado-
rus lib. 2.

Arriano-
rum hæ-
resis.
Arri. 2.

Quæ autem Arriani prædicabant, erant huiusmodi:
 Patrem domini, instituti orbis causā genuisse riliū:
 eo pro potestate sui ex nihilo, in substantiam nouam
 atque alteram, factū Dominū nouum alterū quæ, fuisse
 autem, tempus quo filius non fuisse. Igitur huius ma-
 li causā Synodus apud Nicæam ex toto orbe contra-
 hitur, ccc. siquidem & duo de viginti episcopos cōgre-
 gatis, fides plena conscribitur: hæresis Arriana dāna-
 tur, Imperator decretū Episcopale cōplectitur. Arria-
 ni nihil cōtra sanā fidem ructare ausi, se quoque tan-
 quam acquiescentes, nec aliud sentientes, ecclesiis mi-
 seruerunt: manebat tamē in peccatoribus eorum insitum
 in catholicos viros odium: & aduersus quos de fide di-
 scepre non poterant, eos subornatis accusatoribus,
 scūitque crimimbus appetebant. Itaque primū A-
 thanasium Alexandria episcopum, iuriscōsultum, qui
 apud Nicæam synodū diaconus aduerat, aggregatū
 tur, absentemque condēnant. Etenim ad crimina, quæ
 falsi testes congeflerant aggregabant, quod Mar-
 cellum atque Photinum, hæreticos sacerdotes, Synodi
 iudicio condemnatos, prauo studio receperat. Sed de
 Photino dubium non erat, meritū fuisse damnatum: in
 Marcello nihil tum damnatione dignum reperimentum vi-
 debatur: maximèque ei studium partium innocen-
 tium acceperat, quod eisdem illos iudices, à quibus
 fuerat condemnatus, hæreticos esse nemo dubitabat.
 Ceterū Arriani non hos potius quàm Athanasium,
 remouere cupiebant. Itaque Imperatorem vsque cō-
 pellunt, vt Athanasium exsulatum ad Gallias mittere-
 tur. Mox in Aegypto octoginta Episcopi congregati,
 Athanasium iniuste condemnatum esse pronuntiant.
 Res ad Constantinum refertur. Iubet ex toto orbe a-
 pud Sardicam Episcopos congregari: atque omne iu-
 diciū quo Athanasius damnatus fuerat, retractari.
 Inter hæc Constantinus moritur: Synodus congregata
 iam Constantino Imperatore, Athanasium absoluit:
 Marcellus quoque Episcopatu redditur. Nā de Photi-
 no Episcopo Sirmicensi non est rescilla sententia, quia
 etiam nostrorū iudicio hæreticus probabatur. Er tamē
 hoc ipsum Marcellum grauabat, quia Photinus audi-
 tor eius fuisse in adolescentia videbatur. Verum tamen
 ad Athanasij absolutionem etiam illud accesserat,
 quod Vrsatius & Valens, principes Arrianorum, cum
 post Synodum Sardicensem viderentur à communio-
 ne secreti, corā positi, à Iulio Romano vobis Episco-
 po veniam poposcerūt, quinnoxium condēnassent: me-
 ritōque eum sententia concilij Sardicensis absolutum
 professi sunt. Interiecto deinde tempore Athanasius,
 cum Marcellum parum sanæ fidei esse penitus compe-
 risset, à Communione suspendit. habuitque ille hanc
 verecundiam, vt tanti viri iudicio notatus, spōte con-
 cederet. Ceterū antea innocens, postea deprauatus,
 videri poterat iam tum nocens fuisse, cum de eo fuerat
 iudicatum. Nacti ergo Arriani istiusmodi occasionem,
 conspirant penitus, Sardicēsis Synodi decreta subuer-
 tere. Etenim eis color quidam suppetere videbatur,
 quod tam iniuste fuisset pro Athanasio iudicatum, quā
 Marcellus fuerat absolutus, qui nunc etiam Athanasij
 iudicio hæreticus esse probaretur. Namque Marcellus
 Sabellianæ hæresis auctor extiterat: Photinus verò
 nouam hæresim iam antè protulerat, à Sabellio quidē
 in vniōne dissentiens, sed initiū Christi ex Maria pra-
 dicabat. Igitur Arriani astuto consilio miscēt inno-
 xium criminosis, damnationēque Photini & Mar-
 celli & Athanasij eadem sententia comprehendunt: il-
 lud nimirum apud Imperatorum animos præstuen-

Epiph. con-
tra Ar-
rianos
Synodus
Nicæna
an. 325.

Ath.
thanasium
Episcopum
ius tu-
ris- consil-
ius.

Synodus
Arminche
na anno
341. c.
anno 345.

Socr. lib. 3
c. 8. Hist.
Théod. lib.
1. c. 30.
Hist. eccl.
anno 348.

Socr. lib. 5
cap. 8.
Epiph. lib.
3. cap. 8.
Epiph. lib.
3. tom. 1.

Phot.
Triph. Hist.
lib. 4. c.

Photini
error.
Epiph. lib.
3. tom.
1. con. 1.
Marcel.

Conspiratio Arriani in Athanasium.

Constantij Arriani aduersus simi.

Principes Arriani-um. 567. li. 5. hist. Trip. ca. 14.

Anno Christi 353.

Valentis Arriani Episcopi techna.

Conc. Arelatense.

An. 354.

Sozom. lib. 5. cap. 15.

tes, vt non putaretur de Athanasio perpetam iudicaf-
 se, qui de Marcello atque Photino vera sensissent. Ve-
 tumtamen ea tempestate Arriani perfidiam suam oc-
 cultabant, non ausi palam erroris sui dogmata prædi-
 care, Catholicos se gerebant, nihil sibi prius agendum
 rati, quam vt Athanasium Ecclesia submouerent, qui
 semper eis velut murus obstitit: quo remoto, reli-
 quos in libidinem suam cessuros sperabant. Sed pars
 Episcoporum quæ Arrium sequebatur, damnationem
 Athanasij cupit accepit: pars coacti metu & factio-
 ne, in studia partium concesserant: pauci, quibus fides
 chara, & veritas potior erat, iniustum iudicium non re-
 ceperunt. inter quos Paulinus Episcopus Treuerorū,
 oblata sibi Epistola ita subscripsisse traditur: se in Pho-
 tini atque Marcelli damnationem præbere cōsensum,
 de Athanasio non probare, Tum verò Arriani, vbi do-
 litarum processerant, vi agere decernunt. Nam quod-
 libet audere atque agere facile erat, regisamicitia sub-
 nix, quæ sibi prauis adulationibus deuinxerat. Quin-
 etiam ex consensione multorum inexpugnabiles erāt.
 nam omnes ferè duarum Pannoniarum Episcopi, mul-
 tique Orientalium, ac tota Asia in perfidia eorum cō-
 iurauerant. Sed Principes mali istius habebantur, à
 Singiduno Vrsatius, Valens à Mursia, ab Heraclia
 Theodorus, Stephanus Antiochenus, Acacius à Cæsa-
 rea, Menophanes ab Epheso, Georgius à Laodicea,
 Narcissus à Neapoli. Hi ita Palatiū occupauerāt, v
 nihil sine eorum nutu ageret Imperator obnoxius qui-
 dem omnibus, sed præcipuè Valenti deditus. Nam eo
 tempore quo apud Morsam contra Magnentium ar-
 mis certatum, Constantius descendere in conspectum
 pugnat nō ausus, in basilica martyrum extra oppidum
 sita, Valente tum eius loci Episcopo in solatium as-
 sumpto, diuersatus est. Cæterum Valens callidè per
 suos disposuerat, vt quis prælij fuisset euentus, primus
 cognosceret: vel gratiam regis captans, si prior bonū
 nuntium detulisset: vel vitæ consulens, antè capturus
 fugiendi spatium, si quid contra accidisset. Itaque pau-
 cis, qui circa regem erant, metu trepidis, Imperatore
 anxio, primus nuntiat hostes fugere. Cùm ille Indicè
 ipsum intronitti posceret. Valens vt reuerentiam sui
 adderet, Angelum sibi fuisse nuntium respondit. Fac-
 cillis ad credendum Imperator, palam postea dicere
 est solitus, se Valentis meritis, non virtute exercitus vi-
 cisse. Ab hoc initio illecti principis, extulere animos
 Arriani, potestate Regis vsuri, vbi auctoritate sua pa-
 rum valuissent. Igitur cum sententiam eorum, quam
 de Athanasio dederant, nostri non reciperent, edictū
 ab Imperatore proponitur, vt qui in damnationem
 Athanasij non subscriberent, in exsilium pellerentur.
 Cæterū à nostris tum apud Arelatem ac Buteras oppi-
 dat Galliarum, Episcoporum concilia fuere. Petebatur,
 vt prorsquam in Athanasium subscribere cogerentur,
 de fide potius disceptarent: & tū demum de re co-
 gnoscendum, cū de persona iudicium constitisset.
 Sed Valens, locique eius, prius Athanasij damnationē
 extorquere cupiebant, de fide certare non ausi. Ab hoc
 partium conflictu agitur in exsilium Paulinus. Interea
 Mediolanum conuenitur, vbi tum aderat Imperator.
 eadem illa contentio nihil inuicem relaxabat. Tum
 Entebius Vercellentium, & Lucifer à Caranalis Sardi-
 niæ Episcopi relegati. Cæterum Dionysius Mediola-
 nensem Sacerdos, in Athanasij damnationem se con-
 sentire subscripsit, dummodo de fide inter Episcopos
 quaeretur. Sed Valens & Vrsatius, ceterique, metu
 15. & 16 plebis quæ Catholicā fidem egregio studio conserua-

bat, non ausi piacula profiteri, intra palatiū congregati
 tur. Illinc Epistola sub Imperatoris nomine emittunt, flor. Ecclē.
 omni prauitate referant: eo nimirum consilio, vt si ca
 li. 16. c. 20
 quis auribus populū recepisset, publicā auctoritate cu-
 pita proferrent. sin aliter fuisset excepta, omnis inuidia
 esset in rege, & ipsa venialis: quia etiā tum catechume-
 nus, Sacramentū fidei merito videretur potuisse nescire.
 Igitur lectam in Ecclesia Epistolam populus auerfa-
 tur. Dionysius, quia nō esset assensus, vrbe pellitur: sta-
 tur. quocūq; vrbs Romæ, & Hilarius Pictauorū episcopus, ab Arria-
 datū exsilio. Rhodanum quoq; & Dosanum antiisti-
 tem (qui naturā lenior, non tam suis viribus, quam Hi-
 larii societate non cesserat) Arriani eadem conditio
 implicuit: cū tamen homines parati essent Athana-
 sium à communionē suspendere, modò vt de fide inter
 Episcopos quaeretur. Sed Arriani optimum visum,
 præstantissimos viros à certamine submouere. Ita pul-
 si in exsilium quos supra memorauimus, ab hinc annos
 quinque & quadraginta, Arbetione & Lolliano con-
 sulibus. Sed Liberius paulo post vrbi redditur, ob se-
 ditiones romanas. Cæterum exules satis constat to-
 tius orbis studiis celebratos, pecuniāque eis in sum-
 ptum affatim congestas, legationibus quoque eos
 plebis Catholicæ ex omnibus fere prouinciis frequē-
 tatos. Interea Arriani non occultè, vt antea, sed palam
 ac publicè hæresis piacula prædicabant: quintiam
 Synodum Nicænam pro se interpretantes, quā vnus
 literæ adiectione corruperant, caliginem quandam
 iniecerant veritati. Nam vbi dicitur erat scripti, quod
 vnus est substantiæ: illi dicitur quod est similis sub-
 stantiæ, scriptū esse dicebāt, concedentes similitudinē
 dū adimerēt vnitatē, quia multū ab vnitatē similitudo
 distaret: vt, verbi gratiā, pictura humani corporis esset
 homini similis, nec tamen haberet hominis veritatē:
 sed quidā ex his vltra processerāt, Anomæousiā, id est,
 dissimilem substantiam confirmantes. Eoque his cer-
 taminibus processum, vt istiusmodi piaculis, orbis ter-
 rarum implicaretur. nam Italiam, Illyricū, atq; Ori-
 entem Valens & Vrsatius, ceterique, quorum nomina
 edidimus, infecerant. Gallias nostras Saturninus Arc-
 latensium Episcopus, homo impotēs & factiosus, pre-
 bebatur. Osium quoque ab Hispania in eandem perfidiam
 concessisse opinio fuit: quod eo mirum atque
 incredibile videretur, quia omni ferè ætatis suæ tempo-
 re constantissimus nostrarum partium, & Nicæna Syno-
 dus auctore illo confecta habebatur: nisi fatiscen-
 te æuo (etenim maior centenatio fuit, vt S. Hilarius in
 epistolis refert) delirauerit. quibus rebus perturbato
 orbe terrarum, & morbo quodam Ecclesiis languen-
 tibus, segnior quidem, sed non minus grauis cura prin-
 cipem exercebat: quod licet Arriani, quibus fauebat,
 superiores videretur, necdum tamen de fide inter Ep-
 scopos conueniret. Igitur apud Ariminum, vrbe Italia,
 Synodum congregari iubet: idque Tauro præfe-
 cto imperat, vt collectos in vnum non antè dimitteret
 quam in vnam fidem consentirent. promisso eidem
 consuluat, si rem effectui tradidisset. Ita missis per Illy-
 ricum, Italiam, Africam, Hispanias, Galliasque magi-
 stris Officialibus, acciti aut nacti quadringenti & ali-
 quanto amplius Occidentales Episcopi, Ariminum
 conuenere: quibus omnibus annonas & cellaria dare
 Imperator præceperat. Sed id nostris, id est A quitanis,
 Gallis, ac Britannis indecens visum: repudiatis fiscalibus,
 propriis sumptibus. viuere maluerunt. Tres tantum
 ex Britaniā, inopia proprii, publico vsi sunt, cūm obla-

Rufin. hi-
stor. Ecclē.
li. 16. c. 20

Profcri-
tio Epi-
scoporum
Anno
Christi 355.

Anno
Christi 357.

Conc. Ni-
cæni depra-
uatio.

Soz. lib. 5.
ca. 9. Trip.
hist.

Viris illu-
stribus.

Trip. hist.
li. 5. c. 16.
Conc. Ari-
minense.
ann. 359.

Diuina Episcopo-
vū eo sa-
culo.

hist. Trip.
li. 5. c. 20.

Syno. Se-
lenciana
in Oriente
anno eodē
Soz. li. 5.
ca. 34. Trip.
hist.

Anno
Christi.
359.

Hilarius
exsul.

Soz. Trip.
hist. li. 5.
cap. 34.
et seq.

tam à cæteris collationem respiciunt: sanctius putan-
 tes fisco grauari, quàm singulos. Hoc ego Gaudiū
 Episcopum nostrum, quasi obreçantem referre soliti-
 tum audiuī. sed longè aliter fenserim: laudique attri-
 buo Episcopis, tam pauperes fuisse, vt nihil proprium
 haberent, neque ab aliis potius quàm fisco sumerent,
 vbi neminem grauabant, ita in vtriusque egregium
 exemplum. De reliquis nihil memoria dignum tradit-
 ur. sed redeo ad ordinem. Posteaquam omnes, vt su-
 præ dictum, in vnum collecti sunt, sic partium succel-
 sio. Ecclesiam nostri obtinent, Arriani tam Edentum
 de industria vacantem, orationis loco capiunt: sed hi
 non amplius quàm octoginta. Reliqui nostrarum par-
 tium erant. Igitur frequentibus conciliis nihil actum,
 nostris in fide manentibus, illis de perfidia non ceden-
 tibus. Ad postremum placuit, decem legatos mitti ad
 Imperatorem, vt quæ esset partium fides & sententia
 cognosceret, sciretque pacem cum hæreticis esse non
 posse. Idem Arriani faciunt, mittuntque numero pari
 legatos, qui aduersum nostros coram Imperatore cō-
 fligerent: sed ex parte nostrorum leguntur homines a-
 dolescentes, parum docti, & parum cauti, ab Arriani
 autem missi, senes, callidi, & ingenio valentes, veterno
 fidei imbuiti, qui apud Regem facile superiores ex-
 titerunt. Sed nostris mandatum, ne quo modo cum
 Arriani communionem inirent, omniaq; integra Syno-
 dentalium, Imperator iubet cunctos ferè Episcopos
 apud Seleuciam Isauriæ oppidum congregari. Qua
 tempestate Hilarius, quartum iam exilij annū in Phry-
 gia agens, inter reliquos Episcopos, per vicarium ac
 presidem data euectionis copia adesse compellitur, cū
 tamen nihil de eo specialiter mandasset Imperator. iu-
 dices tantum generalem, iussionem secuti, qua omnes
 Episcopos ad concilium cogere iubebatur, hunc quo-
 que inter reliquos volentes miscere: vt ego conicio,
 Dei nutu ita gestum, vt vir diuinarum rerum instru-
 ctissimus, cū de fide disceptandum erat, interesset. Is
 vbi Seleuciā venit, magno cum fauore exceptus, om-
 nium in se animos & studia conuerterat. ac primū
 quæsitum ab eo, quæ esset Gallorum fides: quia tum
 Arriani praua de nobis vulgantium, suspecti ab Ori-
 entalibus habebantur, Trionymam solitarij Dei vnio-
 nem secundum Sabellium credidisse. sed exposita fide
 sua, iuxta ea que Nicæa erant à patribus cōscripta Oc-
 cidentalibus perhibuit testimonium. Ita ab solutis om-
 nium animis, intra conscientiam cōmunionis, nec non
 etiam in societatem receptus, concilioque ascitus est.
 Agi deinde ceptum: repertique prauæ hæresis aucto-
 res, atque ab Ecclesiæ corpore auulsi. In eo numero
 fuere, Georgius ab Alexandria, Acacius, Eudoxius, Vra-
 nius, Leontius, Theodosius, Euagrius, Theodolus,
 Sed confecta Synodo, decreta ad Imperatorem lega-
 tio: quæ gesta insinuerant. damnati quoque ad regem
 profecti, satis freti sociorū viribus, & principis socie-
 tate. Interea legatos Ariminensium concilij ex parte no-
 strorum compellit Imperator, vniū hæreticorum com-
 munioni: eidemque conscriptam ab improbis fidem
 tradit, verbis fallentibus inuolutam, quæ Catholicam
 disciplinam, perfidia latente, loqueretur. Namque Vñ
 verbum tanquam ambiguum, & temerè à Patribus
 vsurpatum, neque ex auctoritate scripturarum pro-
 fectum, sub specie falsæ rationis abolebat, ne vnus
 cum patre substantiæ filius crederetur. Eadem fides
 similem patri filium fatebatur. Sed interius aderat
 fraus parata, vt esset similis non esset æqualis. Ita di-

missis legatis, præfecto mandatum, vt Synodum non
 antè laxaret, quàm conscriptæ fidei consentire se om-
 nes subscriptionibus profiterentur. Ac si qui pertinaci-
 us obstitent, dummodo is numerus intra quinde-
 cim esset, in exilium pellerentur. Sed regressis lega-
 tis, licet vim regiam deprecantibus, negata commu-
 nio. Enimvero compertis quæ decreta erant, maior
 rerum & consiliorum perturbatio: dein paulatim pler-
 ique nostrorum, partim imbecillitate ingenij, partim
 tædio peregrinationis enecti, dedere se aduersariis iam
 post reditum legatorum superioribus, & Ecclesiam
 (nostris inde detrusis) obtinuit, factaque semel in-
 clinatione animorum, cateruatim in partem alteram
 concessum: donec ad viginti vsque nostrorum nume-
 rus imminutus est. Sed hi quanto pauciores, tanto va-
 lidiore erant. Constantissimūque inter eos habeba-
 rur, noster Fægadius, & Sernatio Tungrorum Ep-
 scopus. hos, quia minis & terrore non cesserant, Tau-
 rus precibus aggreditur, ac lacrymans obtestatur, mi-
 tiora vt consulere. Clausos intra vnam vrbe Ep-
 scopos iam septimum mensem agere: iniuria hiemis
 & inopia confectis, nullam spem reuerfionis dari:
 quis tandem esset finis? sequerentur plurimum exem-
 plum, auctoritatem saltem ex numero sumerent. Et
 enimvero Fægadius paratum se exilio, atque ad om-
 ne supplicium, in quod deposceretur, profiteri, se ab
 Arriani conceptam fidem non recepturum. Ita in hoc
 certamine aliquot dies tracti. vbi parum ad pacem
 proficiebant, paulatim & ipse infractor, ad extre-
 mum proposita conditione euincitur. Namque Va-
 lens & Vrsatius affirmantes, præsentem fidem Catho-
 lica ratione conceptam, ab Orientalibus Imperato-
 re auctore prolata, cum piaculo repudiari, vt quis
 discordiarum finis foret, si quæ Orientalibus pla-
 cuisset, Occidentalibus displiceret? Postremò si quid
 minus plenè præfenti fide editum videretur, ipsi ad-
 derent, quæ addenda putarent: præbituros se, in his
 quæ essent adiecta, consensum. Favorabilis profes-
 sio pronis omnium animis excepta: nec vltra nostri
 repugnare ausi, iam quoquo modo finem rebus im-
 ponere cupientes. Dein conceptæ à Fægadio & Ser-
 natorum de-
 natione professiones, ad cæpere: in quibus primū Occiden-
 Arrius, totaque eius perfidia: cæterum non etiam talibus vi-
 patri æqualis, & sine initio, sine tempore Dei filius gloria.
 pronuntiat. Tum Valens tanquam nostros adiu-
 uans, subiecit sententiam, cui inerat occultus dolus,
 filium Dei non esse creaturam, sicut cæteras creatu-
 ras, sefellitque audientes fraus professionis. Etenim
 his verbis, quibus similis esse cæteris creaturis filius
 negabatur, creatura tamen, potior tantū cæteris, pro-
 nuntiabatur. Ita neutra pars vicisse se penitus, aut vi-
 ctam putare poterat: quia fides ipsa pro Arriani, pro-
 fessiones verò postea adiectæ pro nostris erant: præter
 illam quam Valens subiunxerat, quæ tum non intelle-
 cta, sed demum animaduersa est. Hoc verò modo cō-
 ciliū dimissum, bono initio, sædo exitu est consum-
 matum. Igitur Arriani rebus nianū prosperè & secun-
 dum vota fluentibus, Constantinopolim ad Imperato-
 rem concurrunt: ibi repertos Seleucienfium Synodi le-
 gatos, vt regia cōpellunt, exemplo Occidentalium, prauā
 illam fidem recipere. Plerique abnuctes iniuriola cu-
 stodia ac fame vexati, captiuā cōscientiā dedere. Multi
 constantius retinētēs, adempto Episcopatu in exilio de-
 trusi, atq; in corū locū alij dati. Ita optimis Sacerdoti-
 bus aut metu terrore, aut exilio deductis, perfidia pau-
 corū cūcti cōcesserāt. Aderat ibi tū Hilari⁹ à Seleucia le-
 nn

Sozom.
li. 5. ca. 35.
Trip. hist.

Ibidem,
ca. 36. et
37.

garos secutus, nullis certis de se mandatis opperiens Imperatoris voluntatem, si forsitan redire ad exilium iuberetur. Is vbi extremū fidei periculum animaduertit, Occidentilib. decepris, Orientales per scelus vincitibus libellis publicè datis audientiam regis poposcit, vt de fide coram aduersariis discerneret. Id verò A rriani maximo opere abouere. Postremò quasi discordiæ seminariū & perturbator Orientis, redire ad Gallias iubetur, absque exilij indulgentia. Verum vbi permensus est orbem pene terrarum malo perfidiæ infectum, dubius animi & magna curarū mole estuans, cum plebisque videretur non incedam cum his communione, qui Ariminensem Synodū receperunt, optimum factū arbitratus, reuocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam, frequentibus intra Gallias conciliis atque omnibus ferè Episcopis de errore profitentibus, apud Ariminum gesta condemnant, & in statum pristinum Ecclesiarum fidem reformant. Resistebat sanis consiliis Saturninus Arelarensum Episcopus, vit sanè pessimus, & ingenio malo, prauoq; verumetiam præter hæresis infamiam, multis atque infandis criminib; conuictus, Ecclesia eiectus est. Ita partiū vires, amisso duce infractæ. Paternus etiam à Petrocoris æquè vecors, nec detrectans perfidiā profiteri, sacerdotio pulsus: cæteris venia data. Illud apud omnes cõstitit, vnus Hilarij beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas. Cæterum Lucifer tum Antiochiæ longè diuersa condemnauit, vt se etiam ab eorum communione se creuerit, qui eos sub satisfactione vel pœnitentia receperunt. Id rectè, an peperam constituerit, dicere non ausim. Paulinus & Rhodanus in Phrygia defuncti. Hilarius sexto anno postquā redierat, in patria obiit.

Sequuntur tempora ætatis nostræ grauiā & periculosa, quibus nõ vitato malo polluta Ecclesiæ, & perturbata omnia Namque tum primū infamis illa Gnosticorum hæresis intra Hispanias deprehensa, superstitione exitiabilis arcanis occultata secretis. Origo istius mali, oriens ab Ægyptiis. Sed quib. ibi initiis coaluerit, haud facile est differere. Primus eā intra Hispanias Marcus intulit, Ægypto profectus, Memphis ortus. huius auditores fuere, Agape quedam non ignobilis mulier, & rhetor Helpidius. Ab his Priscillianus est institutus, familia nobilis, prædiues opibus, acer, iniquus, facundus, multa lectione eruditus: differendi ac disputandi promptissimus: felix profectò, si non prano studio corrupisset optimum ingenium: prolixus multa in eo animi & corporis bona cerneret. vigilare multum, famem ac sitim ferre poterat, habendi minimè cupidus, vtendi parcissimus. sed idem vanissimus, & plus iusto inflator profanarū rerum scientia. Quin & magicas artes ab adolescentia eum exercuisse creditū est. Is vbi doctrinam exitiabilem aggressus est, multos nobilitum, pluresque populares auctoritate persuadendi, & arte bladiendi allucit in societatem. Ad hoc mulieres nouarum rerum cupide, fluxa fide, & ad omnia curioso ingenio, cateruatim ad eam confluebant. Quippe humilitatis speciem ore & habitu præterdens, honorem sui & reuerentiam cunctis iniecerat. Iamque paulatim perfidiæ istius tabes, plerāque Hispaniæ peruaferat. quin & nonnulli Episcoporum deprauati, inter quos Instantius & Saluianus Priscillianum non solum consensione, sed sub quadam etiam coniuratione susceperant. Quo Adyginus Episcopus Cordubensis ex vicino agens comperto, ad Idacium emeritæ atatis Sacerdotem refert. Is verò sine modo, & vltra quā

Frip. hist. li. 6. c. 24.

Gnostico- rum hæresis

Priscillia- nus.

Leo Papa epi. 93. ad Tur.

opportuit, Instantium fociòsque eius laceffens, facem quandam nascenti incendio subdidit: vt exasperauerit malos potius, quam compresserit. Igitur post multa inter eos, & digna memoratu certamina, apud Cæsaraugustam Synodus congregatur: cui tum etiam Aquitani Episcopi interfuere. Verum hæretici committere se iudicio non ausi. in absentem tum lata sententia, damnatiq; Instantius & Saluianus Episcopus, Helpidius & Priscillianus laici. Additum etiam. vt si quis damnatos in communionem receperit, sciret in se eadem sententiam promendam. Atque id Ithacio Sossibensi Episcopo negotium datum, vt decretum Episcoporum in omnium notitiam deferret, maximèque Igitur extra communionem faceret: qui cum primus omnium infectari palam hæreticos cepisset, postea turpiter deprauatus, in communionem eos receperit. Interim Instantius & Saluianus damnati iudicio Sacerdotum, Priscillianum etiam laicum, sed principem malorum omnium, vnà secum Cæsaraugustana Synodo notatum, ad confirmandas vires suas Episcopum in Labilensi oppido constituunt: rati nimirum, si hominem acrem & callidum Sacerdotali auctoritate armassent, turiores fore sese. Tum verò Idacius atque Ithacius acris instare, arbitantes posse inter initia malum comprimi: sed parum sanis consiliis sæculares iudices adeunt, vt eorum decretis atque executionib; hæretici vrbibus pellerentur. Igitur post multa & fœda Idacio supplicante, elicitur à Gratiano tum Imperatore rescriptum, quo vniuersi hæretici excedere non Ecclesiis tantum aut vrbibus, sed extra omnes terras propelli iubebantur. Quo comperto, Gnostici diffisi reb. suis, non ausi iudicio certare, sponte cessare, qui Episcopi videbantur: cæteros metus dispersit. At tum Instantius, Saluianus & Priscillianus Romam profecti, vt apud Damalium vrbis ea tempestate Episcopum obiecta purgaret. Sed iter eis præter interiorem Aquitaniam fuit: vbi tum ab imperitis magnificè suscepti, sparsere perfidiæ semina. maximèque Elufanam plebem, sanè tum bonam & religioni studentem, prauis prædicationibus peruertere. à Burdigala per Delphinum repulsi, tamen in agro Euchrociæ aliquantisper morati, infecere nonnullos suis erroribus. Inde iter ceptum ingressi, turpi sanè, pudibundòque comitatu, cum vxoribus atque alienis etiam feminis, in queis erat Euchrocia, ac filia eius Procula: de qua fuit in sermone hominum, Priscilliani stupro grauidam, partum sibi graminiibus abegisse. Hi vbi Romam peruenerunt, Damalo se purgare cupientes, ne in conspectum quidem eius admissi sunt. Regressi Mediolanum, æquè auerlantè sibi Ambrosium repererunt. Tum vertè re conuicta, vt quia duobus Episcopis quorum ea tempestate summa auctoritas erat, non illuserant, largiendo & ambiendo ab Imperatore cupita extorquerent. ita corrupto Macedonio, tum Magistro officiorū, rescriptum eliciunt, quo calcatis quæ prius decreta erant, restitui Ecclesiis iubebantur. Hoc freti Instantius & Priscillianus, repetiuere Hispanias. Nam Saluianus in vrbe obierat: Ac tum sine vilo certamine Ecclesias, quibus præfuerant, receperunt. Verum Trachio ad resistendum non animus, sed facultas defuit: quia hæretici corrupto Voluentio proconsule, vires suas confirmauerant. Quin etiam Ithacius ab his quasi perturbator Ecclesiarum reus postulatus, iussusque per atrocem executionem deduci, trepidus profugit ad Gallias: ibi Gregorium præfectum adiit.

Qui compertis quæ gesta erant, rapi ad se turbatum

Synodus Cæsaraugustana.

Maximus imperator Galliarū.

Ithacius accusator.

Vide Dialogum 4.

D. Ambrosius a- uersatur Priscillia- nis.

barum auctores iubet, ac de omnib; ad Imperatorem refert, vt hæretici viam ambiendi præcluderet. Sed id frustra fuit: quia per libidinem & potentiam paucorū, cuncta ibi venalia erant. Igitur hæretici suis artibus, grandi pecunia Macedonio data, obinèr, vt Imperiali auctoritate præfecto erepta cognitio, Hispaniarū vicario. Nam iam procòsulem habere desiderat: missi que à magistro officiales, qui Ithaciū tum Treueris agentem ad Hispanias retraherent. Quos ille callidè frustratur: ac postea per Pritanium Episcopū defensus, illisit. Iam rumor inaccesserat Clementem Maximum intra Britannias sumpsisse imperium, ac breui in Gallias erupturū. Ita tum Ithacius statuit, licet rebus, dubiis noui Imperatoris aduentum expectare: interim sibi nihil agitantū. Igitur vbi Maximus opidum Treuerorum victor ingressus est, ingerit preces plenas in Priscillianum ac socios eius inuidiæ atque criminū. Quibus permotus Imperator, datis ad præfectum Galliarum atque ad vicarium Hispaniarum litteris, omnes omnino quos labe illa inuoluerat, deduci ad Synodum Burdigalensem iubet. Ita deducti Instantius & Priscillianus: quorum Instantius prior iussu causam dicere, postquam se parum expurgabat, indignus esse Episcopatu pronuntiat: Priscillianus verò, ne ab Episcopis audiretur, ad principem prouocauit. permissumque id nostrorum inconstantia: quia aut sententiam in refragatē ferre debuerant, aut si hi ipsi suspecti habebantur, aliis Episcopis audientiam reseruare, non causam Imperatori de tam manifestis criminibus permittere. Ita omnes quos causa inuoluerat, ad regem deducti. Secuti etiam accusatores, Idacius & Ithacius Episcopi: quorum studium in expugnandis hæreticis non reprehenderem, si non studio vincendi plus quàm oportuit certassent. Ac mea quidem sententiā est, mihi tam reos quam accusatores displicere. Certè Ithaciū nihil pensi, nihil sancti habuisse definitio. fuit enim audax, loquax impudens, sumptuosus, ventri & gula plurimum impertiens. Hic stultitiā eò vsque processerat, vt omnes etiam sanctos viros, quibus aut studium inerat lectionis, aut propositum erat certare ieiuniis, tanquam Priscilliani socios aut discipulos, in crimen arcesseret. Ausus etiam miser est, ea tempestate Martino Episcopo viro planè apostolis conferendo, palam obiectare hæresis infamiam. Namque tum Martinus apud Treueros constitutus, non desinebat increpare Ithacium, vt ab accusatione desisteret: Maximum orare vt sanguine infelicitū abstineret: satis superque sufficere, vt Episcopali sententia hæretici iudicati Ecclesiis pellerentur: nouum esse & inauditum nefas, vt causam Ecclesiæ, iudex sæculi iudicaret. Deniq; quoad vsque Martinus Treueris fuit, dilata cognitio est, & mox discessurus, egregia auctoritate à Maximo elicitur sponsonem, nihil cruentum in reos constituendum. Sed postea Imperator per Magnum & Rufum Episcopos deprauatus, & à mitioribus consiliis deflexus, causā Præfecto Euodio permisit, viro acri & severo. Qui Priscillianū gemino iudicio auditum, conuictumque maleficij, nec dissententem obsecnis se studuisse doctrinis, nocturnos etiam turpium feminarum egisse conuentus, nudumq; orare solitum: nocentem pronuntiauit, redegitque in custodiā, donec ad principē referret. Gestis ad palatiū delatis, censuit Imperator, Priscillianum, sociòsque eius capitis damnari oportere. Cæterum Ithacius videns, quā inuidiosum sibi apud Episcopos foret, si accusato, etiā postremis rerū capitaliū iudiciis astitisset (etenim

iterari iudicium necesse erat) subtrahit se cognitioni; frustra, calido iam scelere perfectò. At tum per Maximum accusator apponitur Patricius quidam, filci patronus. Ita eo insistente, Priscillianus capitis damnatus est, vnāque cum eo felicissimus & Armenus, qui nuper à Catholicis, clerici Priscillianum secuti, descuerant. Latronianus quoque, & Euchrocia, gladio percempti. Instantius, quem superius ab Episcopis damnatū diximus, in Sylinam insulam quæ vltra Britannia sita est, deportatus. Itum deinde in reliquos sequentibus iudiciis, damnatique Asarinus & Aurelius Diaconus, gladio Tiberianus, ademptis bonis, in Sylinam insula datus. Tertullus, Potamius & Ióannes, tanquam viliores personæ, & digni misericordia, quia ante questionem se ac socios prodidissent, tẽporario exilio intra Gallias relegati. Hoc ferè modo homines luce indignissimi, pessimo exẽplo necati, aut exiliis multati: quod initio iure iudiciorum & egregio publico defensum, postea Ithacius in iurgis solitus, ad postremum conuictus: in eos retorquebat, quorū id mandato & consiliis effecerat. solus tamen omnium Episcopatu detrusus Nardacius, licet minus nocens, sponte se Episcopatu abdicauerat. Sapienter id, & verècundè, nisi postea amissum locum repetere tentasset. Ceterum Priscilliano occiso, non solum non repressa est hæresis, quæ illo auctore proruperat, sed confirmata latius propagata est. nam q. sectatores eius, qui cum prius vt sanctum honorauerant, postea vt Martyrem colere ceperunt. Peremptorum corpora ad Hispanias relata, magniq; obsequiis celebrata eorum funera. Quin & iurare per Priscillianum summa religio putabatur, ac inter nostros perpetuū discordiarum bellū exarserat: quod iam per quindecim annos fœdis dissensionibus agitatum, nullo modo sopiri poterat. Et nunc eū maximè discordiis Episcoporum turbati aut misceri omnia cernerentur, cunctaque per eos odio aut gratia, metu, inconstantia, inuidia, factione, libidine, auaritia, arrogantia, somno, desidia essent deprauata: postremò plures aduersum paucos bene consulentes, infans consiliis & pertinacib. studiis certabant: inter hæc plebs Dei, & optimus quisque probro atque ludibrio habebatur.

Hæretici a Maximo capitis damnati.

Anno christi. 387.

S. SVLPICII SEVERI BITVRIC. ARCHIEP. AD DESIDERIUM, IN LIB. suum de vita B. Martini, Prefatio.

SEVERVS, Desiderio fratri charissimo salutem: Ego quidem frater vnanimis libellum quæ de vita S. Martini scripseram, scheda sua premevit, et mira domesticos parietes cohære decreuerat: quia vt sum natura infirmus, iudicia humana vitabam, ne quod fore arbitror) sermo incultior legentibus displiceret, omniumq; reprehensione dignissimus iudicaret, qui materiā disertis meritis scriptoribus reseruandam, impudens occupassem: sed presentis tibi sapientia, negare nõ potui. Quid enim esset, quod non amoris tuo, vel cum detrimento mei pudoris impenderem? Veruntamen ea tibi fiducia libellum edidi, qua nulli à te prodendum reor, quia id spopò disti. sed vereor, ne tu ei ianua sis futurus: & emissus semel, nõ queat reuocari. Quod si accideris, & ab aliquibus eū legi videris: bona id venia à lectoribus postulabis, vt res potius quam verba perpendant: & æquo animo ferant, si aures eorum vitiosus forsitan sermo perculerit: quia regnum Dei non in eloquẽtia, sed in fide cõstat, & meminim etiam salutem saculo nõ ab oratoribus, sed à piscatoribus prædicatam: eum vni que, si vile fuisse, id quoque Dominus præstare potuisset. Ego enim cum primum animū ad scribendum appuli, quis non ij

nefas putarem tanti viri latere virtutes, haud me ipse didici, ut solacium non erubescerem, quia nec magnam istarum inquam rerum scientiam contigissim: & si quid ex his studiis olim fortasse libassem, totum id desuetudine tanti temporis perdidissem. Sed tamen ne nos maneat iam molesta desensio, superprelo, si tibi videtur, nomine, libellus edatur. Quod ut fieri valeat, titulum frontis trade, ut muta sit pagina: & quod sufficit, loquatur materiam, non loquatur auctorem.

SVLPICII SEVERI DE B. MARTINI VITA LIBER.

Prologus.

Perique mortales studio gloriae secularis inaniter delitui, exinde perennem (ut putabam) memoriam nominis sui qua fuerunt, si vitas clarorum virorum stylo illustrassent. Quae res vitae non perennem quidem, sed aliquantulum tamen concepta spei fructum afferbat: quia sui memoriam, licet incassum, propagabant: & propositis magnorum virorum exemplis, non parua emulatio legentibus excitabatur, sed tamen nihil ad beatam illam aeternamque vitam haec eorum cura perimuit. Quid enim aut ipsi occasura cum saeculo scriptorum suorum gloria profuerit: aut quid posteritas emolumentum tulit, legendo Ectorem pugnantem, aut Socratem Philosophantem? cum eos non solum imitari stultitia sed, non acerrime etiam impugnavit, dementia: quippe qui humanam vitam praesentibus tantum actibus aestimantes, spes suas fabulis, animas suas sepulchris dederunt. Siquidem ad solam hominum memoriam se perpetuandos crediderunt: cum hominis officium sit perennem potius vitam, quam perennem memoriam quaerere, non scribendo, aut pugnando, vel philosophando, sed pie, sancte, religioseque vivendo. Qui quidem error humanus, literis iradidit, insaniam valuit, ut multos plane amulos vel inanis philosophiae, vel stultae illius virtutis inveniret. Unde factum mihi opere pretium videor, si vitam sanctissimi viri, exemplo alius mox futuram, perscripsero: quo vique ad veram sapientiam, & caelestem militiam, diuinamque virtutem legentes incitabuntur, in quo ita nostri quoque rationem commodi ducimus, ut non inanem ab hominibus memoriam, sed aeternam a Deo praemium expectemus: quia & si ipsi non ita libri arguimus, ut alius exemplo esse possimus: dedimus tamen operam, ne is laeret, qui esset imitandus. Igitur S. Martini vitam scribere exordiar, ut quae vel ante Episcopatum, vel in Episcopatu gesserit, quamvis nequaquam ad omnia illius potuerim pervenire: adeo ea, in quibus ipse tantum sibi conscius fuit, nesciuntur: quia laudem ab hominibus non requirere, quatum in ipso fuit, omnes virtutes suas latere voluisset. Quamquam etiam ex his quae comperta nobis erant, plura omisimus: quia sufficere credidimus, si tantum excellentiora notarentur. Simul & legentibus consulendum fuit, ne quod his pareret copia congesta fastidium. Obsecro autem eos qui lecturi sunt, ut fidem dictis adhibeant: neque me quidquam nisi compertum & probatum scripsisse, arbitrentur: alioquin taceret, quam salua dicere maluissem.

CAP. I.

ITVR Martinus Sabariae Pannoniarum oriundus fuit, sed intra Italiam Ticini altus est, parentibus secundum saeculi dignitatem non infimis, Gentilibus tamen. Pater eius miles primum, post tribunus militum fuit. Ipse armata militiam in adolescentia secutus, inter scholares alas sub rege Constantio, deinde sub Iuliano Caesare militavit: non tamen sponte: quia a primis ferè annis divina potius servitate, sacra illustris pueri spiravit infantia. Nam cum esset annorum decem, inuitis parentibus

ad Ecclesiam confugit, seque Catechumeni fieri postulavit. Mox mirum in modum totus in Dei opere conversus, cum esset annorum duodecim, eremum concupivit: fecissetque votis satis, si aetatis infirmitas non obstidisset, animus tamen aut circa Monasteria, aut circa Ecclesiam semper intentus, meditabatur adhuc in aetate puerili, quod postea devotus implevit: sed cum edictum esset a regibus, ut veteranorum filij ad militiam scriberentur, prodete Patre, qui felicibus eius actibus inuidebat, cum esset annorum quindecim, raptus & catenatus, Sacramentis militaribus implicatus est, vno tantum seruo comite contentus: cui tamen versa vice Dominus serviebat, aded ut plerumque ei & calceamenta detraheret, & ipse detegeret: cibum vna caperent, hic tamen saepius ministraret. Triennium ferè ante Baptisma in armis fuit, integer tamen ab iis vitiis, quibus illud hominum genus implicari solet. Multa illi circa commilitones benignitas, mira caritas: patientia verò atque humilitas ultra humanum modum. Nam frugalitatem in eo laudare non est necesse, quia ita usus est, ut iam illo tempore non miles, sed Monachus putaretur. Quibus rebus ita sibi omnes commilitones suos devinxerat, ut eum miro affectu venerarentur. Necdum tamen regeneratus in Christo, agebat quendam bonis operibus Baptismatis candidatum: assistere scilicet laborantibus, opem ferre miseris, alere egentes, vestire nudos, nihil sibi ex militia stipendij praeferat quotidianum victum refruans: iam tum Euangelij non sordus auditor, de crastino non cogitabat.

QVODAM itaque tempore, cum iam nihil praeter arma & simplicem militiam vestem haberet, media hieme, quae solita asperior inhorruerat, aded ut plerumque vis algoris exstingueret, obvium habet in porta Ambianensium civitatis pauperem nudum: qui cum praetererentes, ut sui misererentur, oraret, omniaque vestimenta praeterirent: intellexit vir Deo plenus, sibi illud, aliis misericordiam non praestantibus, referuari, bianensibus. Quid tamen ageret: nihil praeter chlamydem, qua indutus erat, habebat: iam enim reliqua in opus simile consumpserat, Arrepto itaque ferro, quo accinctus erat, mediam diuidit, partemque eius pauperi tribuit, reliqua rursus induit. Interea de circumstantibus ridere nonnulli, quia deformis esset, & truncatus habitu videretur: multi tamen, quibus erat mens sanior, altiùs gemere, quod nihil simile fecissent: cum utique plus habentes, vestire pauperem sine sua nuditate potuissent. Nocte igitur insculta, cum se sopori dedisset, vidit Christum chlamydis suae, qua pauperem texerat, parte vestitum. Intueri diligentissimè Dominum, vestemque quam dederat, iubetur agnoscere. mox ad Angelorum circumstantium multitudinem, audit Iesum clara voce dicentem: Martinus adhuc Catechumenus, hac me veste contexit. Verè memor Dominus dictorum suorum (qui autè praedixerat: Quamdiu fecistis haec vni ex minimis istis, mihi fecistis) se in paupere professus est fuisse vestitum: & ad confirmandum tam boni operis testimonium, in eodem se habitu, quem pauper acceperat, est dignatus ostendere. Quo viso, Vir beatus non in gloriam est elatus humanam, sed bonitatem Dei in suo opere cognoscens, cum esset annorum duodeviginti, ad Baptismum conuolavit. Nec tamen statim militiae renuntiavit, tribuni sui precibus evictus, cui contubernium familiare praestabat, etenim transacto tribunatus sui

B. Martini militia.

Cap. 2.

Martino apparet Christus.

Quo tempore Baptizatus est.

cap. 3.

Anno christi 356. Militiam mundi deseruit christi sequatur.

cap. 4. Ad B. Hil. Episcopum civitatis, cuius tunc in Dei rebus spectata larium se finat.

Parentes B. Martini gentiles.

A latronibus captus.

Latronem convertit ad fidem.

fu tempore, renuntiaturum se saeculo pollicebatur. Qua Martinus expectatione suspensus, per biennium ferè, posteaquam est baptisma consecutus, solo licet nomine, militavit. INTEREA irruentibus intra Gallias Barbaris, Iulianus Caesar, coacto in vnum exercitu apud Vangionum civitatem, donatiuù cepit erogare militibus: ut est consuetudinis, singuli citabantur, donec ad Martinum ventum est. Tum verò opportunum tempus existimans, quò peteret missionem, (neque enim integrum sibi fore arbitratur, si donatium non militaturus acciperet.) Haecenus, inquit ad Caesarem, militavi tibi: patere, ut nunc militem Deo: donatiuù tuum, militaturus accipiat: Christi ego miles sum, pugnare mihi non licet. Tum verò aduersus hanc vocem tyrannus infremuit, dicens, eum metu pugnare quae postera die erat futura, non religionis gratia, detrectare militiam. At Martinus intrepidus, immo illato sibi terrore constanter: Si hoc, inquit, ignaviae ascribitur, non fidei, crastina die ante aciem inermis adstabo: & in nomine Domini Iesu, signo crucis, non clypeo protectus, aut galea, hostiuù cuneos penetrabo securus. Rerudi ergo in custodia iubetur, facturus fidem dictis, ut inermis barbaris obiceretur. Postera die hostes, legatos de pace miserant, sua omnia seseque, dedentes. Vnde quis dubitet, hanc verè beati viri fuisse victoriam, cui praestitum sit, ne inermis ad praelium mitteretur. Et quamvis pius Dominus servare militem suu, licet inter hostium gladium & tela potuisset: tamen ne vel aliorum morte sancti violarentur obtutus, exemit pugnae necessitatem. Neque enim aliam pro milite suo Christum debuit praestare victoriam quàm ut subactis sine sanguine hostibus, nemo moreretur.

sam agens vitam visus est, ut haec quae supra retulimus, ab ipso audita dicantur. Igitur Martinus inde progressus, cum Mediolanum praeterisset, diabolus in itinere, humana specie assumpta se ei obvium tulit, Quò tenderet, quaerens. Cumque id à Martino responsum accepisset, se quò Dominus vocaret, intendere: ait ad eum, Quocumque ieris, vel quacumque tetaveris, diabolus tibi aduerfabitur. Tunc ei prophetica voce respondit: Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo. Statimque è conspectu eius inimicus emanuit. Itaque ut animo ac mente conceperat, matrem Gentilitatis absoluit errore, patre in malis persequente: plures tamen suo saluavit exemplo. Deinde cum multis Ariana per totum orbem & maxime intra Illyricum pululasset, cum aduersus perfidiam Sacerdotum solus pene acerrimè pugnaret, multumque supplicis esset affectus (nam & publice virgis cesus est, & ad extremum de civitate exire compulsus) Italiae repetens, cum intra Gallias quoque discessu sancti Hilarij, quem ad exilium haereticoruù vis coegerat, turbatam Ecclesiam cõperisset, Mediolani sibi Monasterium statuit, ibi quoque eum Auxentius, auctor & Princeps Arrianoruù, grauissimè insectatus est: multumque affectum iniuriis, de civitate exturbavit. Cedendù itaque temporis arbitratus, ad insulam Gallinariae nomine secessit: comite quodam Prefbytero, magnarum virtutuù viro. Hic aliquandiu radicibus vixit herbarum: quo tempore elleboruù, venenatuù ut ferunt, gramen, in cibum sumpsit. Sed cum vim veneni in se grassantis vicina iam morte sensisset, imminens periculum oratione repulit, statimque omnis dolor fugatus est. Nec multò post cum S. Hilario cõperisset regis potententia potestatem indultam fuisse redeundi, Romae ei tentavit occurrere, profectusque ad urbem est. CUM iam Hilarius praeterisset, ita eum est vestigiis profectus: cumque ab eo gratissimè fuisset susceptus haud longè sibi ab oppido Monasterium collocavit, quo tempore se ei quidam catechumenus iunxit, cupiens sanctissimi viri institui disciplinis: paucisque interpositis diebus languore correptus, vi febrili laborabat. ac tum Martinus fortè discesserat: & cum per triduum defuisset, regressus corpus exanime invenit: ita subita mors fuerat, ut absque baptisate humanis rebus excederet. corpus in medio positum tristi merentiu fratrum frequentabatur officio, cum Martinus flens & euilans accurrit, tum verò sanctum Spiritum tota mente concipiens, egredi cellulam, in qua corpus iacebat, ceteros iubet, ac foribus obseratis, super exanimata defuncti fratris membra prosternitur: & cum aliquandiu orationi incubuisset, sensissetque per Spiritum domini adesse virtutè, erectus paululu, & in defuncti ora defixus, orationis suae ac misericordiae Domini intrepidus expectabat euentum: vixque duarum ferè horarum spatium intercesserat: cum vidit defunctu paulatim membris omnibus commoueri, & laxatis in usum videndi palpitare luminibus. Tum verò magna ad Dominum voce conuersus gratias agens, cellulam clamore compleuerat: quo audito, qui pro foribus asteterat, statim irruunt. Mirum spectaculu, quò videbant vivere, quem mortuù reliquissent, Ita redditus vitae, statim baptisma consecutus, plures postea vixit annos: primusque apud nos Martini virtutu vel materia, vel testimoniu fuit. Idem tamen referre erat solitus, se corpore exutum ad tribunal iudicis ductu, deputatumque obscuris locis & vulgaribus turbis tristè excepisse sententiam: tum per duos Angelos iudici fuisse suggestu, hunc esse pro quo Martinus oraret: ita per eosdem

Diabolus occurrat illi.

Arrianis resistens virgibus coarctatur.

Monasterium Mediolani statuit.

Radicibus & elleboro vegetatur.

Anno christi seculo 360. aut 361. cap. 5.

Catechumeni sibi socium in vitam reuocant.

Cap. 6.

angelos se iustum reduci, & Martino redditum, vitæque pristina restitutum. Ab hoc primo tempore beati viri nomen enituit, vt qui sanctus iam ab omnibus habebatur, potens etiam & verè Apostolicus haberetur.

Suffocatus à mortuis suscitatur

Cap. 7.

Nec multo post, dum agrum Lupicini cuiusdam honorati secundum sæculum viri præteriret: clamore & luctu turbæ plangentis excipitur, ad quam sollicitus cum affuisset, & quis esset hic stetus, inquireret: indicatur vnum è familia seruulium laqueo sibi vitam extorsisse: quo cognito, cellulam, in qua corpus iacebat, ingreditur: exclusisq; omnibus turbis, superstratus corpori, aliquantisper orauit: mox viuifcente vultu, marcescentibus oculis in hora illa defunctus erigitur: lenitoque conamine enisus assurgere, adprehensa beati viri dextera, in pedes constitit: atque ita cum eo vsque ad vestibulū domus turba omni inspectante, processit.

D. Martini tractus ad Turonem. Episcopatum.

Psal. 8. 4. 3.

Episcopus Turonem, quomodo vixerit.

Monasterium constructum apud Ligevim.

S v b idem fetè tempus ad Episcopatum Turonicæ Ecclesiæ petebatur: sed cum erui à Monasterio suo facile non posset, Ruricius quidam, vnus è ciuibus, vxoris languore simulato, ad genua illius prouolutus, vt egrederetur obtinuit. Ita dispositis iam in itinere ciuium turbis, sed quadam custodia ad ciuitatem vsque deducitur. miram in modum incredibilis multitudo non solum ex illo oppido, sed etiam ex vicinis vrribus ad suffragia ferenda conuenerat. Vna omnium voluntas, eadem vota, eademque sententia Martinum Episcopatu esse dignissimum, felicem fore tali Ecclesiæ Sacerdote. pauci tamen, & nonnulli ex Episcopis, qui ad constituendū antistitem fuerant euocati, impiè repugnabāt dicentes: Scilicet contemptibilem esse personam, indignum esse Episcopatu, hominem vultu despicabilem, veste sordidum, crine deformem. Ita à populo sententiā sanioris hæc illorum irrita demencia est, qui illustrem virum dum vituperare cupiunt, prædicabant. Nec verò aliud his facere licuit, quàm quod populus, Domino volente cogebat inter Episcopos tamen qui affuerant, præcipuè Defensor quidam nomine, dicitur restitisse: vnde animaduersum est, grauius illum lectione prophetica tunc notari. Nam cum fortuitū lector, cui legendi eo die officii erat, interclusus à populo defuisset, turbatis ministris, dum expectatur qui non aderat, vnus è circumstantibus sumpto psalterio, quem primum versum inuenit, arripuit. Psalmus autem hic erat: Ex ore infantium & lactentium perfecti laudem propter inimicos tuos vt destruas inimicum & defensore. quo lecto clamor populi tollitur, pars diuersa confunditur. Atque ita habitum est, diuino nutu psalmum hunc lectum fuisse, vt testimonium operis sui Defensor audiret, quia ex ore infantium atque lactentium in Martino Domini laude perfecta, & ostensus pariter & destructus est inimicus. Iam verò sumpto Episcopatu, qualem se, quantumq; præstiterit, non est nostræ facultatis euoluere. Idem enim constantissimè perseuerabat: qui prius fuerat. Eadem in corde eius humilitas, eadem in vestitu eius vilitas erat: atque ita plenus auctoritatis & gratiæ, implebat Episcopique dignitatem, vt non tamen propositū monarchi, virtutemq; desereret. Aliquandiu ergo adherente ad Ecclesiā cellula vsus est: deinde cum inquietudinem frequentantium ferre non posset, duobus ferè extra ciuitatem milibus Monasteriū sibi statuit. Qui locus tam secretus & remotus erat, vt eremi solitudinē non desideraret. Ex vno enim latere, præcisā montis excelsa rupe ambiēbatur: reliquam planiciem Liger fluius reducto paululum sinu clauerat: vna tantum eademq; arcta admodū via adiri poterat: ipse ex lignis contex-

tam cellulā habebat. Multi quidem è fratribus in eundem modum, pleriq; saxo superiecti montis cauato, receptacula sibi fecerant. Discipuli verò octoginta erāt, qui ad exemplum beati magistri instituebatur. Nemo ibi quidquam propriū habebat: omnia in medio conferebantur. Non emere, aut vendere (vt plerisque Monachis moris est) quidquā licebat. Ars ibi, exceptis scriptoribus, nulla habebatur: cui tamen operi minor ætas deputabatur: maiores orationi vacabant. Rarus cuiquam extra cellulam fuit egressus, nisi cum ad locum orationis conueniebant. Cibum vna omnes post horā ieiunij accipiebant. vinum nemo nouerat, nisi quem infirmitas coëgisset. Plerique camelorum fetis vestiebantur. mollior ibi habitus post crimine erat. quod eo magis sit mirum necesse est, quod multi inter eos nobiles habebantur, qui longè aliter educati, ad hanc se humilitatem & patientiam coëgerant: pluresque ex his postea Episcopos vidimus. Quæ enim esset ciuitas, aut Ecclesiā, quæ non se de Martini Monasterio cuperet habere Sacerdotes.

S e d vt reliquas virtutes eius, quas in Episcopatu egit, aggrediar, erat haud longè ab oppido proximus Monasterij locus, quem falsa hominum opinio, velut consensu sibi martyribus sacrauerat. nā & altare ibi à superioribus Episcopis constitutum habebatur. sed Martinus non temerè adhibens incertis fidem, ab his qui maiores natu erāt Presbyteris, vel clericis, flagitabat sibi nomen martyris, vel tēpora passionis ostendit: grandi se scrupulo permoueri, quod nihil certi constants sibi maiorū memoria tradidisset. Cum aliquandiu ergo in loco illo se abstinuisset, nec derogās religioni, quia incertus erat: nec auctoritatem suam vulgo accommodans, ne superstitio conualesceret: quodā die paucis secum adhibitis fratribus, ad locum pergit. Deinde super sepulchrū ipsū astans, orauit ad Dominum, vt quis esset, vel cuius meriti sepultus, ostenderet. Tum conuersus ad lænam, vidit propè assistere vmbra sordidam, truncem. imperat, nomen meritumq; vt loqueretur: nomen edicit, de crimine confitetur, latronem se fuisse, ob scelera percussus, vulgi errore celebratū, sibi nihil cum martyribus esse commune: cum illos gloria, se pœna retineret. Mirum in modum vocem loquentis, qui aderant, audiebant, personam tamen non videbant. Tum Martinus, quid vidisset, exposuit: iussitque ex eo loco, altare quod ibi fuerat, submoueri: atque ita populū superstitionis illius absoluit errore.

A c c i d i t autem insequenti tempore, dum iter ageret, vt Gentilis cuiusdā corpus, quod ad sepulchrū cum superstitioso funere deferebatur, obuium haberet: conspicatusque eminens venientium turbam, quidnam id esset ignarus, paululum stetit: nām ferè quingentorum passuum interuallum erat, vt difficile fuerit dignoscere quid videret, tamen quia rusticam manum cerneret, & agente vento linteamina corpori superiecta volitarent, profanos sacrificiorum ritus agi credidit: quia esset hæc Gallorum rusticis cōsuetudo simulachra dæmonum candido recta velamine, misera per agros suos circumferre dementia. Eleuato ergo in aduersum signo crucis, imperat turbæ, non moueri loco, onūsq; deponere: hic verò mirum in modum videres miseros primum velut saxa riguisse: dein, cum promouere se summo conamine niterentur, vltra accedere non valentes, ridiculam in vertiginem rotabantur: donec vici pondere, corporis onus deponunt attoniti & læmet inuicem aspectantes, quidnā sibi accidisset, taciti cogitabant. Sed beatus vir cum comperisset, exsequiarum

Monastica vite ratio

Cap. 8.

Aram latroni constructam demolitur

Cap. 9.

Basilios repositos

Cap. 10.

Fana Gentilium diruit.

Ruentem arborem excipiens liberatur.

Adificatur Templum Deo.

Cap. 11.

Aduentus B. Martini ignis excinguitur.

Cap. 12.

quiarum esse illam frequentiam, non sacrorum, eleuata rursum manu, dat eis abeundi & tollendi corporis potestatem. Ita eos & cum voluit, stare compulit: & cum libuit, abire permisit.

I T E M, dum in vico quodam Templum antiquissimum diruisset, & arborem pinum quæ fano erat proxima, esset aggressus excidere, tum verò antistes loci illius, cæteraque gentilium turba cœpit obstitere. & cum iidem illi dum Templum euertitur, imperatè Domino quieuisissent, succidi arborem non patiebantur. ille eos sedulo commonere, nihil esse religionis in stipite: Deum potius, cui seruire ipse, sequerentur: arbore illam excindi oportere, quia esset demoni dedicata. Tum ex illis vnus qui erat audacior cæteris: Si habes, inquit, aliquam de Deo tuo quem dicis te colere, fiduciam, nosmetipsi succidemus hanc arborem, tu ruentem excipe: & si cum est tuis, vt dicis, Dominus, euades. Tum ille intrepidè confisus in Domino, facturum se pollicetur. Hic verò ad istiusmodi cōditionem, omnis illa Gentilium turba consentit: facilemque arboris suæ habere iacturā; si inimicum sacrorū suorum, casu illius obruissent. Itaque cum vnam in partem pinus illa esset accliuus, vt non esset dubium quā in partem succisa cotrueretur, eo loco vincus statuitur pro arbitrio rusticorum, quò arborē esse casuram nemo dubitabat. Succidere igitur ipsi suam Pinum cum ingenti gaudio lætitiāque cœperunt. aderat eminens turba mirantium. iamque paulatim nutare pinus, & ruinam suam casura minitari. Pallebant eminens Monachi, & periculo iam propiore cōterriti, spem omnem fidemque perdiderant, solam Martini mortem expectantes.

At ille confisus in Domino, intrepidus opperiens, cum iam fragorem sui pinus concidens edidisset, iam cadentiam super se ruenti, eleuata obuiam manu, signum salutis opponit. tum verò turbis modo (retroactam putares) diuersam in partem ruit adeò, vt rusticos qui tuto loco steterant, pœnè prostrauerit. Tum verò in cœlum clamore sublato, Gentiles stupere miraculo, monachi flere præ gaudio, Christi nomen in commune ab omnibus prædicari: satisque constitit, eo die salutem illi venisse regioni. Nam nemo ferè ex immani illa multitidine gentilium fuit, qui non impositione manus desiderata, Dominū Iesum, relicto impietatis errore, crediderit. Er verò ante Martinum pauci admodum immò pene nulli in illis regionibus Christi nomen receperant: quod adeò virtutibus illius, exemploque cōualuit, vt iam ibi nullus locus sit; qui non aut Ecclesiis frequentissimis, aut monasteriis sit repletus. Nam vbi fana destruxerat, statim ibi aut Ecclesiās, aut monasteria construebat.

N e c minorem sub idem ferè tempus eodem in opere virtutem edidit. Nam cum in vico quodam, fano antiquissimo & celeberrimo ignem immisisset, in proximam, immò adhaerentem domum agente vento, flammarum globi ferebantur. Quod vbi Martinus aduertit, rapido cursu rectum domus scandit, obuium se aduenientibus flammis inferens: tum verò mirum in modum cerneret contra vim venti ignem retorqueri, vt compugnantium inter se elementorum quidam conflictus videretur. ita virtute Martini ibi tantum ignis est operatus, vbi iustus est.

I n vico autem, cui Leprosum nomen est, eum idem templum opulentissimum superstitione religionis voluisset euertere, restitit ei multitudo Gentilium, adeò vt non absque iniuria sit repulsus. Itaque secessit ad proxima loca, ibique per triduum cilicio tectus & cinere,

ieiunans semper atque orans, precabatur à Domino: vt quia Templum illud euertere humana manu non potuisset, virtus illud diuina dirueret. Tum subito ei duo Angeli hastati atque scutati instar militiæ celestis se obtulerunt, dicentes, missos se à Domino, vt rusticam multitudinem fugarent, præsidiumque Martino ferrent, ne quis, dum Templum dirueretur, obstitere: rediret ergo, & opus cœptum deuotus impletet. Ita regressus ad vicum, inspectantibus Gentilium turbis, & quiescentibus, dum profanam ædem vsque ad fundamentum dirueret, aras omnes atque simulacra redegit in puluerem. quo viso, rustici cum se intellexerent diuino nutu obtupefactos atque perterritos, ne Episcopo repugnarent, omnes ferè in Iesum Dominum crediderunt, clamantes palam & confitentes, Deum Martini colendum: & idola negligenda quæ sibi adesse non possent.

Q u i d etiam in pago Aduorum gestum sit, referam: Vbi dum Templum itidem euertitur, furens Gentilium rusticorum in eum irruit multitudo. Cùmque vnus audacior cæteris, stricto eum gladio petere, relictò pallio nudam ceruicem percussori præbuit. Nec cunctatus ferire Gentili, sed cum dexteram altius extulisset, resupinus ruit: consternatūque diuino metu, veniam precabatur.

N e c dissimile huic fuit illud, cum eum idola destruentem, cultro quidam ferire voluisset, in ipso ictu ferrum ei de manibus excussum, non comparuit. Plerumque autem contradicentibus sibi rusticis, ne fana eorum destrueret, ita prædicatione sancta Gentilium animos mitigabat, vt luce eis veritatis ostensa, ipsi sua Templa subuerterent. Curationem verò tam potens in eo gratia erat, vt nullus ferè ad eum agrotus accesserit, qui non continuò receperit sanitatem: quod vel ex cōsequenti liquebit exemplo.

T r e v e r i s, puella quaedam dira paralysis ægritudine tenebatur, ita vt iam per multum tempus nullo ad humanos vsus corporis officio fungeretur, & omni ex parte pre-mortua, vix tenui spiritu palpitabat. Tristes ad solam funeris expectationem adstebant propinqui: cum subito nuntiatum ad ciuitatem illam venisse Martinum. Quod vbi parer puellæ comperit, cucurrit exanimi pro filia rogaturus. Et forè Martinus iam Ecclesiā fuerat ingressus. Ibi inspectate populo, multaque aliis Episcopis presentibus, euilans senex, genua eius amplectitur, dicens: Filia mea moritur misero genere languoris: & quod ipsa est morte crudelius, solo spiritu viuit, iam carne præ-mortua. rogo vt eam adeas, atque benedicas: confido enim quòd per te reddenda sit sanitati. Qua ille voce confusus obstupuit, & refugit dicens, hoc suæ non esse virtutis, senem errare iudicio, non esse se dignum per quem Dominus signum virtutis ostenderet. Perstare vehementius sēns pater, & orare vt exanimem visitaret. Postremò à circumstantibus Episcopis ite compulsus, descendit ad domum puellæ. Ingens turba pro foribus expectabat, quidnam Dei seruus esset facturus. Ac primum, quæ erant illius familiaria in istiusmodi rebus arma, solo prostratus orauit. Deinde ægram intuens, dari sibi oleum postulat: quod cum benedixisset, in os puellæ vim sancti liquoris infudit. statimque vox reddita est. Tunc paulatim singula contactu eius cœperunt membra viuiscere, donec firmatis gressibus, populo teste surrexit.

E o d e m tempore Terradij cuiusdam Proconsularis viri seruus demonio correptus, dolendo exitu cruciabat. Rogatus ergo Martinus, vt ei manum imponeret

Ab Angelis iuuatur in diruendo fanis.

Cap. 13.

Gladio feruens se subicit.

Cap. 14.

Cap. 15.

Oleo sanatur filiam.

Cap. 16.

neret,deduci eum ad se iubet: sed nequam spiritus nullo proferri modo ex cella in qua erat potuit, ita in aduenientibus rabidis dentibus sciebat. Tum Tetradius ad genua beati viri aduoluit, orans vt ad domum in qua daemonaicus habebatur, ipse descenderet. Tum vero Martinus negare se profani & Gētilis domū adire posse. Nam Tetradius eodē tempore adhuc Gētilitatis errore implicitus tenebatur. Spōdet se igitur, si de puero dēmo fuisse exactus, Christianū fore. Ita Martinus imposita manu puero, immundum ab eo spiritum eiecit, quo viso, Tetradius in Dominū Iesum credidit: statimque catechumenus factus, nec multo post baptizatus est, semperque, Martinum salutis suae auctorem miro coluit affectu.

Demoniacum curat

cap. 17.

PER idem tempus in eodē oppido ingressus patrisfamilias cuiusdam domum, in limine ipso restitit, dicens: Horribile in atrio domus daemōnium se videre. Cui cum, vt discoderet, imperaret, quendam e familia, qui in interiore parte aedium morabatur, arripuit: scire dentibus miser cepit, & obuios quoscumque laniare. Commota domus, familia turbata, populus in fugam versus. Martinus se furenti obiecit, ac primum stare ei imperat. Sed cum dentibus fremere, hiantique ore morsum minaretur, digitos ei Martinus in os intulit: Si habes, inquit, aliquid potestatis, hos deuora. Tum vero, ac si candens ferrum faucibus accepisset, longē reducis dentibus digitos beati viri vitabat attingere: & cum fugere de obfesso corpore penis & cruciatibus cogere, nec tamē exire ei per os liceret, fœda relinquens vestigia, fluxu ventris egestus est.

Curat iudaeum

cap. 18.

INTEREA cum de motu atque impetu Barbarorum subita ciuitatem fama turbasset, daemonaicum ad se exhiberi iubet: imperat, vt an verus esset hic nūtius, fateretur. Tunc confessus est: sedecim daemones fuisse, qui rumorem hunc per populum disseminassent, vt hoc saltē metu, ex illo Martinus oppido fugeretur: barbaros nihil minus quā irruptionem cogitare. ita cum hæc immundus spiritus media in Ecclesia fateretur, metu & turbatione presentis ciuitas liberata est.

Demonium interrogat

cap. 19.

APVD Parisios verò, dum portam ciuitatis illius magnis secum turbis euntibus introiret: Leprosum miserabili facie horrentibus cunctis osculatus est, atque benedixit, statimque omni malo emundatus est. Postero die ad Ecclesiam veniens nitenti cute, gratias pro sanitate quam receperat, agebat. Sed nec hoc praterendum est, quod sūmbriæ vestimenti eius, ciliciorum detractæ, crebras super infirmantibus egere virtutes. Nam aut digitis illigatæ aut collo inditæ, persæpe ab ægrotantibus morbos effugauerunt.

cap. 20.

Epistola eiusdem, curat quatuor tantam.

ARBORIVS autem, vir præfectorius, sancti admodum & fidelis ingenij, cum filia eius grauissimis quartanæ febribus vreretur, Epistolam Martini, quæ casu ad eum delata fuerat, pectori puellæ in ipso accessu ardoris inseruit, statimque fugata febris est. Quæ res apud Arborium intantum valuit, vt statim puellam Deo voverit, & perpetuæ virginitati dicarit: profectusque ad Martinum, puellam ei, præsens virtutum eius testimonium, quæ per absentem licet curata esset, obtulit: neque ab alio eam, quā à Martino, habitu virginitatis imposito, passus est consecrari.

cap. 21.

PAVLINVS verò, vir magni postmodum futurum exempli, cum oculum grauiter dolere cepisset, & iam pupillæ eius crassior nubes superducta texisset, oculū etu peniculi ei Martinus peniculo contigit, pristinamque ei sanitatem sublato omni dolore restituit.

cap. 22.

IPSE autem cum casu quodam esset de cœnaculo

deuolutus, & per confragosos scalæ gradus decedens, multis vulneribus esset affectus, cū exanimis iaceret in cellula, & immodicis doloribus cruciaretur, nocte eian- *Ipsè casu vulnera- us ab An- gelo cura- tur.* gelus visus est eluere vulnera, & salubri vnguine contusi corporis membra contingere: atque ita postero die restitutus est sanitati, vt nihil vnquam perituisse incommodi putaretur. Sed quia longum est ire per singula, sufficiant hæc, vel pauca de plurimis: fatique sit nos & in excellentibus non subtrahere veritatem, & in multis vitare fastidium.

ATQVE vt minora tantis inferam (quamnis, vt est nostrorum ætas tēporum, quibus iam deprauata omnia atque corrupta sunt, penè præcipuum sit, adulationi Regiæ Sacerdotalem non cessisse constantiam) cum ad Imperatorem Maximum, ferocis ingenij vitum, & bellorum civilium victoriā elatum, plures ex diuersis partibus Episcopi conuenissent, & fœda circa principem, omnium adulatione notaretur, seque degeneri inconstantia, Regiæ clientelæ Sacerdotalis dignitas subdidisset, in solo Martino Apostolica auctoritas permanebat. Nam etsi pro aliquibus supplicandum Regi fuit, imperavit potius quā rogauit: & à conuiuii eius frequenter rogatus abstinnit, dicens, se mensæ eius participem esse non posse, qui duos Imperatores vnum regno, alterum vitā expulisset. Postremò cum Maximus se non sponte sumpsisse imperium affirmaret, sed impositam sibi à militibus diuino nutu regni necessitatem armis defendisse, & non alienā ab eo Dei voluntatem videri, penes quos tam incredibili euentu victoria fuisset, nullumque ex aduersariis nisi in acie occubuisse: tandem victus vel ratione vel precibus, ad conuiuium venit: mirum in modum gaudente Rege, quòd id impetrasset. Conuiuæ autem aderant veluti ad diē festū euocati, summi atque illustres viri, præfectus, idēque cōsul Euodius, vir quo nihil vnquā iusti fuit, comites duo summa potestate præditi, frater Regis & patruus: medius inter hos Martini presbyter accubuerat: ipse autem sellula iuxta regem posita cōsiderat. Ad medium ferè conuiuium (vt moris est) pateram Regi minister obtulit: ille sancto admodum Episcopo potius dari iubet, expectans atque ambiens vt ab illius dextera poculum sumeret. Sed Martinus vbi ebit, pateram Presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniore, qui possit se biberet: nec integrū sibi fore, si aut regem ipsum, aut eos qui à Rege erant proximi, Presbytero prætulisset. Quod factum Imperator, omnēsque qui tunc aderant, ita admirati sunt, vt hoc ipsum eis in quo contempri fuerant placeret: celebratissimumque per omne palatium fuit, fecisse Martinū in Regis prandio, quod in infirmorum iudicium conuiuii Episcoporum nemo fecisset. eisdemque Maximo longē antè prædixit futurum, vt si ad Italiam pergeret, quòd ire cupiebat, bellum Valentiniano Imperatori inferens, sciret se primo quidem impetu futurum esse victorem, sed paruo post tempore esse periturum: Quod quidem ita vidimus. Nam primo aduentu eius, Valentinianus in fugam versus est: deinde post annum ferè resumptis viribus, captum intra Aquileiæ muros Maximum interfecit.

CONSTAT autem etiam Angelos ab eo plerumque visos, ita vt conferto inuicem apud eum sermone loquerentur. Diabolum verò tam conspicabilem & subiectum oculis habebat, vt siue se in propria substantia contineret, siue in diuersas figuras spiritualēque nequitias transulisset, qualiter ab eo sub imagine videretur. Quod cum diabolus sciret se effugere nō posse, con-

Anno christi 386.

Dignitas sacerdotalis Regiæ dignior.

cap. 24. Angelorum conuersio sortio sepe est vna.

se, conuiciis eum vrgebat frequenter, quia fallere non posset insidiis. Quodam autem tempore cornu bouis *Cellam eius irrum- pit diabolu- sus.* cruentum in manu tenens, cum ingenti fremitu cellulam eius irrupit, cruentamque ostentans dexteram, & admittens recens scelere congaudens: Vbi est, inquit, Martine virtus tua? vnum de tuis modò interfeci. Tūc ille conuocatis fratribus, refert quid diabolus indicasset: sollicitos esse præcepit per cellulas singulorum, quisnam hoc casu fuisset adfectus. Neminem quidem deesse de monachis, sed vnum rusticum mercede conductum, vt vehiculo ligna deferret, isse ad siluam nūriant. Iubet igitur aliquos ire ei obuiam. Itaque haud longè à monasterio iam penè exanimis inuenitur. extremum tamen spiritum trahens, indicat fratribus casum mortis & vulneris: iunctis scilicet bubus dum dis-soluta arctius lora constringit, bouem sibi excusso capite inter inguina cornu iniecit. nec multo post vitā reddidit. Videris quo iudicio Domini, diabolo data fuerit hæc potestas. In Martino illud mirabile erat, quòd non solum hoc quod supra retulimus, sed multa istiusmodi, quoties accidissent, longē antè præuidebat, & sibi nuntiata fratribus indicabat. Frequenter autem diabolus, dum mille nocendi artibus sanctum virum conabatur illudere, visibilem se ei formis diuersissimis *Diaboli varia for- ma, & illu- siones.* conabatur. nam iniret i in Iouis personam, plerumque Mercurij, persæpe etiam se Venere ac Mineræ transfiguratum vultibus offerebat. aduersus quem semper interitus, signo se crucis & orationis auxilio protegebatur. Audiebantur etiam plerumque conuicia, quibus illum turba daemōnum proteruis vocibus increpabat. sed omnia falsa & vana cognoscens, non mouebatur obiectis. Tēstabantur etiam aliqui ex fratribus, audisse se daemōnem proteruis Martinum vocibus increpantem, cur intra monasterium aliquos ex fratribus, qui olim baptismum diuersis erroribus perdidissent, conuersos postea recepisset, exponentem criminis singulorum: Martinum diabolo repugnantem respondiisse cōstanter, antiqua delicta melioris vitæ conuersatione purgari: & per misericordiam Domini absoluentos esse peccatis, qui peccare desinerent. cōtradicens diabolo, non pertinere ad veniam criminosos, & semel lapsis nullam à Domino clementiam præstari: tunc in hanc vocem ferrur exclamasse Martinus: Si tu ipse, o miserabilis, ab hominum insectatione desisteres, & te factorum tuorum vel hoc tempore, cum dies iudicij in proximo est, pœniteret, ego tibi verè cōsensus in Domino, Christi misericordiam pollicerer. O quā sancta de Domini pietate præsumptio, in qua etsi auctoritatem præstare non potuit, ostendit affectum. Et quia de diabolo, eiusdemque artibus sermo exortus est, non ab re videretur, licet extrinsecus referre quod gestum est: quia & quædam in eo Martini virtutum portio est, & res digna miraculo rectè memoriæ mandabitur, in exemplum cauendi, si quid deinceps vsipiam tale contigerit.

cap. 25.

Anatolij mentis sanctitas.

CLARVS quidā nomine, adolescens nobilissimus, mox Presbyter, nunc felici beatus excessu, cum relictis omnibus se ad Martinum contulisset, breui tempore ad summum fidei virtutumque omnium culmen enituit. Itaque cum haud longè sibi ab Episcopi monasterio tabernaculum cōstitulisset, multique apud eum fratres commorarentur, iuuenis quidam ad eum Anatolius nomine, sub professione monachi omnem humilitatem atque innocentiam mentitus accessit, habitumque aliquadiu in commune cum cæteris. Dein procedenti tempore, Angelos apud se loqui solere dice-

bat. cum fidem nullus adhiberet, signis quibusdam plerisque ad credendum cohortabatur. Postremò eouf- que processit, vt inter se ac Deum Angelos discurrere prædicaret: iamque se vnum ex Prophetis haberi volebat: Clarus tamen nequaquam ad credendum cogi poterat. ille ei iram Domini & præsentis plagas, cur sancto non crederet, comminari. Postremò in hanc vocem erupisse fertur: Ecce hac nocte vestem mihi candidam Dominus de cœlo dabit, qua indutus in medio vestrum diuerlabor: idque vobis signum erit, me Dei esse virtutem, qui Dei veste donatus sim. Tum verò grandis omnium ad hanc professionem expectatio. Itaque ad mediam ferè noctem fremitu insultantium commoueri omne monasterium loco visum est. cellulam autem, in qua idem adolescens continebatur, crebris cerneret micare luminibus, fremitusque in ea dis-currentium, & murmur quoddam multarum vocum audiebatur. Deinde factō silentio egressus, vnum de fratribus, Sabatium nomine ad se vocat, tunicamque ei, qua erat indutus, ostendit. Obstupfactus ille conuocat cæteros. ipse etiam Clarus accurrit: adhibitoque lumine, vestem omnes diligenter inspiciunt. erat autem summa mollitie, candore eximio, micanti purpura, nec tamen cuius esset generis aut velleris, poterat agnosci. curiosus tamen oculis aut digitis atrectata, non aliud quā vestis videbatur. Interea Clarus fratres admonet, orationi instare, vt manifestus eis Dominus quidnam esset ostenderet. Itaque reliquum noctis hymnis psalmisque cōsumitur. At vbi illuxit dies, apprehensum dextera trahere ad Martinum volebat, bene conscius, illud illum diaboli arte non posse. Tū verò teniti ac reclamare miser cepit, interdicitumque sibi esse dicebat, ne se Martino ostenderet. Cūque inuicem ire compellerent, inter trahentium manus vestis euauit. Vnde quis dubitet hanc etiam Martini fuisse virtutem, vt phantasiam suam diabolus, cum erat Martini oculis ingerenda, dissimulare diutius, aut regere non posset? Animaduertum est tamen eodem ferè tempore fuisse in Hispaniis iuuenem, qui cum si- *Pseudo- Elijam.* bi multis signis auctoritatem parauisset, eoufque elatus est, vt se Heliam profiteretur. Quod cum plerique temerè credidissent, addidit, vt se Christum esse diceret: in quo etiam adeò illudit, vt eum quidam Episcopus nomine Rufus, vt Dominum adoraret: propter quod eum postea ab Episcopatu deiectum vidimus. Plerique etiam nobis e fratribus retulerunt, eodem tempore in Oriente quendam extitisse, qui se Ioannē esse iactitaret. ex quo conicere possumus, istiusmodi pseudopropheta existitibus, Antichristi aduentum imminere, qui iam in istis mysterium iniquitatis operatur. Neque enim praterendum videtur, quanta Martini sub iisdem diebus diabolus arte tētauerit. Quo- *Diaboli arte tenta.* dam enim die præmissa præ se, & circumiectus ipse illuderet, veste etiam Regia indutus, diademate ex gemmis aurōque redimitus, calcis auro illitis, sereno ore, læta facie, vt nihil minus quā diabolus putaretur, oranti in cellula astitit. Cūque Martinus primo aspectu eius fuisset hebetatus, diu multumque silentium ambo tenuerunt. Tunc prior diabolus: Agnosce, inquit, Martine, quem cernis. Christus ego sum: descensus ad terram, prius me manifestare tibi volui. Ad hæc cum Martinus taceret, nec quidquam responsi referret, iterare ausus est diabolus? professionis audaciæ: Martine quid dubitas credere, cum videas? Christus ego sum. Tum ille, reuclante sibi spiritu, vt intelligeret

Christi ap-
paritis i-
mago.

diabolum esse, non Deum: Non se, inquit, Iesus Domi-
ni purpuratum & diademate renitentem venturum
esse praedixit. Ego Christum, nisi in eo habitu, formae
que qua passus est, nisi Crucis signata proferentem,
venisse non credam. Ad hanc ille vocem statim ut fu-
mus euanuit, & Cellulam tanto fetore compleuit, vt
indubia indicia relinqueret, diabolum se fuisse. Hoc ita
gestum, vt supra retulimus, ex ipsius Martini ore co-
gnoui, ne quis forte existimet fabulosum.

Cap. 26.

NAM cum olim audita fide eius, vita atque virtu-
tibus, desiderio illius estuaremus, gratam nobis ad eum
videndum peregrinationem suscepimus. simul quia
iam ardebat animus vitam illius scribere: partim ab
ipso, inquam ille interrogari potuit, sciscitanti sumus:
partim ab his qui interfuerant, vel sciebant, cognoui-
mus. Quo quidem tempore credi non potest, qua me
humilitate, qua benignitate suscepit: congratulatus
plurimum, & gauisus in Domino, quod tati esset habitus,
& nobis, quae peregrinatione suscepta experissemus. Mi-
serum me (penè non audeo confiteri) cum me sancto
coniunio suo dignatus est adhiberi: aquam manibus
nostris ipse obtulit, ad vesperam autem ipse nobis pe-
des abluit: nec reniti ad hoc aut contraire constantia
fuit: ita auctoritate illius oppressus sum, vt nefas puta-
rem si non acquieuissem. Sermo autem illius non alius
apud nos fuit, quam mundi huius illecebras & saeculi
onera relinquenda, vt Dominum Iesum liberi expedi-
tione sequeremur: praestantissimumque nobis praesen-
tium temporum illustris viri Paulini, cuius supra men-
tionem fecimus, exemplum ingerebat: qui summis o-
pibus abiectis, Christum secutus, solus penè his tem-
poribus Euangelica praercepta compleretur: illum nobis
sequendum, illum clamabat imitandum: beatumque
esse praesens saeculum, tantae fidei virtutisque documē-
to, cum secundum sententiam Domini diues & possi-
dens multa; vendendo omnia & dando pauperibus,
quod erat factum impossibile, possibile fecisset exemplo.
Iam verò in verbis & confabulatione eius quanta
grauitas, quanta dignitas erat! quam alacer, quam effi-
cax, & quam in exsoluendis scripturarum quaestionibus
promptus & facilis! Et quia multos ad hanc partem
incredulos scio, quippe quos viderim, me ipso etiam
referente, non credere: Iesum restor, spemque com-
munem, me ex nullius vnquam ore tantum scientiae,
tantum ingenij, tam boni, & tam puri sermonis audisse.
Quamquam in Martini virtutibus quantula est ista
laudatio? nisi quod mirum est, homini illiterato ne
hanc quidem gratiam defuisse. Sed iam finem liber po-
stulat, sermo claudendus est: non quòd omnia quae de
Martino fuerant dicenda, defecerint, sed quia nos, vt
inertes poëtae, extremo in opere negligentes, victi ma-
teriae mole succumbimus. Nam etsi facta illius explica-
ri verbis vtcumque potuerunt, interiorem vitam illius,
& quoridianam conuersationem, & animum caelo
semper intentum, nulla vnquam (verè profiteor) expli-
cabit oratio, illam scilicet perseverantiam, & tempera-
mentum in abstinentia & ieiuniis, potentiam in vigiliis
& orationibus: nocteque ab eo perinde ac dies actas,
nullumque vacuum ab opere Dei tempus, quo vel o-
tio indulserit, vel negotio: Sed nec cibo aut somno
Eius facta quidem, nisi in quantum naturae necessitas coegit. Ve-
re fatebor, non si ipse (vt aiunt) ab inferis Homerus e-
mergeret, posset exponere: adeo omnia maiora in Mar-
tino sunt, quam vt verbis concipi queant. Nunquam
hora vlla momentumque praeterit, quo non aut ora-
tioni incumberet, aut insisteret lectioni, Quamquam e-

Auctoris
suum Mar-
tino con-
gressus, et
conuictus.

Paulini
perfectio
ad imitan-
dum pro-
posita.

Eius facta
explicari
non posse.

tiam inter legendum, aut si quid aliud forte agebat, nu-
quam animum ab oratione laxabat. Nimirum vt fa-
bris ferrariis moris est, qui inter operandum pro quo-
dam laboris leuamine incudem suam ferunt: ita Mar-
tinus etiam dum aliud agere videretur, semper orabat.
O verè beatus, in quo dolus non fuit: neminem iudi-
cans, neminem condemnans, nulli malum pro malo
reddens! Tantam quippe aduersum omnes iniurias pa-
tientiam adsumpserat, vt cum esset summus Sacerdos,
impunè etiam ab infimis clericis laederetur: nec pro-
pter id eos aut loco vnquam amouerit, aut à sua, quan-
tum in ipso fuit, charitate repulerit. Nemo vnquam il-
lū vidit iratū, nemo commotū, nemo inuidentē, nemo
ridentē: vnus idemque semper, caelestē quodammodo
laetitiam vultu praefrens, extra naturam hominis vide-
batur. Nunquam in illius ore nisi Christus, nunquam
in illius corde nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia in-
erat. Plerumque etiam pro eorum qui obrectatores il-
lius videbantur, solebat flere peccatis, qui remotum &
quietum venenatis linguis & vipereo ore carpebant.
Et verè nonnullos experti sumus inuidios virtutibus vi-
taeque eius, qui in illo oderat quod in se non videbant,
& quod imitari non valebant. Atque, o nefas dolen-
dum & ingemiscendum! non alij fuere insectatores e-
ius, licet pauci admodum, non alij tamen quam Epif-
copi ferebantur. Nec verò quenquam nominare neces-
se est, licet nosmetipsos plerique circū latent. Suficit,
vt si quis ex his haec legerit, & agnoverit, erubescat. nā
si irascitur, de se ipse dictum fatebitur, cum fortasse nos
de alio senserimus. Non refugimus autem, vt si qui e-
ius in odi sunt, nos quoque cum tali viro oderint. Illud
facile confido, omnibus sanctis opusculum istud gra-
tum fore, de cetero si quis haec infideliter legerit, ipse
peccabit. Ego mihi conscius sum, me rerum fide, & a-
more Christi impulsus, vt haec scriberem, manifesta
exposuisse, vera dixisse: paratumque, vt spero, habebit
à Deo praemium, non quicumque legerit, sed quicum-
que crediderit.

D. Marti-
ni patien-
tia.

S. SVLPICII SEVERI BITVRIC.
ARCHIEP. EPISTOLAE.

Ad Eusebium Presbyterum, contra emulos
virtutum B. Martini. Epist. I.



Esterna die cum ad me plerique Monachi
venissent, inter fabulas iuges, logumque ser-
monem, mentio incidit libelli mei quem de
vita B. viri Martini edidi, studioseque eum à
multis legi, libentissimè audiebam. Interea indicatur
mihi, dixisse quendam malo spiritu suscitatum, cur
Martinus qui mortuos suscitasset, flammam domibus
depulisset, ipse nuper adustus incendio, periculose fuisset
obnoxius passioni. O istum, quisquis est, miserum!
Iudaeorum in verbis eius perfidiam & dicta cognosci-
mus, qui in cruce positum Dominum his verbis incre-
pabant: Alios saluos fecit, seipsum saluum facere non
potest. Verè planè iste quicumque est, si illis temporibus
natus esset, & in Dominum hac voce dicere potuisset,
qui simili sanctū Domini blasphemam exemplo. Quid
ergo, quisquis es, Martinus ideo non potens, ideo non
sanctus, quia est periclitatus incendio? O beatorum, &
per omnia similem Apostolis, etiam in his conuictis,
virum! Nempe hoc & de Paulo gentiles illi, cum eum
vipera momordisset, sensisse referuntur: Hic homo de-
bet homicida esse, quem saluum factum de mari, fata
viuere

Mat. 17. 23

Act. 2.

Matth. 14

1. Cor. 11.

Act. 27.

2. Cor. 11.

viuere non sinunt. At ille, excussa viperà in ignem, nihil
mali patiebatur. Illi autem subito casurum, & repente
morum eum putabant: sed cum viderent nihil ma-
li contingere ei, conuertentes se, dicebant eum Deum
esse. Alioquin, vel horum exemplo, omnium mortalium
infelicissime, perfidiā tuam coarguere ipse debueras:
vt si tibi scandalum mouerat, quòd Martinus flamma
ignis videbatur attractus, hūc rursum attractum ad me-
rita illius & virtutem referres, quòd circumseptus igni-
bus non perisset. Agnosce enim miser, agnosce quod
nescis, omnes ferè sanctos magis insignes periculorum
suorum fuisse virtutibus. Video quidem Petrum fide
potentem, rerum obstante natura mare pedibus super-
gressum, & instabiles aquas corporeo pressisse vesti-
gio, sed non ideo minor mihi videtur gentium praedi-
cator, quem fluctus absorbuert, & post triduum totidē
que non octes emergentem è profundo vnda restituit: at-
que haud scio, an penè plus fuerit vixisse in profundo,
an supra maris profūda transisse. Sed haec tu, vt arbitror,
legeras, aut stulte nō lecta nō audieras. Neque enim ab-
sque diuino consilio istiusmodi exemplum beatus E-
uangelista sacris literis protulisset, nisi vt ex his huma-
na mens erudiretur naufragiorum atque serpentium
calus, & sicut Apostolus refert, qui nuditate, fame, la-
trōnumque periculis gloriatur, omnia haec sanctis ho-
minibus, atque omnibus ad perpetuandum quidem es-
se communia: sed his tolerantibus atque vincendis praeci-
pua semper iustorum fuisse virtutem, dum per om-
nia tentamenta patientes semper inuicti, tanto fortius
vincerent, quāto grauius pertulissent. Vnde hoc, quod
ad Martini infirmitatem vocatur, plenum est dignita-
tis & gloriae: siquidē periculossimo casu tentatus, eui-
cerit. Ceterū id omisum à me in libello illo què de vi-
ta illius scripsimus, nemo miretur: cū ibidē sim profes-
sus, me nō oīa illius facta cōplexū: quia si persequi vni-
uersa voluissem: immensum volumē legēribus edidisset.
Neque sunt tam parua quae gessit, vt omnia potuerint
comprehendi. Sed tamen hoc de quo quaestio incidit,
latere non patiar, & rem omnem, vt gesta est, referam,
ne forte inconsultum hoc quod ad vituperationem
beati viri poterat opponi, praetermissū videamur.
Cum ad dicecesim quandam pro solenni consuetudi-
ne (sicut Episcopi visitat Ecclesias suas moris est) me-
dia ferè hieme Martinus venisset, mansionem ei in se-
cretario Ecclesiae clerici parauerunt, multumque ignem
scabro iam & pertenui pavimento subdiderunt, lectū-
que ei plurimo stramine extruxerunt. Dein cum se Mar-
tinus cubitum collocasset, insuetam mollitiem strati
malè blandientis horrescit: quippe qui nuda humo, v-
no tantum cilicio superiecto, cubare consueuerat. Ita-
que quasi accepta per mortuos iniuriā stramentum omne
proiecit. Casu super fornaculam, partem paleae illius
quam remouerat, aggressus. Ipse, vt erat moris, nuda hu-
mo, lassitudine itinetis virgente requieuit. Ad mediam
ferè noctem, per interruptum, vt supra diximus, pau-
mentum ignis aestuans, atrescentes paleas apprehendit.
Martinus somno excitus, te inopinata, accipiti periculo,
& maxime (vt referebat) diabolo insidiantē atque
virgente praeventus, tardius quam debuit ad orationis
confugit auxilium. Nam erumpere foras cupiens, cum
pestulo quem ostio obdiderat, diu multumque lucta-
tus, grauissimum circa se sensit incendium: adeo vt ve-
stem qua indutus erat, ignis absumpserit. Tandem in
se reuersus, non in fuga, sed in Domino esse praesidiū:
scutum fidei & orationis arripiens, mediis flammis to-
tus ad Dominum conuersus, incubuit. Tum verò diui-

E mediis
flammis li-
beratur.

nitus igne submoto, innoxio sibi orbe flammatum, o-
rabat. Monachi autem, qui pro foribus erant, crepitan-
te & colluctante incendij sono, obleratas effringunt
fores: dimotoque igne, mediis flammis Martinum au-
ferunt, cum iam penitus esse consumptus tam diuturno
incendio putaretur. Ceterum (vt verbis meis Dominus
est testis) mihi ipse referebat, & sine gemitu fatebatur,
in hoc se diaboli arte deceptum, vt excussus è somno
consilium non haberet, quo per fidem & orationem
periculo repugnaret: denique tam diu circa se saeuisse
ignem, quandiu erumpere ostium turbatus mente ten-
tauerit. Vbi verò auxilium crucis & orationis arma re-
prouerit, medias cellisse flammis: seque sensisse ro-
rantes: quas malè esset expertus vrentes. Vnde intelli-
gat quisquis haec legerit, tentatum quidem illo Marti-
num periculo, sed probatum.

In Deo
praesidiū
collocat.

S. SVLP. SEVERI BITVRICEN.
ARCHIEP. AD AVRELIVM DIA-
CONVM, EPIST. II.
De obitu, & apparitione B. Martini.



Vlpicius Seuerus Aurelio diacono, Salutē.
Postquam à me manè digressus es, eram
residens solus in cellula, subiectaque me il-
la, quae saepius cogitatio, spes futurorum,
praesentiumque fastidium, iudicij metus, formido praeci-
narum: & quod consequens erat, atque vnde cogita-
tio tota descenderat, peccatorum meorum recordatio
tristem me confectumque reddiderat. Deinde cum sa-
tigata angore animi in lectulo membra posuissem, vt
plerumque ex consuetudine solet, somnus obrepit: qui
vt semper matutinis horis leuior incertusque, ita sub-
pensus & dubius per membra diffunditur: vt quod in
alio sopore non euenit, penè vigilans dormire te sen-
tias. Cū repente sanctum Martinum Episcopum vi-
dere mihi videor, praetextum toga cādida, vultu igneo,
stellantibus oculis, crine purpureo: atque ita mihi in ea
habitudine corporis, formaque quam noneram, vide-
batur, vt quod eloqui nobis penè difficile est, non pot-
est aspicere, cum posset agnosci. Arridensque mihi pau-
lulum, libellum quem de vita illius scripseram, dextra
praeferebat. Ego sancta genua eius amplexus, benedi-
ctionem pro consuetudine flagitabam: superpositam
que capiti meo manum tactu blandissimo sentiebam,
cum inter benedictionis verba solennia familiare il-
lud ori suo crucis nomen iteraret. mox in eum lumini-
bus intentis, cum exfatiari vultu illius conspexit: nō
possem, subito mihi in sublimē sublatus eripitur: donec
emēla aeris istius vastitate, cum tamē rapida nube sub-
uectum acie sequeremur oculorum, patenti caelo re-
ceptus, videri vltra nō potuit. Nec multo post, Presby-
terum sanctum Clarum, discipulum illius, qui nuper
excesserat, video eandem, quam magistrum, viam scā-
dere. Ego impudens sequi cupiens, dum altos gressus
molior & cōnitor, euigilo: somnoque excitus, congra-
tulari cōperam visioni, cum ad me puer familiaris in-
greditur, solito tristior vultu, loquentis pariter & dolē-
tis. Quid tu tam tristis loqui gestis? Dno, inquit, mona-
chi modò à Turonis adfuerunt: Dominum Martinum
obisse nuntiant. Concidi fateor, obortisque lachrymis
fleui vberimè, quin etiam dum haec ad te frater scribi-
mus, fluunt lachrymae, nec vllum impatiētissimi dolo-
ris admitto solatium. Te verò, vbi hoc nuntiatum est,
participem esse volui luctus mei, qui eras socius amo-
ris. Veni ergo ad me statim, vt pariter lugeamus quem

In somno
Apparet
Martino
Subsidio

Clarus di-
scipulus

Mors B.
Martini
nuntiat

pariter amamus: quanquam sciam virum illum non esse legendum, cui post euctum triumphatumque sacculum, nunc demum reddita est corona iustitiae. Sed tamen ego non possum mihi imperare, quin doleam. Praemisi quidem patronum, sed solatium vitae praesentis amisi: & si rationem ullam dolor admitteret, gaudere deberem. Est enim ille, ut est confertus Apostolis ac Prophetis, & quod pace sanctorum omnium dixerim, in illo iustorum grege nulli secundus, ut spero, credo, confido, illis potissimum, qui stolas suas in sanguine agni laurunt, adgregatus: agnum ducem ab omni integer labe comitatur. Nam licet ei ratio temporis non poterit praestare Martyrium, gloria tamen Martyris non carebit, quia voto atque virtutibus & potuit esse Martyr, & voluit. Quod si ei Neronianis Decianisque temporibus, in illa quae tunc extitit, dimicare cogressione licuisset, testor Deum caeli atque terrae, sponte equuleum ascendisset, vltro se ignibus intulisset: Hebraisque pueris aequandus, inter flammarum globos media licet hymnum Domini in fornace cantasset. Quod si Efaianum illud supplicium persecutori forte placuisset, nunquam profecto impar Prophetarum, ferris & laminis dissecari membra timuisset. ac si praecis rupibus, abruptisque montibus agere felicem furor impius maluisset, perhibeo confusus testimonium veritatis, sponte occidisset. Si verò gentium doctoris exemplo, gladio deputatus inter alias, ut saepe provenit, victimas duceretur, primus omnium carnifice compulsio, palmam sanguinis occupasset. Iam verò aduersum omnes penas atque supplicia, quibus plerumque humana cessit infirmitas, ita à confessione Domini non recedens, immobilis stetit, ut latus vlcibus congaudensque cruciatibus qualibet inter tormenta risisset. Sed quamquam ista non tulerit, impleuit tamen etiam sine cruore Martyrium, nam quas ille pro spe aeternitatis humanorum dolorum non pertulit passiones, fame, vigiliis, nuditate, ieiuniis, opprobriis invidorum, insectationibus improborum, cura pro infirmantibus, solitudine pro periclitantibus: Quo enim ille dolente non doluit? quo scandalizante non vltus est: quo pereunte non genuit, praeter illa quotidiana illius aduersum humana spiritalisque nequitiae diuersa certamina, dum in co variis tetationibus appetito, semper exsuperat fortitudo vincendi, patientia expectandi, aequanimitas sustinendi? O verè ineffabilem virum, pietate, misericordia, charitate quae quotidie etiam in sanctis viris saeculo frigente frigeat: in illo tamen vsque ad finem aucta, in dies perseveravit. quo ego illius bono vel specialiter frui sum, cum me indignum & non merentem vnice diligebat. En rursus lachrymae fluunt, imòque de pectore gemitus erumpit: in quo mihi, post haec, homine similis requies, in cuius erit caritate solatium? Me miserum, me infelicem, potero ne vnquam, si diutius vixero, non dolere, quòd Martino superstes sum? Erit mihi post haec vita incunda, erit dies aut hora sine lachrymis: aut tecum, frater dilectissime, potero illius mentionem habere sine fletu: aut vnquam loquens apud te aliud quam de illo loqui poterò? Sed quid te in lachrymas fletusque commoueo? ecce nunc consolatum esse te cupio, qui me consolari ipse non possum: non deerit nobis ille, mihi crede, non deerit, intererit de se sermoinantibus, adstabit orantibus: quòdque ià hodie praestare dignatus est, videndum se in gloria sua saepe praebit, & assidua sicut ante paululum fecit, benedictione nos proteget. Inde secudum ordinem visionis, qua caelum, sequentibus se, patere monstravit, quò sequendus

Cur gloria Martyris tribuenda sit B. Martino.

D. Paulus gladio occisus.

esse, edocuit: quò spes nostra tendenda, quò animus dirigendus instruit. Quid tamen fiet frater? quòd mihi ipse sum conscius, confendere arduum illud, ac penetrare non potero, ita sarcina molesta me praegravat, & peccati mole depressum, negato in astra consensu, saena miserabile ducit in tartara. Spes tamè superest, illa sola, illa postrema, ut quòd per nos obtinerè non possumus, saltem pro nobis orante Martino mereamur. Sed quid te frater diutius occupo Epistola tam loquaci, demororque venturum? simul iam pagina impleta non recipit. Mihi tamen haec fuit ratio, sermonem istum longius proferendi, ut quia doloris nuntium Epistola deferbat, eadem tibi ex quadam nostri confabulatione praestaret charta solatium.

S. SVLPICII SEVERI BITVRIC. ARCHIEP. AD BASSVLAM SOCVRVM suam, Epist. III.

Quomodo B. Martinus ex hac vita ad immortalem transierit.



Vlpicius Severus Bassulae parenti venerabili salutem. Si parentes vocati in ius liceret, te planè expilationis furrique ream, ad Praetoris Tribunal iusto loro traheremus. Quid enim non conquerar, quam à te patior iniuriam: Nullam mihi domi chartulam, nullum libellum, nullam Epistolam reliquisti: ita furaris omnia, ita vniuersa divulgas. Si quid ad amicum familiariter scripti, si quid forte dum ludimus, quòd velim tamè occultum esse, dictavi: omnia ad te prius penè quam fuerint scripta aut dictata, perueniunt. nimirum obaratos habes notarios meos, per quos tibi nostrae ineptiae publicantur. Nec tamen aduersum eos possum moueri, si tibi parent, qui in ius nostrum ex tua potissimum liberalitate venerit, seque adhuc tuos magis quam meos esse meminerit. Tu sola es rea, tu sola culpabilis, quae & mihi insidiaris, & illos fraude circumuenis, ut sine delicto villo familiariter scripta, aut negligenter emissa inlucubrata tibi penitus atque impolita tradantur. Nam vt de reliquis taceam, rogo quemadmodum tam citò ad te Epistola illa potuit peruenire, quam nuper ad Aurelium Diaconum scripseramus? Ego enim Toloas positus, tu Treueris constituta, & tam longè à patria filio inquitante diuisa, qua tandem familiarem illam Epistolam occasione furata es? Namque accepi litteras tuas, quibus scribis, in eadem Epistola qua de obitu Domini Martini fecerim mentionem, ipsum beati viri transitum exponere debuissim. Quasi verò ego illam Epistolam aut legendam alij, praeterquam ipsi ad quem missa videtur, ediderim: aut ego tanto sum operi destinatus, ut omnia quae de Martino cognosci oportet, me potissimum scribente notescant. Itaque si qua de obitu sancti Episcopi audire desideras, ab illis potius qui interfuerint, cognosce: ego tibi statui nihil scribere, ne vbi que me publices, tamen si das fidem, nulli te esse lecturam, paucis tuae satisfaciam voluntati. itaque praestabo te his quae mihi sunt comperta, participem.

MARTINVS igitur obitum suum longè ante praesciuit, dixitque fratribus dissolutionem sui corporis imminere. Interea causa extitit, qua Condatensem diocesim visitaret. nam clericis inter se Ecclesiae illius discordantibus, pacem cupiens reformare: licet finem dierum suorum non ignoraret, proficisci tamen istiusmodi ob causam non recusauit: bonam hanc virtutum suarum

Dilectissime, ex familiaribus, expositus, ex Severus cum Bassula de emulgatione Epistolae superioris: deinde narrat Obiitum D. Martini.

Dies obitus praenotatus a B. Martino.

Imperat auibus.

Visitauit Diocesim Condatensem.

Verg. Aeneid. vers. 323

Nec mori recusat nec viuere de labora re.

Quo in statu mori conueniat Christi stianis.

Alloquitur diabolo.

suarum consummationem existimans, si pacem Ecclesiae redditar reliquisset. Ita profectus cum suo illo, ut semper frequentissimo discipulorum sanctissimòque comitatu, Mergos in flumine cospiciatur, piscium praedam sequi, & rapacem in gluuiem assiduis vrgere capturis. Forma, inquit, haec daemone est, insidiantur incautis, capiunt nescientes: captos deuorant, exfaturatique non queunt deuorari. Imperat deinde potenti virtute verborum, ut eum cui innatabant gurgitem relinquentes, aridas peterent, desertasque regiones: eo nimirum circa aues illas vltus imperio quo daemones fugare consueuerat. Ita grege factò omnes in vnum illae volucres congregatae, relicto flumine, montes siluasque petierunt, non sine admiratione multorum, qui tantam in Martino virtutem viderent, ut etiam auibus imperaret. Aliquòdum ergo in vico illo, vel in Ecclesia ad quam iterat, commoratus, pace inter clericos restituta, cum iam regredi ad monasterium cogitaret, viribus corporis caput repente destituit: conuocatisque discipulis, indicat se iam resolui. Tum verò maror & luctus omnium, vox vna plangentium: Cur nos pater deseris? aut cui nos desolatos relinquis? inuadent gregem tuum lupi rapaces: & quis eos à mortibus nostris, percussio pastore prohibebit? Scimus quidem desiderare te Christum: sed salua tibi sunt tua praemia, nec dilata minuuntur: nostri porius miserere, quos deseris. Tunc ille motus his fletibus, ut totus semper in Domino misericordiae visceribus affluebat, lachrymas perhibetur: conuersusque ad Dominum, hac tantum fletibus voce respondit: Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: fiat voluntas tua. Nimirum inter ipse amoreque positus, dubitavit penè quid mallet: quia nec hos deserere, nec à Christo volebat diutius separari: nihil tamè in voto suo ponens, aut voluntati relinques, totum se Domini arbitrio potestatisque committens. Nonne tibi his paucissimis verbis dicere videtur: Grauis quidè est Domine corporea pugna militiae, & iam satis est quòd hucusque certavi, sed si adhuc in codè labore pro castris tuorum stare me praecipis, non recuso, nec fatiscentem caulabor aetatem. Munia tua deuotus implebo, sub signis tuis quoad ipse tu iusseris, militabo: & quamuis oprata sit seni miillo post laborem, est tamen animus victor annorum, & cedere nescius senectuti. ac si ià parcis aetati, bonum est mihi Domine voluntas tua: hos verò, quibus timeo, ipse custodies. O virum ineffabilem, nec labore victum, nec morte vincendum! qui in nullam se partem pronior inclinauerat, nec mori timuit, nec viuere recusauit. Itaque cum iam per aliquor dies vi febrim teneretur, non tamen à Dei opere cessabat: pernox in orationibus & vigiliis, fatiscientes artus seruire spiritui coquebat, nobili illo stratu suo, in cinere & cilicio recubans. Et cum à discipulis rogaretur, quò in statu mori conueniat Christi stianis: Quo in statu mori conueniat Christi stianis, aliquid vobis exemplum relinquo, ipse peccaui. Oculis igitur ac manibus in caelum semper intentus, inuictum ab oratione spiritum non relaxabat. & cum à Presbyteris qui tum ad eum confluerant, rogaretur, ut corpusculum lateris mutatione releuaret: Sinite, inquit, sinite me, fratres, caelum potius respicere, quam terram, ut suo iam itinere iturus ad Dominum spiritus dirigatur. Haec locutus, diabolum vidit propè assistere: Quid hic, inquit, astas cruenta bestia: nihil in me, funeste, reperies. Abrahæ me finis recipit. Cui haec ergo voce flagitatum diuinis operibus spiritum caelo reddidit: restatque nobis sunt qui affuerant, iam exanimò corpore Tom. 2.

glorificati hominis vidisse se gloriam. Vultus luce clarior renitebat, cum membra caetera ne tenuis quidem macula fuscaret. in aliis etiam, & in illo tantum artibus non pudendis, septennis quodammodo pueri gratia videbatur. Quis istum vnquam cilicio reatum, quis cineribus crederet inuolutum? ita vitro purior, lacte candidior, iam in quadam future resurrectionis gloria & natura demutatæ carnis, ostensus est. Iam verò in obsequium funeris, credi non potest, quanta hominum multitudo conuenit. tota Civitas obuiam corpori ruit, cuncti ex agris atque vicis, multique ex vicinis etiã vrbibus affuerunt. O quantus luctus omnium! quanta praecipue mœrentium lamenta monachorum qui eodie ferè ad duo millia concunisse dicuntur, specialis Martini gloria, cuius exèplo in Domini seruitutem stirps tanta fructificauerat. Agebat nimirum antè se pastor extinctus greges suos, sancta illius multitudinis pallidas turbas, agmina palliata, & aut emeritorum laborum senes, aut iuratos Christi in Sacramenta tyrones. Tum virginum chorus, fletu abstinentis praepudore, cum lacrandum potius illi esse sentiret, quem iam suo Dominus gremio cõfoueret, quam sancto diffimulabat gaudio quòd dolebat: siquidem fides flere prohiberet, gemitum extorqueret affectus. Etenim tam erat sancta de illius gloria exultatio, quam pia de morte confusio. Ignoscere fletibus, gratulari gaudentibus: quia & pius est gaudere Martino, & pius est flere Martini: dum vnusquisque & sibi praestat ut doleat, & illi debet ut gaudeat. Hoc igitur beati viri corpus vsque ad locum sepulchri, hymnis canora caelestibus turba prosequitur. Comparetur, si placet, saecularis illa pompa, non dicam funeris, sed triumpi: quid simile Martini exsequiis conferetur? Ducant illi praecurrantibus suis vincetos, post terga captiuos: Martini corpus, hi qui mundum ductu illius vicerant, prosequantur. Illos confusus plausibus populorum honoret infania, Martino diuinis plauditur Psalmis, Martinus hymnis caelestibus honoratur. illi post triumphos suos in tartara saena traduntur. Martinus Abrahæ sinu latus excipitur, Martinus hic pauper & modicus, caelum diues ingreditur: illinc nos, vt spero, custodiens me haec scribentem respicit, te legentem.

Exsequia vni bonor.

Martinus legentem respicit.

Haec opus diuini non pau erroribus corrupta a Gelasio in epichrypha reu.

S. SVLP. SEVERI BITVR. ARCHIEP. DIALOGI TRES. Dialogus I. De virtutibus Monachorum Orientalium.



M in vnum locum ego & Gallus noster conuenissimus, vir mihi & propter Martini memoriam (ex illius enim discipulis erat) & propter sua merita charissimus: interuenit nobis Postumianus meus, nostri causa ab Oriente, quò se antè triennium patriam relinques contulerat, regressus. Complexi hominem amantissimum, exosculati que genua & pedes eius, cum vno atque altero spatio quasi obstupesci, in vicem stetes gaudio, deambulafsemus: iactus in terram ciliciis consedimus. Tum prior Postumianus me intues: Cum essem, inquit, in remotis Aegypti, libuit vt ad mare vsque procederem. nauim illic onerariam offendi, quae cum mercibus Narbonam petens, soluere parabat. Eadem nocte astare in somnis mihi visus es, & iniecta me manu trahere vt nauim illam conscenderem. mox tenebras rumpente diluculo, cum eo loco, in quo quicueram, surrexissem, somnium

meum ipse mecum reputans, tanto tui desiderio subitō correptus sum, ut nihil cunctatus, nauim concedētem: tricesimo die Massiliā adpulsus, inde huc decimo peruenim. Ad eā prospera nauigatio piā adfuit volūtati. Tu modō, propter quem tot maria transnauigauimus, tantum terrā transcurrimus, complectendum, perfuadendumque te, remotis omnibus, trado. Ego verō, inquam, etiam cum tu in Ægypto morareris, totus tecum semper animo & cogitatione versabar: meque de te dies ac noctes cogitātem, totum tua charitas possidebat: nedum modō me tibi aestimes puncto temporis defuturum, quōd minus amore tuo pendens, te inueniar, te audiam, tecum loquar: nullo penitus in fecerunt nostrum, quod nobis hæc remotior cellula præstat, admissō. Nam huius nostri, vt arbitror, Galli præsentiam non molestē ferēs: quia hoc aduentu tuo, vt vides, perinde atque ego ipse, triumphat gaudio. Rectē planē, inquit Postumianus, in societate nostra Gallus iste retinebitur: quia etsi mihi parum cognitus est, pro eo tamen quōd tibi est charissimus, non potest mihi nō esse charus, maximē cum ex Martini sit disciplina. Neque grauaor quamlibet confertē vobiscum, vt poscitis, fabulari: quippe cum huc propter hoc venerim, vt me huius Sulpicii mei (me autem vtraque manu cōplectebatur) desiderio etiam verbosus impenderem. Enimvero, inquam, satis probasti, quātum pius amor possit, qui nostri causa tot maria, tantūque terrarum emensus, à summo (vt ita dicam) solis egressu, vsque in eius occidua venisti. Age ergo, quia & secreti inter nos, nec occupati sumus, & sermōni tuo vacare debemus, edisseras nobis velim omnem peregrinationis tuæ historiam, qualiter in Oriente fides Christi floreat, quæ sit sanctorum quies, quæ instituta monachorum, quantisque signis ac virtutibus in feruis suis Christus operetur. Nam certē, quia in his regionibus, inter ista quæ viuimus, ipsa nobis vita fastidio est: libenter ex te audiamus, si vel in eremo viuere Christianis licet. Ad hæc Postumianus: Faciam, inquit, vt desiderare te video. Sed quæso prius ex te audiam, an isti omnes quos hic reliqueram Sacerdotes, tales sint, quales eos antequam proficiscerem, noueram. Tum ego: Absit, te, inquam, ista querere, quæ aut vnā mecum, vt puto, nosti: aut si ignoras, non audire sit melius. Illud reticere non possum, non solum illos de quibus interrogas, nihil meliores quā noueras factos: sed vnum illum nostri quondam amantem, in quo respirare ab istorum insectationibus solebamus, asperiorē nobis fuisse, quā debuit. Nec verō quidquam in illum inclemētius dicam, quia & amicū colui, & tunc etiam amari cum putabatur inimicus. Me autem hæc tacitis cogitationibus reuoluentem, admodum dolor iste compungit, penē nos sapientis & religiosi viri amicitia destitutos, illum quondam tam amicū nobis, tam amarū in nos esse potuissē. Verū hæc quæ mæroris plena sunt, relinquamus: te potius, vt dudum spopōderas, audiamus. Ita, inquit, fiat, Postumianus. Quod cum dixisset, paululum omnes conticuimus. dein cilicium cui infederat, ad me propius aduouit, atque ita exorsus est.

ANTE hoc triennium, quo tempore tibi Sulpicii hinc abiens valedixi, vbi Narbona nauim soluimus, quinto die portum Africæ intrauimus: ad eā prospera, Dei nutu, nauigatio fuit. libuit animo adire Carthaginē, loca visitare sanctorum, & præcipuē ad sepulchrū Cypriani Martyris adorare. Quintodecimo die ad portum regressi, prouectique in altum, Alexandriam petentes, reluctante Austro, penē in Syrtēs illati sumus:

Antequam proficiscerem, noueram.

5. Die Narbonam soluimus, quinto die portum Africæ intrauimus.

quod prouidi nantæ cauentes, iactis nauim anchoris sistunt. Sub oculis autem terra continens erat, in quam scaphis egressi: cū vacua ab humano cultu omnia cerneremus, ego studiosus explorātorum locorū gratia longius proceffi, tribus ferē milibus à litore parum rugurium inter arēnas conspicio: cuius rectum, sicut Sallustius ait, quasi carina nauis erat, contiguum terræ, satis firmis tabulis constratum, non quōd ibi vis imbrium vlla timeatur: fuisse autem illic pluuiam, nequādo quidem auditum est: sed quōd ventorum ea vis est, vt si quando vel clementiori cælo aliquantulus spirare flatus cœperit, maius in illis terris, quā in vlla mari naufragium sit. Nulla ibi femina, germina nulla proueniunt: quippe instabili loco arenibus arenis, ad omnē motum ventorum cedentibus. Verū vbi aucta quadam à mari promontoria ventis resistunt, terra aliquantulum solidior, herbam raram atque hispidam gignit, ea ouibus est pabulum satis vile. incolæ lacte viuunt: qui solertiores sunt, vel, vt ita dixerim, ditiores, hordeaceo pane vtuntur. ea ibi sola mensis est, quæ celeritate prouentus, per naturam solis siue aëris ventorum casus euadere solet. Quippe fertur à die iacti feminis, tricesimo die maturefcere. Consistere autem ibi homines nō alia ratio facit, quā quōd omnes tributo liberi sunt. extrema siquidem Cyrenorum ora est, deserto illi contigua, quod inter Ægyptum & Africam interiacet, per quod olim Cato Cæsarem fugiens, duxit exercitū. Ergo vt ad tugurium illud, quod eminus conspexerā, pertendi, inuenio senem in veste pellicea, molam manu vertentem. Consolatus accepit nos benignē, cæcōs nos in illud litus exponimus, ne statim repetere cursum possimus, maris mollitie aditineri: egressos in terram (vt est mos humani ingenij) naturam locorum, cultūque habitantium voluissē cognoscere: Christianos nos esse: id præcipuē querere, an essent aliqui inter illas solitudines Christiani. Tum verō ille flens gaudio, ad genua nostra pronoluit: iterum nos ac sepius exsculatos inuitat ad orationem: deinde impositus in terram, veruecum, pellibus facit nos discumbere. apponit prandium sanē locupletissimum, dimidium panem hordeaceum. Erant autem nos quatuor, ipse erat quintus. Fasciculum etiam herba intulit, cuius nomen excidit, quæ mentæ similis, exuberans foliis, sapore mellis præstabat: huius prædulci admodum suauitate delectati atque exsatiati sumus. Ad hæc subridens ego, ad Gallum meum, Quid, inquam, Galle, placētne tibi prandium, fasciculum herbarum, & panis dimidius viris quinque? Tum ille, sicut est verecundissimus, aliquantulum erubescens: dum fatigationem meam accepit: Facis, inquit, Sulpicii tuo more, qui nullam occasionem, si qua tibi porrecta fuerit, omittis, quin nos edacitatis fatiges. sed facis inhumanē, qui nos Gallos homines, cogis exemplo Angelorum viuere, quamquam ego studio manducandi, etiam Angelos manducare credam. Nam istum dimidium hordeaceum timo vel solus attingere. sed contentus si hoc Cyrenensis ille, cui vel necessitas, vel natura est esurire: vel postremō isti, quibus crebro marina iactatio in ediam cibi fecerat. nos procul à mari absumus, & quod tibi sape testatus sum, Galli sumus. Sed pergat hic potius explicare sui Cyrenensis historiam. Enimvero, Postumianus ait, cauebo posthac cuiusquam abstinentiam prædicare, ne Gallos nostros arduum penitus offendat exemplum. Statueram autem etiam cœnam Cyrenensis illius, vel consequentia (septem enim diebus apud ipsum fuimus) referre conuiuia. sed super sedendum est, ne

Insula in cognita.

Maturitas frugū mirabilis.

Prandium opimum quinque conuiuia.

Gallorum & Orientium vira dissimilis.

ne Gallus se assimet fatigari. Ceterū postero die cū aliqui ex incolis ad nos visendos confluere cœpissent, cognoscimus illum hospitem nostrum esse Presbyterum, quod summa nos dissimulatione cœlauerat. Deinde cum ipso ad Ecclesiam proceffimus, quæ ferē duobus milibus aberat, à conspectu nostro interiectu motis exclusa. Erat autē vilibus texta virgultis, non multo ambitiosior quā nostri hospitii tabernaculum, in quo nisi incuruus quis non poterat cōsistere. Cū hominum mores quaereremus, illud præclarum animaduerimus, nihil eos neque emere, neque vendere, quid sit fraus aut furtum, nesciunt. Aurum atque argentum, quæ prima mortales putat, neque habēt, neque habere cupiunt. Nā cū ego Presbytero illi decē nummos aureos obtulissē, refugit, altiore consilio protestatus, Ecclesiam autem non strui, sed potius destrui: aliquantulum ei vestimentorum indulsimus. Quod cū ille benignē accepisset, reuo cantibus nos ad mare nauitis, discessimus.

PROSPEROQUE cursu, septimo die Alexandriā peruenimus, vbi cæda inter Episcopos atque Monachos certamina gerebantur, ex ea occasione, quia congregati in vnum sapientis Sacerdotes frequentibus decessisse Synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret, aut haberet: qui tractator sacrarum scripturarum peritissimus habebatur. Sed Episcopi quadam libris ipsius infamius scripta memorabant, quæ adsertores eius defendere non aucti, ab hæreticis potius fraudulenter inserta dicebāt: & idco non propter illa quæ in reprehensionem meriti vocarentur, etiam reliqua esse damnāda, cū legentium fides facillē possit habere difortimen, ne falsata sequeretur, & tamen Catholicæ disputata retineret. Non esse autem mirum, si in libris neotericis & recens scriptis fraus hæretica fuisset operata, quæ in quibusdam locis non timuissent edere Evangelicam veritatem. Aduersum hæc Episcopi obstinatius renitentes, pro potestate cogebant, recta etiam vniuersa cum prauis & cū ipso auctore damnare: quia satis superque sufficerēt libri quos Ecclesia receperat, respiciendam esse penitus lectionem quæ plus esset noticitura in sapientibus, quā profutura sapientibus. Mihi autem ex illius libris quædam curiosus indaganti, admodum multa placuerunt: sed nonnulla deprehendi in quibus illum praua sensisse non dubium est, quæ de seniores eius falsata contēdunt. Ego miror vnum eundemque hominem tam diuersum à se esse potuisse, vt in ea parte qua probatur, neminem post Apostolos habeat æqualem: in ea verō quæ iure reprehenditur, nemo deformius doceatur errasse. Nam cū ab Episcopo accepta in libris illius multa legerentur quæ contra Catholicam fidem scripta constaret, locus ille vel maximam parabat inuidiam, in quo editum legebatur, quia Dominus Iesus sicut pro redemptione hominis in carne venisset & crucē pro hominis salute perpassus, mortem pro hominis æternitate gustasset, ita esset eodem ordine passionis etiam diabolus redempturus: quia hoc bonitati illius pietatiq̄e congrueret, vt qui perditum hominem reformasset, prolapsū quoque Angelum liberaret. Cū hæc atque alia istiusmodi ab Episcopis proderentur, ex studiis partium, orta est seditio. Quæ cū reprimi Sacerdotum auctoritate nō posset, læuo exemplo ad regendam Ecclesiæ disciplinam præfectus assumitur: cuius terrore dispersi Fratres, ac per diuersas oras monachi sunt fugati, ita vt propostis edictis in nulla consistere sede sincerentur. Illud me admodum permouebat, quōd Hieronymus vir maxi-

Cons sine dolo. caute lege.

Concertatio Sacerdotum de Origenis scriptis.

S. Severi de Origenis iudicium.

mè Catholicus, & sacra legis peritissimus, Origenem secutus primo tempore putabatur, quem nunc idem præcipuē, vel omnia illius scripta damnaret. nec verō ausus sum de quoquam temerē iudicare: præstantissimi tamen viri & doctissimi ferebantur in hoc certamine dissidere. Sed tamen siue illud error est, vt ego sentio: siue hæresis, vt putatur: non solum reprimi non potuit multis animaduersionibus Sacerdotum, sed nequaquā tam latē se potuisset effundere, nisi contentione creuisset. Istiusmodi ergo turbatione cū veni Alexandriam, fluctuabat, me quidem Episcopus illius Ciuitatis benignē admodum, & melius quā opinabar exceperit, & secum tenere tentauit. Sed non fuit animus ibi consistere, vbi recens fraternæ cladis feruebat inuidia. nam etsi fortasse videantur parere Episcopis debuissē, non ob hanc tamen causam multitudinem tantā sub Christi confessione viuentem, præsertim ab Episcopis oportuissē affligi.

ITVR inde digressus, Bethleem oppidum petij, quod ab Hierosolymis sex milibus distat, ab Alexandria autem sedecim mansionibus abest. Ecclesiam loci illius Hieronymus Presbyter regit: nam parochia est Episcopi qui Hierosolymam tenet. mihi iam pridē Hieronymus superiore illa mea peregrinatione compertus, facillē obtinuerat vt nullum mihi expetendum relictū arbitraret. Vir enim præter fidei meritum, dotemque virtutum, non solum Latinis atque Græcis, sed & Hebræis etiam ita litteris institutus est, vt se illi in omni scientia nemo audeat comparare. Miror autem, si non & vobis per multa quæ scripsit opera compertus est, cū per totum orbē legatur. Nobis verō, Gallus inquit, nimium nimiumque compertus est: nam antē hoc quinquennium quendam illius libellum legi, in quo tota nostrorū natio monachorum ab eo vehementissimē vexatur, & carpitur. Vnde interdum Belgicus noster valdē irasci solet, quōd dixerit, nos vsque ad vomitum solere fatiari. Ego autem illi viro ignosco, atque ita sentio, de Orientalibus illum potius monachis, quā de Occidentalibus disputasse. Nam edacitas in Græcis gula est, in Gallis natura. Tum ego: Scholasticē, inquit, Galle defendis gentem tuam: sed quæso te, liber iste, nunquid hoc solum vitium damnat in monachis? Immoderō verō, inquit, nihil penitus omisit quod non carperet, laceraret, exponeret: præcipuē auaritiā, nec minus vanitatem insectatus est. Multa de superbia, non pauca de superstitione disseruit: verē fatebor, pinxisse mihi videtur vitia multorum. Ceterū de familiaritatibus virginum & monachorum, atque etiam clericorum, quā vera, quā fortia disputauit! vnde à quibusdam, quos nominare nolo, dicitur non amari. Nam sicut Belgicus noster irascitur, edacitatis nimia nos notatos: ita illi fremere dicuntur, cū in illo opusculo scriptum legant: Cælibem spernit virgo germanum fratrem, querit extraneum. Ad hæc ego: Nimium, inquam, Galle progredieris: caue ne & te aliquis qui hæc fortassis agnoscat, exaudiat, teque vnā cum Hieronymo incipiat non amare. nam quia scholasticus es, non immeritō te versu Comici illius admonēbo: Obsequium amicos, veritas odium parit. Tua nobis potius, vt cœperas Postumiane, repetatur Orientalis oratio. Ego, inquit, vt dicere institueram, apud Hieronymum sex mensibus fui: cui iugis aduersus malos pugna, perpetuūque certamen. Conciuit odia perditorum, oderunt eum hæretici, quia eos impugnare non desinit: oderunt Clerici, quia vitam eorum insectatur, & crimina. Sed planē cum boni omnes ad-

Hæresis: seditionibus creantur: scilicet.

B. Hieronymus in Bethleem rexit Ecclesiam.

Lam. B. Hieronymi.

Græcorū & Gallo rum vicia dispar.

Epistola est ad Eusebium de custodia virginum.

Terent. Andr. scen. I.

odum in illum.

Varia Monasteria in Aegypto.

Aspidem puer illius deservit.

Ceditur ab Abbate.

Deus patet suis.

mirantur, & diligunt: nam qui cum hereticum esse arbitrantur, insaniunt. Verè dixerim. Catholica hominis scientia, sana doctrina est. Totus semper in lectione, totus in libris est: non die, nò nocte requiescit: aut legit aliquid semper, aut scribit, quod nisi mihi fuisset fixum animo, & promissum, Deo teste, propositam eremum adire, vel exigui temporis punctum à tanto viro discedere noluissem. huic ergo traditis atque commissis omnibus meis, omni que familia quæ me contra voluntatem animi mei secuta tenebat implicitum, exoneratus quodammodo graui fæce penitus, ac liber regressus Alexandriam, visitatis ibi fratribus, ad superiorem inde Thebaida, id est, ad Aegypti extrema contendit. Ibi enim vaste parentis eremi solitudines, plurimum ferebantur habere monachorum.

LONGVM est, si omnia cupiam referre, quæ vidi: tamen pauca perstringam è pluribus. Haud longè ab eremo contigua Nilo, multa sunt monasteria: habitant vno loco plerunque centeni: quibus summum ius est, sub Abbatis imperio viuere, nihil arbitrio suo agere, per omnia ad nutum illius potestatemque pendere. ex his, si qui maiorem virtutem mente conceperint, vt a clari solitariam vitam se ad eremum conferant, non nisi permittente Abbate discedunt. hæc illorum prima virtus est, parère alieno imperio. Transgressis ad eremum, Abbatis illius ordinatione, panis vel quilibet cibus alius ministratur. Casu per illos dies, quibus illud ad veneram, cuidam, qui nuper ad eremum secesserat, neque amplius ab hoc monasterio quàm sex milibus tabernaculum sibi constituerat, panem Abbas per duos pueros miserat, quorum maior habebat ætatis annos quindecim, minor duodennis erat. His ergo inde redeuntibus, aspis miræ magnitudinis sit obuiam: cuius occurru nihil perterriti, vbi antè pedes eorum venit, quasi incantata carminibus, cæcula colla deposuit. minor è pueris manu adprehensam, ac pallio inuolutam ferre cœpit: deinde monasterium quasi victor ingressus, in occursum fratrum, inspectantibus cunctis, captiuâ bestiam, resoluta pallio, non sine iactantiæ tumore deposuit. Sed cum infancium fidem atque virtutem carteri prædicarent, Abbas ille altiori consilio, ne infirma æ-

tas insolesceret, virgis vtrumque cõpescuit, multum oburgatos, cur ipsi, quod per eos Dominus operatus fuerat, prodidissent: opus illud nò suæ fidei, sed diuinæ fuisse virtutis: discerent potius, Deo in humilitate seruire, nò in signis & virtutibus gloriari: quia melior esset infirmitatis conscientia, virtutum vanitate: Hoc vbi ille monachus audiuit, & periclitatos infanulos serpentis occurru, & ipsos insuper multa verbera victo serpente meruisse, Abbatem obsecrat ne sibi post hæc panis vltus, aut cibus aliquis mitteretur. Iamq; octauo dies fuerat emensus, quo se homo Christi intra periculum famis ipse concluderat: arebant membra ieiunio, sed deficere mens cælo intenta non poterat: corpus inedia fatifcebat, fides firma durabat. Cùm interim admonitus Abbas ille per spiritum, vt discipulû visitaret, pia sollicitudine cognoscere cupiens, qua vitæ substantia vir fidelis aleretur qui ministrari sibi panem ab homine noluisset, ad requirendû eum ipse proficiscitur. Ille vbi eminus senem venire cõspexit, occurrit: agit gratias, ducit ad cellulam: cum ingressi pariter ambo, conspiciunt palmiciam sportam calido pane congestâ, foribus affixam de poste pendere. At primû calidi panis odor sentitur: tactu verò ac si antè paululum focus esset ereptus, ostenditur. Aegyptij tamen panis forma non cernitur. Obstupefacti ambo, munus cælestis cognoscunt. Cùm

ille hoc Abbatis aduentui præstitum fateretur, Abbas verò illius fidei ac virtuti id potius adscriberet, ita ambo cælestem panem cum multa exultatione fregerunt. Quod cum sex, ad monasteriû post regressus, fratribus retulisset, tantus omnium incenderat ardor animos, vt certatim ad eremum & sacras solitudines ire properarent: miseros se fatentes, qui diuini in cõgregatione multorum, vbi humana esset patiendâ conuersatio, resedissent.

IN hoc monasterio duos ego senes vidi, qui iâ per quadraginta annos ibi degere, ita vt nunquam inde discesserint, ferebantur, quorum prætercunda mihi commemoratio non videtur: siquidem id de eorum virtutibus, & Abbatis ipsius testimonio, & omnium fratrum audierim sermone celebrari, quod vnum eorum sol nunquam vidisset epulantem, alterum vidisset iratum nunquam. Ad hæc Gallus, me intuens: O si vester ille (nolo nomen edicere) nunc adesset, vellem admodum istud audire exemplum: quem in multorum sæpe perfonis nimium experti sumus, vehementer irasci: sed tamen, quia inimicis suis, quantum audio, nuper ignouit, si istud audiret, magis, magisque proposito confirmaret exemplo, præclarum esse virtutem, iracundia nò moueri. Nec verò inficiabor iustas illi ob causas iratum fuisse: sed vbi durior pugna, ibi gloriofior est corona. vnde quendam, si agnoscis, cenleo iure laudandum, quod cum eum libertus deseruerit ingratus, miseratus est potius, quam insectatus abeuntē. Sed neque illi irascitur, à quo videtur abductus. Ego autè, nisi istud vincendâ iracundiæ Postumianus prodidisset exemplû, grauitè irascerer discessione fugitiui: sed quia irasci non licet, tota istorum commemoratio, qua nos compungit, abolenda est. Te inquam Postumiane, te potius audiamus. Faciam, inquit, Galle quod præcipis, quatenus tam studiosos audiendi esse vos video. Sed mementote, quia non sine scœnore istum apud vos depono sermonem, libens præsto quod poscitis: dummodo paulo post quod poposcero, non negetis. Nos verò inquit, nihil habemus, in quo tibi mutuam vel sine scœnore restituere possimus. sed tamen quidquid putaueris, imperato, dummodo vt cœperas, desideris nostris satisfacias: valde enim nos delectat tua oratio. Nihil, inquit Postumianus, vestra studia fraudabo: & quia Eremitæ vnus incipientis, agnouistis virtutem, referam adhuc vobis pauca de plurimis.

ERGO vbi prima Eremitæ ingressus sum, duodecim ferè à Nilo milibus, (habebam autem vnum è fratribus ducem, locorum peritum) peruenimus ad quendam senem monachum, sub radice montis habitantem: ibi, quod in illis locis rarissimum est, puteus erat. bouem vnum habebat, cuius hic erat totus labor, impulsâ rotali machina aquam producere: nam ferè mille aut amplius pedum, profundum putei ferebatur. hortus illic erat multis oleribus copiosus: id quidem contra naturam Eremitæ, vbi omnia arentia, exusta solis ardoribus, nullius unquam feminis vel exiguam radicem ferunt. Verum hoc sancto illi labor cum pecore communis, & propria præstabat industria. Frequens enim irrigatio aquarum tantam pinguedinem arenis dabat, vt mirum in modum virere atque fructificare horti illius olera videremus. Ex iis igitur vnâ cum Domino bos ille viuebat: nobis quoque ex ea copia, cœnam sanctus dedit. Ibi vidi, quod vos Galli fortè non creditis, ollam cum oleribus quæ nobis in cœnam præparabatur, sine igne feruere. Tanta vis solis est, vt quibuslibet coquis etiam

Perseuerantia in proposito.

Hortus fertilis in loco sterilibus.

Olla in Aegypto feruet ardore solis.

ad Gallorum pulmenta sufficiat. Post cœnam autem iâ inclinante vespere, inuitat nos ad arborem palmam, cuius interdum pomis vti solebat, quæ ferè duobus milibus aberat. Nam hæc tantum in eremo arbores, licet raro, habentur tamen: quod vtrum solers antiquitas procurauerit, an soli natura gignat, ignoro: nisi si Deus præficius habitandam quandoque à sanctis eremum, hæc seruis suis parauerit. Ex maiore enim parte, qui intra illa secreta consistunt, cum alia ibi germina nulla succedunt, istarum arborum pomis aluntur. Ergo vbi ad illam ad quam nos humanitas nostri hospitis ducebat, arborem peruenimus, leonem ibi offendimus: quo viso, ego & ille dux meus intremuimus. sanctus verò ille incunctanter accessit: nos, licet trepidi, secuti sumus. Fera paululum (cerneres imperatam à Deo,) modestè discessit, & constitit: dum ille adigna tamis humilioribus poma decerneret. cumque plenam palmulis manum obtulisset, accurrir bestia, accepitque fami liberè quàm vllum animal domesticum: & cum comedisset, abscessit. nos hæc intuentes & adhuc tementes, facile poruimus expendere, quâta in illo fidei virtus, & quâta in nobis esset infirmitas.

ALIVM æquè singularem virum vidimus, patuotugurio, in quo non nisi vnus recipi posset, habitarem. de hoc illud ferebatur, quod Lupa ei solita erat ad stare cœnati: nec facile vnquam bestia falleretur, quin illi ad legitimam horam refectionis occurreret, & tandiu proforibus expectaret, donec ille panem qui cœnule super fuisset, offerret: illam manû eius lambere solitam, atque ita quasi impleto officio, & præstita cõsolatione discedere. Sed fortè accidit, vt sanctus ille dum fratem qui ad eum venerat deducit abeuntem, diutius abesset, & non nisi sub nocte remicaret. Interim bestia ad consuetudinariû illud cœnæ tempus occurrit. vacuâ cellulâ, cum familiarem patronum abesse sentiret, ingressa, curiosius explorans vbi nam esset habitator: casu, contigua, cum panibus quinque, palmicia sportella pendebat. Ex his vnû præsumit, & deorat: deinde perpetrato scelere discedit. Regressus eremita, vidit sportulâ dissolutâ, non cõstante panum numero, damnû rei familiaris intelligit, ac prope limen panis absumpti fragmenta cognoscit. Sed non erat incerta suspicio, quæ secutû persona fecisset. Ergo cum sequentibus diebus secundum consuetudinem bestia nò venisset, nimirû audacis facti conscia, ad eum venire dissimulans cui fecisset iniuriâ, ægrè patiebatur eremita, se alumna solatio destitutum. Postremò illius oratione reuocata, septimum post diè affuit, vt solebat antè, cœnati. Sed vt facilè cerneret verrecundiam penitentis, non ausa propius accedere, deiecit in terrâ profundò pudore luminibus, quod palalicebat intelligi, quandam veniam precabatur: quam illius cõfusionem eremita miseratus, iubet eam propius accedere, ac manu blanda caput triste permulcer, Dein pane duplicato ream suam fecerit: ita indulgentiam consecuta, officij consuetudinem deposito more reparauit. Intuemini quæso Christi etiam in hac parte virtutem, cui sapit omne quod brutum est, cui mite est omne quod sauium. Lupa præstat officium, lupa fur-ti crimem agnoscit, lupa conscio pudore confunditur: vocata adest, caput præbet, & habet sensum indultæ sibi veniæ, sicut pudorem gessit errati. Tua hæc virtus Christe, tua sunt hæc: Christe miracula. Etenim quæ in tuo nomine operatur serui tui, tua sunt: & in hoc ingemiscimus, quod maiestatem tuam ferè sentiunt homines, non verentur.

NA cui autem hoc incredibile fortè videatur, max Tom. 2.

iora memorabo. Fides Christi adest, me nihil fingere, neque incertis auctoribus vulgata narrare: sed quæ mihi per fideles viros comperta sunt, explicabo. Habitant plerique in eremo sine vllis tabernaculis, quos Anachoretas vocant: viuunt herbarum radicibus, nullo vnquam certo loco consistunt: ne ab hominibus frequententur, quas nox cõegerit sedes habent. Ad quendam igitur hoc ritu atque hac legè viuentem, duo ex Nitria monachi, licet longa & diuersa regione, tamen quia olim ipsi in monasterij conuersatione chari & familiaris fuisset, auditis eius virtutibus, tetenderunt: quem diu multumque quæsitum, tandem mense septimo repererunt extremo illo deserto quod est Memphis contiguum, demorantem: quas ille solitudines iam per annos duodecim dicebatur habitare. Qui licet omnium hominum vitaret occursum, tamen agnitos non refugit, seque charissimis per triduum nò negavit. Quarto die aliquantulum progressus, cum prosequeretur abeuntes, leonem miræ magnitudinis ad se venire conspiciunt. bestia licet tribus repetitis, non incerta quem peteret, Anachoretæ pedibus aduoluit, & cû serui quodam & lamentatione procumbens indicabat gementis pariter & rogantis affectum. mouit omnes, & præcipuè illum qui se intellexerat expetitur: præcedentem sequuntur: nam præiens & subinde restans, subinde respectans, facile poterat intelligi, id eâ velle, vt quò illa ducebat, Anachoretæ sequeretur. Quid multis: Ad speluncam bestie peruenit, vbi illa adulos iam quinque catulos malè feta nutrebat: qui, vt clausis luminibus ex aluo matris exierant, cæcitate perpetua tenebatur: quos singulos de rupe prolatos, antè Anachoretæ pedes mater exposuit. Tum demum sanctus animaduertit quid bestia postularet, inuocatque Dei nomine, contrectauit manu lamina clausa catulorum: ac statim cæcitate depulsa, apertis oculis bestiarum diu negata lux patuit. Ita fratres illi, Anachoretæ quem desiderabant visitato, cum admodum fructuosa laboris sui mercede redierunt: qui in testimonium tantæ virtutis admissi, fidem sancti, gloriam Christi, quæ per ipsos esset testificanda, vidissent. Mira dicturus sum, leonem post dies quinque ad auctorem tanti beneficii reuertisse, eidemque inuicem feræ pellem pro munere detulisse: qua plerunque sanctus ille quasi amiculo circumtectus, non dedignatus est munus per bestiam sumere, cuius alium potius: interpretabatur auctorem.

ERAT etiam alterius Anachoretæ in illis regionibus nomen illustre, qui in ea parte deserti quæ Syenis iungitur, habitabat. hic cum primû se ad eremum contulisset, & herbis herbarumque radicibus quas prædulces interdum & saporis eximij fert arena, victurus: ignarus germinis eligendi, noxia plerumque carpebat: nec erat facile vim radicû sapore discernere: quia omnia æquè dulcia: sed pleraque occultiore natura virus lethale cohiebant. Cùm ergo edentè vis interna torqueret, & immensis doloribus vitalia vniuersa quaterentur, ac frequens vomitus cruciatibus non ferendis ipsam animam sed è stomacho iam fatifcente dissolueret, omnia penitus quæ essent edenda formidans, septimû in ieiunij diem spiritu deficiente ducebat. Tum ad eum fera, cui lbicis est nomen, accessit. huic propius astanti, ceter signo fasciculum herbarum, quem collectum pridie attingere non audebat, obiecit. Sed fera, quæ virulenta erant, nauam ore discutiens: quæ innoxia nouerat, eligebat. ita vir sanctus eius exemplo quid edere, quid respicere deberet, edoctus, & periculum famis euasit, & herbarum v-

Anachoretarum domicilia.

Leona Anachoretæ supplicat.

Leona grauitudo.

Fera doctum signum herbarum.

nena vitauit. Sed longum est de omnibus qui eremum incolunt, comperta nobis vel audita memorare, Annum integrum & septem ferè menses intra solitudines cõstitutus exegi, magis virtutis admirator alienæ, quàm quòd ipse tam arduum atque difficile potuerim tentare propositum. Sæpius tamen cum sene illo, qui putem & bouem habebat, habitauit.

D v o Beati Antonij monasteria adij, quæ hodiè que ab eius discipulis incoluntur. Ad eum etiam locum, in quo beatissimus Paulus primus eremita est diuersatus, accessi. Rubrum mare vidi: iugum Sina montis ascendi, cuius summum cacumen cælo penè conuiguit, nequaquam aditi potest. Inter huius recessus Anachoretæ esse aliquis ferebatur, quem diu multumque questum videre non potui, qui ferè iam ante quinquaginta annos à cõuersatione humana remotus, nullo vestis vsu, setis corporis sui tectus, nuditatem suam diuino munere vestiebat. Hic quoties eum religiosi viri adire voluerunt, cursu auia petès, congressus vitabat humanos, vni tantum modo ferebatur se ante quinquennium præbuisse, qui credo potenti fide id obtinere promeruit: cui inter multa colloquia percunctanti, cur homines tantopere vitaret, respondisse perhibetur: Eum qui ab hominibus frequentaretur, non posse ab Angelis frequèrari. Vnde non immeritò recepta opinione multorum fama vulgauerat, sanctum illum ab Angelis visitari. Ego autem à Sina monte digressus, ad Nilum flumen regressus sum, cuius ripas frequentibus monasteriis confertas, vtraque ex parte lustrauit. Plerumque vidi, vt dudum dixeram, vno in loco habitare centenos: sed & bina & terna millia in iisdem viculis degere cõstabat. Nec sanè ibi minorem putetis diuersantium in multitudine monachorum esse virtutem, quàm eorum esse cognoscitis, qui se ab humanis cõtibus remouerunt. Præcipua, vt iam dixeram, ibi virtus, & prima, est obedientia: neque aliter adueniens, aut monasterium Abbatis suscipitur, quàm qui tentatus prius fuerit & probatus, nullum vnquam recusaturus quàmlibet arduum ac difficile indignumque toleratu, Abbatis imperium.

D v o vobis referam incredibilem obedientiæ admodum magna miracula, licet suppetant plura recolenti: sed ad excitandam virtutum emulationem, cui pauca non sufficiunt, multa non proderunt. Ergo cum quidam sæculi actibus abdicatis, monasterium magnæ dispositionis ingressus, cõcepisset rogare: Abbas ei cõcepit multa proponere, graues esse istius disciplinæ labores, sua verò dura imperia quæ nullius facillè valeret implere patientia: aliud potius monasterium, vbi facillioribus legibus viueretur, expeteret: nõ tentaret aggredi, quod implere non posset. Ille verò nihil his terroribus permoueri, sed magis ita omnem obedientiam polliceri, vt si eum Abbas in ignem ire præciperet, non recuset intrare, quam illius professionem vbi magister accepit, non cunctatur probare profitemè. Casu clibanus propter ardebat, qui multo igne succensus, cõquendis panibus patabatur: exundabat abruptis flamma fornacibus, & intra camini illius concaua totis habenis regnabat incendium. hoc igitur aduenam illum iubet magister intrare: nec distulit parere præcepto, medias flammæ nihil cunctatus ingreditur: quæ mox tam audaciter fide victæ, velut illis quondam Hebræis pueris, cessere venienti. Superata natura est, fugit incendium: & qui putabatur arsurus, velut frigido rore persusus se ipse miratus est. Sed quid mirum, si tuum Christe tyronem ignis ille non attigit, vt nec Abbatem pigeret dura m-

Anachoretæ in sinu montis degit m-

monachorum Orientis salutis virtus prima obedientia.

obedientiæ exemplum.

Abbas mandandum igne explorat.

illatus ab igne egreditur.

dasse, nec discipulū penitenter imperio paruissè: qui eod die quo aduenerat, dum tentaretur infirmus, perfectus inuentus est: meritò felix, meritò gloriosus, probatus obedientia, glorificatus est passione.

In eodem autem monasterio factum id quod dicturus sum, recenti memoriæ ferebatur. Quidam itidè ad eundem Abbatem recipiendus aduenerat, cum prima ei lex obedientiæ poneretur, ac perpetem polliceretur ad omnia vel extrema patientiam: casu Abbas storacianam virgam iam pridem aridam manu gerebat. hæc solum fixit, atque illi aduenæ id operis imponit, vt tam diu virgulæ aquam irriguam ministraret, donec, quod cõtra omnem naturam erat, lignum aridū in solo arente viuiceret. Subiectus aduenæ duræ legis imperio, aquam propriis humeris quotidie cõuehebat, quæ à Nilo flumine per duo ferè milia petebatur, iamque emenso anni spacio, labor non cessabat operantis, & de fructu operis spes esse non poterat: tamen obedientiæ virtus in labore durabat. Sequens quoque annus vanū laborè iam affecti fratris eludit. Tertio demum succedenti temporū labete curriculo, cum neque nocte neque interdiu aquarius ille cessaret operator, virga floruit. Ego ipsam ex illa virgula arbusculam, quæ hodiè que intra atrium monasterij est tamis virentibus, vidi: quæ quasi in testimonium manens, quantum obedientia meruit, & quantum fides possit, ostendit. Sed me dies ante deficiet, quàm diuersa miracula, quæ mihi de virtutibus Sanctorum sunt comperta, consuemem.

D v o vobis adhuc præclara memorabo, quorum vnū egregium erit aduersus inflationem miseræ vanitatis exemplum: alterum aduersus falsam iustitiam non mediocriter documentum. Quidam ergo Sanctus fugadorū de corporibus obsessis dæmonū incredibili præditus potestate, inaudita per singulos dies signa faciebat. non solum enim præsens, neque verbo tantum, sed absens quoque interdū ciliis sui fimbriis, aut Epistolis missis corpora obsessa curabat. Hic ergo mirū in modū frequètabatur: à populis ex toto ad eū orbe venientibus. Taceo de minoribus: Præfeci Comitæ que, ac diuersarū Iudices potestati pro foribus illius sæpe iacebant. Episcopi quoque sanctissimi, Sacerdotali auctoritate deposita, cõtingi se ab eo, atque benedicti humiliter postulant, sanctificatos se ac diuino munere illustratos, quoties manū illius vestimè que cõtingerant, nõ immeritò crediderūt. Hic ferebatur omni potu in perpetuū penitus abstinere, ac pro cibo (tibi Sulpici in aure loquar, ne Gallus hoc audiat) septem tantum caricis sustentari. Interea sancto viro, vt ex virtute honor, ita ex honore vanitas cõcepit obrepere. quod malum ille vbi primū potuit in se sentire grassari, diu multū que discutere conatus est: sed repelli penitus vel tacitè cõciētā vanitas, perseuerate virtute, non potuit. Vbi que nomen eius dæmones ferebatur: excludere à se confluentiū populos nõ valebat. Virus interim latès serpebat in pectore, & cuius nutu ex aliorū corporibus dæmones fugabantur, se ipsum occultis cogitationibus vanitatis purgare nõ poterat. Totis igitur precibus cõuersus ad Dominū fertur orasse, vt permissa in se mensibus quinque diaboli potestate, similis his fieret, quos ipse curauerat. Quid multis moreris: ille prepotens, ille qui signis atque virtutibus toto Oriente vulgatus, ille ad cuius limina populi antè confluerant, ad cuius fores summæ istius sæculi se prostrauerat potestates, correptus à dæmone est, tētus in vinculis, oia illa que energumeni solēt ferre, perpeffus. Quinto demū mēse purgatus est nõ tantum dæmone, sed quod illi erat vitiosus atque optatus,

monachi miranda patientia, & obedientia.

Virga arida floruit.

Perpetuū potus abstinentia.

Dæmonū celeberrimus fugatur a dæmone possidetur optat.

tius, vnitare. Sed mihi ista replicanti, nostra infelicitas, nostra occurrit infirmitas. Quis enim nostrum est, quem si vnus homunculus humilis salutauerit, aut fatuus atque adulantibus verbis femina vna laudauerit: non continuè elatus sit superbia, non statim inflatus sit vanitate: vt etiam si non habeat conscientiam sanctitatis, tamen quia vel stultorum adulatione, aut fortassis errore sanctus esse dicatur, sanctissimū se putabit. Iam verò si ei munera crebra mittantur, Dei se munificentia affecti honorari, cui dormienti atque resoluto necessaria conferantur. Quod si vel de modico ei aliqua virtutis signa succederent, angelum se putaret. Ceterum cum neque opere neque virtute conspicuus sit, si quis clericus fuerit effectus, dilatat continuè fimbrias suas, gaudet salutationibus, inflatur occurrationibus: ipse etiam vbi que discurrit. Est qui antè pedibus aut assello ire consueuerat, spumante equo superbus inuehitur: parua prius ac vili cellula contentus habitare, erigit celsa laquearia, construit multa conclauia, sculpsit ostia, pingit armaria, vestem respuit proflorem, indumetum molle desiderat. atque hæc charis viduis, ac familiaribus mandat tributa virginibus: illa, vt byrrū rigentem, hæc vt fluentem textat lacernam. Venim hæc describenda mortaciū, beato viro Hieronymo relinquamus: ad propositum reuertamur. Tu verò, inquit Gallus meus, nescio quid Hieronymo reliqueris disputadum, ita breuiter viuieris nostrorū instituta cõpuleris: vt pauca hæc tua verba, si æquanimiter acceperint & patienter expederint, multum eis arbitrer profutura, vt non indigeat libris post hæc Hieronymi cõcerci. Sed tu illa potius euolue quæ cõperas, & illud quod aduersus falsam iustitiam dicturum te esse promiseras, prode documentum. nam vt verè tibi fatear, nullo perniciosius malo intra Gallias laboramus. Ita faciam Postumianus inquit, nec te diutius tenebo suspensum.

Cap. 15.

Inconstrua ob amorem mundanorum.

vinciuntur. non immerita pœna fugituo, vt quem nõ cohobuerat fides, catenæ cohoberent. Post biennium demum oratione sanctorum ab immundo spiritu liberatus, ad eremum vnde discesserat, mox regressus, & ipse correctus & aliis potest futurus exemplo, ne quem aut falsæ iustitiæ umbra decipiat: aut incerta mobilitas inuiti leuitate compellat semel cõcepta deserere. Hæc vos de virtutibus Domini, quas in seruis suis vel imitanda operatus est, vel timenda, scire sufficiat. Sed quia satis feci vestris auribus, immò etiam verbosior fui fortasse, quàm debui, tu modò (ad me autem loquebatur) debitum scenus exolve, vt te de Martino tuo, vt es solitus, plura referentem, iam pridem in hoc desiderii meis æstantibus audiamus. Quid, inquam, tibi de Martino meo liber ille non sufficit, quem ipse tu nosti me de illius vita atque virtutibus edidisse?

Penitentia ductus eremum repetit.

Hæc eremum Postumianus.

Cap. 16.

tibi de vita B. Marini laus celeberrima.

De quo supra. cap. 2.

AGNOSCO id quidem, Postumianus inquit, neque vnquam à dextera mea liber ille discedit: nam si agnoscis (aperit librum, qui sub veste latebat) En ipse. hic mihi, inquit, terre ac mari comes, hic in peregrinatione tota socius & consolator fuit. Sed referam tibi planè, quòd liber iste penetrauerit: & quàm nullus ferè in orbe terrarum locus sit, vbi non materia tam felicitis historia peruulgata teneatur. Primus cum Romana vrbi, vir studiosissimus tui, Paulinus inuexit. deinde cum tota certatim vrbe raperetur, exultantes librarios vidi: quòd nihil ab his quæstuosius haberetur: siquidem nihil illo promptius, nihil carius vendebatur. Hic, navigationis meæ cursus, longè antè progressus: cum ad Africam venissem, iam per totam Carthaginem legebatur. solus enim Cyrenensis ille presbyter non habebat: sed me largiente descripsit. Nā quid ego de Alexandria loquar, vbi penè omnibus magis quàm tibi notus est: hic Ægyptum, Nitriam, Thebaidam, ac tota Memphis regna transiit. hunc ego in eremo à quodam sene legi vidi: cui cum me familiarum esse dixissem, & ab illo & à multis fratribus hæc mihi iniuncta legatio est, vt si vnquam terras istas te incolumi contigissem, ea te supplere compellerem, quæ in illo tuo libro de virtutibus beati viri professus es præterisse. Age ergo, quia non illa à te audire desidero, quæ scripta sufficiunt, illa quæ tum vel propter legendum, vt credo, fastidium præteristi, multis id vnà mecum à te poscentibus explicentur. Equidem Postumiane, inquam, cum te iam dudum de sanctorum virtutibus intentus audirem, tacitis ad Martinum meū cogitationibus recurrebam, meritò perspiciens omnia illa quæ singuli diuersa fecissent, per vnum istum facile completa. Nam cum excelsa retuleris (quod mihi dixisse liceat pace sanctorum) nihil à te penitus audiui, in quo Martinus esset inferior.

Sed sicut nullius vnquam cum illius viri meritis profiteor conferendam esse virtutem: ita & illud anachoretis, conditione conferri. illi enim ab omni impedimento liberi, cælo tantum, atque angelis testibus planè admirabilia docentur operari. Iste in medio cœtu & conuersatione populorum, inter clericos disidentes, inter Episcopos sæuientes, cum ferè quotidianis scandalis hinc atque inde premeretur, inexpugnabili tamen aduersus omnia virtute fundatus stetit: & tanta operatus est, quanta ne illi quidem, quos antè audiuius esse in eremo vel fuisse, fecerant. Ac si illi paria fecissent, quis iudex tam esset iniustus, vt non istū esse potiorum meritò iudicaret? Puta enim istum fuisse militem, qui pugnauerit in iniquo loco, & tamen vi-

Cap. 17.

Omnia sin gularum monachorum in sum B. Marino.

Et or euaserit: illos autem æquè cõpone militibus, sed qui ex æquo loco, aut etiam de superiore certauerint. Quid ergo? & si omnium vna victoria est, non potest esse par gloria. Et tamen cum præclara retuleris, à nemine retulisti mortuum uisceratum: quo vno utique te necesse est confiteri Martino neminem conferendum.

Idem in comparabilis declaratur.

Nam si admirandum est, quòd illum Ægyptium flamma non attigit, hic quoque sæpius imperauit incendiis. Si reuoluas, quòd Anachoretis feritas bestiarum victa succubuit: hic familiariter & rabiem bestiarum, & serpentium venena compescuit. Quòd si illum conferas, qui immundis spiritibus obsessos verbi imperio, ac etiam sumbriarum virtute curabat: ne in hac quidem parte inferiorem fuisse Martinum multa documenta sunt. Si etiam ad illum recurras, qui letis suis pro veste contectus, putabatur ab Angelis visitari: cum isto Angelis quotidie loquebatur. Iam verò aduersus vanitatem atque iactantiam ita inuictum spiritum gessit, ut illa vitia fortius nemo contempserit, cum quidem immundis spiritibus adflatos absens plerumque curauerit: nec solum Comitibus, aut Præfectis, sed ipsi etiam Regibus imperaret. minimum id quidem in illis virtutibus: sed credas velim, non solum vanitari, sed causis etiam atque occasionibus vanitatis, neminem fortius repugnasse. Parua quidem, sed non prætereunda dicturus sum: quia & ille laudandus est, qui summa præditus potestate, tam religiosam ad reuerentiã beati viri ostenderit voluntatem. Memini Vincentium Præfectum, virum egregium, & quo nullus sit intra Gallias omni virtutum genere præstantior, dum Turonos præteriret, à Martino sæpius poposcisse, ut ei cõuiuium in suo Monasterio daret: in quo quidem exemplum B. Ambrosij Episcopi præferebat: qui eo tempore Consules & Præfectos subinde pascere ferebatur: sed virum altioris ingenij, ne qua ex hoc vanitas atque inflatio obreperet, noluisse. Ergo fatearis necesse est, in Martino omnium illorum quos enumerasti, fuisse virtutes: Martini autem in illis omnibus non fuisse. Quid tu, inquit Postumianus, ita mecum? quasi non eadem tecum sententia semperque senserim.

Cap. 18.

Ego vero quoad viam & sapiam, Ægypti Monachos, semper prædicabo, laudabo Anachoretas, mirabor Eremitas: Martinum semper excipiam: non illi ego quemquam audebo Monachorum, certè non Episcoporum quempiam comparare. Hoc Ægyptus fatetur, hoc Syria, hoc Æthiops comperit, hoc Indus audiuit, hoc Parthus & Persa nouerunt: nec ignorat Armenia Bosphorus exclusa cognouit, & postremò si quis aut Fortunatas insulas, aut glaciale frequenter Oceanum. Quo miserior est regio ista nostra, quæ tantum virum cum in proximo habuerit, nosse non meruit. Nec tamen huic criminis miscebo populares: soli illum clericis, soli nesciunt Sacerdotes, nec immerito. Nosse illum inuidi noluerunt: quia si virtutes illius nosset, sua vitia cognouissent. Horreo dicere, quod nuper audiui, infelicem dixisse nescio quem, te in illo libro tuo plura mentium. Non est hominis vox ista, sed diaboli: nec Martino in hac parte detrahitur, sed fidei Euangelij derogatur. Nam cum Dominus ipse testatus sit istiusmodi opera, quæ Martinus impleuit, ab omnibus fidelibus esse faciendã: qui Martinum non credit ista fecisse, non credit Christum ita dixisse. Sed infelices, degeneres, somnolenti, quæ ipsi facere non possunt, facta ab illo erubescunt: & malunt illius negare virtutes, quam suam inertiam confiteri.

Cap. 19.

VERYM nobis ad alia properantibus omnis iste-

rum memoria relinquatur: tu potius, ut iam dudum desidero, residua Martini opera contexe. At ego, inquam, arbitror rectius istud à Gallo esse poscendum, quippe qui plura nouerit (neque enim ignorare potuit magistri facta discipulus) & qui non immeritò istam vicem non solum Martino, sed etiam nobis debeat: ut quia ego iam librum editum, ac tu hæcenus Orientalium gesta memorasti, istam demum necessarij sermonis historiam Gallus euoluat: quia, ut dixi, & nobis debet loquendi vicem, & Martino suo cædo præstabit, ut non grauatur illius facta commemoret.

Cap. 20.

Ego planè, inquit Gallus, licet impar sim tanto oneri, tamen relatis superiùs à Postumiano obediendi cogor exemplis, ut munus istud quod imponitis, non recusem. Sed dum cogito me hominem Gallum inter Aquitanos verba facturum, ueror non offendat vestras nimium vrbanas aures sermo rusticior. Audietis me tamen ut Gurdonicum hominem, nihil cū fuceo aut cothurno loquentem. Nam si mihi tribuitis Martini me esse discipulum: illud etiam concedite, ut mihi liceat exemplo illius inanes sermonum phaleras & verborum ornamenta contemnere. Tu verò, inquit Postumianus, vel Celticè, aut si maius Gallicè loquere, dummodo iam Martinum loquaris. Ego autem profiteor, quia etiam si mutus esses, non defutura tibi verba, quibus Martinum faciendo ore loquereris: sicut Zachariã in Ioannis nomine lingua resoluta est. Ceterum cum sis scholasticus, hoc ipsum quasi scholasticus artificiose facis, ut excuses imperitiam, quia exuperas eloquentia: sed neque monachum tam astutum, neque Gallum decet esse tam callidum. Verum aggredere potius, & quod te manet explicat: nimium enim dudum alias res agentes consumimus tẽpus: & iam solis occidui umbra prolixior monet, non multum diei, vicina nocte, superesse. Deinde cum paululum omnes conticuissemus, Gallus ita cœpit: Cauendum mihi imprimis esse arbitror, ne ea de Martini virtutibus repetam, quæ in libro suo Sulpicius iste memorauit. Vnde prima illius inter militandum gesta prætereo: neque ea attingam, quæ laicus egit, ac Monachus: nec verò audita ab aliis potius quam quæ vidi ipse, dicturus sum.

S. SVLP. SEVERI BITVRICEN. ARCHIEP. DIALOGVS II. DE VIRTUTIBUS B. MARTINI.

Quo primo igitur tempore, relictis scholis beato me viro iunxi, paucos post dies cuntem ad Ecclesiam sequebamur. Interim ei seminudus hibernis mensibus pauper occurrit, orans sibi vestimentum dari. Tunc ille, accessit Archidiacono, iussit algentem sine dilatione, vestiri: deinde Secretarium ingressus, cum solus, ut erat illi consuetudo, resideret (hanc enim sibi etiam in Ecclesia solitudinem permittit clericis libertate præstabat) cum quidem in alio Secretario Presbyteri sederent, vel salutationibus vacantes, vel audientis negotiis occupati, Martinum verò vsque in eam horam qua solennia populo agi cõsuetudo deposceret, sua solitudo cohibebat. Illud non præteribo, quòd in secretario sedens, nunquam cathedra vsus est. Nam in Ecclesia nemo vnquam illum sedere conspexit: sicut quendam nuper (testor Dominum) non sine meo pudore vidi, sublimi solio quasi regio Tribunali, celsa sede residentem. Sedebat autem Martinus in sellula rusticana, ut est in vrbibus seruulorum, quas nos rustici Galli

Martinus inuicem calidissimè præteriret.

D. Martinus nudos vestit.

Venenomortuus renouiscit.

Cap. 4.

Galli tripetias, vos scholastici, aut certè tu qui de Grecia venis, tripodas nuncupatis. Hoc ergo secretum beati viri pauper ille captat, cum ei Archidiaconus dare tunicam distulisset, irrupit, dissimulatum se à clerico querens, algere deplorans. Nec mora, sanctus, paupere non vidente, intra amphibalum sibi tunicam latentè eduxit, pauperemque contectum discedere iubet. Dein paulò post Archidiaconus ingressus, admonet, pro consuetudine expectare in Ecclesia popululum illum ad agenda solennia debere procedere. Cui ille respondens ait, pauperem priùs (de se autem dicebat) oportere vestiri: se ad Ecclesiam nõ posse procedere, nisi vestè pauper acciperet. Diaconus vero nihil intelligens, quia extrinsecus indutù amphibalo, veste nudum interius non videbat, postremò pauperem non comparere causatur. Mihi, inquit, vestis quæ præparata est, deferatur: pauper non deest vestitendus. Arcturus demum clericus, necessitate compulsus, iamque selle commoto, à proximis tabernis bigerrigam vestem, secretus atque hispidam, quinque comparatam argenteis rapit, atque antè Martini pedes iratus exponit. En, inquit, vestem, sed pauper hic non est. Ille nihil motus, iubet eum paululum stare pro foribus, secretus vtiq; procurans, dum, sibi vestem nudus imponeret: totis viribus elaborans, ut possit occultum esse quod fecerat. Sed quãdo in sanctis viris latet ista, quæ tantibus velint nolint cuncta produntur.

Cap. 2. Globus ignis in capite eius micat.

Cap. 3.

CVM hac igitur oblaturus sacrificium Deo veste procedit. Quo quidem die (mira dicturus sum) cum iam altarium, sicut est solenne, benediceret, globum ignis de capite illius vidimus emicare, ita ut in sublimem contendens, longius collum crinemque flamma produceret. Hoc, licet celeberrimo factum die, in magna populi multitudine viderimus, vna tantum de virginibus, & vnus de Presbyteris, tres tantum videte de Monachis: ceteri cur non viderint, non potest nostri esse iudicij. PER idem ferè tempus, cum Euantius, auunculus meus, vir licet sæculi negotiis occupatus, tamen admodum Christianus, grauissima agritudine extremo mortis periculo cœpisset vrgeri, Martinum euocauit. nec cunctatus ille properauit: priùs tamen quam medium via spatium vir beatus euolueret, virtutem aduenientis sensit ægrotus: receptaque continuo sanitate, venientibus nobis obuiam ipse processit. Altera die redire cupientem, magna prece detinuit: cum interim vnus è familia puerum lethali ictu serpens percussit: quem iam exanimem vi veneni ipse Euantius suis humeris illatum ante pedes sancti viri, nihil illi impossibile confusus, exposuit: iamque se malum serpentis per omnia membra diffuderat. Cerneret omnibus venis inflatam cutem, & ad vtris instar tensa vitalia. Martinus porrecta manu, vniuersa pueri membra pertractans, digitum prope istum vulnusculum, quo bestia virus infuderat, fixit. Tum verò (mira dicturus sum) vidimus venenum ex omni parte reuocatum, ad Martini digitum incurrisse: deinde per illud vlcis foramen exiguum, ita virus stipasse cum sanguine, ut solet ex vberibus caprarum aut ouium, pastorum manu pressis, longa linea copiosi lactis effluere. Puer surrexit incolumis: nos obitu pefacti tantæ rei miraculo, id quod ipsa coquebat veritas fatebamur, non esse sub cælo qui Martinum possit imitari.

Interim per aggerem publicum plena militibus viris fiscalis rheda veniebat: sed vbi Martinum in veste hispida, nigro pendulo pallio circumtectum, contigua de latere iumenta viderunt, paullum in partem alteram pauescèta hæserunt. Deinde funibus implicatis, protentos illos, quibus, ut sæpe vidistis, misera illa animalia conglobantur, ordines miscuerunt: dum quæ agrè expediuntur, moram fecere properantibus. qua per moti iniuria militantes, præcipitatis in terram salubris se dederunt. Dein Martinum flagris ac fustibus vrgeret: cum quidem ille mutus & incredibili patientia præbens terga cædētibus, maiorem infanti in felicitibus commoueret: magis ex hoc furentes, quòd ille quasi non sentiens verbera illata contemneret. Nos illico consecuti, sedè cruentum, atque vniuersa corporis parte laniatum, cum exanimis in terram procubisset, inuenimus: statimque eum a sella suo imposuimus, ac locum cædis illius execrantes, raptim abire properauimus. Interea illi regressi ad rhedam suam, furore satiati, agi quòd ire cœperant iumenta præcipiunt. Quæ cum omnia solo fixa, ac si ænea signa, riguissent: tollentibus altius vocem magistris, flagris hinc atque inde resonantibus, nihil penitus mouebatur. Consurgunt deinde omnes pariter in verbera: cõsumit Gallicas mularum pœna mastigias. Tota rapitur silua de proximo: trabibus iumenta tunduntur, sed nihil penitus sæuæ manus agebant: vno atque eodem in loco stabat fixa simulachra. Quid agerent infelices homines, nesciebant. Nec iam vltra dissimulare poterant, quin, quamlibet brutis pectoribus, agnosceret, diuino numine se teneri. Tandem ergo in se regressi, cœperunt quærere, quis ille esset quem in eodem loco ante paululum cecidissent: cum percunctantes cognoscunt ex viantibus, Martinum à se tam crudeliter verberatum. Tunc verò apparere omnibus causa manifesta, nec ignorare iam poterant quin ob illius viri iniuriam tenerentur. Igitur omnes rapidis nos passibus consequuntur, conscio facti ac meriti pudore confusi, flentes, & puluere quo se ipsi fœdauerant, caput atque ora conuersi, ante Martini se genua prouoluunt, veniã precantes, & ut eos abire sineret, postulantes: satis se vel sola conscientia dedisse pœnarum: fatiisque intellexisse, quàm eosdem ipsos viuos absorbere terra potuisset, vel ipsi potius amissis sensibus in immobilem saxorum naturam rigescere debuissent, sicut affixa locis quibus steterant iumenta vidissent: orare se atque obsecrare, ut indulgeret sceleri veniam, & copiam præstaret abeundi. Senterat etiam, priuquam accurreret, vir beatus, illos teneri: nobisque id ante iam dixerat: veniam tamen clementer indulgit, eisdemque abire permisit animalibus restitutis.

Martini vestis.

B. Marti- nus à mirabilibus cæ- ditur.

Dant pa- nes sui delicti.

Premia vo- cant, et impetrã.

Cap. 5. Antè pœ- nora, quæ conuicere possumus, quãta fuerunt illa quæ Monachus pati edidit.

ILLVD autem animaduerti sæpe Sulpici, Martinum tibi dicere solitum, nequaquam sibi in Episcopatu eã virtutum gratiam suppetisse, quàm prius se habuisse: meminit: quod si verum est, immo quia verum est, conuicere possumus, quãta fuerunt illa quæ Monachus operatus est, & quæ teste nullo solus exercuit, cum tantillum in Episcopatu signa fecisset, sub oculis omnium viderimus? Multa quidem illius gesta prius innotuere mundo, neque potuere cœlari: sed innumerabilia esse dicuntur, quæ dum iactantiam vitat, occultauit, neque in hominum notitiam passus est peruenire: quippe qui humanam substantiam supergressus, virtutis suæ conscientia mundi gloriam calcans, cælo teste frueretur. Quod verum esse vel ex his quæ comperta nobis sunt, nec latere poterunt, possumus æstimare:

siquidem ante Episcopatum duos mortuos vitæ restituerit, quod liber tuus plenius est locutus: in Episcopatu verò, quod prætermisisset te miror, vnum tantummodo suscitauerit: cuius rei ego testis sum, si tamen nihil de minus idoneo teste dubitatis. id ipsum autem vobis, qualiter gestum sit, explicabo. Fuerat causa nescio quæ, quæ Carnotum oppidum petebamus. interea dum vicum quandam habitantium multitudine frequentissimum præterimus, obuam nobis immanis turba processit, quæ erat tota gentiliū: nam nemo in illo vico nouerat Christum. Verum ad famam tanti viri campos omnes latè patentes confluentium multitudine contexerat. Sensit hic Martinus operandum, & annunciantem sibi spiritu totus infremuit: nec mortale sonans verbum Dei Gentilibus prædicabat: sapiens ingemiscens, cur tanta Dominum Saluatorem turba nesciret. Interea sicut nos incredibilis circumdederat multitudo, mulier quædam cuius filius paulò antè defecerat, corpus exanimatum beato viro protensis manibus cepit offerre, dicens: Scimus quia amicus Dei es, restitue mihi filium meum, quia vnicus est mihi. iunxit se cetera multitudo, & matris precibus acclamat. Tum Martinus videns pro expectatam salute, vt postea nobis ipse dicebat, conseq̄ui se posse virtutem, defuncti corpus propriis manibus accepit: & cum inspectantibus cunctis, genua flexisset, vbi consummata oratione surrexit, viuificatū paruulum matri restituit. Tum verò multitudo omnis in cœlū clamore sublato, Christū Dominū fateri: postremò cuncti cateruatim ad genua beati viri rucere cœperunt, fideliter postulantes, vt eos faceret Christianos: nec cunctatus in medio vt erat campo, cunctos imposta vniuersi manu catechumenos fecit, cum quidem ad nos conuersus diceret, non irrationabiliter in campo catechumenos fieri, vbi solerent martyres consecrari. Vicisti, inquit Postumianus, Galle, vicisti: non vtique me, qui Martini sum potius adseror, & qui hæc omnia de illo viro & sciui semper, & credidi: sed Eremitas omnes, anachoretasque vicisti. Nemo enim illorū, sicut Martinus hic vester, immò noster, mortibus imperauit. meritòque hunc iste Sulpicius Apollolis comparat & Prophetas: quem per omnia illis esse consimilem, fidei virtus, ac virtutū opera testantur. Sed perge quæso, quæquam nihil magnificentius audire possimus, perge tamen Galle, quod etiam nunc de Martino superest sermonis euoluere. nam etiam minima illius & quotidiana, animus festinat agnoscere: quia minima illius, aliorum maximis maiora esse, nulli dubiū est. Ita faciam, Gallus inquit: Verum id quod dicturus sum, ipse non vidi: prius enim gesta res est quàm me illi viro iungerem. Sed factum celebre est, fidelium fratrum, qui interfuerant, sermone vulgatum.

Cap. 6. Anno Christi 368. aut paucis sequentibus. Impera. vxor Arriana Martinum au-la arceat.

Eodem ferè tempore, quo primum Episcopus datus est, fuit necessitas adire comitatum. Valentianus tum maior rerum potiebatur. is cum Martinum ea petere cognouisset, quæ præstare nolebat, iussit eū palatii foribus atceri. etenim ad animum illius immitem ac superbum vxor accesserat Arriana, quæ totum illum à sancto viro, ne ei debitam reuerentiam præstaret, auerterat. Itaque Martinus, vbi semel atque iterum superbum principem frustra adire tentauit, recurrit ad nota præsidia: cilicio obuoluitur, cinere cōspersigitur, cibo potūque abstinet, orationes diebus noctibusque perpetuat. Septimo verò die astitit ei Angelus: inbet eum ad palatium ire securum, regias fores quantlibet clausas spontè referendas, Imperatoris spiritū su-

perbum molliendum. Igitur istiusmodi præsentis Angeli cōfirmatus alloquio, & fretus auxilio, palatiū petit. Patent limina, nullus obstitit: postremò vsque ad regem nemine prohibente peruenit. Qui cum venientem eminus videret, infrensens cur fuisset admissus, nequaquam assurgere est dignatus astanti, donec regiam sellam ignis operiret, ipsumque regem ea parte corporis qua sedebat, adflaret incendium. Ita solio suo superbus excutitur, & Martino inuitus assurgit: multumque complexus, quem spernere ante decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fitebatur: nec expectatis Martini precibus, prius omnia præstitit, quæ rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio frequenter adciuit: postremò abeunti multa munera obtulit, quæ vir beatus, vt semper paupertatis suæ custos, cuncta reiecit. Er quia palatium semel ingressi sumus, licet diuersis in palatio temporibus gesta connectam. Nequaquam enim prætermittendum videretur, circa Martini admirationem, reginæ fidelis exemplum.

Coactus Valentianus ei assurgit.

Idem mura res puit.

MAXIMVS Imperator sempl. gubernabat, vir omni vitæ merito prædicandus, si ei vel diadema nõ legitime, tumultuante milite, impostum repudiare, vel armis ciuilibus abstinere licuisset. sed magnum imperium nec sine periculo renui, nec sine armis potuit teneri. Hic Martinum sæpius euocatum, receptumque intra palatium, venerabiliter honorabat, totus illi cum eo sermo de presentibus, de futuris, de fidelium gloria, de æternitate sanctorum, cum interim diebus ac noctibus de ore Martini regina pendebat. Euangelico illo nõ inferior exemplo, pedes sancti fletu rigabat, crine tergebat. Martinus, quem nulla vnquam scemina contigisset, istius assiduitatem, immò potius seruitutem non poterat euadere: non illa opes regni, non imperij dignitatem, non diadema, nõ purpuram cogitabat: diuelli à Martini pedibus solo strata non poterat: postremò à viro suo poposcit, deinde Martinum vterque compellunt, vt ei remotis omnibus ministris, præberet sola conuiuio: nec potuit vir beatus obstinatus reluctari. Componitur caltus reginæ manibus apparat: fellulam ipsa cōsternit, mensam admouet, aquam manibus subministrat: cibum quem ipsa coxerat, apponit. ipsa illo sedente, eminus secundum famulatam disciplinam solo fixa consistit immobilis, per omnia ministrantis modestiã, & humilitatem exhibens seruientis: miscuit ipsa bibituro, & ipsa potretit. Finita cœnula, fragmenta panis assumpti, micæque collegit, satis fideliter illas reliquias imperialibus epulis anteponens. Beata mulier, tantæ pietatis affectu illi meritò comparanda, quæ venit à finibus terræ, audire Salomonem: siquidem simplicem sequamur historiam: sed si fides reginarum est conferenda (quod mihi liceat separata mysterij maiestate dixisse) illa experit audire sapientem: ista non tantum audisse contenta, sed & meruit seruire

Maximi vxor Martinus prandens famula.

Ad hæc Postumianus: Iamdudum, inquit, Galle audiens te loquentem, vehementer admiror reginæ fidem: sed illud vbi est, quod nulla vnquam scemina ferebatur propius astitisse Martino? Ecce ista regina non solum astitit, sed etiam ministravit, Et vereor ne isto aliquatulum se tueantur exemplo, qui libenter sceminis inferuntur. Tum Gallus: Quid tu, inquit, non vides quod solè docere Grammatici, locum, tempus, personam? Propono enim tibi ante oculos captum in palatio Imperatoris precibus ambiri, reginæ fide cogi, temporis necessitate constringi, vt clausas carcere liberaret, exiliis datos restitueret, bona adempta redhiberet. Hæc quanti putes constare Episcopo debuisse,

vt pro his omnibus non aliquatulum de rigore propoliti relaxaret? Veruntamen quia occasione huius exempli malè vsuros esse aliquos arbitraris, illi verò fælices erunt, si à disciplina exempli istius viri non recedant. Videant enim, quia Martino semel tantum in vita sua, iam septuagenario, nõ vidua libera, non virgo lasciuens, sed lub viro viuens, ipso viro pariter supplicante, regina seruiuit & ministravit: hæc edenti astitit non cum epulante discubuit: nec aulæ est participari conuiuio, sed deferebat obsequium. Disce igitur disciplinam: seruiat tibi matrona, non imperet: & seruiat, non recumbat sicut: Martham illa ministravit Domino, nec tamen est ascita conuiuio: immo prælata est ministranti, quæ verbū potius audiebat. Sed in Martino ista regina vtriusque cōpleuit: & ministravit, vt Martham, & audiuit vt Mariam. Quod si quis hoc vt voluerit exemplo, per omnia teneat exemplum: talis causa sit, talisq; persona, tale obsequium, tale conuiuium, & in omni vita semel tantum. Præclare, inquit Postumianus, nostros istos, vt Martini non egrediatur exemplum, tua constringit oratio: sed profiteor tibi, quia hæc turdis auribus audientur. Nam si Martini sequeremur vias, nonquam causas de osculo diceremus, & vniuersis sæuæ opinionis opprobriis careremus. Verum sicut tu soles dicere, cum edacitatis argueris, Galli sumus: ita nos in hac parte nunquam vel Martini exemplo, vel tuis disputationibus corrigendi fatemur. Veruntamen hæc nobis iam dudum agentibus, quid tu tam obstinate Sulpici taces? Ego, inquam, non solum modò taceo: sed olim de istis tacere disposui. Nā quia quædam viduam vagam, nitidulam, sumptuosam obiurgauerim lasciuissimam: iridemque virginem adolescenti cuidam mihi caro indecentius adherentem, cum quidem ipsam frequenter audissem, alios etiam qui talia agerent increpantē: tanta mihi omnium sceminarū, cunctorūmq; Monachorum odia concitauit, vt aduersum me vtræq; legiones iurata bella susceperint. Vnde quæso taceatis, ne etiã hoc quod vos loquimini, ad meam referatur inuidiam: tota vobis istorum mentio relinquatur: ad Martinum potius reuertamur. Tu Galle, vt aggressus es, cœprum opus explicam. Tum ille: Iam quidem vobis, inquit, tanta narravi, vt satis facere studis vestrīs meus sermo debuerit: sed quia voluntati vestræ non obsecundare nefas mihi est, quantum adhuc dici superest, loquar. Nam certè dum stramen illud, quod in lectos nostros paratur, aspicio, subuenit in memoriam etiam de stramine in quo Martinus iacuerat, factam esse virtutem. Res ita gesta est.

LUC. 10.

Osculari mulierem dedecet.

Energumeno stramine, in quo Martinus cubuerat, curatur.

Claudiomachus vicus est in confinio Biturigum atque Turonorum: Ecclesia ibi est celebris religione sanctorum, nec minus gloriosa sacrarum Virginum multitudo. præteries ergo Martinus, in secretario Ecclesie habuit mansionem. Post discessum illius, cuncte in secretarium illud virgines irruerunt, ad lambunt singula loca vbi aut federat vir beatus, aut steterat: stramentum etiam in quo quieuerat, partiuntur. Vna earum post dies paucos partem straminis, quam sibi pro benedictione collegerat energumeno, quem spiritus erroris agitabat, de ceruice suspendit. Nec mora, dicto citius cicco damone, persona purgata est.

PER idem ferè tempus Martino à Treueris reuertenti sit obuam vacca quam dæmon agitabat: quæ relicto grege suo, in homines forebatur, & iam multos noxiæ petulca confoderat. verum vbi nobis cepit esse contigua, hi qui eam eminus sequebantur, prædi-

cere magna voce cœperant, vt caneremus. Sed postquam ad nos toruis furibunda luminibus propius accessit, Martinus eleuata obuam manu, pecudem consistere iubet: quæ mox ad verbū illius stare cœpit immobilis. Cum interea videt Martinus, dotto illius dæmonem super sedentem, quem increpans. Discede, inquit, funeste, de pecude, & innoxium animal agitare desiste. Paruit nequam spiritus, & recessit. Nec desuit sensus in bucula, quin se intelligeret liberatam: ante pedes sancti recepta quiete præsternitur: deinde iubente Martino, gregem suum petit, seque agmini cæterarum, oue placidior, immiscuit. Hoc illud fuit tempus, quo inter medias flammam positus, non sensit incendium, quod mihi non arbitror esse referendum, quia hoc plenius iste Sulpicius, licet in libro suo præteritū, in Epistola tamen postea, quam ad Eusebium, tunc Presbyterum, modò Episcopum, fecit, exposuit: quam Postumiane, aut, credo, legisti: aut si incognita tibi est, cum libuerit in promptu ex illo armario habes, nos ab illo omiffa referimus.

Vacca dæmonem vexata liberatur.

Sulpicius ad Eusebium xpi-stola.

QVODAM autem tempore, dum Diœceses circuiret, venantium agmen incurrimus. Canes leporem sequebantur. iamque multo spatio victa bestiola, cum vndique capis latè patentibus nullum esset effugium, mortem imminentem iam iamque capiendâ crebris flexibus differebat, cuius periculum Vir beatus piamente miseratus, imperat canibus vt desisterent sequi, & sinerent abire fugientem. qui continuò ad primum canis sermonis imperium conlitterunt: crederes viuētos, dam desinimmo potius affixos in suis hæere vestigiis. ita lepulus persecutoribus alligatis, incolumis euasit. Operæpretium autem est etiam familiaria illius verba, spiritali sale condita, memorare.

Ad imperium B. Martini dam desinunt.

OVEM recens tonsam fortè conspexerat: Euangelicum, inquit, mandatum ista compleuit: duas habuit tunicas, vnam earum largita est non habenti: ita ergo & vos facere debetis. Item cum subulcum algentem, ac penè nudum in pellicea veste vidisset, En, inquit, Adam eiecitus de Paradiso, in veste pellicea sues pasceit: sed nos illo verere deposito, qui adhuc in isto manet, nouam Adam potius induamus. Boves ex parte prata depauerant, porci etiam nonnulla suffoderat: pars cetera quæ manebat illæsa, diuersis floribus quasi picta vernabat. Speciem, inquit, gerit pars illa coniugij, quæ pecore depasta, & si non penitus gratiam amisit herbarum, nullam tamen florum retinet dignitatem: illa verò quam porci, pecora immunda, foderunt, fornicationis imaginem fœdam præterdit: cæterū illa portio quæ nullam sensit iniuriam, gloriam virginitatis ostendit, herbis fecunda luxuriat sceni, in ea fructus exuberat, & vltra omnem speciem distincta floribus, quasi gemmis micantibus ornata radiat: beata species & Deo digna, nihil enim virginitati est comparandum.

Eiusdem voci spirituales.

Ita & illi qui coniugia fornicationi comparant, vehementer errant: & illi qui coniugia virginitati æquant, æstimant, miseri penitus & stulti sunt. Verum hæc à sapientibus tenenda distinctio est, vt coniugium pertineat ad veniam, virginitas spectet ad gloriam: fornicatio deputetur ad pœnam, nisi satisfactione purgetur.

Distinctio virginitatis, coniugij, et fornicationis.

MILFS quidam cingulum in Ecclesia, Monachum professus, abiecerat: cellulam sibi eminus in remoto, quasi Eremita victurus, erexerat. interea astutus inimicus variis cogitationibus brutum pectus agitabat: vt coniugem suam quâ Martinus in Monasterio puellarum esse præceperat, voluntate mutata secum potius

Caute leg.

veller habitare. Adit ergo Martinus fortis Eremita: quid haberet animi confitetur: ille verò vehementer abnuere, sceminam viro rufus, iam Monacho, nò marito incongrua ratione misceri: postremò cum miles instaret, affirmans nihil hoc proposito esse nociturum, se solo coniugis vii velle solatio: porro, ne rufus se in sua vitia revolverent, nò esse metendum: se esse militem Christi, illum quoque in eadem eiusdem militiæ sacramenta iurasse: pateretur Episcopus sanctos, & sexum fidei merito nescientes, pariter militare. Tum Martinus (verba vobis ipsa dicturus sum) dic mihi, inquit, si vnquam in bello fuisti, si in acie constitisti? At ille respondens, Frequenter, inquit, in acie steti, & bello frequenter interfui. Ad hæc Martinus: Dic mihi ergo, nunquid & in illa acie, quæ armata in prælio parabatur, aut cum iam aduersus hostilem exercitum colato cominus pede, districto ense pugnabat, vllam sceminam stare aut pugnare vidisti? Tunc demum miles confusus erubuit, gratias agens, errori suo se nò fuisse permillum: nec aspera increpatione verborum, sed vera & rationabili secundum personam militis comparatione correctum. Martinus autem cõuersus ad nos: sicut eum frequens fratru turba vallauerat: Mulier, inquit, virorum castra non adeat, acies militum separata consistat: procul scemina in suo degens tabernaculo sit remota, contemptibile enim reddidit exercitum si virorum cohortibus turba sceminea misceatur. Miles in acie, miles pugnet in campo: mulier se intra murorum munimenta contineat, habet & illa gloriam suam si pudicitiam viro absente serauerit: cuius hæc prima virtus, & consummata victoria est, non videri.

Miles Monachus factus vxo-rem repetens verbo Mart. reuocatur.

Virgo que dam vis- tamem nò admissi.

Ensdem lau.

ILLVD verò Sulpici meminisse te credo, quo affectu nobis, cum & coram adesses, illam virginem prædicaret, quæ ita se penitus ab omnium virorum oculis remouisset, vt ne ipsum quidem ad se Martinum, cum eam ille officij causâ visitare vellet, admiserit. Nam cum præter agellum illius præteriret, in quo se iam ante complures annos pudica cohibebat, audita fide illius atque virtute, diuertit, vt tam illustri metui puellam religioso officio Episcopus honoraret. Nos consequentes, gauisuram illam virginem putabamus: siquidem hoc in testimoniu virtutis suæ esse habituram, ad quã tanti nominis Sacerdos, deposito proposito rigore venisset. Verum illa fortissimi vincula propoliti, ne Martini quidem contemplatione laxauit. Ita vir beatus accepta per aliam sceminam excusatione laudabili, ab illius foribus, quæ videndam se salutandamque non dederat, lætus abscessit. O virginem gloriosam, quæ ne à Martino quidem passâ esse videri! ô Martinu beatum, qui illam repulsam non ad contumeliam suam duxit: sed magnificans illius cum exultatione virtutis, inusitato in his duntaxat regionibus gaudebat exemplo. Ergo cum haud longè ab illa villula nos manere nox immines cõgisset, xenium beato viro eadem illa virgo transmisit: fecitque Martinus quod antea non fecerat: nullius enim ille vnquam xenium, nullius munus accepit: nihil verò ex his quæ virgo venerabilis miserat refutauit, dicens: Benedictionem illius à Sacerdote minimè respiciendam, quæ esset multis Sacerdotibus præferenda. Audiant quæso virgines istud exemplum, vt fores suas, si eas mali obsidere voluerint, etiam bonis claudant: & ne ad se improbis sit liber accessus, non vcreantur excludere etiam Sacerdotes. Totus hoc mundus audiat: videri se à Martino virgo non passâ est, non vtique illa quemcunque à se repulit Sacerdotem, sed in eius viri conspectum puellam non venit, quem videre salus videntium fuit. Quis autem hoc alius præter Martinum Sacerdos, non ad suam iniuriam retulisset: quos aduersum sanctam virginem motus, quantâsq; iras mente concepisset: hæreticam iudicasset, & anathematizandam esse decreuisset. Quam verò illi beatæ animæ illas virgines prætulisset, quæ crebris occurribus vbiq; se præbent obuias Sacerdoti, quæ conuicia sumptuosa disponunt, quæ vnâ pariter accumbunt. Sed quò me ducit oratio? paululum iste liberior sermo reprimendus est. ne in aliorum forsitan incurrat offensam. Etenim infidelibus obiurgationis verba non proderunt, fidelibus autem fatisciat exemplum: verum ego ita virtutem huius virginis prædicabo, vt tamè nihil illis quæ ad Martinum videndum ex longinquis regionibus sepe venerunt, arbitrer derogandum: siquidem hoc beatum virum frequenter affectu etiam Angeli frequentarint.

la non venit, quem videre salus videntium fuit. Quis autem hoc alius præter Martinum Sacerdos, non ad suam iniuriam retulisset: quos aduersum sanctam virginem motus, quantâsq; iras mente concepisset: hæreticam iudicasset, & anathematizandam esse decreuisset. Quam verò illi beatæ animæ illas virgines prætulisset, quæ crebris occurribus vbiq; se præbent obuias Sacerdoti, quæ conuicia sumptuosa disponunt, quæ vnâ pariter accumbunt. Sed quò me ducit oratio? paululum iste liberior sermo reprimendus est. ne in aliorum forsitan incurrat offensam. Etenim infidelibus obiurgationis verba non proderunt, fidelibus autem fatisciat exemplum: verum ego ita virtutem huius virginis prædicabo, vt tamè nihil illis quæ ad Martinum videndum ex longinquis regionibus sepe venerunt, arbitrer derogandum: siquidem hoc beatum virum frequenter affectu etiam Angeli frequentarint.

CÆTERVM id quod dicturus sum Postumiane, hõc, tibi (me autem intuebatur) teste, rectè perhibeo. Quodam die, ego & iste Sulpicius pro foribus illius excubantes, iam per aliquot horas cum silentio sedebamus, ingenti horrore & tremore, ac si ante Angeli Tabernaculum mandatas excubias duceremus: cum quidem clauso cellulæ suo ostio, nos ibi esse nesciret. Interim colloquentium murmur audiuimus, & mox horrore quodam circumfundimur, ac obstupentes nec ignorare potuimus, nescio quid fuisse diuinum. Post duas ferè horas ad nos Martinus egressus: ac tùm eum iste Sulpicius (sicut apud eum nemo familiaritius loquebatur) cœpit orare, vt perquirentibus indicaret, quid illud diuini fuisset horrois, quod fatebamur, nos ambo sensisse, vel cum quibus fuisset in cellula colloquutus: tenuem enim nos licet, & vix intellectum sermone cinantium sonum pro foribus audisse. Tum ille diu multumque cunctatus (sed nihil erat, quod ei Sulpicius non extorqueret inuito) incredibilia forte dicturus sum, sed Christo teste nò mentior nisi quicquid est tam sacrilegus, vt Martinum æstimet fuisse mentium. Dicam, inquit, vobis, sed vos quæso nulli dicatis: Agnes, Thecla, & Maria mecum fuerunt: referebat autem nobis vultum atque habitum singularum. Nec verò illo tantum die, sed frequenter se ab eis confessus est visitari: Petrum etiam & Paulum Apostolos videri à se sapius, non negauit. Iam verò demones prout ad eum quisque venisset, suis nominibus increpabat. Mercurium maximè patiebatur infestum: Iouem brutum atque hebetem esse dicebat. Hæc plerisque in eodem etiam Monasterio constitutis incredibilia videbatur: necdum ego confidam omnes, qui hæc audient, credituros: nam nisi inæstimabilem vitæ atque virtutem Martinus egisset, nequaquã apud nos tanta gloria præditus haberetur: quanquam minimè mirum, si in operibus Martini infirmitas humana dubitauerit rem minimâ dicturus sum, sed tamcõ dicam cum multis: hodiè que videamus, nec Euangelis quidem credidisse. A Martino autem sæpe Angelos viros familiariter, & sensimus, & experti sumus.

APVD Nemausum Episcoporum Synodus habebatur: ad quam quidam ire noluerat, sed quid gestum esset, scire cupiebat. Casu cum eo iste Sulpicius nauigabat, sed procul, vt semper, à cæteris in remota nauis parte residebat. Ibi ei Angelus, quid gestum esset in Synodo nunciauit. Nos postea tempus habiti Concilij sollicitè requirentes, satis compertum habuimus, ipsum diem fuisse conuentus, & ea ibi ab Episcopis fuisse decreta, quæ Martino Angelus nuntiabat.

B. Marie, Petri & Pauli, & aliorum sanctorum consuetu colloquio fruuntur.

Acta Synod. didicit ab Angelo.

CÆTERA

Calet. Maximo supplicio. Maximo. Causa lege.

CÆTERVM cum ab eo de fine seculi quæreremus, ait nobis, Neronem & Antichristum prius esse venturos: Neronem in Occidètali plaga regibus subactis decem imperatorum: persecutionem autem ab eo hætenus exercendam, vt idola gentium coli cogat. Ab Antichristo verò Orientale imperium esse capiendum: qui quidem sedem & caput regni hierosolimam esset habiturus: ab illo vrbe & replum esse reparandum. Illius eam persecutionem futuram esse, vt Christum Dominum cogat negari, se potius Christum esse confirmans: omnèque secundum legem circumcidi iubeat, & ipsum denique Neronem ab Antichristo esse perimendum: atque sub illius potestate vniuersum orbem, cunctasque gentes esse redigendas: donec aduentu Christi impius opprimatur. Non esse autem dubiu, quin Antichristus malo spiritu conceptus, esset etiam in annis puerilibus cõstitutus, ætate legitima sumpturus imperiu. Quod autem hæc ab illo audiuimus, annus octauus est. Vos autem æstimate, quo in præcipitio cõsistunt quæ futura sunt, Hæc cum maxime Gallus, necdum explicitis quæ stauerat referre, loqueretur, puer familiaris ingressus est nunciatus, Refrigeriu Presbyterum stare pro foribus. Dubitare cœpimus, vrùm Gallum adhuc esset melius audire: an exoptatissimo nobis viro qui officij causâ ad nos veniebat, occurrere. Tum Gallus: Etiam si non ob aduentum sanctissimi Sacerdotis relinquenda nobis hæc esset oratio, nox ipsa cogebat, hucusque protrahitum finire sermone. Verum quia de Martini virtutibus nequaquã explicari vniuersa poterunt, hæc vos hodie audisse sufficiat, cras reliqua dicemus. Ita pariter accepta Galli sponione, supreximus.

S. SVLPICII SEVERI BITVR. ARCHIEPISCO. DIALOGVS III. de virtutib. & miraculis S. Martini.

LVCESCIT ò Galle, surgendum est: nam vt vides & Postumianus instat, & hic Presbyter qui hæsterno auditorio est admittus, expectat, vt que de Martino nostro in hodiernu diem explicada dilu- leras, debitor spõsionis euoluas. Non ignatus quidem iste omniu quecunq; memorada sunt, sed dulcis & grata cognitio est etiã nota relegendi: siquidem natura ita comparatū sit, vt meliore quis consciètia se nosse gaudeat que multorū testimoniis nò esse incerta, cognoscatur. Nam & hic à prima adolescentia Martinu secutus, nouit quidem omnia, sed libèter cognita recognoscit. fatebor enim tibi Galle, Martini mihi sapius auditas esse virtutes: quippe qui de eo etiam litteris multa madauerim, sed per gestorum admirationem semper mihi noua sunt: quæ de illo licet audita sapius reuoluuntur: proinde additum nobis Refrigerium auditorem eo impensius gratulamur, quo promptius Postumianus iste qui hæc Orienti inferre festinat, quasi sub testibus consignatam abs te accepturus est veritatem. Hæc me loquente, Gallo iam ad narrandum parato irruit turba Monachorum: Euagrius Presbyter, Aper, Sebastianus, Agricola: & post paululu ingreditur presbyter noster Etherius, cum Callipione Diacono, & Amatore Subdiacono. Postremus Aurelius Presbyter dulcissimus meus, longiore via venies, anhelus cucurrit. Quid vos, inquam, tam subitò & tam in sperati, tam ex diuersis regionibus, tam manè concurritis? Nos, inquit, hæsterno cognouimus, Gallum istum per totu diem, Martini narraffe virtutes: & reliqua in hodiernu

diem, quia nox opprefferat, distulisse: propterea matu- rauius frequens auditoriu facere, tantam materiam locuturo. Interea nuntiat, in multos secularium stare pro foribus nec ingredi audentes, sed vt admitterentur orantes. Tum Aper: Nequaquam istos, inquit, nobis admisceri conuenit: quia ad audiendum curiositate potius quam religione venerunt. Confusus ego illorum vice, quos non admittèdos esse censebar: agrè tamen obtinui, vt Eucherium ex Vicariis, & Celsum admitterent consularum: ceteri sunt repulsi. Tum Gallus media in sede componimus: qui cum diu nobili sua verecundia silentium tenuisset, tandem ita exoritur. Conuenistis, inquit, ad me audiendum, & sancti & disertis: sed religiofas potius, quam doctas aures, vt arbitror, attulistis auditori me: fide testis non oratoris copia locuturum. Quæ autem hæsterno dicta sunt, non reuoluam: illa qui non audierunt ex scriptis recognoscant. Noua Postumianus expectat, nunciaturus Ori- ti, ne se in comparatione Martini præferat Occidenti, ac primùm gestit animus, quod Refrigerius in autem suggerit, explicari.

RES in Carnotena gesta est ciuitate. Paterfamilias duodecennem ab vtero mutam puellam Martino cœpit offerre, poscens vt linguam ligatam meritis suis sanctus abfolueret. Ille cœdès Episcopis qui tum forte latus illius ambiebant, Valentiniano atque Victorio, imparem se esse tantæ molis, sed illis quasi sanctioribus nihil impossibile fatebatur. At illi piæ precesynd cum patre, supplicij voce iungentes, orare Martinum vt sperata præstaret, nec cunctatus vitra (vrumq; præclaru, & ostendendo humilitatem, nec differendo pietatem) iubet circumstantis populi multitudinem submoueri: Episcopis tantum & puellæ patre assistentibus in orationem suo illo more prosternitur. dein pusillu olei cum exorcismi præfatione benedicite, atque ita in os puellæ sanctificatum liquorem, cum & linguâ illius digitis teneret infudit. Nec fessellit sanctu virtutis euentus. Patris nomen interrogat: mox illa respondit, proclamat pater cum gaudio pariter & lachrymis, Martini genua complexus, & hanc primam se filia audisse vocem cunctis stupentibus fatebatur. At ne cuiquam id incredibile forte videatur, perhibeat vobis præsens Euagrius testimonium veritatis, nam res ipso præsentem gesta est.

PARVM illud est quod nuper Harpagio Presbytero referente cognoui, sed non prætermittendū videtur, Auitiani comitis vxorem misisse Martino oleu, quod ad diuersas morboru causas necessarium (sicut est cõsuetudo) benediceret ampullulam vitream istiusmodi fuisse, vt rotunda in ventrem cresceret: oro producto, sed oris extantis cõcauum non repletum: quia ita mo- dis libera relinquatur. Testabatur Presbyter, vidisse se oleu sub martini benedictione creuisse, quoad exundante copia supernè deflueret: eam dõ que dum ad matrem familias vasculu referretur, seruasse virtutem. Nã inter manus pueri portatis ita semper exundasse oleu, vt omne illius vestimentu copia superflu liquoris operiret: matronam itaque ad summum labrum plenum vasculum recepisse, vt Presbyter hodiè que fatetur, obdendi pessuli quo claudi diligentius seruanda consue- nerunt, in vitro illo spatium non fuisse. Mirum & illud quod huic (me autem intuebatur) memini contigisse. Vas vitreum cum oleo quod Martinus benedixerat, in fenestra paululum editiore deposuit: puer familiaris incautor linteum superpositum, ampullam ibi

Duo gestura auditorum notantur.

B. Martini benedictio crescit.

Vas vitreum lapsu non frangitur.

esse ignatus,attract: vas super constratum marmore patimentum decidit,cunctis metu exterritis ne benedictio deperisset, ampula perinde incolumis est reperita, ac si super plumas mollissimas decidisset. Quae res non potius ad casum, quam ad Martini est referenda virtutum, cuius benedictio perire non potuit.

QVID illud, quod factum est à quodam, cuius nomen quia praesens est, & prodi se vetuit, supprimitur: cui quidem tempore hic etiam Saturninus interfuit. Canis nobis importunior oblatrabat. In nomine, inquit, Martini iubeo te obmutescere: canis hæc sit latratus in gutture: linguam ut abscisam putares, obmutuit. ita parum est, ipsum Martinum fecisse virtutes. Credite mihi, quia etiã alij in nomine eius multa fecerunt.

AVITIANI quondam comitis noueratis barbaram nimis, & ultra omnes cruentam feritatem: hic rapido spiritu ingressus Turonum ciuitatem, sequentibus cum miserabili facie ordinibus carentis, diuersa perendis parati iubet geneta pœnarum, disponens postera die atronita ciuitate ad opus tam triste procedere. Quod ubi Martino cõpertum est, solus paulo ante mediam noctem ad praetorium bestiae illius rediit. Sed cum profundæ noctis silentio quiescentibus cunctis, nullus foribus obseratis pateret ingressus, ante limina cruenta prosternitur. Interea Auitianus graui somno sepultus, Angelo ingruente percussus: Seruus, inquit, Dei ad tua limina iacet, & tu quiescis? Qua ille voce percepta, lecto suo turbatus excutitur: conuocatisque seruis trepidus exclamat, Martinum esse pro foribus. irent protinus, claustra referant, ne Dei seruis pateretur iniuriam. Sed illi, ut est omnium natura feruorũ, vix prima limina egressi, iridentes Dominum suum, quod somno fuisset illusus, negat quemquam esse pro foribus: ex suomet ingenio coniectat, neminem nocte posse vigilare: nedum illi crediderent, in illo noctis horrore iacere ante aliena limina Sacerdotem: idque Auitiano facile persuasum, rursus soluitur in soporẽ: sed mox vi maiore cõcussus, exclamat Martinum stare pro foribus, sibi ideo nullam quietẽ animi corporisq; permitti. Tardantibus seruis, ipse vsque ad limina exteriora progreditur: ibi Martinum ut senserat deprehendit. Petrus miser tantæ manifestatione virtutis: Quid, inquit, mihi hoc Domine fecisti? nihil loqui te necesse est, scio quid desideres, video quid requiras: discede quantocyus, ne me ob iniuriam tuam caelestis ira consumat: satis soluerim hucusque pœnarũ. Crede, quia non leuiter apud me actum est, ut ipse procederem. Post discessum autem sancti, aduocat officiales suos, iuber omnes custodias relaxari: & mox ipse proficiscitur: ita fugato Auitiano, latrata est ciuitas. Hæc cum multis Auitiano referente, comperta sunt: tum nuper Refrigerius Presbyter, quẽ coram videtis ab Euagrio fideli viro, ex tribunis, sub inuocatione diuinæ maiestatis audiuit, qui sibi hoc ab ipso Auitiano relatum esse iurabat. Cæterum nolo miremini, me hodie facere quod hesternò nõ feci, & ad singulas quasque virtutes nomina testium personarumque subnectam: ad quas si quis fuerit incredulus, quia adhuc in corpore sunt, recurrat. Exigit id infidelitas plurimorum, qui in aliquibus, quæ hesternò memorata sunt, nutare dicuntur. Accipiant ergo testes adhuc incolumes atque viuentes, quibus quia de fide nostra dubitant, magis credant. Sed si aded infideles sunt, profiteor quia nec illis sunt credituri. Miror autem quemquam, qui vel tenuem sensum religionis habeat, tantum piculi velle committere, ut putet quemquam de Martino posse

Canis obmutescit solo eius nomine.

Auitianus à scelere perpetrando renouatur.

mentiri. Facebat à quoquam qui sub Deo viuuit, ista suspicio: neque enim Martinus hoc indiget ut mendacis asseratur: sed tamen totius sermonis fidem apud te Christe depromimus, nos nec alia dixisse, nec alia dicturos, quã quæ aut ipsi vidimus, aut quæ manifestis auctoribus, vel plerumque ipso referete, cognouimus. Cæterum est dialogi speciem, quo ad releuandum fastidium lectio variaretur, assumptimus, nos piẽ prestare profitemur historiae veritatem. Hæc me extrinsecus inferere, nonnullorũ incredulitas, non sine meo dolore compulerit. Sed redeat ad nostrum sermo concessum: in quo cum me tam studiose audiri vidẽ, fatear necesse est Aprum fecisse constanter, qui repulit infideles: eos tantum iudicans audire debere, qui crederent.

EFFEROR siquidem creditis, spiritu, & præ dolore totus infans: non credent Martini virtutibus Christiani, quas demones fatabantur? Monasterium beati viri duobus à ciuitate erat millibus distans: sed si quoties venturus ad Ecclesiam, pedem extra cellulã suẽ limen expulerat, videres per totam Ecclesiam Energumenos rugientes, & quasi adueniente iudice agmina damnanda, ut aduentũ trepidare Episcopi Clericis qui venturum esse nescirent, demoniorũ gemitus indicaret. Vidi quendam appropriatẽ Martino in aëra raprũ manibus extensis in sublime suspendi, ut nequam solũ pedibus attingeret. Si quando autem exorcizandorum demonum Martinus operam recepisset, neminẽ manibus atrectabat, sermonibus increpabat, sicut plerumq; per clericos rotatur turbo verborũ: sed admotis Energumenis, cæteros iubeat abscedere, ac foribus obseratis in medio Ecclesiæ cilicio circumtectus, cinere resperfus, solo stratus orabat. Tũ verò cerneret miserò diuerso exitu perurgeri, hos sublatis in sublime pedibus quasi de nube pẽdere, nec tamen vestes desluere super faciem, ne faceret verecundiam nudata pars corporũ. At in parte alia videres sine interrogatione vexatos & sua crimina consententes: nomina etiam nullo interrogante probebant. Ille se Iouem, iste Mercurium fatabatur. Postremò cunctos diaboli ministros cum ipso cerneret auctore cruciati: ut iam in Martino illud fateamur impletum, quod scriptum est: Quoniam Sancti de Angelis iudicabunt.

PAGVM quendam in Senonico annis singulis grande vastabat: compulsi extremis malis incolæ à Martino auxilium poposcerunt, missa per Auspicium praefectorum virum satis fida legatione, cuius agros specialiter grauior quàm cæterorum adsueuerat procella populari. Sed facta ibi oratione, Martinus ita vniuersam penitus liberavit ab ingruenti peste regionem, ut per viginti annos quibus postea mansit in corpore, grandinem in illis locis nemo pertulerit. Quod ne fortuitum esse, & non potius Martino praestitum putaretur, eo anno quo ille defunctus est, rursus incubuit rediuiua tempestas: aded sensit & mundus viri fidelis excessum, ut cuius vita iure gaudebat, etiam eiusdem mortem lugeret.

CÆTERVM si ad hæc probanda quæ diximus, testes etiam infirmior auditor exegerit, non vnum ego hominem, sed multa millia producam: & totam in testimonium virtutis expertã Senonũ aduocabo regionem. Et tamen tu Refrigeri Presbyter, credo meministi, nuper nobis super hoc cum romulo Auspicij illius filio, honorato & religioso viro, fuisse sermonem: qui hæc nobis tanquã incompta referebat: & cũ futuris prouentibus, per assidua dãnã trepidaret ut ipse vidisti, magno

Aduentum procul praesentium Energumeni.

Modum exortandi B. Martini

Pagum Senonensis Diocesis annua gramine liberat.

magno secum more lugerat, Martinum non in hæc tempora referuatum.

Auitianus Turonis solium mitis.

SID vt ad Auitianum recurrã qui cum in omnibus locis cunctisq; vrbibus ederet crudelitatis suæ infanda monumenta, Turonis tantum innocens erat. Et illa bestia, quæ humano sanguine & infelicitum mortibus alebatur, mitem fe atque tranquillum beato viro praesente praestabat. Memini quodam die ad eum venisse Martinum: qui vbi secretarium eius ingressus est, vidit post tergum ipsius demone miræ magnitudinis assidentem: quem eminus (vt verbo, quia ita necesse est, parum Latino loquamur) exsufflans, Auitianus se exsufflari existimans, Quid me, inquit, sancte sic aspicias? Tum Martinus: Non te, inquit, sed eum qui cernici tuæ teter incubuit. Ita recessit Diabolus, & reliquit familiare subbellium: fatique constat, ab illo die Auitianũ miriorem fuisse: seu quod intellexerit, egisse se semper assidentis sibi diaboli voluntatem: seu quod immundus spiritus ab illius confesso per Martinũ fugatus, priuatus est potestate grassandi, cum erubesceret minister auctorem, nec ministrum auctor vrgeret.

IN vico autem Ambatiensi, id est castello illo veteri quod nunc frequens habitatur à fratribus, idolum noueratis grandi opere constructum: politissimis saxis moles turrita surrexerat, æquat in conum sublime procedens, superstitionem loci, operis dignitate seruabat. Huius destructionem Marcello, ibidem cõsistenti Presbytero vir beatus saepe mandauerat. Post aliquantum tempus regressus, increpat Presbyterum, cur adhuc idoli structura consisteret. Ille causatus vix militari manu & vi publicæ multitudinis, tantam molem posse subuerti, nedum id facile putaret per imbecilles Clericos, aut infirmos Monachos quiuisse curari. Tum Martinus recurrens ad nota subsidia, noctem totam in orationibus peruigilat, mane orta tempestas, ædem idoli vsque ad fundamentum prouoluit. Verum hæc Marcello teste dicta snt.

Oratione destruitur templum idolorum.

ALIAM eius non dissimilem, in simili opere virtutem Refrigerius ad stipulante perhibeo. Columnam immensæ molis, cui idolum superstabat, parabat euctore: sed nulla erat facultas qua id daretur effectui. Tum ad orationem suo more conuertitur. Visam, certum est, parilem quodammodo columnam tuere de cælo, quæ impacta idolo totã illam inexpugnabilem molem soluit in puluerem: parum scilicet, si inuisibiliter cæli virtutibus veteretur, nisi ipse virtutes visibiliter seruire Martino humanis etiam oculis cernerentur.

Mulier profluvio sanguinis sanatur attractu vesicæ.

IDEM autem Refrigerius mihi testis est, mulierem profluvio sanguinis laborantem, cum Martini vestem (exemplo mulieris illius Euangelicæ) contigisset, sub momento temporis fuisse sanatam.

SERPENS flumen secabat, & ripam in qua constitueramus adnatabat: In nomine, inquit, Domini iubeo te redire. Mox se mala bestia ad verbum sancti retorfit, & in vltiorem ripam nobis expectantibus transiit: quod cum omnes non sine miraculo cerneremus, aliis ingemiscẽs ait: Serpentes me audiunt, & homines non audiunt.

PISCES Paschæ diebus edere cõsuetus, paulo ante horam refectionis interrogat, an haberetur in promtu. Tum Caro Diaconus, ad quem Monasterij administratio pertinebat, ductus ipse piscari, negat per totum diem sibi vllam cessisse capturam: sed neque alios piscatores qui vendere solebant, quidquam agere

quiuisse. Vade, inquit, mitte linum tuum, captura proueniet. Contigua flumini, vt Sulpicius iste descripsit, habebamus habitacula, processimus tunc, vt pote feriariis diebus, videre piscantem: omnium spebus intentis, non incautum futura tentamina, quibus piscis, Martino auctore, Martini vrbibus quæreretur. Ad primum iactum, reti per modico immanem esocem, Diaconus extraxit, & ad Monasterium lætus accurrens, nimirũ, vt dixit Poëta nescio quis (vtimur enim versu scholastico, quia inter scholasticos fabulamur) Captiumq; suem mirantibus intulit Argis. Verè Christi iste discipulus, gestarum à Salvatore virtutum, quas in exemplum Sanctis suis edidit, æmulator, Christum quoque in se monstrabat operantem, qui sanctum suum vsquequaque glorificans, diuersarum munera gratiarum in vnum hominem conferebat.

TESTATUR Arborius Ex-prefectus, vidisse se Martini manũ sacrificium offerentis, vestitam quodammodo nobilissimis gemmis, luce micare purpurea, & ad motum dextre collisaram inter se fragorem audisse gemmarum.

VENIAM ad illud, quod propter notã temporum semper occultauit, sed nos eclare non potuit: in quo illud est miraculi, quod facie ad faciem cum eo est Angelus collocutus. Maximus Imperator, aliàs sanè bonus, depranatus consiliis Sacerdotum, post Priscilliani necem, Ithacium Episcopum Priscilliani accusatorem, cæterosque illius socios, quos nominari non est necesse, vi regia tuebatur, ne quis ei crimini daret, opera illius, cuiuscunque modi hominem fuisse damnatum. Interea Martinus multis grauibusque laborantium causis ad comitatum ire compellus, procellam ipsam totius tempestatis incurrit. Congregati apud Treueros Episcopi tenebantur, qui quotidie communicantes Ithacio communem sibi causam fecerant. His vbi pantiarum est inopinãtibus adesse Martinum, totis animis labefacti, mussitare & trepidare ceperunt. Et iam pridie Imperator ex eorum sententia decreuerat, Tribunos summa potestate armatos ad Hispanias mittere, qui hæreticos inquirerent, deprehensis vitam & bona adimerent. Nec dubium erat, quin sanctorum etiam maximam turbam tempestas ista depopulata esset, paruo discrimine inter hominũ genera: etenim tum solis oculis iudicabatur, cum quis pallore potius aut veste, quàm fide hæreticos aestimaretur. Hæc nequaquam placitura Martino, Episcopi sentiebant: sed malè conscis illa vel molestissima erat cura, ne se ab eorum communionem adueniens abstineret, non defuturis qui tanti viri constantiam praemissa auctoritate sequerentur. Ineunt cum Imperatore consilium, vt missis obuiam magisterij officialibus, vrbem illam propius vetaretur accedere, nisi secum pace Episcoporum ibi consentientum adfore fateretur. quos ille callidè frustratus, proficere se cum pace Christi esse venturum. Postremò ingressus nocturno tempore, adit Ecclesiam tantum orationis gratia: poststridie palatium petiit, præter multas quas euoluere longum est, has principales petitiones habebat: pro Narcete comite, & Leucadio præside, quorum ambo Gratiani partium fuerant, pertinacioribus studiis, quæ nõ est huius temporis explicare, irã victoris emeriti. Illa præcipua cura, ne Tribuni cum iure gladiorũ ad Hispanias mitterentur: pia enim erat sollicitudo Martino, vt non solũ Christianos, qui sub illa erant occasione vexandi, sed ipsos etiam hæreticos liberaret. Verum primo die, atque altero, suspendit hominem, cal-

Captura piscis ad Christi similitudinem.

Angelus cum P. Martino collocutus.

Harcticis pallore aestimaretur.

lidus imperator, siue vt rei pondus imponeret, siue quia nimis sibi implacabilis erat, feti quia (vt plerique tam arbitrabantur) auaritia repugnabat: siquidem in bona eorum inhaerent. Fertur enim ille vir multis bonisque actibus praeditus, aduersus auaritiam paru consuluisse: nisi fortasse regni necessitate, quippe exhausto superioribus principibus reipublicae arario, pene semper in expeditione atque procinctu bellorum ciuiliu constitutus, facile exculabatur, quibuslibet occasione subsidia imperio parauisse. Interea Episcopi, quorum communionem Martinus non inibat, trepidi ad regem concurrunt, praedamnatos se conquerentes, actum esse de suo omnium statu, si Theognisti pertinaciam, qui eos solus palam lata sententia condemnauerat, Martini armarer auctoritas. non oportuisse hominem recipi mœnibus: illum iam non defenorem haereticorum esse, sed vindicem: nihil actum morte Priscilliani, si Martinus exerceat illius vltionem. Postremo prostrati, cum steru & lam eratione potestatem regiam implorat, vt vatur aduersus vnum hominem vi sua. Nec mueru aberat, quin cogereur imperator Martinum cum haereticorum sorte miscere: sed ille licet Episcopis nimio favore esset obnoxius, non erat nescius Martinum fide, sanctitate & virtute cunctis praestare mortalibus: alia longè via Sanctum vincere parat. Ac primo secretò accersitum, blandè appellat, haereticos iure damnatos more iudiciorum publicorum, potius quam insectationibus Sacerdotum: non esse causam, quâ Ithacij, caeterorumque partis eius communionem putaret esse damnandam. Theognistum odio potius, quam causa fecisse dissidium: eundemq; tamen solum esse, qui se à cõmunionem interim separarit: à reliquis nihil nouatum. Quin etiã ante paucos dies habita Synodus, Ithacium pronuntiauerat culpa non teneri. Quibus cum Martinus parum moueretur, rex ira accenditur, ac se de conspectu eius abrupit. & mox percussos his, pro quibus Martinus rogauerat, diriguntur. Quod vbi Martino compertum iam notis tempore est, palatium irrupit: spondet si parceretur, se communicaturu, dummodo vt & Tribuni iam in excidium Ecclesiarum ad Hispanias missi retraherentur. Nec mora intercessit. Maximus indulget omnia: postredie Felicis Episcopi ordinatio parabatur, sanctissimi sanè viri, & planè digni qui meliore tempore Sacerdos fieret. Huius diei communionem Martinus inuit, satius aestimans ad horam cedere, quam his non consulere, quorum ceruicibus gladius imminabat. Verumtamen summa vi Episcopis nitentibus, vt communionem illam subscriptione firmaret, extorqueri non potuit. Postero die se inde proripiens, cum reuertens in via mœstus ingemisceret, se vel ad horã noxiae communioni fuisse permixtum: haud longè à vico, cui nomen est Andethanna, qua vastas solitudines siluarum secreta patiuntur, progressu paululu comitibus, ille subsedit, causam doloris & facti accusante ac defendente inimicem cogitatione peruoluens: astitit ei repente Angelus: Merito, inquit, Martine compungeris, sed aliter exite nequisti: repara virtutem, resume constantiam, ne iam non periculum gloriae, sed salutis incurreris. Itaque ab illo tempore satis cauit, cum illa Ithacianae partis communionem misceri. Caeterum cum quosdam ex energumenis tardius quam solebat, & gratia minore curaret, subinde nobis cum lachrymis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui se vel puncto temporis, necessitate, non spiritu miscuisset, detrimentum sentire virtutis. Sedecim po-

Martinus ab Imperatore iudicatus.

vt Maximus exoret, pudenter cõmunionem eludit.

Mart. Synodo & damnatione Ithacianae no subscribit.

Angelus merentem salutem.

stea vixit annos, nullam Synodum adiit, ab omnibus Episcoporum conuentibus se remouit.

Sed planè, vt experti sumus, imminutam ad tempus gratiam multiplici mercede reparauit. Vidi praeterea ad pseudothyrum Monasterij ipsius adductum Energumenu, & prius quam ad limen attingeret, fuisse curatum.

TESTANTEM quendam nuper audiui, cum in Tyrreno mari, cursu illo quo Romam tenditur, nauigaret, subito turbinibus, extremum vitæ omnium fuisse discrimen. In quo cum quidam Aegyptius negotiator necdum Christianus, magna voce clamauerit, Deus Martini eripe nos: mox tempestatem fuisse sedatam, seque optatum cursum cum summa placidi æquoris quiete tenuisse.

LYCONTIVS ex vicariis vir fidelis, cum familiam illius lues extrema vexaret, & inaudita calamitatis exemplo per totam domum corpora ægra procumberent, Martini per litteras implorauit auxilium. Quo tempore vir beatus rem esse promisit difficilem impetrari. nam spiritu sentiebat, domu illam diuino numine verberari: tamen non prius desistit septem totos dies, totidemque noctes orando, & ieiunando continuans, quam id quod exorandū receperat, impetraret. Mox ad eum Lycontius, diuina expertus beneficia peruolauit, nuntians simul & agens gratias, domum suam omni periculo liberatam. Centum etiam argenti libras obtulit, quas vir beatus nec respuit, nec recepit. Sed priusquam pondus illud Monasterij limen attingeret, redimendis id captiuis continuò deputauit, & eum ei suggereretur à fratribus, vt aliquid ex eo in sumptu Monasterij reseruaret, omnibus enim angustum esse victum, multis deesse vestitum: Nos, inquit, Ecclesia & pascat & vestiat, dummodo nihil nostris vibus quassisse videamur.

SYCCVRVNT hoc loco illius viri magna miracula, quæ facilius admirari possumus, quam referre. Agnoscitis profecto quod dico multa sunt illius quæ non queunt explicari. Veluti istud est, quod nescio an ita, vt gestum est, à nobis possit exponi. Quidam è fratribus (nomen non ignoratis: sed eclanda persona est, ne sancto viro verecundiam fecerimus) quidam ergo cum ad fornaculam illius carbonum copiam reperisset, & admota sibi sellula diuicatis pedibus super ignem illum nudato inguine resideret, continuò Martinus factam sacro tegmini sensit iniuriam, magna voce proclamans: Quis, inquit, nudato inguine nostrum incestat habitaculum? Hoc vbi ille frater audiuit, & ex conscientia quod increpabatur agnouit: continuò ad nos cucurrit exanimis, pudorem suum non sine Martini virtute confessus.

QUOD A MITIDEM die dum in area, quæ parua admodum tabernaculu illius ambiebat in illo suo (quod notis omnes) sedili ligneo resedisset, vidit duos demones in excelsa illa quæ monasterio superminet, rupe consistere, inde alacres ac lætos vocem istiusmodi adhortationis emittere: Heia te Briccio, Heia te Briccio. Credo cernebant miserum eminus propinquantem, conscij quantam illi rabiem spiritus suscitassent. Nec mora, Briccio furibundus irrupit, ibi plenus insanie, euomit in Martinum mille conuicia: obiurgatus enim pridè ab eo fuerat, cur qui nihil vnquam ante clericatu (quippe qui in Monasterio ab ipso Martino nutritus) habuisset equos aleret, mancipia compararet. Nam iam illo tempore arguebatur à multis, non solum Pueros Barbaros, sed etiam puellas

Absentis virtus.

Nominati virtus.

Toti familie pestiferam lucem auertit.

Fornacule iniuria.

puellas scitis vultibus coemisse. Quibus rebus infelicitissimus infano felle commotus, & vt credo, præcipue demonum illorum agitatus instinctu, Martinum ita aggressus est, vt vix manibus temperaret: cum quidem sanctus vultu placido, mente tranquilla infælicis amentiam per mitia verba cohiberet. sed ita in eo nequam spiritus redundabat, vt ne sua quidem illi, quamuis vana admodum mens subisset, tremantibus labiis, incertoque vultu, decolor præ furore, rotabat verba peccati, se asserens sanctiorem: quippe qui à primis annis in Monasterio inter sacras Ecclesie disciplinas ipso Martino educate creuisset: Martinum vero & à principio, quod ipse diffiteri non possit, militia acerbis forduisse, & nunc per inanes superstitiones & phantasmata visionum ridicula profus inter deliramenta tenuisse. Hæc cum multa, atque alia etiam quæ reticere melius est, acerbiora vomuisset, egressus tandem furore satiato quasi qui se penitus vindicasset, rapidus ea qua parte venerat, recurrebat: cum interea, credo per Martini orationes, fugatis ab illius corde demonibus, reductus in pœnitentiam, mox reuertitur, atque ad Martini se genua prosternit, veniam poscens, fatetur errorem, nec sine damone se fuisse tandem sanior constitetur. Non erat apud Martinum labor iste difficilis, vt ignoscere supplicanti. Tunc & ipsi, & nobis omnibus sanctus exposuit qualiter illum à demonibus vidisset agitari: se conuiciis non moueri, quæ magis illi à quo essent effusa, nocuissent. Exinde cum idem Briccio multis apud eum magnisque criminibus persæpe premeretur, cogi non potuit vt eum à Presbyterio submoueret, ne sua persequi videretur iniuria: illud sæpe commemorans, si Christus Iudam passus est, cur ego non patiar Briccionem? At hæc Postumianus: Audiatur, inquit, istud exempli noster iste de proximo: qui cum sit sapiens, immemor presentiu, immemor futuroru, si fuerit offensus, insanit in sua se non habens potestare: sanit in clericos, grassatur in laicos, totumq; terrarum orbem in suam commouet vltionem: in qua per trienniu ingiter dimicatione consistens, nec tempore, nec ratione sedatur. Dolenda hominis & miseranda conditio, etiam si hac sola insanabilis mali peste premeretur. Verum ista ei patientiæ & tranquillitatis exempla referre sapius Galle debueras, vt sciret irasci, & sciret ignoscere: qui si istum ipsum breuiter incertum sermonem meum in se prolatum forte cognouerit, sciat non magis ore inimici, quam amici animo me locutum: quia si fieri posset, optarem vt martino potius Episcopo, quam Phalari tyranno similis diceretur. Sed istum cuius commemoratio parum suaui est, transeamus, & ad Martinum nostrum Galle redeamus. Tum ego, cum iam adesse vespertum occiduo sole sentirem, Dies, inquam, abiit, Postumiane: surgendum est, simul tam studiosis auditoribus cœna debetur.

Briccionis contumelia in D. Martinum.

Conclusio narratione gestorum.

valeat sermone concludi. Ita interim de illo viro portabis Orienti. Sed dum recurris, diuersaque regiones, loca, portus, insulas, vrbesque præterlegis, Martini nomen & gloriam sparge per populos. In primis memenco non præterite Campaniam, & si maximè cursus in deuo sit, non tamen tibi tanti sint, vel magnarum morarum vlla dispendia, quin illic adeas illustrem virum, ac toto laudatum orbe, Paulinum: illi, quæso te, primum sermonis nostri, quem vel heferno confecimus, vel hodie diximus, volumen euolue. Illi omnia referes, illi cuncta recitabis, vt mox per illum sacra viri laudes Roma cognoscat: sicut primum illum nostrum libellum non per Italiam tantum, sed per totam etiam diffudit Illyricum. Ille Martini nõ inuidus gloriarum, sanctarumque in Christo virtutum piissimus aestimator, non abnuet præfulem nostrum cum suo Felice componere, inde si forte ad Africam transfretabis, referes audita Carthagini: licet iam pridem, vt ipse dixisti, virum nouerit, tamen nunc præcipue de eo plura cognoscat, ne solum ibi Cyprianu martyrem suum, quæuis sancto illius sanguine consecrata miretur. Iam si ad leuam, Achaia sinum paululum deuexus intraueris, sciat Corinthus, sciant Athenæ, non sapienterem in Academia Platonem, nec Socratem in carcere fortiorum. Felicem quidem Græciam, quæ meruit audire Apostolum prædicantem: sed nequaquam à Christo Gallias derelictas, quibus donauerit habere Martinu. Cum verò ad Aegyptum vsque peruenieris, quanquam illa suorum sanctorum numero & virtutibus sit superba, tamen non dedignetur audire: quia illi, vel vniuersæ Asia, in solo Martino Europa non cesserit.

CÆTERVM cum Hierosolymam inde periturus, ventis carsum vela commiseris, negotium tibi nostri doloris iniungo, vt si vnquam illustris illius Ptolemæidis litus accesseris, sollicitus inquiras vbi sit consepultus noster ille Pomponius: nec fastidias visitare ossa peregrina. Multas illic lachrymas, tam ex affectu tuo, quam ex nostris funde visceribus: ac, licet inani munere, solum ipsum flore purpureo, & suauè redolentibus sparge graminiibus: dices tamen illi, sed non asperè, non acerbè, compatientis alloquio, non exprobrantis elogio. Quod si vel te quondam, vel me semper audire voluisset, & Martinum magis quam illum quem nominare nolo, fuisset imitatus, nunquam à me tam crudeliter disparatus, ignoti pulveris regione tegeretur, naufragi sorte prædonis passus in medio mari mortem, & vix in extremo nactus litore sepulturã. Videant hoc opus suum, quicumque ex illius abscesu mihi nocere vulerunt: videant gloriam suam, & vel nunc aduersum me grassari desinant vindicati. Hæc cum maximè flebili voce geceremus, omnium lachrymis per nostra lamenta commotis, cum magna quidem Martini admiratione, sed non minore ex nostris flebitus dolore discessum est.

Sacra Roma.

Lachryma ad Pomponij sepulchrum.

EX HIERONIMI SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM CATHALOGO.

Cum Fr. Bald. V. C. Recognitionibus & Comment.

Optatus Afer Episcopus Mileuitanus ex parte Catholica scripsit Valentiniano & Valentino principibus aduersum Donatiana parvis calumnias, Libros 6. Beneficio V. Clariß. exhibemus tibi 7. lib. in hac Editione, in quibus asserit crimen Donatianorum in nos falso retorqueri.

Toma. 2.

pp iij



Plures plures nominat D. Augustin. scilicet Optatum Donatistam in Bagaitana, & Optatum Catholicum in Cyrensis Synodo celebres. Lib. 3. contra Cresconum Grammat. Cap. 53. & 56. Deinde Optatum Gildonianum qui de satellio Gildonis Africa comitis, accusatus terribili mortis genere extinctus paenas dedit, talis ut eia ipsos Donatistas eius pudeat, Lib. 2. contra Perilianum, Cap. 92. Nostrum hunc verò Optatum, Episcopum Catholicum appellat in Lib. post Collationem contra Donatistas: Venerabilis memoria, & Catholica Communio. 1. Lib. contra Parmenianum: & eum comparat. D.D. Ambrosio & Cypriano, tum & Lactantio & Victorino. Lib. de Vitiis Eccles. Cap. 16. Lib. 3. de Doctrina Christiana, Cap. 4. & Fulgentius. Lib. 2. ad Monimum. Porro Mileum Oppidum vocat, seu Mileum Episc. 168. & lib. 6. de Baptismo, ut Pollianus à Mileo, seu Milei, in Concilio Carthagin. sententia de Anabaptismo dixisse. Idem Episc. 34. ad Paulinum, laudat Beatis. Severum Milevitanam Ecclesie Amisitena. 3. autem Lib. contra Perilianum, Cap. 38. meminit cuiusdam Honorij Milevitanus in Affricana ecclesia damnati, & Faustum illum Manicheum genitum Assrum, Civitate Milevitanam fuisse. Itaque errant vehementer qui aut nostrum hunc Optatum cum illis superioribus aut Mileum seu Milevitanam eius Civitatem, vel cum Melitena Armenia Metropoli in qua celebrata Synodi memini sozomenus. Histor. Lib. 4. Cap. 24. vel cum Melita Insula confundunt, ut quidam magni, etiam nominis, & eruditii viri existimaverunt. Carthagen. Anrises, primum: & deinde Vitellius quidam Affer eius, acerrimus defensor ut D. Hieron. & Genrad. in Catalogis Avini: ac postremò varmenianus quoque Epistolam ad Tyronium, quam August. 3. Lib. Tum & de eadem re Tractatum (eadem enim per eadem sepius dicere, proprium Donatistis fuisse, testis est Aug.) Hunc noster Optatus resellit sequentibus. 7. Lib. Quos à Donatistis corruptos, Primum in Germania D. Cochleus, deinde in Gallia Fr. Bald. V. Clariss. semel atque iterum resisterunt Collatione M. S. Codicis, Reuer. P. Ioannis Tillij. Meli. Episcopi: Deinde & Espancaei & Macerari Parisiens. Theologor.

OPTATI AFRICI, MILEVITANI EPISCOPI,

SCHISMATE DONATISTARVM, aduersus Parmenianum. Cum Fr. Bald. V. C. Commentariis & recognitionibus.

LIBER PRIMVS.



Vinctos nos Christianos, charissimi Fratres, Omnipotenti Deo fides vna commendat. Cuius fidei pars est, credere Filium Dei, Deum, iudicem sæculi esse venturum eum qui iam pridem venerat, & secundum hominem suum, per Mariam virginem natus est, passus, mortuus & sepultus, resurrexit: Et antequam in Cælum ascenderet (vnde descenderat) Christianis nobis omnibus suam per Apostolos pacem dereliquit. Quam ne videretur solis Apostolis dimisisse, ideo ait, Quod vni ex vobis dico, omnibus dico. Deinde ait, Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis. Sic igitur pax Christianis omnibus data est: quam rem Dei esse constat, cum dicit, meam: Cum autem dicit, do vobis, non solum suam voluit esse, sed & vniuersorum in se credentium.

Lachrymæ Inconsolabiles.

Quæ pax, si, ut data erat, sic integra inuolatæque mansisset, nec ab authoribus schismatis turbaretur: inter nos & fratres nostros hodie nõ esset vlla dissensio: Nec illi inconsolabiles Deo lachrymas facerent, quod Esayas testatur: nec falsorum vatum nomen & actus incurreret: nec ruinofum ac dealbatum extruerent patrie: nec minus astutas, sed simplices euertent mentes: nec malè imponendo omnibus captis manû eruptionis velamenta obtenderent, nec maledicerent Deo: nec rebaptizarent fideles: nec nos reuersas aut occisas innocentium animas doleremus: quas prius doluit deus, per Ezechielem Prophetam, dicens: Vae facientibus velamen super omne caput, & super omnem ciuitatem, ad euertendas animas. Anima euersa, sunt populi mei: & maledicebant mihi in populo meo, ut occideret animas, quas non oportuit mori: dum adnunciant populo meo vanas seductiones. Et tamè admissa sunt hæc ab iis qui nostri sunt fratres. Sed ne quis dicat, me inconsideratè eos fratres appellare, qui tales sunt: ab Esaya Prophetæ vocibus increpati exorbitare non possumus. Quamuis & illi nõ negent, & omnibus notum sit, quod nos odio habeat, &

execrentur, & nolunt se dici fratres nostros: tamè nos recedere à timore Dei non possumus, quos hortatur Spiritus sanctus per Esayam Prophetam, dicens: Vos qui timetis nomen Domini, audite nomen Domini: hi qui vos odio habent, & execrantur, & nolunt se dici fratres nostros, vos tamen dicite eis, Fratres nostri estis. Sunt igitur sine dubio Fratres, quamuis non boni. Quare nemo miretur, eos me appellare fratres, qui non possunt non esse fratres.

Est quidem nobis & illis vna spiritualis natiuitas, sed diuersi sunt actus. Nam & Cham qui patris sui risit impiè nuditatem, frater innocentium fuit: & pro merito suo iugum seruitutis incurrit, ut esset fratribus frater addictus. Ergo nomen Fraternitatis, nec interueniente peccato deponitur. Sed de istorum fratrum delictis dicam alio loco: Qui sedentes aduersus fratrem, detrahunt, & contra nos scandala ponunt: & cum illo fure cõcurrunt, qui Deo furtum faciunt. Et cum monarchis, id est, cum hereticis, partem suam ponunt, & peccata sua laudant: & conuicta contra nos Catholicos meditantur. Omnes quidem per singula loca maledicis vocibus perstreperunt: sed vnum quidem vix inuenimus, cum quo per literas, vel hoc modo loquamur: Parmenianum scilicet, fratrem nostrum: si tamen se à nobis vel hoc nomine nuncupari permittit. Et quia collegium Episcopale nolunt nobiscum habere commune, non sint collegæ, si nolunt tamen (ut supra diximus) fratres sunt. Frater meus igitur Parmenianus, ne ventose ac nude, ut ceteri loqueretur, quicquid sentire potuit, non solum dixit, sed etiam in scriptura digessit: Cuius dictis, cū respondere veritate cogente, compellimur: erit inter nos absentes quoquo modo collatio. Eodem modo & satisfiet desiderijs aliquorum. Nam qui adque ab aliquibus defensoribus partium consiliatus habetur: & fieri potuit. Sed quoniam & accessum prohibent, & aditus intercludunt, & concessum vitant, & colloquium denegant: vel tecum mihi, Frater reos distant. Parmeniane, sit isto modo collatio: ut quia tractatus

Idem ait Aug. lib. 3. contra Gaudent. lib. 3. contra Parmenian. Cap. 2. & in Esai. 32.

scilicet quasi supponitur, quæ gentes cum peccatoribus collo-

Hereticorum Baptismus.

tus tuos, quos in manibus, & in ore multorum esse voluisti, non aspernatus sum, neque contempsi, sed omnia à te dicta patienter audiui: audias & tu humilitatis nostræ responsa. Nam & ego intelligo, & tu nõ negas, & quibus sapiens peruidet, te nulla alia ratione tam prolixè tractasse, nisi ut Ecclesiã Catholicam tuis tractatibus indignè pulsares. Sed, ut intelligi datur, aliud habet animus, aliud resonat sermo. Denique omnia te video dixisse contra Catholicam: immò multa pro Catholica, cum Catholicus non sis, ut & nobis necesse non fuerit tractatibus tuis respondere: nisi quod dam malè instructus es, ut quod non vidisti, sed falso audieris, loquereris, cum in Epistola Petri Apostoli legerimus: Nolite per opinionem iudicare fratres vestros: ut inter aliqua quæ ad nos non pertinent (sicuti probaturi sumus) diceres, à nobis contra vos militem esse postularum. Ceterum à te in aliis partibus Tractatus tui, aliqua pro nobis dicta sunt, & contra vos: ut Diluuij & Circumcisionis comparatio quædam & pro nobis, & pro vobis, ea quæ in laude dixisti baptismatis, præter illud quod carnem Christi male tractaueris: ideo & pro vobis: quia quamuis foris sitis, tamen ex nobis exitis. Nam & illud pro ambobus, quod demonstrasti hæreticos extraneos esse Catholicis Sacramentis: si tamè vos ipsos non eis adiungeretis, quos esse schismaticos constat. Quædam pro nobis solis, ut cum vnus Ecclesiæ commemoracionem faceres. Quædam contra vos per ignorantiam, (quia peregrinus es) ut Traditorum & Schismaticorum accusationem. Etiam illud est contra vos, quod dixisti de oleo & sacrificio peccatoris. Ac per hoc nihil contra nos à te dictum est, nisi quod ignoranter dixisti, à nobis militem postulatum. Quod calumniose à te dictum esse, probationibus verissimis demonstrabimus. Tolle hanc calumniam, & eris noster. Quid enim magis dici pro nobis & nostrum esse potest, quàm quod dixi, in comparacionem Baptismatis semel factum esse Diluuium? Et singularè Circumcisionem salubriter profecisse populo Iudæorum, magis pro nobis, quasi noster locutus es: Hæc enim nostra vox est, qui in Trinitate, Baptismi vnionem defendimus: Non pro vobis qui Baptisma, in cuius imagine sunt illa duo, audaciter, & quod contra leges est, iteratis: ij quamuis & vos ipsi non negetis, quia non debet iterari, quod semel iustum est fieri. Sed dum subtiliter laudasti, quod omni laudis præconio dignum est: callidè vestram supposuisti personam, ut quasi, quia semel licet, vobis liceat, aliis denegetur. Si Traditoribus non licet: vobis licere non debuit, quorum principes probamus fuisse Traditores. Si Schismaticis non licet: ad quæ vobis licere non debuit, apud quos origo Schismatis inuenitur. Si peccatoribus non licet: etiam peccatores vos esse testimonio diuino conuincimus. Et tamen quia licet, non per electum hominem, sed per quod semel licet: ideo post vos non emendamus, quia & apud vos, vnam est Sacramentum. Cuius Sacramenti ratio, tota quinto libro demonstrabitur. Ante quidem, frater Parmeniane, multa tractata sunt. Sed video mihi non eo esse respondendum ordine, quo à te dicta sunt singula. Tu enim primo loco dixisti comparaciones laudèque Baptismi, & præter carnem Christi à te malè tractatam, cetera bene dixisti. Hoc enim magis pro nobis te dixisse, suo loco demonstrabitur. Secundo autem loco, exclusi hæreticis, vnam dixisti esse Ecclesiã: sed eam, vbi sit, agnoscere noluisti. Tertio loco, Traditores nullis certis personis aut nominibus accusasti. Quarto, à te vnitate lacerati sunt ope-

rarij. Quinto, ut minima prætermittam, dixisti de oleo & sacrificio peccatoris. Sed mihi videtur primo loco Traditorum & Schismaticorum indicandas esse ciuitates, personas, & nomina: ut quæ à te de iis dicta sunt, veros authores & certos reos suos agnoscant. Deinde mihi dicendum est, quæ, vel vbi sit Ecclesiã, quæ est vna: quia præter vnam altera non est. Tertio, à nobis militem non esse postulatum, & ad nos non pertinere, quod ab operariis iniquitatis dicitur esse commissum. Quarto loco, qui sit peccator cuius Sacrificium repudiatur Deus, vel cuius oleum fugiendum sit. Quinto, de Baptismo. Sexto, de inconsideratis presumptionibus & erroribus vestris. Sed priusquam de rebus singulis aliquid dicam: quod carnem Christi male tractaueris, breuiter ostendam. Dixisti enim, carnem illam peccatricem, Iordanis demersam diluuij, ab vniuersis sordibus esse mundatam. Merito hoc diceres, si caro Christi pro omnibus baptizata sufficeret, ut nemo pro se baptizaretur. Si ita esset, ibi esset totum genus hominum: Illic omne, quod corporaliter natum est. nihil esset inter fideles & vnumquemque gentilem: quia in omnibus caro est. Et dum nemo nõ habeat carnem, sicut dixisti, quia caro Christi diluuij Iordanis demersa est, omnis caro hoc beneficium consequeretur. Aliud est enim caro Christi in Christo. Aliud vnusquisque in se. Quid tibi visum est, carnem Christi dicere peccatricem? vti nam diceres, Caro hominum in carne Christi. Nec sic probabiliter dixeris. Quia vnusquisque credens in nomine Christi baptizatur: non in carne Christi, quæ specialiter illius erat. Addo, quod eius caro de Spiritu sancto concepta, inter alios non potuit in remissam peccatorum tingi, quæ nullum videbatur admisisse peccatum. Addidisti, & Iordanis Diluuij demersam: satis inconsideratè hoc vñs es verbo. Quod verbum soli Pharaoni, & eius populo debebatur, qui pondere delictorum, tanquam plumbum, itamersus sit, ut ibi remanserit. Christi autem caro, dum in Iordane descendit & ascendit, demersa à te dici non debuit. Cuius caro ipso Iordane sanctior inuenitur, & magis aquam ipsa descensu suo mundauerit, quam ipsa mundata sit. Etiam illud prætereire non possum: quod te subtiliter egisse confitero, ut ad inducendos vel decipiendos animos auditorum, post Circumcisionis & Diluuij descriptionem, & post laudem Baptismatis, hæreticos cum erroribus suis mortuos, & obliuione iam sepultos quodammodo resuscitare voluisti, quorum per Prouincias Africanas, non solum vitia, sed etiam nomina videbantur ignota. Marcion, Praxeas, Sabellius, Valentinus, & ceteri, temporibus suis à Victorino Pictauiensi, & Zepherino Verbico, & Tertulliano Carthaginensi, vsque ad Cataphrigas: & ab aliis adfertoribus Ecclesiæ Catholice superati sunt. Ut quid bellum cum mortuis geris, quod ad negocium temporis nostri nõ pertinet? Sed quia Schismatis hodie aliquid quod probare possis in Catholicos nos, non habes, ideo ad prolixitatem scripturæ tuæ augendam, tot hæreticos cum erroribus suis commemorare voluisti. Nunc alia quæstio est. Ut quid à te memorati sunt illi, apud quos non sunt Sacramenta quæ nobis & vobis videntur esse communia? Sanitas non flagitat medicinam. De te secura virtus, forinsecus non quarit auxilia: Veritas non desiderat argumenta. Aggroti est, remedia querere: incertis & imbecillis est, auxilia cõparare: Médacis est, argumenta conquirere. Interea dixisti, apud hæreticos dotes Ecclesiæ esse non posse. Et rectè dixisti: scimus enim hæreticorum Ecclesiã siã profissingulorum, proficitas, nullis legalibus Sacramentis, pp iij

Hereticorum errorum, & Donatistis scripti.

Hereticorum Ecclesiã esse non posse.

& sine iure honesti matrimonij esse: Quas non neces-
sarias reculat Christus qui est sponsus vnus Ecclesie.
Sicut in Canticis Canticorum ipse testatur. Qui cum
vnam laudat, ceteras damnat: Quia prater vnam quae
est vera Catholica, ceterae apud haereticos purantur
esse: sed non sunt. Secundum quod indicat (vt supra di-
ximus) in Canticis Canticorum, vnam esse columbam
suam: Eandem sponfam electam: Eandem, hortum co-
clum, & fontem signatum: Vt haeretici omnes, neque
claves habeant quas solus Petrus accepit, nec annulum
quo legitur fons esse signatus: nec aliquem illorum ef-
se, ad quem hortus ille pertinet in quo Deus arbutu-
las plantat. De quibus haereticis, quamuis ad praesen-
te no pertinet causam, quod diu locutus es & suffece-
rat & abudabat. Sed miror, quid tibi visum est, etiam vos
ipsum eis adiungere, quos esse schismaticos constat, du Ec-
clesie dotes & haereticis ipsis, & vobis schismaticis dene-
gasti: dixisti enim inter cetera, schismaticos a vite, velut
sarmeta, esse cocifos: destinatos pennis, tanquam ligna a-
rida gehennae ignib' reseruari. Sed video te adhuc igno-
rare schisma apud Carthagine a vestris principibus fa-
ctum, quae ante ipsum Maiorinum Originem non habe-
bat. Et cum haec ita gesta esse manifestissime constet,
& vos haeredes esse Traditorum & schismaticorum e-
videnter appareat: satis te miror, frater Parmeniane,
cum schismaticis sis, schismaticos haereticis adiungere
voluisse: aut si sic tibi videtur, & ita placet, contra illa
quae te paulo ante sunt dicta. Dixisti enim fieri non
posse, vt in falso Baptismate inquinatus abluat, immun-
dus emundet, supplantator erigat, perditus liberet, reus
veniam tribuat, damnatus absoluat. Bene haec omnia
poterunt ad solos haereticos pertinere, quia falsauerunt
Symbolum, cum alter dixerit duos Deos, cum Deus v-
nus sit: alter patrem vult in persona filij cognosci, alter
carnem subducens filio Dei, per quam Deo reconcilia-
tus est mundus: Et ceteri huiusmodi, qui a Sacramen-
tis Catholicis alieni esse noscuntur. Quare poeniteat te
talibus hominibus etiam schismaticos adiunxisse: In te
enim conuertisti sententia: gladium, dum aestimas, quia
alteros appetebas. Et non attendisti inter schismaticos
& haereticos, quam sit magna distantia. Inde est quod
ignoras quae sit sancta Ecclesia, & sic omnia miscuisti.

*Ecclesia
signa
singula
re, & ve-
ris. Sacra-
mentum
Schisma-
ta vnde
oriuntur.
Sanum
et veris-
Symbolu.*

** Cochlas
aditio.*

reus veniam tribuere, damnatus absolueri. Bene clau-
sisti hortum haereticis: Bene reuocasti claves ad Pe-
trum: bene abstulisti colendi potestatem, ne ar-
butulas colerent ij quos ab hortulo & paradiso Dei
constat alienos. Bene subduxisti annulum iis quibus a-
perire non licet ad fontem. Vobis vero schismaticis
quamuis in Catholica non sitis, haec negari non pos-
sunt, quia nobiscum vera & communia Sacramenta
traxistis. Quare cum haec omnia haereticis bene negen-
tur: quid tibi visum est, haec & vobis negare voluisse,
quos schismaticos esse manifestum est? Vos enim fo-
ras exiistis, quantum in vobis est. Volebam, vt soli da-
narentur haeretici: quantum in te est, & iam vos ipsos
cum eis vna sententia ferire voluisti. Sed iam, vt ad pro-
positum singularum rerum ordinem redeamus, Primo
loco audi qui fuerint Traditores, & plenius authores
Schismatis disce: in Aphrica duo mala & pessima ad-
missa esse constat: Vnum in Traditione, alterum in
Schismate: sed vtraque mala, & vno tempore, & iisdem
authoribus videntur esse commissa. Debes ergo, frater
Parmeniane, discere, quod intelligeris ignorare. Nam
ferme ante annos lx. & quod excurrit, per totam A-
phricam, Persecutionis est degnata tempestas quae a-
lios fecerit Martyres, alios confesores, nonnullos su-
gesta prostravit in morte, latentes dimisit illaesos. Quod
commemorem Latinos, qui tunc in Ecclesia, nulla tuc
erant dignitate suffulti: Quid ministros plurimos: Quid
Diaconos in tertio: quid Presbyteros in secundo sacer-
dorio constitutos? Ipsi apices & principes omnium a-
liqui Episcopi, illis temporibus, vt damno aeternae vi-
tae, istius incertae lucis moras brevissimas compararet,
Instrumenta diuinae Legis impietate tradiderunt. Ex quibus
erant Donatus Mafculitanus, Victor Ruscacadiensis,
Marinus ab aquis Tibilitanis, Donatus Calamensis, & no 9.
homicida Purpurius Limatenis: Qui interrogatus de
filiis sororis suae, quod eos in carcere Milei necasse di-
ceretur, confessus est, dicens: *Et occidi, & occidono eos ait in Bre-
solos, sed & quemque contra me fecerit.* Et Menasius. Sed
lus, qui ne thurificasse a suis ciuibus probaretur, oculo-
rum dolorem fingens, ad confessum suorum proceden-
te trepidauit. Hi, & ceteri, quos principes tuos fuisse
paulo post docuimus, post persecutionem apud Cir-
tam ciuitatem, (quia Basilicam necdum fuerant restitu-
tae) in domum Urbani Carisi confederunt die Iduum
Maiarum, sicut scripta Nundinarij tunc Diaconi testan-
tur, & vetustas membranarum testimonium perhibet,
quas dubitantibus proferre poterimus. Harum nan-
que plenitudinem rerum, in nouissima parte istorum
libellorum, ad implendam fidem adiunximus. Hi Epi-
scopi interrogante Secundo Tigitano, tradidisse con-
fessi sunt. Et cum ipse Secundus a Purpurio increpare-
tur, quod & ipse diu apud stationarios fuerit, & non
fugerit, sed dimissus sit. Non sine causa dimissum fuisse
se, nisi quia tradiderat, iam omnes haeretici ceperunt
murmurare. Quorum spiritum Secundus metuens, con-
siliu accepit a filio fratris sui Secundo minore, vt ta-
lem causam Deo seruaret. Consulti sunt qui reman-
erunt, id est, Victor Garbicus, Felix a Rotario Cen-
turius. Ij dixerunt talem causam domino debere refer-
uari. Et dixit Secundus: *Sedete omnes.* Tunc dictum est
ab omnibus, *Deo gratias, & sederunt.* Habes ergo Par-
meniane frater, qui manifeste fuerint traditores. Dein-
de non post longum tempus, iidem ipsi, tot & tales, ad
Carthaginem profecti Traditores, coniurati homici-
dae, Maiorinum (cuius tu Cathedram sedes) post ordi-
nationem

*Sic quo-
que An-
gust. lib.
7. de Bapt.
cap. 7.
Traditio-
nem hanc
vero de
qua hic
agitur, fa-
ctam esse,
Dioletia-
no 9.
Maximia
no 8. Coss.
nie. Sed
lib. 3.
Crest. cap.
7. minut
huc sum-
ma, vt et
Euseb. Ec-
cles. hist.
lib. 8. fuit
ergo ad
Christi.
304.
Presbyte-
ri in secu-
do Sacer-
dotio con-
stituti.*

nationem Caeciliani ordinauerunt, schisma facientes.
Et quoniam Traditionis reos, principes vestros fuisse
monstratum est: consequens erit, eosdem fuisse autho-
res schismatis. Quae res, vt clara & manifesta esse om-
nibus possit, ostendendum est, ex qua radice sese vsque
in hodiernum, erroris protendit rami, & ex quo fo-
te riuius iste maligni liquoris occulte serpes, vsque in
tempora nostra manauerit. Dicendum est, vnde & vbi &
quibus ortum constet hoc alterum malum: quae con-
uenerint causae: quae fuerint operatae personae: qui au-
tores huius mali qui nutritores: a quibus sint inter pat-
res ab Imperatore postulara iudicia: qui sederint iudice-
ces: vbi sit actum Concilium: quae sint prolatae senten-
tiae. De diuisione agitur: & in Aphrica, sicut & in ceteris
provinciis, vna erat Ecclesia, antequam diuideretur
ab ordinatore sedes Maiorini: cuius tu haereditariam Ca-
thedram sedes. Videndum est, quis in radice cum toto
orbe manserit: quis foras exierit: quis Cathedram sede-
rit alteram: quae ante non fuerat: quis altare contra al-
tare crexerit: quis ordinationem fecerit, saluo altero
ordinato: quis iaceat sub sententia Ioannis Apostoli,
qui dixit multos Antichristos foras exituros: *quia non
erant* (inquit) *nostrum nisi nostri essent, mansissent nobiscum.*
Ergo qui in vno cum fratribus manere noluit, haereticos
secutus, quasi Antichristus foras exiuit. Hoc apud
Carthaginem post ordinationem Caeciliani factum esse, ne-
mo est qui nesciat: per Lucillam scilicet, nescio quam,
foemina factiolam, quae ante concussam persecutionis
turbibus pacem, dum adhuc in tranquillo esset Ec-
clesia: cum correptionem Archidiaconi Caeciliani fer-
re non posset, quae ante spiritalem cibum & potum, os
nescio cuius martyris, si tamen martyris, libere diceba-
tur, & cum praepoerit calici salutari os nescio cuius
hominis mortui, & si martyris, sed necdum vindicati,
correpta, cum confusione, irata discessit. Irascenti &
dolenti, ne disciplina succumberet, occurrit subito per-
secutionis enata tempestas. Iisdem temporibus Felix
quidam Diaconus, qui propter famoliam, nescio quam
de Tyranno Imperatore tunc factam Epitolanam, appel-
latus est, periculum timens, apud Menfurium Episcopum
delituisset dicitur. Quem cum postularum Mensu-
rius publice denegaret, relatio missa est: Rescriptum
venit, vt si Mensurium Felicem Diaconum non red-
didisset, ad Palatium dirigeretur. Contentus non
leues patiebatur angustias. Erant enim Ecclesiae ex au-
ro & argento quam plurima ornamenta, quae nec de-
fodere terra, nec secum portare poterat. Quasi fide-
lium, Senioribus comendauit, commemoratorio facto, quod
cuidam anicula dedisse dicit: Ita vt si ipse non rediret, red-
dita pace Christianis, anicula illi illi daret, qua in Episcopi
Cathedra sedentem inuenitur. Profectus causam
dixit. Iussus est reuerti Carthaginem: peruenire non po-
tuit. Tempestas persecutionis peracta, & definita est:
Inbente Deo indulgentiam mittente Maxentio, Chri-
stianis libertas est restituta. Botrus & Caesius, vt dici-
tur, apud Carthaginem ordinari cupientes, operam de-
derunt, vt absentibus Numidis, soli vicini Episcopi pe-
terentur, qui ordinationem apud Carthaginem cele-
brarent. Tunc suffragio totius populi Caecilianus eligitur.
Et manus imponente Felice Aprungitano Episcopus
ordinatur. Botrus & Caesius de spe sua deieci
sunt. Breuis auri & argenti sedenti Caeciliano, sicut de-
legatum a Mensurio fuerat, traditur, adhibitis testibus.
Conuocantur supra memorati Seniores, qui faucibus
auaritia commendatam ebiberant praedam. Cum red-
dere cogentur, subduxerunt communioni plebem.

Non minus & ambitores, quibus & ordinari non co-
tigit: nec non & Lucilla, quae iam dudum ferre non
potuit disciplinam, cum omnibus suis potens & factio-
sa foemina, communioni misceri noluit. Sic tribus con-
uenientibus causis & personis, factum est, vt maligni-
tas haberet effectum. Schisma igitur illo tempore con-
fusa mulieris iracundia peperit, ambitus nutriuit, auaritia
roborauit: ab iis tribus personis contra Caecilianum
causae confectae sunt, vt vitiosa eius ordinatio diceretur.
Ad Secundum Tigitanum missum est, vt Carthaginem
veniret: proficiscuntur omnes supra memorati Tra-
ditores: suscepti hospitio ab auaris, ab ambitoribus, ab
iratis: non a Catholicis, quorum petitione Caecilianus
fuerat ordinatus. Interea ad Basilicam, vbi cum Caeci-
liano tota ciuitas in frequentia fuerat, nullus de supra-
dictis accessit. Tunc a Caeciliano mandatum est: *si est
quod in me probetur, exeat accusator & probet.* Illo tempo-
re a tot inimicis nihil in illum potuit confingi. Sed de
ordinatore suo, quod ab iis falso Traditor diceretur,
metuit infamari. Iterum a Caeciliano mandatum est, vt
si felix in se, sicut illi arbitrabantur, nihil contulisset,
ipsi tanquam adhuc Diaconum ordinauerunt Caecilianum.
Tunc Purpurius solita malitia fretus, quasi & Caecilia-
nus filius sororis eius esset, sic ait: *Exeat huc quasi impo-
natur illi manus in episcopatu, & quassetur illi caput de pa-
nitentia.* His rebus compertis, tota Ecclesia Caecilianum
retinuit, ne se latronibus tradidisset. Illo tempore au-
reus debebat expelli, aut communicari debuit inno-
centi. Conferta erat Ecclesia populis plena: erat Cathedra
Episcopalis: erat altare loco suo, in quo pacifici E-
piscopi retro temporis obtulerunt, Cyprianus, Lucia-
nus & ceteri. Sic exitum est foras, & altare contra al-
tare erectum est, & ordinatio illicite celebrata est: & Ma-
iorinus, qui Lector in diaconio Caeciliani fuerat, dome-
sticus Lucillae, ipsa suffragate, Episcopus ordinatus est
a Traditoribus, qui in concilio Numidia (vt superius
diximus) crimina sua sibi confessi sunt, & indulgentiam
sibi inuicem tribuerunt. Manifestum est ergo, exisse de
Ecclesia, & Ordinatos qui Tradiderunt, & Maiorinum,
qui ordinatus est. Interea de suorum criminum
fonte, qui apud eos multorum flagitiorum venis exu-
berat, vnum Traditionis conuiuium in Ordinatorem
Caeciliani deriuandum esse putauerunt: providentes
quod fama diuas res similes vno tempore loqui non
possent: vt crimina in silentium mitterent sua, vitam
infamare conati sunt alienam: Et cum possent ipsi ab-
innocentibus argui, innocentes arguere studuerunt,
mittentes vbiq; literas Lilitore dictante conscriptas:
quas inter ceteros actus habemus in posterum. Adhuc
Carthagine positi praecesserunt se Epistolis suis vt ru-
moribus falsis cunctorum auribus insererent menda-
cium, sparsa fama per populos. Et dum de vno celebra-
ta sunt falsa, supradictorum verissima crimina sub silen-
tio latuerunt. Frequenter solet erubesci de crimine, sed
illo tempore non fuit cui erubesceret. quia prater
paucos Catholicos, peccauerant vniuersi: & quod ima-
go fuerat innocentiae inter multos nephas admissum,
paruum erat Traditionis facinus, quod per Dona-
tum Mafculitanum & ceteros supradictos constabat
admissum: Eriam ingens flagitium schismatis traditio-
ni iunxerunt. Vides ergo Parmeniane haec duo crimina
tam mala, tam grauia Traditionis & schismatis, ad tuos
Principes pertinere. Agnosce vel sero incurrisse te in
tuos, dum insectaris alienos. Et cum priores constet o-
peratos esse hoc alterum nefas, & vos iam eos scelera-
tis vestigiis sequi laboratis: vt quod illi priores in titi-

*Vide Ang.
Epist. 162
lib. 3. con-
tra Crest.
Cap. 28.*

Io schismatis fecerant, & vos iam dudum fecisse & nunc facere videamini. Illi imperantibus temporibus pacem: vos exterminatis vnitate. De parentibus vestris & de vobis merito dici potest, *Cecus cecum se duxerit, vtrique in foueam cadunt.* Oculos patrum vestrorum furiosus excacauerat liuor, & emulatio vestros orbauit. Schisma summum malum esse & vos negare minime poteritis. Et tamen Dathan & Abiron & Chore, perditos magistros vestros, sine trepidatione estis imitati: nec ponere ante oculos voluistis, hoc malum & verbis Dei esse prohibendum: & admissum, grauius vindicatum. Deinde esse distantiam delictorum, aut remissio testatur aut poena. Denique inter caetera praecipua etiam haec tria iussio diuina prohibuit, *Non occides, Non ibis post Deos alienos, & in capitibus mandatorum, Non facies sibi sima.* Videamus de iis tribus, quid oportuit puniri, & quid meruit relaxari. Particidium principale delictum est: & tamen Cain nec reus à Deo percussus, sed occisus insuper vindicatur. In Ninive Ciuitate, hominum numero centum viginti millia sacrilega, quae deos alienos sequi videbantur: post iracundiam Dei, & nuncium Ionae Prophetae, Ieiunium parui temporis & oratio, indulgentiam meruit. Videamus si aliquid tale consecuti sunt: ij qui populos Dei primitus ausi sunt scindere. Tot millibus virorum Israel, quorum à ceruicibus diuina prouidentia iugum seruire deiecerat, Aaron sanctum vnum praefecerat Sacerdotem, sed cum ministris eius, Sacerdotium non sibi debitum concupiscentes, sed dicta parte populi illicite inuaderent, ritum imitati Sacrorum, ducentos, & quod excurrit, ministros secum perituros, cum thuribus in fronte seducti populi posuerunt. Deus cui displicet schisma, hoc libenter videre non potuit. Indixerant quodammodo Deo bellum, quasi esset alter Deus qui alterum acciperet: Sacrificium. Igitur Deus pro neglectis mandatis iratus est: ira magna. Et quod in sacrilegos & patricidam non fecerat, in schismaticos fecit. Stabat ministrorum acies, & multitudo sacrilega, cum interdictis sacrificiis suis ilico peritura: negatum & subductum est poenitentiae tempus, quia non talis erat culpa quae veniam mereretur. Mandata est terrae fames: statim fauces suas in populi diuinos aperuit, & contemptores mandatorum Dei, auido ore absorbit. Intra momenti spacium, ad transgrediendos praedictos terra patuit, rapuit, clausa est. Et ne beneficium de mortis compendio consequi viderentur, dum non essent digni viuere, iis nec mori concessum est: tartareo carcere subito clausi, ante sunt sepulti quam mortui. Et miramini vobis aliquid tale asperere factum, qui schisma aut facitis aut colitis, cum videatis quid magistri primi schismatis pati meruerunt: An quia cessat talis modo vindicta ideo tibi cum tuis vindicas innocentiam? Deus in singulis rebus exemplorum posuit formam, ut sit quod imputet & imitantibus prima peccata: ad exemplum praesens poena compressit, secunda iudicio referuauit. Quid ad haec dicturi estis, qui schisma, usurpato Ecclesiae nomine, & occulte nutritis, & impudenter defenditis: Sed quia audio alios de societate tua, litigandi studio chartas habere nescio quas: quarendum est, quibus sit accommodanda fides: quae cum ratione concordent: quae cum veritate confabulentur. Vestrae, si sunt aliqua, mendacii forte videantur aspersae. Nostrae chartas probat & confidit causarum, & contentiones partium, & exitus iudiciorum, & Epistolae Constantini. Nam quod de nobis dicitis, *Quid Christiani cum regibus aut quid Episcopi cum Palatio? Si nota est, nosse reges, vos tota perfun-*

Num. 16.

Schismatis eius negati poenitentia rebus.

Magistri i. schismatici.

dit inuidia. Nam maiores vestri, Lucianus, Dignus, Nassium, Capito, Fidentius, & caeteri Imperatorem Constantinum, harum rerum adhuc ignarum, his precibus rogauerunt: quarum exemplum infra scriptum est. *Rogamus te o Constantine optime Imperator, quoniam de genere iusto es, cuius pater inter caeteros Imperatores persecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunitus est Gallia. Nam in Africa inter nos & caeteros Episcopos contentiones sunt. Petimus, ut de Gallia nobis iudices dari precipiat pietas tua. Data à Luciano, Digno, Nassium, Capitone, Fidentio, & caeteris Episcopis partis Donati. Quibus lectis, Constantinus pleno liuore respondit. In qua responsione & eorum preces prodidit, dum ait: Petiisti à me in seculo iudicium, cum ego ipse Christi iudicium expectem.* Et tamen dati sunt Iudices, Materius ex Agrippina ciuitate. Rheticius ab Augusto duno Ciuitate, Marinus Arelatensis. Ad urbem Romam ventum est ab iis tribus Gallis: & ab aliis quindecim Italis. Couenerunt in domum Faustae in Laterano, Constantino iij. & Licinio iij. Coss. vj. Non. Octob. Die sexta feria. Cum confedisent Militiades Episcopus vrbis Romae, & Rheticius & Materius & Marinus Episcopi Gallicani: & Merocles à Mediolano, Florianus à Caesena, Zoticus à Quintiano. Stenim ab Arimino, Felix à Florentia Tuscorum, Gaudentius à Pisis, Constantius à Fauentia, Proterius à Capua, Theophilus à Beneuento, Sauius à Terracina. Secundus à Praeneste, Felix à tribus tabernis, Maximus ab Ostia, Euadrius ab Vrino, donatianus à Foro Claudij. His decem & nouem confidentibus Episcopis, causa Donati & Caecilianii in medium missa est à singulis. In Donatum sententia latae. *Quod confessus sit se rebaptizasse, & Episcopis lapsis minime imposuisse quod ab Ecclesia alienum est.* Testes inducti à Donato, confessi sunt, se non habere quod in Caecilianum dicerent. Caecilianus omnium supra memoratorum sententia innocens est pronuntiatus: etiam Militiades sententia, qua iudicium clausum est his verbis. *Cum constiterit, Caecilianum, ab iis qui cum Donato venerunt, iuxta professionem suam non accusari: nec à Donato conuictum esse in aliqua parte constiterit: sua Communioni Ecclesiae integrae restitutum merito esse censet.* Sufficit ergo & Donatum tot sententia esse percussum, & Caecilianum tanto iudicio esse purgatum. Et tamen Donatus appellandum esse ab Episcopis credit. Ad quam appellationem Constantinus Imperator sic respondit: *o rabida furoris audacia: sicut in causis gentium fieri solet, appellationem interposuerunt.* Eodem tempore idem Donatus petiit, ut ei reuerteretur ad Carthaginem contingeret. Tunc à Filimino suffragatore eius, imperatori suggestum est, ut bono pacis Caecilianus Brixie retineretur: & factum est. Tunc duo Episcopi ad Africam missi sunt, Eunomius & Olimpius, ut remotis duobus vnum ordinarent. Venerunt apud Carthaginem: fuerunt per dies quadraginta, ut pronuntiarent vbi esset Catholica. Hoc seditiosa pars Donati fieri passa non est. De studio partium strepitus quotidiani sunt habitus: nouissima sententia eorum Episcoporum Eunomij & Olimpij talis legitur, ut diceret illam esse Catholicam quae esset in toto orbe terrarum diffusa: & sententiam decem & nouem Episcoporum iam dudum datam, dissolui non posse. Sic communiauerunt Clero Caecilianii, & reuersi sunt. De iis rebus habemus volumina actorum. Quod si quis voluerit, in nouissimis partibus legat. Cum haec fierent, Donatus vltro prior ad Carthaginem redit. Hoc audito, Caecilianus ad suam Plebem properauit. Hoc modo iterum renouellatae sunt partes. Constat tamen Donatum tot sententia

Sic August. quod rabida fuisse Donatista rum in Caecilianii ora ait. Ep. 162.

sententia esse percussum, & Caecilianum innocentem totidem sententia pronuntiatum. Sed quia in ipsa causa, iam dudum in Catholica duorum videbantur laborare personae, & Ordinati & Ordinatis: postquam Ordinatus in vrbe purgatus est: purgandus adhuc remanserat Ordinator.

Tunc Constantinus ad Aelianum Procosulem scripsit, ut remotis necessitatibus publicis, de vita Felicii Autungitani publice quereatur. Inducti sunt Claudius Saurianus, Curator Reipublicae, qui fuit tempore persecutionis in ciuitate Felicis, & Curator praesentis tunc temporis, quando causa flagitabat: Callidus Gratius, & Magistratus Aelius Caecilianus: sed & Superstationarius Perductus, & Ingentius scriba publicus pendit sub metu imminenti tormentorum. Responsis omnium nihil tale inuentum est, quod vitam Felicis Episcopi sordidare potuisset. Habentur volumina Actorum, in quibus continentur praesentium nomina, qui fuerat in causa, Claudij Sauriani curatoris, & Caecilianii Magistratus, & Superstationarij, & Scribae Ingentij, & Solonis Officialis publici ipsius temporis. Post quorum responsa, à supra memorato Procosule haec pars sententiae dicta est: *Falsum autem religiosum Episcopum, liberum esse ab excoisitione instrumentorum Descriptorum manifestum est, cum nemo in eum aliquid probare potuerit, quod religiosissimas Scripturas Tradiderit vel excoisferit. Omnium enim interrogatio supra scripta manifesta est, nullas Scripturas Desicias, vel inuenias, vel corruptas, vel incoisitas fuisse. Hoc adus conuenit, quod Felix Episcopus religiosus illis temporibus neque praesens fuerit, neque conscientiam accommodauerit, neque aliquid tale fieri iusserit.* Vnde pulsa atque extensa infamia, cum ingenti laude illo iudicio recessit. Iam dudum opinionis incertae, & intercaliginos quas liuor & inuidia exhalauerat, latere veritatis videbatur. Sed etiam omnis scriptura memorata, & Actorum voluminibus, & Epistolae comemoratis aut lectis renouata est. Vides frater Parmeniane, in Catholicos, traditorum nomine falso obiecto, frustra esse inuentum: mutans videlicet personas, & transferens merita clausisti oculos, ne parentes tuos reos agnosceres: aperuisti eos, ut innocentes & indignos crimini copulares. Omnia pro tempore, nihil pro veritate: ut & de te dixerit beatissimus Apostolus Paulus: *Quidam autem conuersi sunt in Vaniloquios, volentes se esse leges D octores, non intelligentes qua dicunt, neque de quibus adfirmant.* Paulò antè docuimus, vestros patres fuisse schismaticos & Traditores: & tu ipsorum haeres, nec schismaticus, nec Traditoribus parere voluisti. Iam igitur documentis supra memoratis, omnia tela, quae falso in alienos iactare voluisti, veritatis clypeo repulsa, in tuos parentes reciproco icu vertuntur. Omnia igitur, quae à te in Traditores & schismaticos dici poterunt, vestra sunt. Nam nostra non sunt, quia in radice manemus, & in toto orbe terrarum cum omnibus sumus.

Conscientia accommodare.

1. Tim. 1.

OPTATI EPISCOPI MILEVIT.

CONTRA PARMENIANVM.

Libri Secundus.

Voniam & qui fuerit traditores ostensum est, & schismatis origo ita monstrata est, ut pene oculis perspecta videatur: etiam haereticis ab schismate quid distet, ostendimus. Illud demonstrare iam proximum est (quod nos promissimus secundo loco esse dicturos) quae sit vna Ecclesia, quam columbam & sponsam suam Christus appellat. Ergo Ecclesia vna est, cuius sanctitas de Sacramentis colligitur: non de superbia personarum poteratur.

Ergo hanc vnam columbam & dilectam sponsam suam Christus appellat. Haec apud omnes haereticos & schismaticos esse non potest: Restat ut vno loco sit. Eam tu frater Parmeniane, apud vos solos esse dixisti: nisi forte quia vobis specialem sanctitatem de superbia vindicare contenditis, ut vbi vultis, ibi sit Ecclesia: & non sit, vbi non vultis. Ergo ut in particula Africæ, in Angulo paruae regionis, apud vos esse possit: apud nos in alia parte Africæ non erit. In Hispaniis, in Italia, in Gallia, vbi vos non estis, non erit. Si apud vos tantummodo esse vultis, in tribus Pannoniis, in Dacia, Misia, Thracia, Achaia, Macedonia, & in tota Graecia, vbi vos non estis, non erit. Vt apud vos esse possit, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Pamphilia, Phrygia, Cilicia, & in tribus Syriis, & in duobus Armeniis, & in tota Aegypto, & in Mesopotamia, vbi vos non estis, non erit. Et per tot innumerabiles insulas, & caeteras provincias quae numerari vix possunt, vbi vos non estis, non erit. Vbi ergo erit proprietates Catholici nominis, cum inde dicta sit Catholica, quod sit rationalis & ubique diffusa? Nam si sic pro voluntate vestra in angustum coarctatis Ecclesiam: si vnuerfas subducitis gentes, vbi erit illud, quod filius Dei meruit? vbi erit, quod libenter ei largitus est Pater, in secundo psalmo dicens, *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae.* Vt quid tale infringitis promissum, ut à vobis mittatur quasi in quendam carcerem latitudo regnorum? Quid tanta pietati obstare contenditis? Quid contra Saluatoris merita militatis? Permittite Filium possidere concessa. Permittite Patri promissa complere. Cur ponitis metas? Cur figitis limites? Cui à Deo patre Saluatori tota terra promissa sit, non est quicquam in aliqua parte terrarum, quod à possessione eius videatur exceptum. Tota est donata terra cum gentibus totius orbis, Christo vna possessio est. Hoc probat Deus, qui ait, *Dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terrae.* Et in septuagesimo primo psalmo, de ipso Saluatore sic scriptum est, *Domina bitur à mari usque ad mare: & à fluminibus usque ad terminos orbis terrae.*

Quae sit Ecclesia Catholica

Psal. 2.

Psal. 71.

Pater dum donat, nihil excipit: vos ut concedatis vnciam, totam libram auferre conamini. Et adhuc nitimini suadere hominibus, apud vos solos esse Ecclesiam, auferentes meritum Christo: negantes praesentium à Deo. O vestra ingrata & stulta praesumptio! Christus vos cum caeteris in societatem regni caelestis inuitat, & vt cohaeredes sitis, hortatur: & vos cum in hereditate sibi à Patre concessa, fraudare laboratis, dū Africæ partem conceditis, & totum terrarum orbem, qui ei à Patre donatus est, denegatis.

Quid mendacem videri vultis Spiritum sanctum? qui in quadagesimo octauo psalmo. Omnipotentis Dei beneuolentiam narrat, dum dicit: *Deus Deorum Dominus locutus est, & vocauit terram, ab ortu solis usque ad occasum.* Vocata est ergo terra, ut caro fieret: & sicut legitur, facta est, & debet laudes creatori suo.

Denique commemoratur, Spiritu sancto hortante, & dicente, in CXII. psalmo, dum dicit, *laudandum nomen Domini ab ortu solis usque ad occasum.* Et iterum in XCV. psalmo: *Cantate Domino canticum nouum.* Si huc versum solum diceret, possitis dicere, quia vos solos hortatus est spiritus sanctus. Sed vt ostenderet, quia non ad vos solos dictum est: sed & ad Ecclesiam, quae ubique est, secutus est, dicens: *Cantate Domino omnis terra: pronunciate in gentibus gloriam ipsius, in omnibus populis mirabilia eius. Pronunciate, inquit, in gentibus: non dicit in par-*

*sicula Africa, ubi vos estis. Pronunciate, inquit, in omnibus populis: Qui omnes populos dixit, neminem excepit. Et vos solos ab omnibus populis, de quibus hoc mandatum est, separatos esse gratulamini. Et vultis vos solos esse totum, qui in omni toto non estis. Laudandum, inquit, nomen Domini, & a tota terra, & ab ortu solis usque ad occasum. Nunquid Pagani extra legales possunt cantare Deo, aut laudare nomen Dei: & non sola Ecclesia quae in lege est? quam si apud vos tantummodo esse dicitis, fraudatis aures dei. Si vos soli laudatis, totus tacebit orbis qui est ab ortu solis usque ad occasum. Clausistis ora omnium Christianarum gentium: Indixistis silentium populis vniuersis, Deum per momenta laudare cupientibus. Igitur si & Deus debitas sibi laudes expectat, & vt sonent, Spiritus Sanctus hortatur, & totus orbis quod debet paratus est reddere, ne fraudetur deus: etiam vos ipsi laudate cum omnibus: aut quia nolulistis esse cum omnibus, soli conticescite. Ergo quia probamus eam esse Ecclesiam Catholicam, quae sit in toto terrarum orbe diffusa, eius iam commemoranda sunt ornamenta: & videndum vbi sint quinque dotes, quas tu lex esse dicit: inter quas Cathedra est prima: vbi nisi sederit Episcopus, coniungi altera dos non poterit: qui est annulus: Videndum est, qui & vbi prior cathedra sederit: si ignoras, discere si nosti, erubescere. Ignorantia tibi ascribi non potest, Restat ergo vt noueris. Scientem errare, peccatum est. Nam ignorantibus nunquam solet ignosci. Igitur negare non potes, scire te in vrbe Roma Petro primo Cathedram Episcopalem esse collatam: in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, vnde & Cephas appellatus est: in qua vna Cathedra, vnitas ab omnibus seruaretur, ne ceteri Apostoli singulas sibi quisque defenderet: vt iam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem Cathedram, alteram collocaret. Ergo Cathedra vnica, quae est prima de dotibus, sedit prior Petrus: Cui successit Linus, Lino successit Clemens, Clementi Anacleus, Anacleto Euaristus, Euaristo Sixtus, Sixto Thelephorus, Thelephoro Iginus, Iginio Anicetus, Anicero Pius, Pio Soter, Soteri Eleutherius, Eleutherio Victor, Victori Zepherinus, Zepherino Calixtus, Calixto Urbanus, Urbano Pontianus, Pontiano Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Sixtus, Sixto Dionysius, Dionysio Faelix, Faelici Eurychianus, Eurychiano Caius, Caio Marcellinus, Marcellino Marcellus, marcello Eusebius, Eusebio Miltiades, Miltiadi Syluester, Syluestro Marcus, marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damasus, Damaso Siricius hodie qui noster est focus: Cum quo nobis totus orbis commercio Formatarum, in vna communionis societate concordat. Vestra Cathedra vos Originem reddite, qui vobis vultis sanctam ecclesiam vindicare. Sed & habere vos in vrbe Roma Partem aliquam dicitis. Ramus est vestri erroris, protentus de mendacio non de radice veritatis. Denique si Macrobio dicatur, vbi illic sedeat: nunquid potest dicere, in Cathedra Petri: quam nescio si vel oculis nouit, & ad cuius memoriam non accedit quasi schismaticus contra Apostolum faciens, qui ait, *memoria sanctorum communicantes*. Ecce praesentes sunt ibi duorum memoriae Apostolorum. Dicite si ad has ingredi potuit: ita, vt obtulerit illic, vbi sanctorum memorias esse constat. Ergo restat, vt fateatur focus vester Macrobius, se ibi sedere vbi aliquando sedit Encolpius. Si & ipse Encolpius posset interrogari, diceret, se ibi sedere, vbi ante sedit Bonifacius Ballitanus. Deinde si & ipse interrogari potuisset, diceret,*

vbi sedit Victor Garbicus, a vestris iam dudum Africa ad paucos erraticos missus. Quid est hoc quod pars vestra in vrbe Romae. Episcopi cuius habere non potuit? Quid est, quod tori Africi & peregrini in illa Ciuitate sibi successisse noscuntur? non apparet, dolus: non factio, quae mater est schismatis? Interea Victor Garbicus, vt hinc prior mitteretur (non dico lapis in fontem: quia nec valuit puritatem Catholicam multitudinis perturbare) sed quia quibusdam Afris Urbica placuerat comoratio: & hinc a vobis profecti videbatur, ipsi petierunt, vt aliquis hinc, qui illos colligeret, mitteretur. Missus est igitur Victor. Erat ibi filius sine patre, tiro sine principe, discipulus sine magistro, sequens sine antecessore, inquilinus sine hospite, pastor sine grege, episcopus sine populo. Non enim grex populus aut appellandi fuerat pauci, qui inter quadraginta, & quod excurrit, basilicas, locum vbi colligerent, non habebat. Sic spelunca quando fuerat in Ciuitate, gradibus sepeferunt, vbi ipso tempore conuenticulum habere potuissent: vnde Montenses appellati sunt. Igitur quia Claudianus Luciano, Luciano Macrobio, Macrobio Encolpio, Encolpio Bonifacio, Bonifacio Victori successisse videntur: si Victori diceretur, vbi sederit, nec ante se aliquem illic fuisse monstraret: nec Cathedram aliquam, nisi pestilentiam ostenderet. Pestilentia enim morbis extinctis homines ad Inferos mittit. Qui inferi portas suas habere noscuntur, contra quas portas, clauces salutaris, accepisse legimus Petrum, principem scilicet nostrum: Cui a Christo dictum est, *Tibi dabo clauces regni caelorum, & porta inferorum non vincunt eas*. Vnde est ergo, quod clauces regni vobis usurpare contenditis, qui contra Cathedram Petri, vestris praesumptionibus & audacis, sacrilegio militatis: Beatitudinem repudiantes, qua laudari meruit, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in Cathedra pestilentia non sedit. In consilio impietatis itum est a maioribus vestris, vt diuiderent Ecclesiam. Iuerunt etiam peccatorum viam, dum Christum partiri conati sunt, cuius ludaei nec vestimenta scindere vulerunt: cum Apostolus Paulus clamet & dicat, *Nunquid diuisus est Christus?* & vti iam malam viam intrauerant agnito peccato, super se reuenterentur, id est emendarent, quod errauerant: reuocarent, quam fugauerant pacem: hoc erat de via reuerti. In via enim ambulatur, non statum: Sed quia parentes vestri reuerti noluerunt, ipsos constat in via peccatorum stetitisse. Quorum gressus impulerat furor, retentos ligauit pigra discordia: Et ne regredi ad meliora potuissent, ipsi sibi schismatis compedes posuerunt, vt in errore suo pertinaciter starent, ne ad pacem, quam deseruerant reuerti potuissent. Nec audierunt spiritum sanctum, dicentem in Psalmo tricesimo tertio: *Diuerse a malo, & fac bonum: inquire pacem, & sequere eam*: Sed steterunt in via peccatorum suorum. Sederunt etiam in Cathedra pestilentiae, quae (vt supra diximus) seductos mittit ad mortem. Sed & dum vos parentum errorem colentes, studiose defenditis, haeredes sceleris esse voluistis, cum filij pacis vel sero esse possitis: cum in Ezechiele Propheta scriptum sit, *Exi tolle vocem tuam super filium peccatoris, ne vestigia patris sui sequatur. Quoniam anima patris mea est, & anima filij mea est. Anima quae peccat, sola punitur. Si displiceret vobis quod parentes vestri peccauerunt, de admissi suo soli redderet rationem, hoc modo vel vos beati esse possitis, & laudem de ore Prophetae percipere, qui ait in Psalmo primo, *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in Cathedra pestilentiae non sedit: sed in lege Domini sunt voluntates eius*. Quid*

5. Dot. Ecclesia Catholice.

Matth. 14.

Commercium Formatarum

Rom. 12.

Mat. 16.

Psal. 1.

1. Cor. 1.

Ezech. 18.

Quid est aliud in lege habere voluntatem, nisi diuina praecipia & religiose discere, & cum timore complere? In qua lege scriptum est, *Pax hominibus in terra bonae voluntatis*. Et alio loco, *ponam fundamenta pacis in Sion*. Et alio loco, *Videamus quid loquatur Dominus: Quoniam loquetur pacem in plebem suam*. Et alio loco, *Veni filius Dei, & factus est in pace locus eius*. Et alio loco, *Suscipiant motus pacem populo, & colles iustitiam*. Et in Euangelio, *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*. Et Paulus ait, *Qui pacem seruit, pacem & metet*. Et in omnibus Epistolis suis: *Pax vobis abundet in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti*. Et alio loco, *Quare pacem & consensum vobis*. Fugata recesserat pax a patribus vestris, vos eam, sicuti a Deo mandatum est, non quaeritis, quam nec vltro voluistis quaerere, non oblata libenter accipere. Quis enim in tot prouinciis, quibus nati estis, audiuit, & si aliquis audiuit, quis non vestrum miretur errorem? quis non vestrum facinus damnet? Igitur cum manifestum sit, & ipsa luce sit clarus, nos cum tot innumerabilibus populis esse, & tot prouincias inuicem: iam videtis vos in parte vnus regionis positos, & ab Ecclesia vestris erroribus esse separatos, frustra vobis solis hoc nomen Ecclesiae cum suis dotibus vindicare: quae magis apud nos sunt, quam apud vos: quas constat ita sibi connexas & indiuiduas esse, vt intelligatur vna ab altera separari non posse. Et enim numeratur in nomine, sed vno intellectu vno iunguntur in corpore: vt in manu digiti, quos intencualis singulos videmus esse distinctos. Vnde, qui tenet vnū, totos teneat necesse est, cum vnusquisque a paribus separari non possit. Adde quod non vnam solā, sed omnes proprie possidemus. Igitur de dotibus supra dictis Cathedra est (vt supra diximus) prima quam probauimus per Petrum nostram esse, qui ducit ad se Angelum. Nisi forte eum vobis vindicantes, habetis in loculis clausum. Mittite illum si potestis, excludat septem Angelos, qui sunt apud locios nostros in Asia, ad quorum Ecclesias scribit. Apostolus Ioannes: Cum quibus Ecclesiam nullum communionis probamini habere consortium. Vnde vobis Angelum, qui apud vos possit fontem mouere, aut inter ceteras dotes Ecclesiae numerari. Extra septem Ecclesias, quae quid fors est, alienum est: Aut si inde habetis aliquem vnū, per vnum communicaris & ceteris Angelis, & per Angelos memoratis Ecclesiis, & per ipsas Ecclesias nobis. Si ita est, litigium perdidistis. Ecce iam apud vos dotes esse non possunt. Non enim Spiritus Dei soli vobis vindicare potestis, aut includere, quod intelligitur, & non videtur. Sic enim in Euangelio scriptum est, *Nam Spiritus Dei est, & ubi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, & quod eat*. Permittere Deum vnde velit ire, & quod velit accedere: habere libertatem, qui audiri potest, & videri non potest. Et tamen studio criminandi libenter blasphemare voluisti, vt diceret, Nam in illa Ecclesia quis spiritus esse potest, nisi qui pariat filios gehennae? Vomuiti de peccatore tuo conuictum, & putasti adiungendum esse de Euangelio testimonium, vbi lectum est: *Pe vobis hypocrita, qui circumitis maria & terras, vt faciatis vnum profelytum, & cum inueneritis, faciatis eum filium gehennae dupliciter, quam vos estis*. Si hoc conuictum faciendum erat, quod non licet: quamuis sine causa fiat, vti iam aliquis ex vestro numero hoc dixisset: & tamen te hoc dixisse satis admiror, id falso in alterum dicere, ex quo, si ordinationem tuam consideres, possis & erubescere.

num profelytum, hoc est, vt mutetis alicuius sectam. Tu quidem cuius sectae fueris nescio: Tamen importune a te dictum esse aestimo, quod te iam forte huius dicti praeniteat. Nunquid nos aliquas peragrauimus terras? Nunquid nos aliqua circumuimus maria? Nunquid nos ad peregrinos accessimus portus? Nunquid nos aliquem adduximus Hispanum & Gallum? Aut nos ordinauimus ignorantibus peregrinum? Nam & fontem constat vnam esse de dotibus, vnde haeretici non possunt vel ipsi bibere, vel alios potare. Quia soli, sigillum integrum (id est Symbolum Catholicum) non habentes, ad fontem verum aperire non possunt. Nam cum in Canticis Canticorum scriptum est, *Sit vmbilicus tuus, vt crater tornatilis*: Vmbilicum altare affirmare conatus es. Si vmbilicus membrum est in corpore, inter dotes esse non potest, quod membrum est. Si ornamentum est, pars corporis non est.

Restat iam vt dotes quinque esse videantur. Quae dotes, cum sint Ecclesiae Catholicae (quae est in tot prouinciis supra memoratis) etiam apud nos hinc in Africa deesse non possunt. Intelligite vel sero, vos esse filios impios, vos esse ramos fractos ab arbore, vos esse abscissos palmites a vitis, vos esse riuum coccinum a fonte. Non enim potest esse origo riuus, quia paruus est, & non de se nascitur: aut arbor a ramo concidi, cum arbor fundata suis radicibus gaudeat, & ramus si fuerit exactus arefcatur. Iam ne vides frater Parmeniane, iam ne sentis, iam ne intelligis, te argumentis tuis contra te militasse? Cum probatum est, nos esse in Ecclesia sancta Catholica, apud quos & Symbolum Trinitatis est: & per Cathedram Petri, quae nostra est, & ceteras dotes apud nos esse, etiam Sacerdotium, quod in nobis annullare visus es in excusatione erroris & liuoris vestri, dum post nos rebaptizatis: & post focios vestros in peccato detectos, hoc non facitis. Dixisti enim, quod si Sacerdos in peccato sit, solae possint dotes operari. Igitur, quia docuimus & quid sit haeresis, & quid sit schisma, & quid sit Ecclesia, & quid sancta Ecclesia: & huius sanctae Ecclesiae est constituta persona, & hanc sanctam esse Catholicam, quae in toto sit orbe terrarum diffusa: Cuius membra & nos inter alios sumus: Cuius dotes apud illam vbique sunt. Deinde in primo libro probauimus, ad nos non pertinere traditionis inuidiam, & hoc crimen etiam a nobis esse damnatum. Iam illud mihi volo respondeas, Cur de Solis Ecclesiae dotibus loqui voluisti, & de sanctis eius membris ac visceribus tacuisti? quae sunt procul dubio in Sacramentis & in nominibus Trinitatis. Cui concurret fides credentium, & professio, quae apud acta conficitur Angelorum, vbi miscentur caelestia & spiritalia semina, vt sancto germine noua possit renascuntium indoles procreari: vt dum Trinitas cum fide concordat, qui natus fuerat saeculo, renascatur spiritaliter Deo. Sic sit hominum Pater Deus, Sancta sit sit mater Ecclesia. Haec omnia intelligo a te ideo non esse nominata, ne in iis omnis ratio Baptismatis agnosceretur. Vbi nihil sibi operarius, qui homo est, vindicaret quod vos facitis. Ideoque ad solas dotes te conferre voluisti, quas velut manu apprehensas, aut aqua conclusas, Catholicis denegas, vobis solis eas frustra vindicare conatus es. Cum agatur de regeneratione, cum agatur de homine innouando, nulla a te credentium fides, nulla professio nominata est. Dum vis de solis dotibus loqui, omnia haec, sine quibus spiritalis illa nauitas reparari non potest, in silentio remisisti. Et cum dotes ad sponfam, non spon-

fa ad dotes pertineat: sic ordinasti dotes, quasi ipsa videantur generare: non viscera, quae intelliguntur plus posita in Sacramentis, quam in ordinamentis. Nec illud praetereo, quod ore tuo & sensu nostro Ecclesiam Paradisum esse dixisti: quae res sine dubio vera est. In quo horto Deus plantat arbutulas. Et tamen Deo divitias suas denegatis, cuius hortum in angustias cogitis, dum vobis solis im merito omnia vindicatis. Vtique plantationes Dei sunt, diversa semina per diversa praecipua. Iusti, continentis, misericordes, & virgines, spiritalia sunt semina: harum rerum arbutulas in Paradisum Deus plantat. Concedite Deo, ut hortus eius sit longe lateque diffusus. Quid illi negatis Orientis & Septentrionis, etiam Occidentis Provinciarum omnium, & innumerablem Insularum populos Christianos: Contra quos, vos soli pauci, rebelles estis, & cum quibus nullum communionis consortium possidetis. Iam & mendacium vestrum hoc loco iuste damnari potest, quo quotidie a vobis sacrificia condiuntur. Nam quis dubitet, vos illud legitimum in Sacramentorum mysterio praeterire non posse? offerre vos Deo dicitis pro Ecclesia, quae vna est: hoc ipsum mendacium pars est, vnam te vocare, de qua feceris duas. Et offerre vos dicitis pro vna Ecclesia, quae sit in toto terrarum orbe diffusa. Quid si vnicuique vestrum dicat Deus, *Quid offers pro tota, qui non es in tota?* Si nos vobis displicemus, quid vobis fecit Antiochia Civitas? quid Arabia provincia? Vnde probamus venientes, a vobis esse rebaptizatos. In vno tibi solo, Parmeniane frater, ingrati esse non possumus, Quod Ecclesiam nostram, id est Catholicam, quae continetur toto orbe terrarum, quamuis ab ea sis alienus, laudare voluisti, numerando dotes: In quarum tamen numero errasti, & in dicendo, quia ipsa est hortus conclusus, & fons signatus, & unica sponsa. Hoc nos de nostro dicimus. Nam tu de alieno locutus es. Quicquid de laudibus Ecclesiae dicere potuisti, nos priores eadem loquimur. Traditores vobiscum & ipsi damnamus, eos videlicet, quos si meminimus, in primo libro demonstravimus: & cum sit nobis cum uniuerso orbe Communio, & cum uniuersis provinciis nobiscum, sic iam dudum duas Ecclesias comparare voluisti, quasi sola habeat Africa Christianos, in qua vitio vestro duae videntur partes effectae. Et dum in memor factus es Christi, dicens, *Vna esse sponsam suam*: tu in Africa non dixisti duas esse partes, sed duas Ecclesias. Certe vna est, quae voce Christi meruit indicari, qui ait: *Vna est columba, vna est sponsa mea*. Et tu huius vocis oblitus, ad invidiam Catholicis faciendam, his locutus es verbis, *Neque enim Ecclesia dici potest quae cruentis moribus pascitur, & sanctorum sanguine & carnibus opimatur*. Certa membra sua habet Ecclesia, Episcopos, Presbyteros, diaconos, ministros, & turbam fidelium. Dicite cui generi hominum in Ecclesia nostra hoc possit adscribi, quod obicere voluisti? Specialiter nomina aliquem ministrum, ostende aliquem Diaconum nomine suo. Indica hoc ab aliquo factum esse Presbytero. Proba hoc Episcopos admisisse. Doce aliquem nostrum cuiquam insidiatum esse. Quis nostrum quenquam persecutus est? quem a nobis persecutum esse, aut dicere poteris aut probare? Sed quia tibi vnitatis displicet: Hoc si crimen putas, argue nos Thessalonicensibus, Corinthiis, Galatis, Septem Ecclesiis quae sunt in Asia, communicasse. Si nefas tibi videretur, aut si reatum putas Memoriam Apostolorum & sanctorum omnium communicasse: hoc nos fecisse, non solum non negamus, sed etiam gloriamur. Sed ut ostendam, partem

vestram (ut dixisti) cruentis moribus pasci, Christianorum sanguine opimatum: a principio suo vester rabidus commemorandus est furor: iam vestra retexenda impietas, iam stulticia demonstranda. In quo prius est ostendere, erubescendam laetitiam vestram, & gaudia criminosa, quod vobis a pristini erroris libertate redit se contrigerit. Recensere tempora, discutite rationes rerum, dissimilia vota, & personas diversas attendite. Redeat in memoriam Constantinus Imp. Christianus: quem famulatum exhibuerit Deo, quem habuerit vota, ut remotis schismatibus, inter mortua omni dissensione, sub toto caelo filios suos gaudens, in vno videret sancta mater Ecclesia. Redderat vnam communionem, matris uxores, pariter filios, fratres fratres. Quibus rebus Deus se laetari testatur, dum dicit, *Ecce quam bonum & quam iocundum, habitare fratres in unum*. Etenim cum Africanos populos & Orientales, & ceteros transfarinatos, pax vna coniungeret & ipsa vnitatis, representatis omnibus membris corpus Ecclesiae coagularet: dolebat hoc diabolus qui semper de fratrum pace torquebatur. Illo tempore sub Imperatore Christiano, desertus in Idolis, tanquam inclusus, latebat in templis. Hoc eodem tempore, duces & principes vestros merita relegauerant sua. In Ecclesia nulla fuerant schismata, nec Paganis licebat exercere sacra sacrilega: Pax Deo placita apud omnes Christianos populos habitabat: diabolus murebat in Templis, vos in regionibus alienis.

Deinde alter ut omnibus notum est, secutus Imperator, vobiscum vota sinistra concipiens, ex famulo Dei factus est minister inimici, Apostatam se edictis suis testatus est. Quem precibus rogastis, ut reuerti possitis. Quas preces, si vos negatis misisse, nos legimus. nec difficultatem praebet, quem rogastis. ire praecipit pro voto suo, quos intellexerat ad disturbandam pacem cum furore esse venturos. Erubescite si vllus est pudor. Eadem voce vobis libertas est reddita, qua voce Idolorum patefieri iussa sunt Tempia. Eisdem penem mentis vester furor in Africam reuertitur, quibus diabolus de suis carceribus relaxatur. Et non erubescitis, qui vno tempore cum inimico communia gaudia possidetis? Venistis rabidi, venistis irati, membra laniantes Ecclesiae: subtiles in seductionibus, in caedibus immanes, filios pacis ad bella prouocantes. De sedibus suis multos fecistis extortes, cum conducta manu venientes, Basilicas inuastis, multi ex numero vestro per loca plurima (quae sub nominibus dicere longum est) cruentas operati sunt caedes, & tam atroces, ut de talibus factis, ab illius temporis iudicibus relatio mitteretur. Sed interuenit & occurrit iudicium Dei, ut ille qui vos iam dudum redire iusserat, Imperator prophanus & sacrilegus, moreretur: qui persecutionem, vobis prouocantibus, iam miserat aut mittere disponebat. Operata est apud loca supradicta in Catholicos trucidatio. Memoraminis per loca singula, qui fuerint vestri discursus. Nonne de numero vestro fuerunt Felix Diabensis, Ianuarius Flamen Pistensis, & ceteri qui rota celeritate cucurrerunt ad castellum Lemellense: vbi cum contra importunitatem suam viderent Basilicam clausam, praesentes iusserunt comites suos, ut ascenderent culmina, nudarent tecta, iactarent regulas: imperia eorum sine mora completa sunt: & cum altare defenderent Diaconi Catholici, regulis plurimi cruentati sunt, duo occisi sunt. Primus filius Ianuarij, & Donatus filius Nini, virgenibus & praesentibus Coepiscopis vestris supra memoratis: ut sine dubio de vobis dictum sit, *veloces pedes eorum*

primosus Episcopus

Psal. 132

Iulianus

rator A-

Cent. 4.

De castimonialibus facta mulieres.

Psal. 13. Rom. 13.

orum ad effundendum sanguinem. De qua re Primus Episcopus Catholicus loci supra memorati, in concilio vestro apud Rheustinam Ciuitate questus est, & quae rebus eius dissimulante auditis. Ecce a vobis factum est, quod dixisti, Ecclesiam non esse, quae cruentis moribus pascitur: & aliud sunt, milites missi, Episcopi ordinati. Quod contra nos inuidiose loquimini, ab aliis factum est, non a nobis. Quod dicitis non debuisse fieri, vos fecistis. Commemorastis & B. Apostolum Paulum dixisse, *Sine ruga & sine sordibus Ecclesiam esse debere*. Episcopis vestris iubentibus & praesentibus, super altare Catholici diaconi occisi sunt. Similiter & apud Carpos non tibi videntur in expiabilibus sordibus: In Mauritania Ciuitatibus, vobis instantibus, quassatio populi facta est. Mortui sunt in vteris matrum, qui fuerant nascituri. Non tibi videtur ruga, quae non possit vllis satisfactionibus tendi aut explanari: Quid tale a nobis admissum est? nos expectamus vindicam Deum. Et inuidiam facitis Macario, qui si aliquid asperum fecit pro vnitatis, leue videri poterit: dum vos pro dissensione rapta mala, acerba, cruenta & hostilia feceritis. Quid commemorem Thipsalam Caesariensis Mauritaniae Ciuitatem? Ad quam de Numidia Vibranus Formensis, & Felix Idicrensis, duae faculae incensae inuoribus, cucurrerunt: qui & eorum in pace postorum animos perturbantes, nonnullorum officialium & fauore & furore iuuante, & Athenio praefide praesente cum signis, Catholica frequentia exturbata & cruentata, de sedibus suis expulsa est: lacerati sunt viri, tractae sunt matronae, infantes necati, abacti sunt partus. Ecce vestra Ecclesia, Episcopis duobus, cruentis moribus pascitur. Post hoc etiam aliud addidisti, *Quantum vult consumat edacitas vulturum, tamen maior est numerus columbarum*. Vbi est, quod vulgo dicitur, *Memoriam custodem habere oportet mendacem*? Oblitus es quod paulo ante dixisti, Ecclesiam vnam columbam Christi in Canticis Canticorum dictam. Si vna est apud vos Ecclesia, vna est columba: Quid est, quod dicere voluisti, *Numerus maior est columbarum*? Et quod vobis leue videtur, facinus immane commissum est. Ut omnia sacrosancta supra memorati vestri Episcopi violarent, iusserunt Eucharistiam eanibus fundi: non sine signo diuini iudicij. Nam iidem canes accensae rabie, ipsos Dominos suos, quasi latrones, sancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos & inimicos lanauerunt. ampullam quoque Chrismatum per se vestram, ut frangerent, iactauerunt. Et cum casum adiuuaret abiectione, non defuit manus Angelica quae ampullam spiritali subuectione deduceret proiecta casum sentire non potuit, & Deo muniente, illa inter saxa confedit. Et possent ista non fieri, si mandata Christi in memoria haberetis, qui ait, *Ne dederitis sanctum canibus, neque miseris Magis aris ante porcos, ne conculent pedibus suis eas, & conuersi elidant vos*. Quid tale ab operatijs vnitatis fieri potuit? vnde nobis Catholicis vanam inuidiam facere laboratis. Inde reuertentes Vrbanus Formensis & Felix Idicrensis, inuenerunt matres, quas de castimonialibus fecerunt mulieres. Ecce quales, frater Parmeniane, Episcopos coelas: & cum proutis erubescere debueras, Catholicos innocentes accusas. Interea supra memoratus Felix, inter crimina sua & facinora nephanda, ab eo compressam puellam cui mitram ipse imposuerat, a qua paulo ante pater vocabatur, nepharie incestare minime dubitauit. Et quasi de peccato sanctior fieret, inde velociter properauit. Sic Donatum annorum septuaginta Episcopum, hominem innocetem spoliare ausus est Episcopali nomine & of-

ficio & honore. Venit schismaticus ad Catholicum: ad innocentem reus, ad Dei Sacerdotem sacrilegus; in concilio stus ad castum, ad Episcopum iam non Episcopus: sed de placito & de coniuratione vestra securus, vestris legibus & decretis armatus: manus, quas paulo ante peccata grauauerant, capiti innocentis iniicit: & de illa lingua ausus est ferre sententiam, quae iam nec ad poenitentiam agendam vel idonea videbatur. Ecce, quales, frater Parmeniane defendis: ecce, pro quibus iam dudum dotes operari dixisti. Etiam vos ipsi, qui sancti & innocentes videri ab hominibus vultis, dicite, vnde est ista sanctitas quam vobis licentius usurpatis? quam Ioannes Apostolus profiteri non audeat, qui ait, *si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus: & veritas in nobis non est*. Hoc qui dixit, sapienter se ad Dei gratiam referuauit. Est enim Christiani hominis, quod bonum est, velle: & in Deo, quod bene voluerit, currere: sed homini non est datum, perficere: ut post spacia, quae debet homo implere, restet aliquid Deo, vbi deficienti succurrat: quia ipse solus est perfectio, & perfectus solus Dei Filius Christus. Ceteri omnes semiperfecti sumus. Quia nostrum est velle, nostrum est currere: Dei, perficere. Vnde Beatus Apostolus Paulus ait: *Neque volentis neque currentis, sed ad Dei gratiam pertinentis*. Nam & a Christo saluatore nostro, perfecta sanctitas non est data, sed promissa. Denique sic ait, *sancti eritis, quia ego sanctus sum*. Solus est sanctus & perfectus. Denique non dixit, *sancti estis*: sed *sancti eritis*, & dixit. Vnde est ergo, quod vobis perfectam sanctitatem de superbia vindicatis: nisi vt appareat, quia vos ipsos decipitis, & veritas in vobis non est. Ioannis socij esse noluitis. Cum enim seducitis aliquos, promittitis, vos indulgentiam peccatorum esse daturos: & cum vultis donare peccata, vestram profitemini innocentiam, & remissionem peccatorum sic datis, quasi nullum habeatis ipsi peccatum. Non est ista praesumptio, sed deceptio: nec veritas, sed mendacium. Etenim inter vicina momenta, dum manus imponitis & delicta donatis, mox ad altare conuersi, dominicam orationem praetermittere non potestis. Et utique dicitis, *Pater noster, qui es in caelis, dimitte nobis debita & peccata nostra*. Quid vocaris, dum peccata confiteris tua? Si sanctus es, cum dimittis aliena? hoc modo & vos ipsos decipitis, & veritas in vobis non est. Sed vt apparet, hoc vobis dicitur nutrix vestra Superbia: quam Christus in Euangelio testificatur: qui & si nomina vestra non dixit, per similitudinem tamen vestros mores ostendit. Sic enim scriptum est: *Dicebat Iesus hanc similitudinem, propter eos qui se sanctos putant, & contemunt ceteros*. Hoc de vobis dictum esse, ipsa res euidenter ostendit: dum vos quasi sanctos extollitis, & nos manifeste aperteque contemnit. *Duo* (inquit) *ascenderunt in Templum adorare, vnus Pharisaeus, & alter Publicanus*. Pharisaeus tumidus, superbus, inflatus, talis, quales & vos videmus. Non humiliato corpore, non inclinata ceruice: sed erecta facie, & tumenti pectore, *Gratias tibi* (inquit) *Deus, quia nihil peccavi*. Hoc est dicere Deo, non habeo, quod ignoscatur. Hic infans furor: hic punienda & damnanda superbia: Deus paratus est ignoscere, & reus festinat indulgentiam reculare. Publicanus humilis, hominem se esse cognoscens, sic rogauit, dicens, *Propitius esto mihi peccatori*. Sic iustificari meruit. Sic superbia in Pharisaeo magistro vestro, de Templo, damnata descendit. Meliora inuenta sunt peccata cum humilitate, quam innocentia cum superbia. Deinde cum vobis traditionis & schismatis graua peccata non desint, insa-

I. Ioan. 1.

Rom. 9.

Leuit. 11.

1. Pet. 1.

Matth. 6.

Luc. 11.

Luc. 18.

Gen. 2.

Gen. 3.

Ecclesiae membra varia.

per & superbos esse gratulamini. Nunc quoniam cruci-
bescenda gaudia vestra probauimus, & furor vester tot
locis ostensus est: restat de profunda impietate vestra aliquid
dicere. Nam omnia quae à vobis aut facta sunt, aut dicta,
quis poterit explicare? Sic cuncta malignitate quadam
ordinasse vos constat, vt in vna specie operis, species
alias impleretis: vt dum Presbyter aut Episcopus deicitur,
sic populus caperetur. Quomodo posset turba hominum stare,
quae rectorem suum elisum esse conspiceret? Non aliter,
quam quocumque casu, pastore occiso, lupi grassantur. Exorcizatis & lauitis
sine causa parietes: vt hoc nequitiae genere subrueretur
simplicitatum hominum mentes. Talibus consiliis vestris,
nonnullorum animi iugulati sunt. Et sub nube simplicitatis,
obscuro lumine, vt miseros sterneretis, sagittas de pharetra
pectoris vestri, seductionibus praemissistis: vt de vobis
Spiritus Sanctus per Dauid Prophetam in Psalmo x. praedixerit,
*Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum; parauerunt sagittas in pharetra, ad sagittandos
in obscuro rektos corde. Quid à vobis minus factum est? Vestris
consiliis sagittati sunt innocentes, exarmati fideles, honore
nominis sui spoliati sunt Sacerdotes. O impietas inaudita,
quem iugulaueris inter, poenitentiam & tormenta seruare.
In comparatione operis vestri, latronum leuior videtur immanitas.
Vos viuum facitis homicidium: latro iugulans dat de morte
compendium. Paupertate sensus sui circumuenti sunt, quos
decipere potuistis. Perfecti enim fuerant illi, opere scilicet
Dei, qui in eius nomine fuerant ordinati. Et vos contra opus
Dei hostiliter militatis, diuinum opus, malitiae vestibus
destruentes. Apparet ergo de vobis dictum esse in x. Psalmo.
Quoniam quae tu perfectisti, ipsi destruxerunt. Fecit vos
superbos impietas vestra: sed accusat vos prospiciens de caelo
iustitia. Et iniqua vos gerentes error hominum laudat, vt
de vobis in ix. Psalmo dixerit Spiritus Sanctus, *Quoniam
laudatur peccator in iniquis, quam exorcizare Spiritum Sanctum?
altaria frangere? Eucharistiam animalibus proicere? Et vt in
errorem vos vester populus mittat, laudando faelices
appellat: & bene nominant, & per vos iurant, & personas
vestras iam pro Deo habere noscunt. Soler Deus ad probandam
fidem, in iuratione ab hominibus nominati. Sed cum per vos
iuratur, iam apud vestros de Deo & Christo silentium est.
Si ad vos diuina migravit de caelo religio, quia per vos iuratur:
nemo vestrorum langueat: nolite mori: imperate nubibus:
ploite, si potestis: vt per vos plenius iuretur, & de Deo
sileatur. Nam & prioribus saeculis, vt templa fabricarentur,
& Idola fierent, quid vestro populo diabolus potuit amplius
facere? Nil aliud, nisi vt de Deo taceretur, dum per errorem
homines de solo diabolo loquebantur. O sacrilegium impietati
commixtum, dum homines per vos iurantes libenter auditis,
& vocem Dei auribus non admittitis vestris. Qui in ciiiij. psalmo
sic ait, *Ne reuerteris in vultus meos, neque in prophetas meos
manum miseris.* Vinctos autem esse & Reges & Sacerdotes,
& libri Regnorum indicant. Et Dauid in Psalmo cxxxij. sic
ait: *Sicut unguentum quod descendit in barbam Aaron.*
Et tamen vos contra easdem vires conati estis praeccepta
contemnere: quibus, qui dominum timent, mandata conantur
implere. Docete, vbi vobis mandatum est radere capita
Sacerdotum, cum contrarium sint tot exempla proposita,
fieri non debere. Saul antequam peccaret, vngi meruit:
post victionem non leuiter offendit. Hoc Deus cum videret,
propter oleum**

non tangendum, volens exemplum proponere, poenitentiam
suam professus est. Sic enim legitur dixisse dominum,
Poenitet me in vultu Saul in Regem. Et vti que potuit
Deus, oleum quod dederat auferre. Sed cum voluit docere
non debere contingi oleum etiam in peccatore, ipse qui
dederat, poenitentiam gessit. Igitur Deus, si vt te doceret,
quod dedit auferre non potuit, per quod noluit: tu quis es,
qui auferas quod non dedisti? & qui parate debebas
aures ad audiendum, parasti nouaculam ad delinquendum.
Et cum possetis esse filij Dei, filij hominum esse voluistis:
& ad insidendum morsum honoribus alienis, dentes
vestros in sagittas & arma vertistis: linguas acuisistis
in gladio. Impletis quod de vobis in Psalmo lviij. scriptum
est, *Filij hominum, dentes eorum arma & sagittae, &
lingua eorum gladius acutus.* Ergo linguas vestras acuisistis
in gladios, quas mouistis in mortes, non corporum, sed
honorum. Iugulastis non membra, sed nomina. Quid
prodest, quia viuunt homines, & occisi sunt honores à
vobis? valent quidem membris, sed erepta portant funera
dignitatis. Exendistis enim manum, & super omne caput
mortifera velamina praetendistis: vt cum sint (sicut supra
dixi) quatuor genera capitum in Ecclesia, Episcoporum,
Presbyterorum, Diaconorum, & fidelium: nec vni parcere
voluistis: euertistis animas hominum. Hos actus vestros
dolet Deus, in Ezechiele Propheta cum dicit, *Facientibus
velamen, hoc est, imponentibus manum super omnem
aratam ad euertendas animas.* Inuenistis pueros: de
poenitentia faucistis, ne aliqui ordinari potuissent. Agnoscite
vos animas euertisse. Inuenistis fideles antiquos, fecistis
poenitentes. Agnoscite vos animas euertisse. Inuenistis
Diaconos, Presbyteros, Episcopos: fecistis Laicos. Agnoscite
vos animas euertisse. Socius & comes vester iam dudum
fuerat, cui nunc manus inferre conatus es, pariter currebatis:
fac illum peccasse, cum peccatum non esse constet. Iacebat
vt aeternitas: si Apostolum legisti, tu vide cui stes, & ille
cui iaceat. Si seruus es, dominum recognosce, & intellige,
quia non tibi iacebat, qui tecum paulo ante currebat. Quid
in potestatem alienam irruis? Quid temerarius Dei tribunal
ascendis? Et cum ipse sis reus, in alterum audes ferre
sententiam? Et legisti, Qui stat, Domino stat suo: Et qui
iacet, Domino suo iacet. Potens est autem Dominus eius,
suscitare eum. Tu qui es, qui de seruo alieno iudices? Oleum
Sacerdoti à Deo collatum, non debuistis vos tangere, à
puero Dei Dauid dicere debuistis, qui sic per Samuel vngitur,
vt Sauli quod iadudū darū fuerat, minime tolleretur. Denique
vel cum deo iubente vel euentu procurante, vna eos spelunca
concluderet. venerat in potestatem pueri Dauid, Saul qui
peccauerat. Videtur non videns, ideo quod à maiori lumine
(vt fieri afolet) in caligine clausi aeris, alterum iuxta se
videre non potuit. Innumerabiles antiquum Regem sequebantur
exercitus: sed ipse Rex in potestate venerat aliena. Occasionem
victoriae Dauid habebat in manibus: incautum & securum
aduersarium, sine labore poterat iugulare: & sine sanguine
& conflictu multorum, poterat bellum mutare in caedem.
Et pueri eius, & occasio suadebant: Ad victoriam
opportunitas hortabatur. Stringere iam ceperat ferrum:
ire iam ceperat armata manus, hostiles in iugulos. Sed
obstabat plena diuinorum memoria mandatorum: hortantibus
se pueris & occasionibus contradicit, tanquam & hoc diceret:
Sine causa me victoria prouocas, frustra me occasio in triumphos inuitas. Volebam hostem vincere: sed prius
est diuina praeccepta seruare. Non, inquit, mittam manus
in vinctum

Compendium de morte.

Donatista desiderii anima sua: qui iniqua egerit, benedicetur. Quid iniquius, quam exorcizare Spiritum Sanctum?

1. Reg. 15.

Ezech. 13.

Rom. 14.

1. Reg. 24.

in vultu Domini: Repetebat cum gladio manum: & dum
timuit oleum, seruauit inimicum. Et cum completet obseruantiam,
vindicanit occisum. Vos nec Deum timetis, nec fratres agnoscitis:
in corde liuoris acuisistis nouaculas linguarum: & diuina
praeccepta calcantes, miserorum proferastis in capita, vt
in captiuitatem carcos & imperitos populos, iugulatis
ducibus, traheretis. Esuritis honores innocentium Sacerdotum.
Vnde furori vestro tanta fames innata est, vt guttura vestra
sepulchra patentia feceritis. Vnicuique sepulchro sufficit
vnum funus, & clauditur: gutturi vestro honorum funera
minimè sufficiunt, & adhuc patent, dum aliquos quaeritis
deuorare. Vt merito de vobis dictum sit: *sepulchrum patens est
guttur eorum.* Nam & de maledictione praemissistis, cum
scriptum sit, *benedicite & nolite maledicere.* Quisquis contra
vestram voluntatem aliquid fecerit, intentatis terrores,
maledicta praetenditis. Et quia aliqui homines, plus mali
mereri possunt, quam boni: quicquid iudicium Dei aut peccati
meritum fecerit, amarum vestris maledictionibus vindicatis:
merito, quia de vobis dictum est, *Os eorum maledictione, &
amaritudine plenum est.* Gloriamini, quod vobis maledictionibus,
aliqui homines mori potuerunt. Certe non licet occidere.
An ideo vos putatis innocentes, quia ferro vli non estis? Inno-
centem se & venenarium iudicet, si in solo ferro est homicidium.
Non sibi videatur reus, qui alterum subducto cibo necauerit.
Innocentè se iudicet, qui spirandi prohibita facultate,
suffocauerit viuere cupientem. Necis multa sunt genera,
sed vnu nomen est mortis. Maledictionibus tuis, cum fiducia,
hominem mortuum protestaris. Quid interest an gladio
ferias, an lingua percutias? indubitanter homicida es,
si per te mortuus fuerit qui viuere: Quisquis talis ex
vobis est, frustra se Christianum aut Sacerdotè Dei profiteretur,
qui lenitatem Dei non curat, cum scriptum sit, Deus
mortem non fecit, nec latetur in perditione iustorum.
Credo vos obliuisci non posse, quid per loca alia feceritis,
cum eos qui legem Dei praedicabant, id est, Prophetas,
velletis occidere contra iussionem Dei dicentis, *Et in
Prophetas necos manum ne miseris.* Deuterium, Partenum,
Donatum, & Gericum, Dei Episcopos, lingua gladio iugulatis,
fundentes sanguinem non corporis, sed honoris. Vixerunt
postea homines, sed à vobis occisi sunt in honoribus Dei
Sacerdotes. Multis notum est & probatum, persecutionis
tempore Episcopos aliquos, inettia à confessione Dei delapsos
thurificasse, & tamen nullus eorum qui euaserunt, aut manum
lapis imposuit, aut vt genua figerent, impetravit. Et
facitis vos hodie post vnitatem, quod à nullo factum
est post thurificationem: quia scriptum est, *Ne reuerteris
in vultus meos, neque in prophetas meos manum miseris.*
Oleum suum defendit Deus: quia si peccatum est hominis,
vinctio est tamen diuinitatis. *Ne reuerteris in vultus meos:*
Ideo, ne dum peccatum hominis percutitur, & oleum, quod
Dei est, feriat. Iudicio suo Deus seruauit rem suam,
& tamen vos passim irruistis in alienam, corruptentes
omnium faelicitatem. Nam quae maior infelicitas, quam
Dei Sacerdotes viuere, nec esse quod fuerant: matronae,
pueri simul & virgines, à vobis coactae, nullo interueniente
peccato, salua innocentia & pudicitia, vobis docentibus
poenitentiam gerere didicerunt. Nunquid minor est
infelicitas? contritas lexi vexastis aetates: Verè de vobis
dictum est, *Contritio & infelicitas in vultu eorum, &
viam pacis non cognouerunt. Non est timor Dei ante oculos
eorum.* Indixistis poenitentiam plebibus. Nec enim

Ps. 5.

13.

Rom. 12.

Ps. 9.

13.

Sap. 1.

1. Par. 16.

Ps. 104.

Ps. 13.

acta est ab aliquo, sed à vobis exacta: nec aequalibus
spaciis temporum, sed egistis omnia pro personis, alter
anno toto, alter mense, alter vix tota die, imperantibus
vobis poenitentia gessit. Si vnitati non cõsentire (vt vultis)
peccatū est, si est similis culpa: quare non est aequalis pro
eodem reatu poenitentia? Dubiū non est, esse vocatum
populum credentium, Israel, id est, qui in mente Deum
videat, & tamen has plebes coegistis flectere & inclinare
cervices, Et serie caput iuncta, massam poenitentium
facere. Has plebes dolet Deus per Ezechielem, dicens,
*Et filius Israel, quae seruauit cervicibus, & supponant
sub cubito & sub manu.* Vti que sub cubito & sub manibus
vestris, cum super earum capita velamina poenitentiae
tenditis. Quae impietas vestra & furor ostensus est,
& superbia demonstrata: etiam stultitia fuerat reuelanda:
sed hanc in sexto libro demonstrabo.

Ezech. 13.

Ezech. 18.

1. Par. 12.

Tob. 6.

Tob. 11.

OPTATI EPISCOPI MILEVIT. CONTRA PARMENIANVM. Liber Tertius.

Atis, vt arbitror, in secundo libello de Ecclesia
quae sponsa est Christi, & de eius dotibus, & de hereditate
diximus Saluatoris: consequens est, primo schismaticorum
errores ostendere. Deinde, quae fuerit causa, vt vnitatis
fieri. Tertio, quae fuerit, vt miles mitteretur armatus.
Ab operariis vnitatis multa quidem asperè gesta sunt;
sed ea ad quid imputatis Lentio, Macario, vel Taurino?
imputate maioribus vestris: qui (sicut in Prophetia scriptum
est) vt vobis stupeficerent dentes, ipsi vnas acidas comederunt.
Illis primo, qui populum Dei diuiserunt, & Basilicas
fecerunt non necessarias. Deinde Donato Carthaginis,
qui prouocauit, vt vnitatis proximo tempore fieri
tentaretur. Tertio Donato Bagaiensi, qui insaniam
collegerat multitudinem, à qua ne Marcarius violentiam
pateretur, ad se, & ad ea quae ferebat, tutanda, armati
militis postulauit auxilium. Venerunt tunc cum pharetris
armigeri, repleta est vnaqueque ciuitas vociferantium:
nunciata vnitatis, fugistis omnes. Nulli dictum est,
nega Deum. Nulli dictum est, incendere testamentum.
Nulli dictum est, *aut ihu pone, aut Basilicas dirue.*
Ista enim res solent Martyria generare. Renunciata
est vnitatis: sola fuerat hortata, vt Deus & Christus
eius, à populo in vnum conueniente pariter rogaretur.
Nullus erat primitus terror, nemo viderat virgā: nemo
custodiam: sola (vt supradiximus) fuerant hortamenta.
Timuistis omnes, fugistis, trepidastis: vt pro certo
de vobis dictū sit, quod in Psalmo scriptum est, *Tre-
pidauerunt vbi non erat timor.* Fugerunt igitur omnes
Episcopi cum Clericis suis, aliqui sunt mortui. Qui
fortiores fuerunt, capti longè relegati sunt. Et tamen horū
omnium nihil actum est cum voto nostro: nihil cum
consilio, nihil cum conscientia, nihil cum opere. Sed gesta
sunt omnia in dolore Dei, amare plorantis, & in vitio:
nem aquae quam contra interdictionem iterum mouistis:
traducetes ad vos aquam antiquae piscinae: sed nescio
an eū illo pisce, qui Christus intelligitur: qui in lectio-
ne Patriarchae legitur in Tigride flumine prehensus,
cuius sel & jecur tulit Tobias, ad tutelam scemine Sarrae,
& ad illuminationem Tobiae non videntis: Eiusdem
piscis visceribus Hasmodeus daemō à Sara puella fugatus
est (quae intelligitur Ecclesia) & caecitas à Tobia ex-
clusa est. Hic est piscis, qui in Baptismate per inuoca-
tionem, fontalibus vadis inseritur, vt quae aqua fuerat, à

piscis etiam piscina vocitetur. Cuius piscis nomen secundum appellationem graecam, in vno nomine per singulas literas turbam sanctorum nominum continet: *ix̄θ̄ς*, quod est Latine, **I E S V S C H R I S T V S D E I F I L I V S S A L V A T O R**. Hanc vos piscinam, quae in omni Catholica per totum orbem terrarum, ad vitam generis humani, salutaribus vndis exuberat: traduxistis ad voluntatem vestram, & solauistis singulare Baptisma, quo Baptismate homines muri facti sunt ad tutelam: & fecistis quasi alteros muros, nullum nouum aedificium facientes: non potuistis construere, nisi dirueretis. Et quale potest esse aedificium, quod de ruina constituitur? Hanc rem per Esaiam Prophetam Deus dolet, cum dicit filium sui generis esse contritam: *genus Dei est, non habere genus, qui ex se est & manet in aeternitate. Similis est & aqua, quam legimus: in cuius aquae iniuria, indicat Deus lacrymas suas quas vos fecistis: quas testatur nulla posse consolatione sicari, cum ad vos loquitur, dicens, Missum me facite, amare plorabo. Nemo poterit consolari in contritione filiae generis mei. Hoc loco defenditur innocentia nostra, cum Deus cum dolore iracundiam vobis indicat suam: dum & causas prodit, & rationes ostendit. Denique non ait, in Sion, sed in vna eius valle sunt celebrata: Non in illo monte Sion, quem in Syria Palestina à muris Hierusalem paruus determinat riuus. In cuius vertice, est nō magna planities, in qua fuerant septem Synagogae, vbi Iudaeorum populus conueniens, legem per Moysen datam discere potuisset: vbi nulla lis audita est, nec ab aliquo celebratum iudicium, nec aliqua est illic ab vllō iudice lata sententia: quia locus erat doctrinae, non controuersiae. Post doctrinam, si quid agendum erat, intra muros Hierusalem agebatur. Inde scriptum est in Esaiam Prophetam, *Ex Sion prodiet lex, & verbum Domini de Hierusalem*. Non ergo in illo monte Sion Esaias aspicit vallem, sed in monte sancto, qui est Ecclesia: qui per omnem orbem Romanum, caput tulit sub toto caelo. In quo monte à Deo Patre Filius Dei regem se constitutum esse gratulatur in Psalmo secundo dicens. *Quoniam regem constituit me super Sion montem sanctum suum: vtrique super Ecclesiam, cuius rex & sponsus & caput est. Non in illo monte, vbi non illae sunt portae quas diligit Deus, sed in monte Ecclesiae, qui Sion spiritualiter appellatur. Cuius Ecclesiae portas introeunt innocentes, iusti, misericordes, continentis, & virgines. Quas portas commemorat spiritus Sanctus in Psal. lxxxv. dum dicit, *Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion: non illius corporalis montis, vbi iam nullae sunt portae: & post victorias Vespasiani Imp. vix antiquarum restant indicia ruinarum. Est ergo spiritalis Sio Ecclesia, in qua à Deo patre rex constitutus est Christus: quae est in toto orbe terrarum: In quo est vna Ecclesia Catholica. Nam Sion Ecclesiam esse & alio loco sanctissimus David Propheta testatur, dicens, *Lauda Deum tuum Sion, qui confortauit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te*. Per singulas Prouincias totius orbis, valles singulas intelligimus montis: & dum non in toto monte videt Esaias, sed in vna valle, hoc est in sola Africa. In qua sola cum sufficerent Tempora Dei quae fuerant, alia facere voluerunt principes vestri. in qua sola deiecti sunt muri: & aqua sanctae piscinae transuersa est, & nouitas contra antiquitatem à vobis instituta est. Hoc totum Deus in valle montis Sion, & interrogat & increpat, dicens, *Et quid hoc factum est vobis: ideo, quoniam ascendistis in terra superuacua. Pnaqueque civitas repleta est vociferantium. Vulnerati in****

*te non vulnerati gladio: & mortui in te, non mortui in bello: in errore sunt à minimo usque ad maximum. Errantes in montibus omnes principes tui, in fugam conuersi sunt: Et qui capri sunt, grauius alligati, & fortiores tui longe fugati sunt. Missum me facite, amare plorabo. Nemo me poterit consolari in contritione filiae generis mei. Et ascendit Elamita cum pharaeis. Elamita Latina lingua dicuntur chori castrorum. & secutus est dicens, *Peneitalia vestra deferentur ad publicum. & secreta domus Israel nudabuntur*. Hoc in Africa factum est, & totum hoc quare factum est, indicauit Deus, dum vobis imputat dicens, *quoniam conuertistis aquam antiquae piscinae ad Civitatem vestram, & deiectis muros Hierusalem, ut faceretis alteram munitionem, & constituistis aquam inter duas munitiones: & ad piscinam antiquam attendere nolulistis, nec ad eum qui ab initio creauit illam*. Iam vides frater Parmeniane, ad vos redundare omnia, à quorum principibus, harum rerum omnium feminata est causa. Deinde ad Donatum Carthaginensem, cuius veneficio videtur vnitatis negotium esse commotum. In quo ostendit operatio eius non pro voluntate nostra, nec sua malitia aliquid fecisse, sed prouocantibus atque impellentibus causis, quas Donatus Carthaginis leuitate sua constituit, dum magnum se videri contendit. Quem enim latet praeter te, quia peregrinus es, & potuerit tibi falsa narrari: aut quis negare potest, rem, cui tota Carthago principaliter testis est, Imperatorem Constantem, Pauli & Macarium primitus non ad faciendam vnitatem misisse, sed cum elemosynis: quibus subleuata per Ecclesias singulas possit respirare, vestiri, pasci, gaudere paupertas? Qui cum ad Donatum, patrem tuum, venient, & quare venerant, indicarent: ille solito furore succensus, in haec verba prorupit: *Quid est Imperator cum Ecclesia? & de fonte leuitatis suae, multa maledicta effudit: non minus quam in Gregorium aliquando, ad quem sic scribere minime dubitauit: Gregorij macula Senatus, & dedecus Praefectorum, & caetera talia: cui Donato Praefectus patientia Episcopali rescriptis. Harum Epistolatum exemplaria multorum ore vbiq; cantantur. Iam tunc meditabatur, contra praepcepta Apostoli Pauli, Potestatis & Regibus iniuriam facere, pro quibus, si Apostolum audiret, quotidie rogare debuerat. Sic enim docet B. Apostolus Paulus, *Rogate pro Regibus & Potestatibus, ut quietam & tranquillam vitam cum ipsis agamus*. Non enim Respu. est in Ecclesia, sed Ecclesia in Repu. est, id est, in Imperio Romano quod Libanum appellat Christus in Canticis Canticorum, cum dicit, *Veni sponsa mea, veni à Libano, id est, de Imperio Romano, vbi & Sacerdotia sunt, & pudicitia, & virginitas, quae barbaris Gentibus non sunt. & si essent, tuta esse non possent. Merito Paulus docet, orandum esse pro Regibus & Potestatibus: etiam si talis esset Imperator qui gentiliter viueret. Quamto quod Christianus, quamto quod Deum timens, quamto quod religiosus, quamto quod misericors, ut ipsa res probat: Miserat enim ornamenta domibus Dei, miserat pauperibus elemosynam, nihil Donato. Cur ergo insaniuit: cur iratus est: cur quod missum fuerat, repudiavit? Et cum illi qui missi fuerant, dicerent se ire per prouincias singulas, & volentibus accipere, se daturus: ille dixit, vbiq; se literas praemisisset, ne id quod allatum fuerat, pauperibus alicubi dispenseretur. O, consulere miseris! O, prouidere fuerat pauperibus! O, peccatoribus subuenire! Clamat Deus, dicens: *ego sum qui feci pauperem & diuitem*. Non quia non potuit & pauperi dare. Sed si amobus daret: peccator, quae sibi succurreret, inuenire non posset.***

Donati furor.

Rom. 13. Tit. 3.

Cam. 4.

Denique

Isa. 22.

Ibid.

Isa. 2. Mich. 4.

Psal. 2.

Psal. 85.

Psal. 147.

Denique sic scriptum est: *Quemadmodum aqua exinguit ignem, sic elemosyna exinguit peccatum*. Certe iam apud Deum sunt ambo, & qui dare voluit, & qui obstitit ne daretur. Quid si iam dicat Deus Donato, *Quid vis fuisse Constantem? si innocentem, quare ab innocente accipere noluisse? si peccatorem, quare non permisisti dare, propter quem feci pauperem?* Sub hac interrogatio qualis futurus est: quid de leuitate & furore laborauit tantis pauperibus impedire? Carthagini principatum se tenuisse crediderat, & cum super Imperatorem non sit nisi solus Deus qui fecit Imperatorem, dum se Donatus super Imperatorem extollit, iam quasi hominum excelsa metas, ut se, ut Deum non hominem aestimaret, non verendo eum, qui post Deum ab hominibus timebatur. Denique eum per Ezechielem increpat spiritus sanctus dum ad Principem Tyri, id est Principem Carthaginis, per Prophetam his loquitur verbis, *Fili hominis, dic aduersus Principem Tyri, haec dicit dominus Deus, quia exaltatum est cor tuum: & dixisti, Ego sum Deus. Tyrum Carthaginem esse, primo Esayas probat, in quo legitur visio super Tyrum. Et sequitur: *Fluate naues Carthaginis*. Deinde Tyrum Carthaginem ipsam esse etiam mundanae literae protestantur, & si sit alia ciuitas quae hoc nomine nuncupetur, nihil in alia videretur factum, quod apud Carthaginem constat admissum. Loquere (inquit Deus) aduersus Principem Tyri. Dum Deus ad Principem Tyri loquitur, non aduersus secularem aliquem regem dicit esse loquendum, nec ad multos, sed ad vnum, hoc est, ad Donatum Episcopum. Neque enim fas erat Prophetam Ezechielem, quem proximè nominauit, nisi Episcopo eum comparare, qui sibi (ut diximus) principatum Carthaginis vindicabat: qui exaltauit cor suum, & ab hominibus sibi superior videbatur: & sub se omnes etiam socios suos, habere voluisset: de quotū oblationibus nunquam est dignatus accipere. In qua re media est fides, & deus Christus eius, & quereia multorum, quibus in ipsa societate hac iniuria faciebat: ut solus secretò nescio quid ageret, & postea caeteris perfunctorie misceretur. Hoc modo exaltatum est cor eius: ut sibi iam non homo, sed deus fuisse videretur. Denique in ore populi raro est appellatus Episcopus, sed Donatus Carthaginis dicebatur. Et merito princeps Tyri, id est, Carthaginis, appellari & increpari meruit, quia primus Episcoporum, quasi plus esset ipse quàm caeteri: & dum nihil humanum voluit habere, exaltauit cor suum, non sicut hominis, sed sicut cor Dei: dum à caeteris hominibus aliquid plus esse cupiebat. Ad quem Deus sequitur dicens, *Dixisti ego sum Deus*. Ideo, quamuis non sit visus hac voce, tamen aut fecit aut passus est, quod defectum huius vocis impleat. Extulit cor suum, ut nullum hominem sibi comparandum arbitraretur: & de tumore mentis suae altior sibi visus est esse: quia quicquid est supra homines, iam quasi Deus est. Deinde cum Episcopi Deo debeant famulari, tantum sibi de Episcopis exigit, ut eum non minori metu omnes venerarentur, quam deum. Hoc est, quod sibi Deus visus est. Et cum per solum Deum soleant homines iurare, passus est homines per se sic iurare, tanquam per Deum. In quo si vnusquisque hominum errauerat, ipse prohibere debuerat: cum non prohibuit, Deus sibi visus est. Deinde cum ante ipsius superbiam, omnes qui in Christo crediderat, Christiani vocarentur, ausus est populum cum Deo diuidere: ut qui illum secuti sunt, iam non Christiani vocarentur, sed Donatistae: & si quando ad eum aliqui ex aliqua Africana prouincia veniebant, non querebat illud, quod*

Donati superbia.

humana semper exigit consuetudo de pluuiis, de pace, de prouentu anni aliquid interrogare. Sed illico ad singulos quoque venientes haec erant verba, *Quid apud vos agitur de parte mea?* Quasi iam verè populum cum Deo diuiserat, ut intrepidè suam diceret partem. Nam à temporibus eius, & vsque in hodiernum, si quando de rebus Ecclesiasticis in iudiciis publicis aliqua celebrata est actio: Interrogati singuli, sic apud acta locuti sunt, ut diceret, se de parte esse Donati: de Christo tacuerunt. Et quid de Clericis dicam, cum legantur preces (quarum in primo libro fecimus mentionem) iam dudum ad Constantinum Missae & subscriptae, quae Episcoporum nomina continebant, sic, *data à Capitone & Nafucio, Digno, & caeteris Episcopis partis Donati*. Et postulabant vtrique contra Episcopos, qui dum non erant in parte Donati, in Christi Catholica habitabant. Et dum Episcopus inter coepiscopos suos non fuit, nec homo inter homines esse voluit, constat, quod extulit cor suum, & Deus sibi fuisse videbatur. Nam cum & ordinatores tui, quorum nomina frater Parmeniane, bene nosti, & ibi fuerint non ignoras, & quid vel à quo petuerint, & qualem rogauerint ut redirent, & tecum venire potuissent, & non didicimus, cum eisdem preces quas dederunt, apud Africanos indices allegarent: in quibus infra scriptum est, *Data ab Episcopis partis Donati*. Hic iam quid responsum fuit in illo imminente diuino iudicio, qui in hoc saeculo alio modo confessi sunt, non se esse de Ecclesia Christi: qui libenter professi sunt de parte fuisse se Donati: cum in Euangelio scriptum est, Christo dicente, *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram Patre meo*. Isti Donatum confessi sunt, non Christum. Et ne parua sit ista probatio quam ad ipsius personam pertinere manifestum est, accedit ad illud testimonium, quo supra memorata increpatio clausa est, *Quod dixit illum Deus non in terra moriturum*. Et ita factum esse omnibus notum est. Habitabat in domo Dei, & erat in corde maris. Vbiq; mare, seculum legimus, cum esset ipse non tantum in amore aliquorum Christianorum, sed propter scientiam mundanarum literarum, erat etiam in corde maris, id est, in amore seculi. Sed & de scientia sua sapiens sibi visus est. Sed hanc sapientiam eius euacuauit Deus, dum dicit, *Nunquid sapientior tu quam Daniel?* Merito & bene eius sapientia humiliata est, qua putauit, se Daniele esse sapientior, in repudiandis muneribus Regis, dum accipere noluit, quod ab Imperatore Christiano missum esse videbatur. Et visus est sibi aut Daniel nouus, aut sapientior Daniele: quia & ipse Daniel aliquando à Baltazar Rege, cum cogeretur accipere munera, id est, anulum, torquem & caetera, dixisse legitur, *Dona tua tecum sunt Rex*. Et sapienter respondit, & conuitia Regi non fecit, & quod offerebatur non damnauit, sed distulit: Non quomodo Donatus, qui & conuitia Constanti, quanta potuit, dixit: & quod ab eo pauperibus missum fuerat, repudiavit. Sed Daniel sanctus sapiens inuentus est, ut munera oblata illa die non acciperet. Illud enim quod ab eo petebatur, adhuc in caelo erat: & insipientis esset, huius rei quasi mercedem accipere, quam nondum habuit in potestate. Idcirco munera oblata, illa die ad tempus accipere noluit. Denique cum ei Deus ostenderet quod Regi supra dicto indicaret Baltazari retulit. Et quod iam dudum repudiaste visus est, postea libenter accepit. Merito increpat Deus Principem Tyri Donatum, cum dicit: *Nunquid tu sapientior quam Daniel?* Sed o quam longè est praesumptio Donati à persona Da-

Part. Donati.

Marc. 8. Luc. 13.

Ezech. 28.

Daniel. 5.

qq iiii

nielis? Quod enim Baltazar dabat, Danieli dabat, non pauperibus: quod Constantinus Christianus Imperator tunc miserat, pauperibus transierat, non Donato. Denique ait, *sapientes se non docuerunt sapientiam suam*, quia illud à Salomone dicere noluit, quod ait, *Abfcondite panem in corde pauperis, & ipse pro te rogabit*. Quia etià illud ab ipso Daniele dicere noluit quod dedit Nabugodonosor consilium, quo modo satisfaceret qui offenderat Deum. Et tu (inquit) *audi Rex consilium meum, & placeat tibi. Peccata tua elemosynis redime, & iniustitias tuas in miseratione pauperum*. Daniel Regi peccatori & sacrilego faciendas elemosynas suadet: Donatus, qui increpari meruit, Constanti Imperatori Christiano, ne misericors esset, obstitit. Ideo increpatur, quod eum sapientes non docuerunt sapientiam suam. Quicquid à Rege missum fuerat, per se dari passus non est. Unde constat, Donatum omnium malarum fontem fuisse causatorem. Quicquid itaque in vnitatem faciendam asperere potuit geri, vides frater Parmeniane cui debeat imputari. A nobis Catholicis petium militem esse dicitis. Si ita est, quare in provincia Proconsulari tunc nullus armatum militem vidit? veniebant Paulus & Macarius, qui pauperes vbique dispungerent, & ad vnitatem singulos hortarentur. Et cum Bagaiensem civitatem proximarent, tunc alter Donatus (sicut supra diximus) eiusdem civitatis Episcopus, impedimentum vnitati & obicem venientibus supra memoratis opponere cupiens, præcones per vicina loca & per omnes nundinas misit Circumcelliones, Agonisticos nuncupans, ad prædictum locum vt cõcurrerent, invitavit. Et eorù illo tempore concursus est flagitatus, quorum dementia paulo antè ab ipsis Episcopis impiè videbatur esse succensa. Nam cum huiusmodi hominum genus ante vnitatem per loca singula vagarentur: Cum Maxido & Fasit, ab ipsis infamantibus *Sanctorum duces* appellarentur: nulli licuit securum esse in possessionibus suis: debitorum chirographa amiserant vires: nullus creditor illo tempore exigendi habuit libertatem. Terreabantur omnes literis eorum, qui se sanctorum duces fuisse iactabant: Et si in obtemperando eorum iniunctionibus tardaretur, aduolabat subito multitudo insana, & precedente terrore, creditores periculis vallabantur. Et qui pro præstitis suis rogati meruerant, metu mortis humiles impellebantur in preces. Festinabat unusquisque debita etiam maxima perdere: Et lucrum computabatur, quæsi ab eorum iniuriis. Etiam itinera non poterant esse tutissima. Quot Domini de vehiculis suis excussis, ante mancipia sua dominorum locis sedentia, seruiliter cacurrerunt? Illorum iudicio & imperio inter dominos & seruos conditio mutabatur. Unde cum vestrae partis Episcopis tunc invidia fieret, Taurino, tunc Comiti scriptis dicuntur, huiusmodi homines corrigi in Ecclesia non posse: mandauerunt, vt à supradicto Comite acciperent disciplinam. Tunc Taurinus ad eorum literas, ire militem iussit armatum per vndinas, vbi Circumcellionum furor vagari cõsueverat. In loco Octauèsi occisi sunt plurimi, detruncati sunt multi: Quorum corpora vsque in hodiernum, per dealbas aras aut mensas poterunt numerari. Ex quorum numero cum aliqui in Basilicis sepeliri cõpissent, Clarius presbyter in loco Subbulensi, ab Episcopo suo coactus est, vt in sepulchro faceret sepulturam. Unde proditum est, mandatum fuisse fieri quod factum est, quando nec sepultura in domo Dei exhiberi concessa est, eorum postea conualuerat multitudo. Sic inuenit Donatus Bagaiensis, ynde contra Macarium fu-

Eccle. 29.

Daniel. 4.

Circumcellionum te pestas.

In sepulchro

riosam cõduceret turbam. Ex ipso genere fuerunt qui sibi percussores sub cupiditate falsi martyrij in suam perniciem conducebant: Inde etiam illi, qui ex altorù montium cacuminibus viles animas proicientes, se præcipites dabant. Ecce ex quali numero sibi Episcopus alter Donatus, cohortes effecerat. Hoc metu deterriti illi, qui prope thesauros ferrent, quos pauperibus erogarent: inuenerunt in tanta necessitate consilium, vt à Syluestro Comite armatum militem postularent: non per quem alicui vim facerent, sed vt vim, à Donato supra memorato Episcopo dispositam, prohiberent. Hac ratione factum est, vt miles videretur armatus. Iam quicquid subsecutum est, videte, cui debeat ac possit ascribi. Furebant illi vocatorum infinita millia populorum, pro quibus & annonam competentem constat fuisse preparatam: de Basilica quasi publica fecerunt horrea, expectantes vt venirent, in quos furorem suum exercere potuissent: & facerent quicquid illis dementia sua dictasset, nisi præsentia armati militis obstitisset. Nam cum ante venturos milites, metatores, vt fieri solet mitterentur contra Apostoli præcepta competenter suscepti non sunt, qui ait: *Cui honorem, honorem: Cui veltigal, veltigal: Cui tributum, tributum. Nemini quicquam debueritis.*

Qui missi fuerant, cum equis suis preoccupati sunt ab iis quorum nomina flabello inuidia ventilasti. Ipsi magistri fuerant iniuriæ suæ: & quid pati possent, ipsi prærogatis iniuriis docuerunt. Reuersi sunt vexati milites ad numeros suos, & quod duo vel tres passi fuerant, vniuersi doluerunt. Commoti sunt omnes: iratos milites retinere, nec eorum præpositi valuerunt. Sic admissum est quod inuidiam vnitati factam esse memorasti. Hæc & cætera gesta & suas causas habent, & quas ostendi personas obnoxias. Hoc nos nec vidimus quidem, sed vobiscum audiuius. Si auditis facit reos: tenemus vos socios, quia similiter audiuius. Si à facto auditus immunis est: quod ab aliis, vobis prouocantibus, factum est, nobis non debet imputari. Querelam per ordinem deponitis sub Leontio, sub Vrsario, iniuriatos esse quàm plurimos sub Paulo & Macario: aliquos necatos à sequentibus, nescio quos ad tempus esse proscriptos. Quid hoc ad nos? quid ad Ecclesiam Catholicam pertinet? Quicquid obiecistis, vos fecistis. A Deo commendatam noluitis libenter excipere vnitatem, chatiorem æstimantes hæreditatem schismatis, quam præcepta præpositi Saluatoris. Arguistis operarios vnitatis: ipsam vnitatem improbate si potestis. Nam æstimo vos nõ negare, vnitatem summum bonum esse. Quid nostra, quales fuerint operarij, dummodo quod operatum est, bonum esse cõstet: Nam & vinum à peccatoribus operariis & calcatur & premitur: Et sic inde Deo sacrificium offertur. Oleum quoque à sordidis, & nonnullis male viuētibus & immunda loquentibus conficitur. Et tamen in sapore, in lumine, etiam in sancto Chrismate simpliciter erogatur. Operarios vnitatis malos fuisse dicitis: Forte cum voluntate dei, cui nonnunquam placet etiam quod ab ipso potuit prohiberi. Nam quædam mala male fiunt: Quædam mala bene fiunt. Malum male latro facit: malum bene iudex facit, dum vindicat quod latro peccauit. Nam hæc Dei vox est, *Non occides*. Et ipsius vox est: *Si inuentus fuerit homo dormiens cum muliere habente maritum, occiditis vrosque*. In primo libro Regnorum vnus Deus, & duæ diuersæ voces. Deniq; dum Phinees filius Sacerdotis adulterum cum adultera inueniret, leuauit cum gladio manum, & inter duas voces dei dubi-

Basilica à Donatistis mutata in horreum.

Rom. 13.

Exo. 20. Deut. 5. Num. 5. Num. 25. Eccl. 4.5.

bius stetit: Hinc ad illum sonabat, *Non occidas*: Inde sonabat, *occiditis vrosque*. Si feriret, peccaret: Si non feriret, delinqueret. Elegit melius peccatum, vt percuteret. Et forte non defuerant, qui huius rei vindicem quasi homicidam notare voluissent. Sed vt ostenderet Deus, aliqua mala bene fieri. Locutus est, dicens, *Phinees mitigauit iram meam*, & placuit Deo homicidium, quia vindicatum est adulterium. Quid si & modo Deo placuit, quod passus vos esse dicitis, qui vnitatem cum toto orbe terrarum, & cum memoriis Apostolorum quæ Deo placita est, habere noluitis. Inuitus cogor hoc loco etiam illorum, quorum nolo, hominum facere mentionem, quos vos inter martyres ponitis: per quos, tanquã per vnicam religionem, vestrae communionis homines iurant. Quos quidem vellem silentio præterire, sed ratio veritatis se sileri nõ patitur. Et ex ipsis nominibus contra vnitatem inconsideratè latrat inuidia, & aspernantes aliqui accusandã aut fugiendam æstimant vnitatem, quod Marcus & Donatus dicantur occisi & mortui. Quasi omnino in vindictam Dei nullus mereatur occidi. Nemo erat legendus ab operariis vnitatis, sed nec ab Episcopis madata diuina contemni debuerant: Quibus præceptum est, *Quære pacem, & consequaris eam*. Et iterum, *Quam bonum & quã iocundum habitare fratres in vnum*. Et iterum, *Math. 5. Felices pacifici, quia ipsi filij Dei vocabuntur*. Hoc qui nec libenter volebant audire, nec deuotè facere voluerunt, quicquid potuerunt pati, si occidi malum est, mali sui ipsi sunt causa. Sed arguendus (vt dicitis) vobis videtur esse Macarius, quod sine voluntate Dei æstimatis eum hoc facere non potuisse. Habetis huiusmodi reos antiquos: Acculare primo Moysen, ipsum legislatorem: Qui cum de Syna monte descenderet, propè, necdum propositus tabulis legis, in quibus scriptum erat, *Non occides*, tria millia hominum vno momento iussit occidi. Macarium differre paulisper, Phineem filium Sacerdotis, quem paulo antè memoravi, in iudiciũ prouocare: si tamen inueneritis præter Deum, aliquem iudicem. Nam quod accusatis in persona ipsius, à Deo laudatum esse quod in zelo Dei factum est. Supprime interim voces, quibus in Macarium dicitur inuidia. Recurrite primo ad Heliam prophetã, qui in riuo Cyson, cum pareret voluntati Dei, quadraginta & quadringentos occidit. Sed forte dicitis, illos merito occisos: istos indigne. Nunquam sequitur vindicta, nisi eius antecesserit causa. Vindicauit (vt diximus) Moyses, vindicauit Helias, vindicauit Phinees, vindicauit Macarius. Si nihil offenderant qui occisi esse dicuntur, sit Macarius reus, in eo quod solus nobis nescientibus, & vobis prouocantibus fecit. Quare nobis sit inuidia, cum aliena sint facta: Et in vobis est causa, quia propter vos qui foris fuistis, quamquam & nunc foris esse videamini, venisse dicitur: non propter nos qui intrus habitamus, & nunquam de radice recessimus. Sed quia supra memoratas personas per ordinem diximus, videamus quare Moyses tria millia hominum iussit occidi: quare Phinees duos, & quare Elias quadringentos & quinquaginta: quare Macarius duos, quorum nomina quotidie (vt supra dixi) flabello inuidia ventilatis. Omnes constat in eos vindicasse, à quibus iussio diuina contempta est. Nam, *Non tibi facies sculptile*, Dei vox est: Et non facies adulterium, eiusdem Dei vox est. *Non sacrificabis Idolis*, Idem Deus locutus est, et non facies schisma: & *quære pacem, & consequaris eam*: eiusdem præceptum est. Temporibus Moysi populus Israël caput vituli coluit, quod illis sacrilega flamma cõstauit:

Num. 25.

Psal. 33.

Psal. 132.

Math. 5.

Exod. 32.

3. Reg. 18.

ideo tria millia hominum occidi meruerunt, quia Dei vox videbatur esse contempta. Phinees, adulteros vno ictu percussit, laudari à Deo meruit quoniam diuinorum præceptorum contemptores occidit. Et quadringenti & quinquaginta, quos Elias occidisse legitur, ideo occisi sunt quia contra inuersionem Dei, per quod falsi vates erant, Dei præcepta contempserant.

Et illi quorum nominibus Macarium criminari, nec à falsis vatribus longè sunt. Quia vox Dei dixit futuros esse falsos vates, quod proximo loco probaturi sumus, & dum pacem noluerunt recipere, nec in vno cum fratribus habitare, contra præcepta & voluntatè Dei pertinaciter obstiterunt. Ergo videtis à Moysè & Phinee, & Elia, & Macario, similia esse facta, quia ab omnibus vnus Dei præcepta sunt vindicata. Sed video vos hoc loco tempora separare, vt alia fuerint ante Euangelium, alia post Euangelium: in quo potestis dicere, quia scriptum est, vt à Petro iam gladius conderetur, quo auriculã serui Sacerdotis abstulerat, quo seruum poterat quasi deuotus Petrus occidere: sed Christus pati venerat, non defendi. Et si cogitatum suũ Petrus impleat in passione Christi, videtur seruus vindicari: non populus liberari. Nam & Macarius gladiũ à Petro vagina conditum non eduxit. Hoc probat Deus dum ad vallem Sion loquitur dicens, *Vulnerati in te, nõ vulnerati gladio*. Aut probate aliquem illo tempore gladio esse percussum. Deinde ait: *Mortui in te non mortui in bello*. Quare debetis attendere, ne temerarium sit, eos martyres appellare qui Christianorũ nullum senserunt bellum. Non enim tale aliquid factum aut dictum est, quod in bello Christianorum dici aut fieri solitum est. Quod bellum persecutio dicitur, quæ operata est sub duabus bestiis ex illis quatuor, quas Daniel de mari ascendentes aspexit. Prima fuit vt Leo. Hæc erat persecutio sub Decio & Valeriano. Secunda vt Vrsus, alia persecutio, quæ fuit sub Diocletiano, & Maximiano. Quo tempore fuerunt & impij iudices, bellum Christiano nomini inferentes. Ex quibus in provincia Proconsulari (ante annos 11. & quod excurrit) fuerat Anulinus, in Numidia Florus. Omnibus notum est, quid eorum operata sit artificiosa crudelitas. Sæuiebat bellum Christianis indictum, in templis demoniorũ diabolus triumphabat: immundis fumabant aræ nidibus, & quia ad sacra sacrilega venire non poterat, vbicumque thus ponere cogebatur. Omnis locus templũ erat ad scelus, inquinabantur prope morientes senes: ignorans polluebantur infantia, à matribus parui liberi portabantur ad nefas, parentes incruenta parricidia facere cogebantur. Alij cogebantur tẽpla Dei viui subuertere, alij Christum negare, alij leges diuinas incendere, alij thura ponere. Horum aliquid à Macario factum esse, nec vos ipsi consingere poteritis. Sub persecutore Floro, Christiani Idolorum cogebantur ad templa: sub Macario pigri compellebantur ad Basilicam. Sub Floro dicebatur, vt negaretur Christus & Idola rogarentur. Contra sub Macario commouebantur omnes vt Deus vnus pariter in Ecclesia ab omnibus rogaretur. Si supra memoratos videri martyres vultis, probate illos amasse pacem, in qua prima sunt fundamenta martyrij: aut dilexisse Deo placitam vnitatem, *prima sunt aut habuisse cum fratribus charitatem*. Nam omnes Christianos, fratres esse & in primo libello probauimus, & in quarto procul dubio probaturi sumus. Quos dicitis debere appellari Martyres, quia noluerunt fratres agnoscere, nullam habuerunt charitatem. Nec dicitur ad iexulationem, quia Traditoribus commu-

Math. 26

Daniel. 7.

Martyrij damena in pace.

nicare noluerunt: cum manifestissime probati sit eosdem ipsos filios fuisse traditorum. Nulla igitur est excusatio, quia charitatem illos non habuisse manifestissime constat, sine qua nullum vel nominari potest, vel esse martyrium: sine qua maxima & imperiosa virtus caret effectus: sine qua nihil valet omnium scientia linguarum: sine qua nihil potest etiam societas Angelorum, Apostolo dicente, *Si habeam in me potestatem imperandi montibus, ut transferant se de locis in loca: & loquar omnium gentium linguas, etiam Angelorum & corpus meum flammis tradam, & charitatem in me non habeam, nihil sum: sed ero eramentum innuens in deserto, ut pereat vocis opus, ubi nullus occurrit auditus.* Si tãta res, si B. Paulus, si vas electionis, quamvis cum imperiosa virtute & Angelorum societate, pronunciat se nihil esse, nisi charitatem habuerit: videte, an non dicantur martyres, sed aliquid aliud appellari mereantur, qui charitatis desertores pro eadem desertione pati aliquid poterunt. Gaudet totus orbis de vnitate Catholica, præter partem Africæ, in qua incendium de scintilla conflatum est. Ab operariis vnitatis querimini nescio que esse commissa. Hoc non queritur Italia, non Gallia, nõ Hispania, non Pannonia, non Galatia, non Græcia, non cum tot provinciis suis Asia. Quia nihil illic fuerat emendandum, nullus illuc missus est emendator: quia nihil illis fuerat scissum, nullus illuc missus est (vt ita dixerim) sartor. & hic in Africa iam dudum populo in vnitatem manente, vestis fuerat sana: amula manu inimici discissa est. Pendebant quodãmodo panni de vna vestis origine, & de vna radice venientes. Vt quid le pars parti anteponit? aut quid supra alterum pannum alter pannus extollit, cum meliorem se probate non poterit? Quid enim, si dicat contemptus pannus: *Quid te tantum extollis? in ore paries creuimus: in manibus confidentiis simul sumus: apud lotorem, pariter mundati sumus: inimicus nos voluit ab iniuicem scindere. Aduersarius pulchritudinem nostram voluit deformare. In parte vestis adhuc vnus sumus, sed in diuersa pendemus.* Quod enim scissum est, ex parte diuisum est, non ex toto concisum. Et merito quia nobis & vobis Ecclesiastica vna est conuersatio: & si hominum litigant mentes, non litigat Sacramenta. Denique possumus & nos dicere, *paries credimus, & vno sigillo signati sumus: Nec aliter baptizati quam vos. Nec aliter ordinati quam vos. Testamentum diuinum legimus pariter: vnum Deum rogamus. Oratio dominica apud nos & apud vos vna est, sed scissura (vt supra diximus) facta partibus hinc atque inde pendentibus, sartura fuerat necessaria.* Et tamen huius rei artifex aut operarius, dum vult vestem in antiquam faciem reuocare, vicina fila compungit. Displicet tibi sartor, qui scissuram, dum sanat, vulnerat? Ille tibi magis displiceat, qui fecit, vt sartor peccare potuisset. Et, quæ in vos ab operariis vnitatis dicitis esse commissa: aut ad parentes vestros pertinent, quorum causa facta sunt: aut ex voluntate Dei descendunt. Nos tamen inde alieni sumus. Quid si quamuis aspera, tamen (vt dixi) cum voluntate dei videntur esse commissa? Legimus enim in Ezechiele Propheta Parietem dealbatum, cui Deus comminatus est tempestatem, pluuiam & lapides petrobolos & accusationes. *Erunt* (inquit) *falsi vates qui edificent ruinofum parietem, dicentes, pax, pax: Et ubi pax? Recordamini quo modo à vobis iam dudum matris Ecclesie membra ab iniuicem distracta sunt. Non enim vnamquamque domum semel seducere potuistis. Sed aut iuit vxor, & resedit maritus, aut parentes seducti sunt, & filij sequi noluerunt: aut stetit frater, sorore migrante, persuasionibus*

1. Cor. 13.

Contra schismatics.

Ezech. 13.

vestris diuisa sunt corpora & nomina pietatis. Et non potuistis prætermittere, quod legitimum est. Vtique dixistis, *pax vobiscum.* Cum Deus contra, *pax, & ubi pax? hoc est dicere, quid saluas, de quo non habes? quid nominas, quod exterminasti? saluas de pace qui non amas: Et* (inquit) *edificasti ruinofum parietem.* Domus Dei vna est. Qui foras exeuntes, partem facere voluerunt, parietem fecerunt, non domum: quia non est alter deus, qui alteram domum inhabitet. Ideo parietem fecisse dicuntur falsi vates, in quo si ianua fuerit collocata: quicumque intrauerit, foris est. Nec lapidẽ habere angulatẽ vnus paries potest, qui lapis est Christus, duos in se suscipiens populos: vnum de gentibus, alterum de Iudeis: qui nodo pacis iungit vtrumque parietem. Nam quot commoda habet domus, tot incommoda paries. Domus inclusa custodit, tempestatem retinet, pluuiam diffundit, latronem, aut furem, aut bestiam non admittit: Sic & Ecclesia Catholica omnes filios pacis gremio & sinu suo complectitur. Contra, paries qui est edificatus ruinofus, nec lapidem angularem sustinet, & ianuam sine causa habet, nec inclusa custodit, pluuiam vndatur, tempestatibus ceditur: nec potest arcere latronem, nec venientem prohibet furem. Paries enim res de domo est, sed domus nõ est. Et pars vestra quasi Ecclesia est, sed Catholica nõ est. *Et dealbati* (inquit) *euim, hoc est, quod vos solos sanctos æstimatis. Querimini vos sine nobis aliqua esse passos.* Ergo constat vos solos aliqua passos, Quia aliud est tempus pacis, aliud persecutionis. Si persecutionem putatis: dicite, quid vobiscum passa sunt vniuersæ provincie, in quibus est Ecclesia Catholica? Sed quia vindicta fuit, non persecutio, solus paries passus est, Cui Deus interminatus est tempestatem, pluuiam, & lapides petrobolos & accusationes. Si enim locutus est, *Quid edificastis ruinam? quid dealbastis?* Hoc contra voluntatem meam est, dicit Dominus. Displicent vobis tempora nescio cuius Leontij, Vrsatij, Macarij, & cæterorum. Emendate voluntatem Dei, si potestis: Qui dixit, *contra parietem exurgat cum ira mea, & immitam tempestatem nimiam, & pluuiam diluentem, & lapides petrobolos, & percutiam parietem ruinofum, & dissoluentur compagine eius.* Sed ne quis vestrum dicat, si vnitatem bonum est, quare totiens facta durare non potuit? quia sic res ipsa à Deo est ordinata, qui comminatus est tempestatem, pluuiam, lapides & accusationem. Et istæ quatuor res non poterant vno tempore fieri. Fuit primo tempestas, agitur paries, sed nõ cecidit, vt haberet pluuiam vbi operaretur. Secuta est pluuiam, vdatum est paries, sed non maduit, vt haberet lapides, vbi operarentur. Post pluuiam secuti sunt lapides, dispersus est sed fundamentis suis se iterum reparauit. Iam tria peracta sunt: debentur vobis accusationes. Sed quomodo & quando, nouit ille cui placuit de vobis ita nunciare. Et ne aliquis de hoc intellectu dubitaret, Deus addidit, dicens: *Non sum quæ dico de luto aut de pariete, sed de falsis prophetis, qui seducunt populum meum.* Hoc verbo, *seducunt*, videte cui parti comperat. Nobiscum erant omnes nobis absentibus irruistis: & vt haberetis quos habere desiderastis, non potuistis nisi seducere. Et quæ sint verba seductionis vestra, omnibus notum est. Vestrum est dicere: *Attendite post vos: vestrum est dicere, redimite animas vestras: vestrum est dicere hominibus fidelibus & Clericis, estote Christiani.* Sed cũ dicitis, *Attendite post vos*, contra Euangelium facitis, vbi dictum est: *Nemo tenens manicam aratri, post se attendens, intrabit regna cælorum.* Et vultis scire quid meruit, qui post se attendit?

Is. 48.

Ezech. 8.

Ezech. 13.

Ezech. 13.

Ezech. 13.

Luc. 9.

Gen. 19.

1. Cor. 1.

Donatistæ appellabunt catholicos Paganos.

& qui ante se Recordamini Sodomorum fugitios, Loth & vxorem eius. Quæ post se attendit, in statum salis mutata est: qui ante se prospexit, euasit. Quid est ergo quod dicitis, *Attendite post vos?* Nam & cum dicitis, *redimite animas vestras:* vnde illas emistis vt vendatis? Quis est nescio qui Angelus, qui nundinas facit animarum? Cum dicitis, *redimite animas vestras,* redemptori renunciatis, cum solus Christus sit redemptor animarum quas ante eius aduertum diabolus possidebat: has sanguine suo Christus saluator noster redemit, Apostolo dicente, *Empti estis precio magno.* Constat enim sanguine Christi omnes redemptos. Christus non vendidit quos redemit. Animæ empæ à Christo, non potuerunt vendi, vt possint, sicut vultis, à vobis iterum redimi. Aut quomodo potest vna anima duos dominos habere? Aut nunquid est alter redemptor? Qui Propheta nunciauerunt alterum esse venturum? quis Gabriel iterum ad alteram Mariam locutus est? Quæ virgo iterum peperit? Quis virtutes nouas aut alteras fecit? Si nullus est præter vnum qui redemit animas omnium credentium, quid est quod dicitis, *redimite animas vestras?* Iam illud quale est, quod hominibus Christianis etiam Clericis dicitis, *estote Christiani?* Et cum miraculo quodam vnicuique dicere: Cai, Sei, aut Caia, Seia, adhuc paganus est aut pagana? Eum, qui ad Deum, se conuersum esse professus est, paganus vocas? Eum qui à nobis vel à vobis nõ in nomine nostro vel vestro, sed in nomine Christi tinctus est, paganus vocas? Sunt enim qui à vobis baptizati sunt & ad nostram communionem postea transferunt. Paganum vocas eum, qui Deum patrem per filium eius ante aram rogauerit? Quicumque enim crediderit, in nomine patris & filij & spiritus sancti crediderit. Et tu eum Paganum vocas post professionem fidei? Si aliquid Christianus (quod absit) vnusquisque deliquerit, peccator dici potest: Paganus iterum non potest. Sed hæc omnia vultis nullius esse momenti. At si tibi cõsenserit, quem seducis: vnus consensus & manus tuæ potrectio, & pauca verba, iam tibi Christianum faciunt de Christiano: & ille vobis videbitur Christianus, qui quod vultis fecerit, non quem fides adduxerit. Et si seductionis vestrae paulo tardius fuerit accommodatus ad sensus, etiam illa vobis argumenta non desunt: quibus facile etiam nolentibus, quod vultis, suadere possitis: dum dicitis, auditum ex ore eorum qui iam dudum in vestro collegio fuerant, *Quod qui gustaret aut acciperet de sacrificio aduentantis vnitatis, de sacro gustare videretur.* Non negamus ab aliquibus esse hæc dicta, quos constat postea tota securitate fecisse, vnde paulo antè populos deterrebant: sed alia ratio exegit has voces, alia inuitavit in factum. Nam vt hæc dicerent qui feruntur venturos esse Paulum, & Macarium qui interessent sacrificij, & cum altaria solenniter apparentur, proferrent illi imaginem quem primo in altari ponerent: sic sacrificium offerretur. Hoc cum acciperent aures, percussis sunt & animi, & vnusquisque lingua in hæc verba commota est, vt omnis qui hæc audierat, diceret: *Qui inde gustat, de sacro gustat.* Et rectè dictum erat, si talem famam similis veritas sequeretur. At vbi ventum est à supradictis, nihil tale visum est, ex eo quod fuerat paulo antè mentita fama: nihil viderunt oculi Christiani quod horrerent. Nihil probauit aspectus ex iis quibus perturbatus erat auditus. Vifa est puritas, & ritus solito solennis consuetudo perspecta est. Cum vi-

derent diuinis sacrificijs, nec mutatum quicquam, nec additum, nec ablatum: Pax à Deo commendata, volentibus placuit. Quare nullus eorum debet argui, qui de collegio vestro ad pacem transitum fecit. Qui fuerant sinistra opinione turbati, simplici ac pura veritate firmati sunt. Nec dicantur de amaro fecisse dulce, aut de dulci amarum. Amaritudo, quæ de falsitate videbatur fuisse nunciata, in sinu opinionis resedit ac remansit: veritas perspecta oculis dulcedinem suam in se habens, à falsæ opinionis limitibus separata est. Ergo nec de amaro factum est dulce, nec de dulci amarum: quia & aliud & extra est, quod est visum. Et longe fuerat, quod videbatur auditum.

OPTATI EPISCOPI MILEVIT. CONTRA PARMENIANVM. Liber Quartus.

Te nobis, frater Parmeniane, de petito milite frustra calumniam factam esse, apertè dilucidèque monstratum est. Etiam illud discere quod dixisti de oleo & sacrificio peccatorum, ad vos potius pertinere. Non enim ille debet esse peccator, quem vos volueritis. Nam & nos vestra præsumptionem possumus imitari, & dicere, vos esse peccatores. Sed facite, vt ex vtraque parte nullus nostrum humano iudicio alterum damnet. Dei est, nosse reum: illius ferre sententiam. Taceamus omnes homines. Solus Deus iudicet peccatorem: cuius sacrificium sit Canina victima, & cuius oleum, vngi desideranti ingerat metum. Huius rei apertissimam veritatem, Parmeniane frater, agnosce: si tamen hoc nomen fraternitatis, frequenter à me dictum, libenter audire dignaris: fac, vt tibi sit fastidiosum, tamen nobis est necessarium: ne forte iuxta tot probationes huius nominis, tacendo rei esse videamur. Si enim tu non vis esse frater, ego esse incipio impius, si de nomine isto tacueris. Estis enim fratres nostri, & nos vestri, Propheta dicente, *Nomine vos vnus Deus creauit, & vnus pater genuit.* Non enim potestis non esse fratres, cum omnibus dictum sit, *Dei estis, & filij alij simi omnes.* Et vos & nos sumus qui præceptum accepimus, in quo dictum est, *Ne vocetis vobis quenquam patrem in terris, quia vnus est pater vester in caelis, saluator noster Christus.* Solus natus est filius Dei: sed & nos & vos, filij vno modo facti sumus, sicut in Euangelio scriptum est, *Veni filius Dei: quos quos eum receperunt, dedit eis potestatem, vt filij Dei fierent.* Nos & facti sumus & dicimur: vos & facti estis & non dicimini, quia pacifici esse non vultis, nec audire ipsum filium dicentem, *Falices pacifici, quia ipsi filij Dei vocabuntur.* Christus veniens, Deum & hominem reuocauit in pacem, & fecit ambos vnum: tollens mediũ sepem parietis. Vos nobiscum, id est cum fratribus vestris, pacem habere non vultis. Non enim potestis non esse fratres, quos iisdem Sacramentorum visceribus vna mater Ecclesia genuit: quos eodem modo adoptiuos filios Deus pater excepit. Vnde huius temporis præsciis Christus, quo futurum erat vt à nobis hodie discordaretis, talia dedit orandi mandata, vt vel in oratione vnitatem remaneret, vt preces iungeret, quos discrepaturæ fuerant partes. Oratus pro vobis quia volumus, & vos pro nobis: & cum non vultis, aut dicat vnusquisque vestrum, *Pater meus qui in caelis est, & panem meum quotidianum da mihi hodie: Et dimitte mihi peccata, quomodo & ego debitori meo.* Igitur si quæ mandata sunt mutari non possunt: Videtis nos non in totum

Mal. 2.

Psal. 81.

Matth. 23

Ioan. 1.

Matth. 5.

Matth. 7.

Luc. 11.

ab inuicem esse separatos, dum & nos pro vobis oramus, volentes: & vos pro nobis oretis, & si nolentes. A vides, frater Parmeniane, sancta germanitatis vincula inter nos & vos, in totum rumpi non posse. Iam peccator quæredus est, cuius potuit vel oleum timeri, vel sacrificium repudiari. Cesset humana suspicio: vtriusque partis præsumptio sileat: quis sit peccator, solus iudicet Deus. Legimus quadragesimo nono Psalmo sub secundo diapalmate, Spiritum sanctum dixisse, *Peccatori autem dixit Deus.* Hoc loco aduertenda est tota mentis intentio, & videndum, quis sit peccator. Si enim postquam lectum est, *Peccatori autem dixit Deus:* verba huiusmodi sequerentur, vt diceret, *Tulisti arma, processisti de castris, stetit contra hostes in acie:* timendum erat militi, quia potuit ipse videri peccator. Aut si diceret, *comparsisti merces, peregrinatus es, egisti mundanas, lucri causa quod emerax, vendidisti:* timendum erat negotiatori, quia potuit ipsi videri peccator. Aut si diceret, *fabricasti nauem, instruxisti funibus, ornasti velis, opportunos, vt nauigares captasti ventos:* timendum erat nauæ, quia potuit ipse videri peccator. Aut postquam lectum est, *Peccatori autem dixit Deus:* si sequerentur hæc verba, dissensio & schisma tibi displicuit. Concordasti cum fratre tuo, & cum vna Ecclesia quæ est in toto orbe terrarum. Communicasti septem Ecclesiis & memoriis Apostolorum: amplexus es vnitatem. Si hæc subsequens lectio contineret, nobis timendum erat, non esse potius peccatores. Cum autem dicit Deus, *Ad quid exponis iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu autem contempstisti disciplinam, & abiicisti sermones meos retro:* sedens aduersum fratrem tuum, denotabas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. *Videbas furem, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Hæc ad vos dicta sunt omnia: Excusate vos ab his omnibus, si potestis. A vobis enim contempsa est disciplina, vt quid recitastestamentum, qui testamētum non seruas, in quo descripta est disciplina, quæ seruari non vultis? Non enim potestis dicere, vos eam seruare, contra quam militatis. Deus dicit, *Quære pacem, & consequaris eam.* Tu repudiasti pacem, Non est contemnere disciplinam? Item in Psalmo cxxxij. legitur, *Ecce quam bonum est, & iocundum, habitare fratres in vnum.* In vnum habitare cum fratribus non vis. Non est contemnere disciplinam? Christus dicit in Euangelio, *Qui semel locutus est, non habet iterum necessitatem lauandi.* Tu rebaptizando iterum lauas. Non est contemnere disciplinam? Deus dicit, *Ne trigeritis Christos meos, neque in Prophetas meos manum miseritis:* vos tot Sacerdotes Dei honoribus expoliastis. Non est contemnere disciplinam? Christus dicit, *Inde scio, quia discipuli mei estis, si vos inuicem diligatis.* Vos odio non habetis, fratres vtrique vestros. Nec Apostolos imitari voluistis, à quibus etiam negator dilectus est Petrus. Non est contemnere disciplinam? exponis iustificationes Dei, & assumis testamentum per os tuum. Quomodo disputas, Quære pacem, cum tu non habeas pacem? Testamentum recitas, & testamentum non seruas.

Electi estis, qui sedentes populum doceatis, & detrahitis nobis, vtrique fratribus vestris: quoniam (sicut supra dixi) vna nobis mater Ecclesia genuit, vnus nos Deus pater excepit. Et tamen scandala contra nos ponitis, mandando singulis ne nos saluent, ne à nobis dignationem accipiant. Considerate verba superbiæ vestræ. Considerate tractatus, considerate mandata, actus quoque vestros reuoluite. Inuenietis oleum vestrum timuisse qui rogabat. Nullus vestrum est, qui non conuitia nostra suis tractatibus miscet. Qui non aliud

initiet, & aliud explicet. Lectiones dominicas incipitis, & tractatus vestros ad nostras iniurias explicatis. Profertis Euangelium, & facitis absenti fratri conuitium. Auditorum animis infunditis odia, inimicitias docendo suadetis. Hæc omnia dicendo, contra nos scandala ponitis. Ergo vnicuique vestrum dictum est, *sedens aduersus fratrem denotabas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.* Dum peccatorem arguit, & sedentem increpat Deus, specialiter ad vos dictum esse constat, non ad populum, qui in Ecclesia non habet sedendi licentiam. Vides ergo proculdubio vobis imputari debere, cum dicit Deus: *sedens aduersus filium matris tuæ, ponebas scandalum.* Vnam matrem nos habere iam toties comprobauimus. Nec vos negare potestis, qui contra nos scandala ponitis, dum aliqui vestrum & non intellectas proferunt lectiones: vt auferant etiam illud, quod inter omnes homines solet esse commune, salutationis videlicet officium. Nam & vos ipsi aliqui in perfuntoria salutatione oscula solita denegatis. Et docentur multi, ne *Aue* dicant cuiquam nostrum. Et videntur sibi hoc de lectione, sed non intellecta, mandare: Ignorantes, de quibus Apostolus hoc dixerit. *Cum his nec cibum capere, siue illi ne dixeritis. Scripsit enim eorum sermo velut Cancer.* Dixit hoc de hæreticis, quorum cæperat illis temporibus vitiosa esse doctrina: Qui subtili seductione verborum, morbis obscure serpentibus corrumpent fidei sanitatem. Vt Marcion, qui ex Episcopo Apostata factus, inducebat duos Deos, & duos Christos. Vt Hebion, qui argumētabatur Patrem passum esse non filium. Vt Valentinus, qui conabatur carnem Christo subducere. Horum est sermo, qui habuit Cancrum ad fidei membra vexanda. Talis sermo est & Corpiani hæretici, qui negabat debere esse martyria: sed venena sua sibi seruet, ne eorum relatio auditorum intellectus simplices vel leuiter vexet. Huius igitur sermo est, qui vitandus est, ne serpat sicut Cancer. Dicitur est hoc & de Arrio, qui conabatur docere filium Dei ex nullis substantiis factum esse, non ex Deo natum: cuius doctrina, nisi Nicæno Concilio, à trecentis decem & octo Episcopis dissiparetur pectora multorum sicut Cancer intrauerat. Dicitur est hoc & de Photino præsentis temporis hæretico, qui filium Dei ausus est dicere, tantummodo hominem fuisse, non Deum. Potuit hoc & de vobis dici, quia vester sermo animis & auribus aliquorum non leuem intulit Cancrum. Vester enim sermo est, quem ad pacis filios habetis: dum dicitis, peristis: attendite post vos, perit anima vestra quamdiu vos tenetis? Sic fecistis de fidelibus penitentes: Sic mortificastis in sacerdotibus honores. Ecce & vester sermo est, qui serpit velut Cancer hodie, vt saluationes & conuictus prohibeatis. Noster sermo quid tale facere potuit? qui simplici doctrina filios pacis retinemus: Nos alienos seducimus, nec quenquam exterminamus. Manifestum est igitur, vos contra nos quotidie scandala ponere: & longum est, percurrere omnes modos, quibus nobis detrahitis, & omnia genera quibus scandala ponitis. Nam & cum dicit: *Videbas furem, & currebas cum eo,* de qua re hoc putatis dictum esse? Nunquid de subducto vestimento, aut de innolato gremio aut de aliquibus rebus, quæ ablata vel lucra vel damna inter homines faciunt? Equidem sunt & ista prohibita: sed in hac lectione illa furta increpat Deus, quæ sibi sunt facta. Quaritis quæ furta sint Deo facta? apud vos inueniuntur. Possessio Dei, est turba fidelium, ex qua quotidie fur diabolus cupit aliquid iniolare: In quouis Christiano aut

aut Christiana vult vel mores ex aliqua parte corrumpere, & si non totum hominem, sed quodcumque de homine rapere. Talem funem cum videatis contra nos vim facere, vestris operibus adiuuistis. Nam neminem fugit, quod omnis homo qui nascitur, quamuis de parentibus Christianis nascatur, sine spiritu mundi esse non possit, quem necesse sit ante salutare lauacrum, ab homine excludi & separari. Hoc exorcismus operatur, per quem spiritus immundus depellitur, & in loca deferta fugatur. Fit domus vacua in pectore credentis, fit domus munda: intrat Deus & habitat, Apostolo dicente: *Vos estis Templum Dei, & in vobis Deus habitat.* Et cum Deo vnusquisque plenus sit, de quo fur diabolus aliquid iniolare contendit: vos rebaptizando exorcizatis hominem fidelem, & dicitis Deo habitanti, *Adle ditte exi foras:* vt compleatur quod à Deo dictum est, per Prophetam Ezechielem: *Et maledicebant mihi in populo meo, propter plenam manum hordei & buccellam panis, vt occiderent animas, quas non oportuit mori.* Audit ergo Deus iniurias non sibi debitas, & huiusmodi habitaculum deserit: Et homo qui Deo plenus in Ecclesiam intrauerat, egreditur vas inane. Diabolus qui volebat quasi fur aliquid iniolare, adiutus operibus vestris, videt totum suum factum esse, vnde volebat paululum aliquid tollere. Ergo de vobis dixit Deus: *Videbas furem, & currebas cum eo.* Denique in Euangelio sic scriptum est: *Cum autem deum deseruerit hominem, remanet vas inane: spiritus autem immundus errans per loca deserta, ieiunius dicit, Domus mea vacua est: hoc est dicere, qui me excluderat, exclusus est. Reuertitur illic & habitat. Et adduxit secum alios septem saniores, & habitabit illic, & erunt hominis illius peiora nouissima, quam qua fuerunt prima:* Hoc est, *Videbas furem, & currebas cum eo, & cum maculis particulam tuam ponebas.* Hæreticos dicit mæchos, & mæchas Ecclesias illorum: quas aspernatur & repudiatur Christus in Canticis canticorum, quasi dicat: *Quid mihi colligis non necessaria: vna est dilecta mea, vna est sponsa mea, vna est columba mea, id est, Catholica:* In qua & vos cum esse possitis, rebaptizando inter mæchos particulam habere voluistis. Et quoniam vos esse peccatores, diuino testimonio manifestissime comprobatum est: etiam illud ostensum est, tua auxilia contra te militasse. In auxilium enim adduxeras Prophetam, in quo lectum est, *Sacrificium peccatoris, quasi qui vitimet canem.* Iam peccatores vos esse, si pudor est vllus, cum dolore cognosce. Etiam illud dicite, cuius vox sit: *Oleum peccatoris non vngit caput meum.* Tu enim non intellexisti, cuius hæc vox sit, vtrique Christi, qui necdum vnctus fuerat, cum rogaret, vt oleum peccatoris non impingueret caput eius. Hæc tu non intelligens, dixisti, Quia Propheta timuit oleum peccatoris, à Samuele iam dudum puer vnctus fuerat. Qui cantabat, non fuit ratio vt iterum vngere tur: Ergo vox est Christi dicentis, *Oleum peccatoris non vngit caput meum.* Preces sunt, non iussiones: Desideria sunt, non præcepta. Nam si iussio esset, diceret: *Oleum peccatoris non vngat caput meum.* Vox est ergo filij dei iam tunc metuentis oleum peccatoris incurrere, id est, cuiusque hominis: quia nemo non est peccator, nisi solus Deus. Ideo filius eius timuit oleum hominis, quia scidum erat vt Deus ab homine vngeretur. Ideo deprecatur Patrem, vt non vngatur ab homine, sed ab ipso Deo Patre. Petit ergo Filius: videamus an concesserit Pater. Hoc Spiritus sanctus indicat & manifestat in Psalmo xliij. vbi ait ad ipsum Filium: *Vngit te dominus Deus tuus oleo exultationis aliter à consortibus tuis. Cōfortes fuerant Iudeorum Sacerdotes & Reges, quos sin-*

gulos vnctos ab hominibus constat. Sed quia filius à patre, Deus à Deo erat vngendus, secundum quod filius petiit, & spiritus promissa nunciavit, compleuit pater in Iordane. Quo, cum venisset filius Dei, Saluator noster, à Ioanne ostensus est his verbis, *Ecce Agnus Dei. Hic est, qui tollit peccata mundi.* Descendit in aquam, non quia erat quod in Deo mundaretur, sed venturum oleum, aqua debuit antecedere ad mysteria initianda & ordinanda & implenda baptismatis loros cum in Ioannis manibus haberetur, secutus est ordo mysterij, & compleuit pater, quod rogauerat filius, & quod nunciauerat spiritus sanctus. Apertum est cælum Deo parte vngente, spiritale oleum statim in imagine Columbae descendit, & infudit capiti eius, & perfudit eum, vnde cepit dici Christus, quando vnctus est à Deo patre, cui ne manus impositio defuisse videretur, vox audita est dei de nube dicentis: *Hic est filius meus, de quo bene sensi, hunc audite.* Hoc est igitur quod lectum est: *Oleum peccatoris non vngit caput meum.* Rationem veritatis, frater Parmeniane, vel sero addisce, quoniam nunc tempus est inuenisti dicendi. Et illud quod in Salomone Prophetarum lectum esse dixisti: *Filios adulterorum in consummatis, & spuria vitulamina altas radices dare non posse.* Hor est simpliciter dictum esse intelligi potest. Vnde si figurat facias, veros adulteros excusasti. Sed fac, vt figurat dictum sit, hoc de hæreticis dictum est, apud quos sunt Sacramentorum falsa connubia: & in quorum thoris iniquitas inuenitur: vbi in exterminium fidei corrupta sunt femina. Dum Valentinus filium Dei in phantasmate, non in carne fuisse contendit; fidem suam suorumque corrumpit. Natiuitatis eorum semen exterminatum est, qui non crediderunt filium Dei in carne natum de virgine Maria, & passum in carne.

Nam & illud quod in Hieremia Propheta te legis commemorasti exhorruisse cælum quod duo magna populus Dei fecerit, vt derelinquerent fontem aquæ vitæ, & foderent sibi lacus detritos, qui non possent aquam continere. Legisti quidem, sed vt se res habet, intelligere noluisti: studio criminandi ad conuictum Catholicorum cuncta componens, multum ad arbitrium tuum declinare conatus es. Si enim putas per Prophetas sic dicta esse omnia, vt ad tempora nostra pertineant: excusato Iudæos, de quibus hæc dicta esse constat, qui dimiserunt Deum vnum, Deum verum, Deum qui illis beneficia præstitit. Et fecerunt sibi Idola, hoc est, lacus detritos, qui non possunt aquam continere. Ideo perennis maiestas exundat. Sicut in fontem, aqua largiter defluentibus venis exuberat, Idola vero si non fiant, non sunt & lacus nisi fodiatur, sinus capaces habere non potest. Lacus sine arte & ferramentis cauari non potest: Nec Idolum sine artifice fieri potest: In Idolis virtus naturalis nulla est, sed hominum errore adiungitur & applicatur. Estimatur in Idolo virtus. Quæ illic nata non est, lacus est arte detritus: cuius fabrica vexatio est.

Hoc est quod dixit Deus: Duo mala fecisse populū suum, quia se reliquerat fontem aquæ vitæ, & effoscos & detritos sibi fecerat lacus. Etenim Iudæorum populus deseruerat veram, quam non nouerat maiestatem: & Idolorum inquinatam secutus fuerat religionem. Hoc est quod dolet Deus. Hoc est quod dicit cælum exhorruisse. Nam & per Elyam idem Dei dolor est, dum in hoc duo testatur Elementa, dum ait: *Audi cælum, & percipe auribus terra. Filios generavi, & Isrl. exaltrui: ipsi autem me dereliquerunt.*

I. Co. 3. & 6.

Psal. 49.

Cant. 2. 5. & 6.

Eccle. 34.

Psal. 140.

Psal. 44.

Ioan. 1.

Matth. 3.

Marc. 1.

Luc. 3.

Psal. 44.

Sap. 4.

Hierem. 1.

Quare non de hac lectione aliquid, frater Parmeniane, dixisti? An quia hic non est aqua nominata? Intellexeris enim studio criminandi sic palpasse legem, ut ubique aquam scriptam legeris, praestigii quibusdam ad invidiam collegeris, & euerriculo quodam malitiae argumentorum intexto, ad te omnia quae sunt bona traxisti. Nam qualis est tuus intellectus in hoc capitulo Hieremiae, cum clamaret Deus se desertum esse, & sic effoscos lacus? pro se irascitur, non pro te sua. Aqua enim baptismatis res Dei est, non Deus. Quare vides, te sine causa fecisse conuictum: & fingens pro arbitrio tuo, quod voluisti, ut Taurionum & Macariorum lacerares, perdidisti, quod sapiens videris, dum sensus tuos invidia deprauasti, & intelligendi tibi aditus clausisti. Probatum est ergo, te non contra nos, sed contra vos dixisse, quod ante dictum est de oleo & sacrificio peccatoris.

OPTATI EPISCOPI MILEVIT.

CONTRA PARMENIANVM.

Liber Quintus.



Vi fuerint Traditores & auctores schismatis, in primo libro manifestissimis documentis ostendimus, & apud nos esse vnam & veram Ecclesiam Catholicam secundo monstrauimus. Tertio vero probauimus, quae asperae factae esse dicuntur, ad nos minime pertinere, & vos magis peccatores esse, iudicio diuino docuimus, iam de baptismo hoc loco dicendum est: in qua re, quae nunc agitur quaestio tota consistit, quod baptisma vestra violauit audacia, dum id voluistis iterare, quod semel mandauit Christus. Quod nec tu negas, frater Parmeniane, quia in principio tractatus tui, multa contra vos pro nobis, quae sunt nostra, dixisti. Commemorasti enim in comparatione baptismatis, semel factum esse Diluuium. Et vnam Circumcisionem fuisse apud populum Iudaeorum. Et cum haec initio dictionis tuae tractaueris, in processu tractatus tui, horum immemor factus es, inducendo duas aquas, & de aqua vera & falsa dicturus, principium sermonis tui insipienter perstruens ordinasti: Infirmam, confirmas sancti baptismatis unionem. De Circumcisione Iudaica, quasi fundamenta iactate voluisti, quod baptisma Christianorum in Hebraeorum Circumcisione fuerat adumbratum. Defendisti Catholicam dum impugnas. Etenim in progressu tractatus tui, alterum te inanire professus es, ut alterum replere videris. Extra haereticorum baptismata, dum dicis alterum & alterum, licet diuersa ostendere conatus sis, non possis negare: quia duo sunt: ex quibus dum conaris auferre alterum, laborasti ut de secundo quasi primum facere videreris. Circumcisio ante aduentum baptismatis in figura praemissa est, & a te tractatum est, apud Christianos duas esse aquas, Ergo & apud Iudaeos duas Circumcisiones ostende, alteram meliorem, peiorem alteram. Hoc si quaeras, non poteris inuenire. Abrahae profapia qua Iudaei censentur, hoc sigillo se insigniri gloriatur. Ergo talis debet veritas sequi: qualis eius imago praemissa est. Nam & Deus, qui voluit ostendere rem singularem postea esse debere, non de auricula, non de digito voluit aliquid tolli: sed ea pars corporis electa est deperire, ut semel ablatum, salutare in illis faciat signum, quod non potest iterum fieri. Semel enim factum seruat salutem: Si iterum fiat, potest afferre perniciem. Sic & Baptisma Christianorum, Trinitate confectum, confert gratiam: Si repetatur, facit vitae iacturam. Quid igitur tibi placuit, frater Parmeniane, rem singularem proponere, &

Baptisma, a Donatistis iteratum.

Baptisma confert gratiam.

contra hanc, licet diuersa, duo baptismata comparare: Vnum verum, alterum falsum? Sic enim postea disputasti duas aquas esse, cum vobis vnam vindicans veram, nobis mendacem ascribere voluisti. Post hoc & Cataclysmi fecisti mentionem. Erat quidem imago baptismatis, ut inquinatus totus orbis, demersus peccatoribus, lauacro interveniente, in faciem pristinam mundaretur. Sed quid postea dicturus eras, extra haereticorum morbidos fontes esse, etiam aliam aquam, id est, mendacem, contra veram: ut quid Cataclysmum (quod semel fuit) commemorare voluisti? Si ita est, ostende prius duas Arcas non similes, & duas Columbas dispares, diuersos ramos pro suo portantes, si aquam veram & falsam probaturus es. Aqua igitur sola & vera illa est, quae non de loco, non de persona, sed de Trinitate condita est. Et quia dixisti, & aquam esse mendacem, etiam hoc discere, ubi eam poteris inuenire. Apud Praxeam Patripassianum, qui ex toto filium negat, & patrem passum esse contendit: cum sit filius Dei veritas, sicut ipse testatur, dicens: *Ego sum ianua & via, & veritas*. Ergo si filius Dei est veritas, ubi ipse non est, mendacium est. Cum apud Patripassianos non est filius, non est nec veritas: Et ubi veritas non est, ibi est aqua mendax. Quare vel sero desine confingere crimina, & quod in Patripassianos dictum est, in Catholicos noli transferre. Nunc quoniam manifeste monstratum est, a nobis & pro nobis dici potuisse, quod de diluuiio & Circumcisione locutus es: Consequens est ostendere, quomodo laudem baptismatis ita dixeris, ut in ea multa pro nobis & pro vobis, aliquid tamen & contra vos. Pro vtriusque illud est, quod & nobis commune est, ideo & vobis, quia ex nobis exiit. Denique & apud vos, & apud nos vna est Ecclesiastica conuersatio, communes lectiones, eadem fides: ipsa fidei Sacramenta, eadem mysteria. Bene igitur laudasti Baptisma. Quis enim fidelium nesciat, singulare Baptisma, virtutis esse vitam, criminum mortem, natiuitatem immortalem, caelestis regni comparationem, innocentiae portum, peccatorum (ut & tu dixisti) naufragium. Has res vniciuique non eiusdem rei operarius, sed credentis fides & Trinitas praestat. Deinde quaeris quid in laude baptismatis contra vos dixeris? Audi, sed prius est fatearis, quod omnes negare minime poteritis. Dicitis enim Trinitatem pro nihilo haberi, ubi non interfuerit vestra praesentia. Si nobis derogatis, vel deum reueremini, qui in trinitate prior est: Qui cum Filio suo & Spiritu sancto omnia operatur & complet, etiam & illic ubi non fuerit humana persona. Tu vero, frater Parmeniane, in laude aquae de Genesiorum lectione dixisti, aquas primum viuas animas aedidisse: nunquid sua sponte eas generare potuerunt? nunquid non & illic fuerat tota Trinitas? vtrique & illic fuerat Deus Pater, qui iubere dignatus est, qui dixit: *Educant aqua natantia & volatilia, &c.* Quod si sine operante heret quod factum est, diceret Deus, *Educite aqua.* Ibi erat ergo filius dei qui operabatur. Ibi erat spiritus sanctus, sicut lectum est: *Et spiritus dei superferrebat super aquas.* Nihil illic video quartum, nihil minus a tribus, & tamen natum est quod Trinitas operata est: Et non ibi fuistis: aut si sine vobis nihil debet licere Trinitati, reuocate pisces in originem: iam volantes aues fluctibus mergite, si vobis abicentibus nihil debet Trinitas operari. Cum ergo dixeris & vnum fuisse diluuium, & Circumcisionem repeteri non posse: Et nos docuimus caeleste munus vniciuique credenti a Trinitate conferri, non ab homine: Et quid vobis visum est, non post nos, sed post Trinitatem, Baptisma geminare? Cuius

Gen. 7.

Baptismi laudes.

Gen. 1.

Cuius de Sacramento non leue certamen innatum est, & dubitatur, an post Trinitatem in eadem Trinitate hoc iterum liceat facere. Vos dicitis, licet: nos dicimus non licet. Inter licet vestrum, & non licet nostrum, nutant & remigant animae populorum. Nemo vobis credat, nemo nobis: omnes contentiosi homines sumus.

Quaerendi sunt iudices: Si Christiani de vtraque parte dari non possunt, quia studiis veritas impeditur. Desoris quaerendus est iudex: Si Paganus, non potest nosse Christiana secreta. Si Iudaeus, inimicus est Christiani baptismatis. Ergo in terris de hac re nullum poterit reperiri iudicium, de caelo quaerendus est iudex. Sed ut quid pulsamus ad caelum, cum habeamus hic in Euangelio testamentum? Quia hoc loco recte possunt terrena caelestibus comparari: tale est, quod quicumque hominum habens numerosos filios. His quomodo Pater praesens est, ipse imperat singulis: non est adhuc necessarium testamentum. Sic & Christus, quamdiu praesens in terris fuit (quamuis nec modo desit) pro tempore quicquid necessarium erat, Apostolis imperauit. Sed quomodo terrenus pater, cum se in confinio senserit mortis, timens ne post mortem suam, rupta pace, litigent fratres, adhibitis testibus voluntatem suam de peccatore morituro transfert in tabulas diu duraturas. Et si fuerit inter fratres contentio nata, non itur ad tumultum, sed quaeritur testamentum. Et qui in emulo quiescit, tacitis de tabulis loquitur viuus. Is, cuius est testamentum, in caelo est. Ergo voluntas eius, vel in testamento, sic in Euangelio inquiratur. Etenim praesentia, quae modo facitis, iam futura coespexerat Christus. Denique cum laualet pedes discipulis suis, sic ait Petro filius Dei, *Quod ego facio, tu nescis, scies autem postea*. Dicens, *scies postea*, haec tempora designabat. Ergo inter caeteros testamenti titulos, hunc titulum de aqua constituit. Cum laualet pedes discipulis suis, tacetibus caeteris, si taceret & Petrus sola fecerat formam humilitatis nihil pronunciauerat de Sacramento baptismatis. Sed cum Petrus recusat, nec pedes sibi lauari permittit, negat illi Christus regnum, nisi accipisset obsequium. Sed cum caelestis regni mentio fieret, a quo pars corporis petebatur ad obsequium, totum corpus obtulit ad lauacrum. Nunc adferte omnes turbas, & singuli Christiani populi, Quid liceat, discite: dum prouocat Petrus, Christus docet: Qui dubitat, discat. Christi enim vox est, *Qui semel lotus est, non habet iterum necessitatem lauandi*. Et de eo lauacro pronunciauit, quod de Trinitate celebrandum esse mandauerat: non de Iudaeorum aut haereticorum, qui dum lauant, lordidant: sed de aqua sancta, quae de trium nominum fontibus inundat. Sic enim ipse dominus Christus praecipit dicendo: *Ite baptizate omnes gentes in nomine Patris & filij & spiritus sancti*. De hoc lauacro dixit: *Qui semel lotus est, non habet iterum necessitatem lauandi*. Qui semel dixit, prohibuit iterum fieri. Et de re locutus est, non de persona. Nam si esset distantia, diceret: *Qui semel bene lotus fuerit*. Sed dum non addidit verbum, bene, indicat quia quicquid in Trinitate factum fuerit, bene est. Inde est, quod simpliciter a vobis venientes excipimus, cum dicit: *Non habet necessitatem iterum lauandi*. Haec sententia generalis est, non specialis. Nam si Petro haec dicerentur, diceret Christus: *qui semel lotus est, non habet necessitatem iterum lauandi*. Ideo quotiens a vobis baptizatus aliquis, ad nos transitum voluerit facere, venientem hoc magistri exemplo tota simplicitate suscipimus. Absit enim, ut iam lotum reuocemus ad fontem: Absit,

Ioan. 13.

ibidem.

contra A. nabaptismum.

Tom. 2.

ut in Spiritum sanctum peccemus: cui facinori, & praesenti & futuro saeculo indulgentia denegatur: Absit, ut iteremus, quod semel est: aut duplicemus quod vnum est. Sic enim scriptum est, *Apostolo dicente: Vnus Deus, vnus Christus, vna fides, vna baptisatio*.

Denique vos, qui baptismata quasi libenter duplicare contenditis: si datis alterum baptismata, date alteram fidem: Si datis alteram fidem, date & alterum Christum: Si datis alterum Christum, date alterum Deum. Vnum Deum esse negare non potestis, ne in Marcionis foueas incidatis. Ergo Deus vnus est: de vno Deo vnus est Christus. Qui rebaptizatur, iam Christianus fuerat, Quomodo dici potest iterum Christianus? Vna fides hoc loco, ab haereticorum erroribus & ab eorum varia fide, fides vnica separatur. Et iam vobis praescribitur, qui post semel, iterum facitis, totum ponendo in dotibus, nihil in Sacramentis. Cum hoc nomen fidei pertineat ad credentem, non ad operantem: Quocumque enim interrogante, qui creditur, Deo creditur. Et post illius vnum credo, tu exigis alterum credo. Deinde sequitur vnum Baptisma, ut quia quod vnum est, sanctum est, per quod vnum est: non solum ab haereticorum prophanis, & sacrilegis baptismatibus separatur, sed ne duplicetur quod vnum est, aut iteretur quod semel est.

In hoc Sacramento baptismatis celebrando, tres esse species constat, quas & vos, nec augere, nec minuere, nec praetermittere poteritis. Prima species est in Trinitate, Secunda in credente, Tertia in operante. Sed non pari libramine ponderanda sunt singulae: Duas enim video necessarias, & vnam quasi necessariam. Principalem locum Trinitas possidet, sine qua res ipsa non potest geri: hanc sequitur fides credentis. Iam persona operantis vicina est, quae simili auctoritate esse non potest. Duae priores permanent semper immutabiles & immotae: Trinitas enim semper ipsa est: fides in singulis vna est: vim suam semper retinet ambae. Persona vero operantis, intelligitur duabus prioribus speciebus par esse non posse, ideo quod sola esse videatur mutabilis. Inter nos & vos vultis eiusdem personae esse distantiam: & sanctiores vos aestimantes, superbiam vestram non dubitatis antepone re Trinitati: cum persona operantis mutari possit, Trinitas mutari non possit.

Et cum ab accipientibus baptismata desiderari debeant, vos desiderandos esse proponitis. Cum operantes inter alios sitis, ostendite qualem in eodem mysterio locum habeatis, & an ex eodem corpore esse possitis. Baptismatis vnicum nomen est: cui subest proprium corpus: cui corpori certa sunt membra: quibus nec addi, nec auferri aliquid potest. Inter quae membra, si & eligendus operarius inuenitur, totum corpus ad operantem pertinet. Haec omnia huius corporis membra, & semper & semel secum sunt, & mutari non possunt. Operarij vero quotidie mutantur & locis, & temporibus, & personis. Neque enim vnus homo est, qui semper aut vbique baptizat in hoc opere. Iam dudum alij fuerunt, modo alij, postea alij futuri sunt: Operarij mutari possunt, Sacramenta mutari non possunt.

Cum ergo videatis, omnes qui baptizant, operarios esse, non dominos: & Sacramenta per se esse sancta, non per homines, quid est, quod vobis tantum viri dicatis? Quid est quod apud vos solos munus principale esse dicitis? Quid est, quod Deum muneremini.

rr ij

bus suis excludere contenditis? Concedite Deo præstare quæ sua sunt. Non enim potest munus ab homine dari, quod diuinum est. Si sic putatis, & prophetarum voces, & Dei promissa inanire contenditis, quibus probatur quia Deus lauat, non homo. Adest contra vos Dauid Propheta, qui ait in Psalmo 50. *Lauabis me, & super niuem dealbabor.* Item in eodem Psalmo. *Deus laua me ab iniustitia mea, & à delictis meis munda me.* Laua me, dixit: non dixit, *elige per quem lauer.* Et Esayas Propheta sic dixit, *Quoniam abluit Dominus sordes filiorum & filiarum Sion.* Non dixit, *lauabunt me, qui se sanctos putant.* Dignamini ut vel Prophetæ vos vincant, vel sic agnoscite quia non lauat homo, sed Deus. Quamdiu dicitis, qui non habet quod det, quomodo dat? Videte Deum esse datorem: Videte, Deum, vnumquemque mundare. Sordes enim & maculas mentis lauare non potest, nisi qui eiusdem fabricator est metis. Aut si putatis, quia lauacrum vestrum est, dicite, qualis est ipsa mens, quæ per corpus lauatur: aut quam habet formam: aut quo loco in homine habitat. Hoc homini scire negatum est. Ergo quomodo putas, quia lauas qui nescis quale sit quod lauas? Dei est mundare, non hominis: ipse per Prophetam Esayam promisit se loturum, dum ait: *Et si fuerint peccata vestra velut coccum, ut niuem in albabo, in albabo, dixit: non dixit, faciam in albabo.* Si hoc Deus promisit, quare vos vultis reddere, quod vobis, nec promittere licet, nec reddere, nec habere? Ecce in Esaya se promisit Deus in albare peccatis affectos, non per hominem. Reuertimini ad Euangelium: Videte, quid in salute generis humani sit pollicitus Christus. Cui cum mulier Samaritana aquam negaret, tunc à filio Dei dictum est, quod præscribat præsumptionibus vestris: *Aquam (inquit) quam ego do, qui biberit, non sitiet in æternum. Aquam quam ego do, inquit, non dixit, quam dederint qui se sanctos putant, sicut vos vobis videmini: sed se dixit daturum. Ipse est ergo qui dat ipsius est, quod datur: Quid est quod vobis tota importunitate vindicare contenditis.*

Cum hanc rem cumulet Ioannes Baptista, qui præcursor venerat Saluatoris, cum multos tingeret in penitentia & remissa peccatorum, nunciauit filium Dei esse venturum. Cuius verba hæc sunt: *ecce venit qui vos baptizat.* Et tamen non legimus post Ioannem Christum aliquem baptizasse. Quod ergo dixit: *Qui vos baptizat,* & veniens Christus illo tempore post Ioannem neminem tinxit: promissum erat temporibus nostris, ut ipse daret, quod hodie datur: secundum quod ait: *Aquam quam ego do qui biberit, non sitiet in æternum.* Nam & discipuli Ioannis, cum diceret Magistro suo: *Ecce quem baptizasti, baptizari? Baptizabat quidem, sed per manus Apostolorum, quibus leges baptismatis dederat.* Denique lectum est alio loco: *Nam ipse neminem baptizauit, sed discipuli eius.* In hac re omnes discipuli eius sumus, ut nos operemur, ut ille det qui se daturum esse promisit. Et tamen cum Ioannes infinita millia hominum baptizaret, iam Christo præsentem operabatur seruus, & vocabat dominus antequam baptizandi daret formam. Peractum est non modicum tempus, millia hominum in penitentia & remissione tincta sunt peccatorum. Sed nemo tinctus fuerat in Trinitate: nemo adhuc nouerat Christum: Nemo audierat esse Spiritum sanctum. At ubi venit tempus plenitudinis, certo tempore dedit leges baptismatis filius Dei: Et dedit viam qua ireretur ad regna cælorum, Dum præcepit dicens: *Ite docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti.* Ex ea die oportuit fieri quod mandatum

est. Ante tempus noluit emendare quod operatum est, ne licentiam rebaptizandi daret: quamuis alterum fuerit baptisma Ioannis, & alterum sit Christi, baptisma Ioannis ante leges plenum voluit esse, quod non erat plenum. Et tamen supra memorata millia hominum, quia in Deo crederant, & quomodo non erat negari non potuit. Inde est vox filij Dei dicens: *A diebus Ioannis usque in hodiernum, regnum Dei vim patitur.* Et qui vim faciunt, diripiunt illud: Ideo dixit, vim patitur, quia adhuc baptizabat Ioannes. Denique quia alterum tempus erat ante præcepta, alterum post præcepta. Qui post præcepta, in nomine Saluatoris baptizati sunt, in regnum legibus intrauerunt. Qui ante præcepta, sine lege vim fecerunt, sed exclusi non sunt. Ergo ante præcepta, baptisma Ioannis, cum esset imperfectum, pro perfecto iudicatum est ab eo cuius nomen indicabat. Et quia quasi limes quidam fixus esset iussionis inter tempora antecedentia & sequentia: Cum apud Ephesum baptizarentur aliqui baptisma Ioannis post præcepta, hos videns Beatissimus Paulus interrogauit, An accepissent Spiritum sanctum: Dixerunt se illi nescire, an esset Spiritus sanctus. Et dixit illis, ut post baptisma Ioannis acciperent Spiritum sanctum. Sic enim baptizati erant, quemadmodum multi à Ioanne fuerant baptizati. Sed qui ante leges baptizati sunt, ad indulgentiam pertinerunt, quia præsens fuerat qui indulgentiam daret: & non erant ex toto rei, qui legibus non fuerant occupati. Hi verò, qui apud Ephesum post leges, Ioannis baptismate baptizati fuissent leguntur, post leges in Sacramento errauerant: quia iam introductum fuerat baptisma Domini, & excludum fuerat serui. Et ideo, quia post mandata diuina, legibus debuerant ire in regnum, non per violentiam (iam enim terminum temporis fixerat Christus, dicens: *A diebus Ioannis usque in hodiernum.*) Post hodiernum iam non licebat quod heri licuerat. Quare nolite vobis blandiri de dicto Apostoli Pauli, qui non post personam operarij interrogauit, sed post rem: cui res non persona displicuit. Denique baptisma Saluatoris iussit, ut discerent qui non nouerant, quia non ipsum sed aliud acceperant. Vos verò quid imitramini? si res potestis mutare, recte feceritis: si tamen de lege aliquid faceritis. Paulus dixit, *In quo baptismate baptizati estis?* Et dixerunt, *Ioannis.* persuasit eis ut baptisma Christi acciperent. Vos non dicitis, quid accepistis, sed à quo accepistis. Et insectamini in personas hominum, & vultis iterare quod semel est. Qui baptizati erant apud Ephesum, crediderant in penitentia & remissione peccatorum: Recte illis dictum est, ut baptizarentur in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Vos vero quid mutatis in hominibus, qui iam dixerunt, se credidisse in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: Siue ipsum interrogatis, siue aliud conuincamini, necesse est peccare vos: Siue aliud interrogetis quod iussum non est, siue hoc vultis facere, quod iam factum est. Redeo nunc ad illud vestrum quod dicitis: *Qui non habet quod det, quomodo dat?* Vnde hæc vox est: De qua lectione recitari potest: *Vox est de vico, non de libro collecta.* Qui non habet quod det, quomodo dat? Hæc verba scripta in lege non sunt. Nā si (ut vultis) homo dat, Deus vacat. Et si Deus vacat, & apud vos est omne quod dandum est, ad vos sit conuersio: quos baptizatis, in nomine vestro tingatur. Erubescite B. Paulo clamante, & suam gratulationem profitente: *Nunquid in nomine meo baptizati estis?* Ille gaudet quod duos solos & vnam domum baptizauerit

Vox de vico.

ptizauerit. Et vos, populos rebaptizare contenditis, & peccasse vos & peccare gaudetis, dicens: *Quid dat qui non habet quod det?* cui creditur, ipse dat quod creditur, non per quem creditur. Denique sub Ioanne infinita multitudine hominum baptizata est, quod Ioannem aut accepisse, aut habuisse quod daret. Illo autem operante dabat Deus, qui dando non deficit. Et nunc operantibus cunctis humana sunt tempora, sed Dei sunt mœra. Iam illud quam ridiculum est, quod quasi ad gloriam vestram à vobis semper auditur: *Hoc munus baptismatis, est dantis, non accipientis.* Et vnam hoc de Deo diceretis, qui huius rei dator est. Sed quod stultum est, vos dicitis esse datores: Si ita est, & nos & vos tenemus singulos Gentiles: vos, qui vos sanctos dicitis, interrogate eum quem tenetis, an renunciet diabolo & credat domino? Et ille dicat, *Nolo.* Contra, nos peccatores (ut vultis) interrogemus alterum Gentilem an renunciet diabolo & credat Deo, &c. Et dicat, *renuncio & credo.* Cum vos tingatis nolentem, nos volentem: dicatur, quis eorum possit ad Dei gratiam pertinere. Vtique sine dubio ille consequitur qui credit, non ille, pro cuius voluntate (ut dicitis) sanctitas vestra succedit. Operarios vos vel sero cognoscite. Aut si in operato est res ipsa, & non in se, hoc sibi vindicent & aliqui homines in artibus suis, ut quia sic pronocatis ad res diuinas, etiam artes comparemus humanas. Cum preciosus inficitur color, natura sæpe couertitur. Dum conuersione vellus candidum purpurascit: Sic alba lana regalem transit in purpuram. Quomodo Cathecumenus in fidelem: Vtique dum incipit esse quod non erat definit esse quod fuerat: Lana & colorē mutat & nomen. Et homo & vocabulum mutat & mentem. Considerata sunt effecta, retractanda sunt efficiencia. Dicitis à te datum esse, quod homo fidelis effectus est. Si hoc totum meū est, dicat & operarius purpura, quod preciosum colorem in suis manibus habeat: non procurrat preciosa pigmenta ex Oceano multis ignota, quibus vellera, per colorem promoueantur in admirabilem dignitatem: non admixto sanguine piscis, purpuram solo tactu conficiat. Igitur ut operarius iste per tactum solum dare colorem non potest, sic nec operarius baptismatis, ex se sine Trinitate dare aliquid potest. Tale est hoc, vnde modo certamen est. Nam in quo baptizarentur gentes, à Saluatore mundatum est: per quem baptizentur, nulla exceptione, disceretur est. Non dixit Apostolus, *vos facite, alij non faciant.* Quisquis in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptizauerit, Apostolorum opus impleuit. Denique lectum est in Euangelio, Ioanne dicente: *Magister, vidimus quendam in nomine tuo expellentem demones, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum.* Sic Christus ait, *Nolite prohibere, qui enim non est contra vos, pro vobis est.* Nam & ipsis mandatum est sic ut opus esset illorum, sanctificatio Trinitatis, nec in nomine suo tingerent, sed in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. Ergo nomen est quod sanctificat, non opus. Intelligite vos vel sero operarios esse, non dominos. Et si Ecclesia vinea est & vites sunt homines & ordinati cultores: Quid in dominium patrisfamilias irruistis? Quid vobis, quod Dei est, vindicatis? Quid vultis vestrum esse totum, ubi nec partem poteritis habere? Nam propter tumorem vestrum, quo in nos intumescitis, increpat Corinthios beatissimus Paulus: in se & Apollo actus nostri temporis conformat: *Ne alter in alterum (inquit) intumescat.* Ut ostenderet, quia hoc totum Sacramentum baptismatis, Dei est, & illic sibi nihil vindicet operarius, sic ait: Ergo plantauit, Apollo rigauit.

Res in opere vata.

Marc. 9. Luc. 9.

1. Cor. 3.

Tom. 2.

Id est, de Paganis catechumenum feci: Ille catechumenum baptizauit: Sed ut cresceret quod plantatum aut irrigatum est, Deus fecit. Nam & quibus hodie volens vineam pastinare, operarium placita mercede conduxit: qui curuato dorso & desudatis lateribus, sinus terræ faciat, ubi deponat electa plataria, & aquam calcatis scrobibus superducat: Scrobem fodere, & plataria ponere potest: aquam inducere potest, imperare ut teneat non potest. Est enim hoc solius Dei, de medullis palmitum producere radices coalescentes in terram, & gemmantes oculos, incrementa frondium prouocare. Denique Beatus Apostolus Paulus, ut vestram presumptionem tumoremque compeferet, ne se astitmet operarius baptismatis, aut habere dominium, aut de tanto isto munere particulam sibi aliquam vindicare: indicans, quia totum Dei est, sic ait: *Neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed solus Deus, qui ad incrementa perducit.* Operati inter alios estis in trāte sole, hoc est, finito seculo: potestis, in die retributionis, nobiscum de mercede contendere. Nolite vobis Maiestatis dominium vindicare: Nam si ita est, vindicent sibi & ministri, qui mensæ dominicæ famulantur, ut pro humanitate exhibita, ab inuitatis gratulatio eis referatur. Christi vox est inuitantis: *Venite benedicti Patris mei:* veniunt gentes ad gratiam. Exhibet ille qui inuitare dignatus est: ministerium exercet turba famulorum. Non famulantibus, sed pascenti referenda sunt gratiæ. Vos nobiscum comministri sitis: inuerecundè totum vobis conuuij dominium vindicatis: cum se & ceteros beatissimus Paulus famulos cum humilitate fateatur. Ne quis putaret, in solis Apostolis aut Episcopis, spem suam esse ponendam, sic ait, *Quid est enim Paulus, vel quid Apollo? Vtique ministri eius, in quem credidistis.* Est ergo in vniuersis seruientibus non dominium, sed ministerium. Vides ergo frater Parmenian, ex tribus speciebus supra memoratis, illam primò tripartitam esse immotam, inuictam & immutabilem: & operantis temporaria esse personam. Restat ita de credentis merito aliquid dicere: Cuius est fides, quam filius Dei & sanctitatis suæ anteposuit & Maiestati. Non enim potestis sanctiores esse, quam Christus est. Ad quem cum mulier illa veniret, cuius filia erat mortua, & rogaret ut suscitaretur, nihil promisit de virtute sua, sed post fidem interrogat alienam, ut si mulier crederet, pro matris credulitate, filia surgeret. Si non crederet, virtus filij Dei feriat cessaret. Interrogatur mulier: Respondit se credere fieri posse quod rogabat. Iubetur ire, redit ad domum mulier, inuenit puellam viuam, quam dimiserat mortuam. Non ruit in oscula, non properat in amplexus, sed redit ut Saluatori gratias ageret. Et ut ostenderet filius Dei, se vacasse, fidem tantummodo operatam esse: *Vado (inquit) mulier in pace, fides tua te saluauit.* Vbi est quod dicitis: *Dantis est non accipientis?* Quid vobis videtur & Centurionis fides? cuius puer cum male haberet, saluatorem petiit, ut ab eo mortem repelleret. Iam Christus pereuntem veniebat ad puerum, sic eum Centurio tenuit, indignitatem recti sui confessus, quod filius Dei totus non deberet intrare, sed suam virtutem mittere, qua, puer, fugata morte, reuiuiscere potuisset. Non fortitudo Centurionis, & non sapientia laudata est, sed fides. *Et curatus est puer in illa hora.* Certe dantis est, non accipientis. Multa sunt huiusmodi in Euangelio de fide perfecta, sed vel tria complenda sunt fidei testimonia. Quid vobis videtur & illa mulier, quæ de secreto carnis famularum, cum per annos duodecim laboraret, et iij

1. Cor. 2.

Math. 20.

Math. 25.

1. Cor. 3.

Math. 8.

Luc. 7.

Math. 8.

& omnem substantiam suam in medicos erogasset: cum videret a filio Dei tantas celebrari virtutes, processit in turbam, videt medicum, videt & populum: cogebat illam dolor, vt medicinam peteret: pudor impediēbat ne causam suam coram masculis indicaret. Inuenit cōsiliū tacita fides: *Mittam* (inquit) *manum meā: & tangeam* *umbilicū vestimenti eius, & sana* *fiat*. Nemine vidente inter turbas, manum misit, tetigit & sanata est. Nec ausa est indicare, quod ausa non fuerat petere. Sed ne fructus fidei apud ignorantes latere videretur, Sic saluator ait: *Quis me tetigit?* Mirati sunt discipuli eius, dicentes: *Turba te comprimit, & dicit quis me tetigit?* Et Christus, *Quis me* (inquā) *tetigit? sensi enim a me exisse virtutem*. Sic mulier confessa est, se tetigisse, & sanatam esse. Iam dudū mater pro filia petit, pro puero Centurio postulauit: Hoc loco nec mulier petit, nec Christus promissit, sed fides tantum quātum præsumpsit, exegit: Certe dantis est, non accipientis. Nam quod ad amplificandos tractatus tuos, frater Parmeniane, Naaman Syrum, quasi immaturam quandam durissimorū nascēntium vulnerum massam, diu describere voluisti, quid hoc ad præsēntem pertinet causam? Bene hoc dices, & longa oratione recte vti potuisses: si inuenires aliquem catechumenū scabrosissimis moribus, qui generet durissimam mentem: qui lenissimam gratiam aquæ salutaris accipere detrectaret. Bene hominis inuolutionem verbis a te dictis ostenderes. Bene veteris naturalem duritiam in infantilem carnem immutari ac molliri posse monstrares. In hoc vero negotio, quod inter partes, tempore præsente tractatur, vt quid a te talis commemorata est lectio? In qua non legitur aliquis illum leprosum Syrum vel iussione Helisæi lauisse, vt merito denno melius lauaretur. Quod & si fieret, nec sic vobis occurreret quod recte imitari possētis. Non enim legitur ille prius lauisse in fluminibus Syriæ, aut ab aliquo lotus esse, & nihil profecisse. Nam & si hoc legeretur, non ad Helisæi laudem, qui non lauit, sed consiliū dedit: sed ad Iordanis gloriam pertinere, illi homini in eo flumine primitiuam gratiam prouenisse, in quo postea sub Ioanne per confessionem in pœnitentia populorum peccata fuerant moritura. Postremo, qualis est illa pars tractatus tui de cœlestibus nuptiis, vbi spem amputans futurorum, totum in præsenti tempore posuisti dicendo, a societate vestra proiectū esse eum qui ianitores & ministros sefellere vestros, vt a communione fidelium, foras cū iniuria mitteretur. Si ita est, nihil est quod speret fides: Nihil, quod resurrectio representet, nihil quod in cœlis amplius expectetur. Nihil quod rex ille & paterfamilias Deus, in suo conuiuio agnoscat, cum præsēntia multorum gaudeat, & de aliquorum absentia contristet. Et multos dicat vocatos, & paucos electos. Nihil erit, quod irascatur vestem nuptialem non habenti: Cum filius Dei ipse Christus sit sponsus. Et vestis & tunica natans in aqua, quæ multos vestiā, & infinitos expectet, nec vestiendo deficiat. Sed ne quis dicat, remerē a me filium Dei vestem esse dictum, legat Apostolum dicentem. *Quot quot in nomine Christi baptizati estis, Christum induistis*. O tunica semper vna & innumerabilis, quæ decenter vestiā, & omnes aetates & formas, nec in infantibus rugatur, nec in iuuenibus tēditur, nec in fœminis immutatur. Aderit profectū ille dies, vt cœlestes nuptiæ incipiant celebrari. Illi qui baptisina singulari seruauerint, securi discumbent. Quicumque a vobis se rebaptizari consenserit, huiusmodi homini non denegatur resurrectio, quia credidit in re-

Math. 9. Luc. 8.

4. Reg. 5.

Math. 10. Math. 22.

Gal. 3.

resurrectione carnis: resurget quidem, sed nudus. Sed quia nuptiali veste a vobis se expoliari permisit, hanc patrisfamilias audiurus est vocem: *Amice*, hoc est dicere, *cognosce te, cum aliquando renunciaueris diabolo, & ad me conuersus fueris*. Et dederam tibi vestem nuptialem? vt quid sic venisti non habens vestem nuptialem? Hoc est dicere, *Quare non habes, quod tibi dedi?* Nemo enim potest irasci non habenti rem quæ data nō sit: Vestem nuptialem inter istos acceperas, & solus non habes: Quare nudus & lugubris venisti? Quis tibi detraxit spolia? Quas frudulentas adisti fauces? Quot incurriti latrones? Quotquot tales venturi sunt, locum in illo conuiuio non habebunt.

OPTATI EPISCOPI MILEVIT.

CONTRA PARMENIANVM.

Liber Sextus.

N dubitanter & liquido demonstratum est, in diuinis Sacramentis quid nefarie feceritis. Iam illa ostendenda sunt, quæ crudeliter ac stulte vos fecisse, negare minime poteritis. Quid enim est tam sacrilegum, quam altaria Dei (in quibus & vos aliquando obtulistis) frangere, raderē, remouere? In quibus vota populū, & membra Christi portata sunt: Quo Deus omnipotens inuocatus sit. Quo postulatus descendit Spiritus sanctus: vnde a multis pignus salutis aeternæ & tutela fidei, & spes resurrectionis accepta est. Altaria, in quibus fratemitatis munera non iussit saluator poni, nisi quæ essent de pace condita. *Depone* (inquit) *munus tuum ante altare, Math. 5. & prius concordatum fratre tuo, vt possit pro te sacerdos offerre*. Quid est enim altare, nisi sedes & corporis & sanguinis Christi? Hæc omnia furor vester aut rasisit: aut fregit, aut remouit. Hoc igitur inexcipiabile nefas, si de aliqua ratione descendit, vno modo fieri debuit. Sed, vt ætino, alio loco copia lignorum si angustia iussit, alio, vt altaria raderent, lignorum inopia imperauit: vt remouerentur ex parte, verecundia iussit: vbi que tamen nefas est, dum tantæ rei manus sacrilegas & impias intulistis. Quid perditorum conductam referam multitudinem & vinum in mercedem sceleris datum? Quod vt immundo ore sacrilegis hausibus biberetur calida de fragmentis altarium facta est. Si liuoris iudicio non vobis sordidi videbamur, quid vobis fecerat Deus, qui illum inuocari consueuerat? Quid vos offenderat Christus, cuius illic per certa momenta corpus & sanguis habitabat? Quid vos offendistis etiam vos ipsi, vt illa altaria frangeretis in quibus ante nos per longa temporū spacia, sancte, vt arbitrabamini, obtulistis? Dum impiè persequimini manus nostras illic, vbi Christi habitabat, feristis & vestras. Hoc modo ludæos estis imitati. Illi iniecerunt manus Christo in cruce: a vobis percussus est in altari. Si Catholicos illic insectari voluistis, vel vestris illic antiquis oblationibus parceretis. Ibi modo superbus inuentus es, vbi iam dudum humilis offerebas: Ibi libenter peccas, vbi pro multorū peccatis orare consueueras. Hoc faciendo in numerum sacrilegorū Sacerdotum libenter intrastis, sociati sceleribus prophanoū. De quibus apud dominum Elias propheta querelā deponit. His enim locutus est verbis, quibus & vos inter alios ab ipso accusari meruistis: *Domine* (inquit) *altaria tua confringunt*. Dum dicit *tua*, indicat quia res est Dei, vbi Deo aliquid a quocumque oblatū est. Sufficeret infamiae vestræ, quod membra lanastis Ecclesiæ, quod Dei populos iam dudum in vinitate positos, vestris seductionibus diuistis.

Christus in altari percussus.

3. Reg. 16.

Inter

Inter hæc omnia, vel altari bus parceretis. Cur vota & desideria hominum cum ipsis altari bus eueristis? Illac ad aures Dei ascendere populi solebat oratio. Cur cōcidistis precibus viam? & ne ad Deū supplicatio de more solito ascensum haberet, impia manu quodammodo scalas subducere laborastis? Et tamen cum omnium vestram vna sit coniuratio, in hoc titulo simili errore dissimiliter deliquistis. Si succerat remouere, non licuit frangere: Si oportuit frangere, rasisse peccatum est. Si enim non licuit, sicut inter vos placuit, recte videtur fregisse, qui fregit: iam reus est, qui maiorem partem radendo seruauit. Quæ est ista noua & stulta sapientia, nouitatem querere in visceribus maiestatis, & remota quasi quadam corporis cute, in latente corpore curam quasi alteram querere: Vnde cū aliquid fuerit ablatum, iniqui potest, mutari nō potest. Rasisit equidē quod tibi visum est: sed adhuc ibi est quod odisti. Quid, quod si sic cōiurastis, vt quæ a nobis in nomine Dei in ipso mysterio tacta sunt immunda viderentur: Quis fidelium nescit, in peragendis mysteriis ipsa ligna lintea cooperiri. Inter ipsa Sacramenta velamen potuit tangi, non lignum. Aut si tactu possit penetrari velamen, ergo penetrantur & ligna. Si penetrari possunt ligna, penetrantur & terra. Si a vobis lignum raditur, & terra, quæ subter est, fodiatur: Altam facite scrobem, dum pro vestro arbitrio queritis puritatem. Sed obleruare: ne veniat ad inferos, & illic inueniat Corc, varam & Abiron schismaticos, magistros scilicet vestros. Ergo & fregisse vos & rasisse constat altaria. Quid est, quod in hac re subito vester quasi languere visus est furor? Videmus enim vos postea murasse consilium, & altaria a vobis iam non frangi, sed radi tantummodo aut remoueri. Si hoc sufficiebat, illa quæ prius facta sunt indicatis, quia fieri minime debuerūt a vobis. Hoc tamen immane facinus geminatum est, dum fregistis etiam Calices, Christi sanguinis portatores: Quorum species reuocatis in massas, merces nefariis nundinis procurantes, ad quam nec emptores eligerē voluistis sacrilegi, dum inconsideratē vendidistis. Passi estis etiā comburi manus vestras, quibus ante nos, eosdem Calices tractabatis. Eam rem tamen passim vendi iussistis. Emerunt forsitan in vsus suos sordidæ mulieres. Emerunt Pagani, facturi vasa in quibus incenderent idolis suis. O scelus nefarium! o facinus inauditum! auferre Deo quod Idolis præstes. Subducere Christo, quod proficiat sacrilegio. Sed video vos hoc loco inuidiam nobis falso constantē, ad Aggeum Prophetam velle confugere, vbi scriptum est, *Quæ tetigerit pollutus, polluta sunt*. Liuitore interueniente facile est iratis iactare cōuiuium. Sed semper dum intenditur crimen, necessaria est manifesta probatio. Quis enim nostrum intravit templum? Quis vidit sacra sacrilega? pollui homines possunt furis, sacrilegis nidoribus, sanguine. Sed in hac causa quis ingressus est Templum? Quis incendit Idolis? Quis immundis nidoribus maculatus est? Quis sanguinem vel pœcudis immundæ vel hominis, fundi aspexit? Quem probatis ad aliquod facinus commodalisse consilium? In societate alicuius sceleris vel vnum Episcopum conuincite, si potestis, sicut supra diximus. In hac causa quicquid asperē fieri potuit, dum illa res in origine vocatur, ad principes vestros pertinere monstrauimus. Vnde est quod Catholicos quasi pollutos appellas? An quia voluntatem & iustionem Dei secuti sumus, amando pacem, communicando toto orbi terrarum, sociati Orientalibus: Vbi secundum hominem suum natus est Christus, vbi eius sancta sunt im-

Cōtra eos qui vendunt Calices.

Agg. 2.

Orientalis Ecclesiæ laudes.

Agg. 2. pollutus, pollutum est. Fac aliquem pollutum esse, vt possit ab eo tacta videri polluta: esto, solus tactus sit, & non interueniat inuocatio nominis Dei, Quæ tetigerit pollutus, polluta sunt, inquinari possunt, si de Deo taceatur. Nam si sit inuocatio nominis Dei, ipsa inuocatio sanctificat & quod pollutum esse videbatur. Denique cum ducenta & quinquaginta thuribula, quæ sacrilegorum & peccatorum manibus portabantur, cum eodem peccatores absorberet terra, remanserunt de manibus eorum excussa thuribula. Et dum dubitaret Aaron sanctus Sacerdos, quidnam de his faceret, audiuit vocem Dei dicentis, Tolle Aaron hæc vasa, & facinde la-

Num. 16.

Luc. 10.

pressa vestigia, vbi ambulauerunt adorandi pedes, vbi ab ipso facta sunt tot & tantæ virtutes: vbi eum sunt tot Apostoli comitati: vbi est septiformis Ecclesiā: a qua vos concisos esse, non solum non doleris, sed quodammodo gratulamini? Quia vnitatem Deo placitam amauimus, pollutos vocas, quia Corinthiis, Galatis, Thessalonicēsis assensum accommodauimus, communionemque coniunximus. Pollutos vocas, quia furtiuas vobiscum non legitimus lectiones: aut negare vos alienas lectiones legere, si potestis. Vt quid audetis Epistolas, ad Corinthios scriptas, legere, qui Corinthiis communicare nolulistis? Vt quid ad Galatas, ad Thessalonicēses scripta recitatis, in quorum communione non estis? Cum hæc omnia ita esse constet, intelligite vos ab Ecclesiā sancta esse concisos, & nos non esse pollutos. Vbi est ergo quod tibi putas Aggeum Prophetam posse succurrere? Igitur altaria & vasa supra memorata, & in manibus vestris iam dudum fuerant & in nostris. Si infamatis manus nostras, quare illic dānatis & vestras? Sed dicitis lectum esse, *Quod tetigerit pollutus, pollutum est*. Fac aliquem pollutum esse, vt possit ab eo tacta videri polluta: esto, solus tactus sit, & non interueniat inuocatio nominis Dei, Quæ tetigerit pollutus, polluta sunt, inquinari possunt, si de Deo taceatur. Nam si sit inuocatio nominis Dei, ipsa inuocatio sanctificat & quod pollutum esse videbatur. Denique cum ducenta & quinquaginta thuribula, quæ sacrilegorum & peccatorum manibus portabantur, cum eodem peccatores absorberet terra, remanserunt de manibus eorum excussa thuribula. Et dum dubitaret Aaron sanctus Sacerdos, quidnam de his faceret, audiuit vocem Dei dicentis, Tolle Aaron hæc vasa, & facinde la-

Num. 16. mias, & pone in angulis Arce Testamenti. Quomam licet illi peccauerint qui ea ferebant, tamen vasa illa sancta sunt: quia nomen meum illic inuocatum est, dicit Deus. Et vique plus est portare, quamingere. Ergo iam liquido apparet, ex inuocatione nominis Dei posse aliquid sanctificari, etiam si peccator inuocet Deum. Non enim tantam vim potest habere tactus, quātam habet diuini nominis inuocatio. Nam & vos, qui vobis de vestra sanctitate præsūmitis, dicite, si tactus sanctificat aut inuocatio? vti que inuocatio, non tactus. Aut si de solo tactu præsūmitis, tangite tabulam, lapidem, vestem: Videamus an sancta esse possint, si de Deo taceatur. Iā illud quā stultum, quā vanum, quod ad voluntatē, & quasi ad dignitatem vestram reuocare voluistis, vt virgines Dei agerent pœnitentiam, vt iam dudum professe signa voluntatis capitibus, postea vobis iubentibus immutarent: vt mitellas alias proijcerent, alias acciperent. Primo dicite vbi vobis aliquid de mitella mandatum est: virginitas enim voluntatis res est, non necessitatis. Denique Stabularius ille Paulus Apostolus, cui confossus peccatorum vulneribus populus cōmēdatus, dpos denarios, quos erogaret, acceperat, duo scilicet testamenta: hæc per doctrinam quasi sumptus impendit: docuit quomodo coniugales Christiani debeant viuere: A quo cum quæteretur quid de virginibus præciperet? Respondit sibi de virginibus nihil esse mandatum: confessus est, se duo Testamenta, hoc est, duos denarios erogasse: explicati erant quodammodo sumptus. Sed quia qui sancium commendauerat, promiserat se redditurum, quicquid in curam amplius erogasset post impensos duos denarios: non præcepta, sed consilium erogat Paulus ad Virginitatem. Nec impedimento est voluntati, nec nolentes impellit aut cogit, Quæ dederis (inquit) *virginem suam, bene facis: & qui non*

1. Cor. 7. rr iiij

dederit, melius facit. Hæc sunt verba Consilij: Nec vlla sunt præcepta cõiuncta, vel de qua lana Mitrella fieret, aut de qua purpura tingeret. Non enim panno hoc potest virginitas adiuvant. Non enim inde compescuntur ætus animi, quos interdum ætas accendit: Non inde subleatur mens, quæ nonnunquam desideriorum ponderibus premitur. Nam si ita esset, non vna sed plurimæ, virginis capiti imponerentur: vt quotiescunque animum carnis desideria pungerent, contra impugnationem mentis, Mitrellarum numerus dimicaret. Res inuenta est ad signum capitis, non ad remedium castitatis. Denique talis pannus & deturbari, & rodi, & perire potest: Et tamen virginitas, si illa sit, sine mitrella tuta esse potest. Spiritale nubendi hoc genus est. in nuptias sponsi iam venerant voluntate & professione sua, & vt secularibus nuptiis se renouasse monstrarent, spiritali sponso soluere crinem, iam cœlestes celebrauerant nuptias. Quid est quod eas iterum crines soluere cõgitis? Quid (inquam) quod ab ipsis per vos exacta est professio secunda? Quis est alter spiritalis sponsus, cui iterum nubent? Quando mortuus est cui nupsent, vt iterum nubant? Nudatis denuo capita iam velata: de quibus professionis detraxistis indicia, quæ contra raptores aut petitores videntur inuenta. In mitrella iudicium est voluntatis, quid illic laiare auxiliium, vt rem iam Deo deuotam ne qui sponsabat, perseueret petere, aut ne raptor audeat violare: signum est ergo, non Sacramentum. Inuenistis igitur huiusmodi virgines, quæ iam spiritaliter nupsent: quasi secundas cõgitis ad nuptias, vt crines iterum solucret, imperastis. Hoc nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubant: Ex quibus si alicui maritum mutare contigerit, non repetitur illa temporalis festiuitas: Non in altu tollitur: Non populi frequentia procuratur. Detraxistis igitur non capitis ornamenta, sed (vt supra diximus) bonæ voluntatis indicia. Iam consecratas Deo asperistis immundis cineribus: crines iussistis, etiam salia aqua perfundi.

Et vtinam vel id quod tulistis, velociter reuocare velletis. Interposuistis moras, vt retracta in pristino habitu, aliqua diutius remaneret, retractis signis quibus se iam dudum contra petitores & raptores munierant. Qui cum viderent, præscriptionem sibi iam dudum oppositam, à vobis esse sublatam, de sponso raptorem effecti sunt. Nec visus est sibi vnusquisque peccasse, dum talem rapuit, qualem viderat, quando vt uxorem acciperet, postulabat.

In hoc genere tanta damna fecistis Deo, quanta lucra diabolo procurastis. Conflastis impie calices, crudeliter fregistis & incõsulte rasistis altaria. Puellas miseris non sine opprobrio, vt secundam mitrellam acciperent, cõgitis. Et illud prætermittere nequeo, quod nec Deo est placitum, nec à vestris cultoribus excusari, nec ab aliquo homine defendi potest. Per iudicia secularia & leges publicas, diuinæ legis instrumenta, executione officiorum à plurimis eripienda esse dixistis, volentes soli habere, quod pax in cõmuniõne possederat. Non vereor Christianus dicere, quod vobis postulantibus, Gentilis executio non potuit ignorare: velamina & instrumenta Dominica extorsistis, quæ iam dudum fuerant in cõmuniõne possessa. Extorsistis cõdicionibus pallas iudicio superbiæ vestræ vtraque arbitrari estis esse polluta. Nisi fallor, hæc purificare preperastis: lauistis proculdubio pallas: Indicate quid de cõdicionibus feceritis: in omnibus iudicium prouidentia vestræ debet esse æquale. Aut vtrunque laua, aut vtrunque

dimitte. Quod si aliter facias, corrupisti diligentia tua: palli lauas, codicem nõ lauas: Si in vna parte bonu, in altera malu est, nõ potes negare offendere in vna, si in altera promeris. Et si gaudes, quod in vna videaris religiosus, debes & plangere: quia teneris in altera parte sacrilegus. Iam illud quale est, quod in multis locis etiã parietes lauare voluistis, & inclusa spacia, falsa aqua & spargi præcepistis. O aqua, quæ dulcis à Deo creata es, super quam, ante ipsius natalem mundi, Sanctus Spiritus ferebatur: O aqua, quæ vt purum faceres orbem, lauisti terram! O aqua, quæ sub Moysè, vt natalem amaritudinem perderes, indulcata ligno, tot populorum pectora suavissimis haustibus faciasti! Restabat tibi post promotionem non leuiter degradari. Præsentia Moysi in te amaritudo moritur, & à schismaticis hominibus cum Catholicorum turba, dulcedo tua vexatur. Patres patimur bellum, pares expectamus vindicem Deu. Nunciate frater Parmeniane, quid vobis fecerat loc? quid ipsi parietes, vt ista pateretur? An quia illic rogatus est Deus? An quia illic laudatus est Christus? An quia illic innocatus est Spiritus Sanctus? An quia vobis absentibus illic Prophetæ & sancta Euangelia recitata sunt? An quia illic fratrum, iam dudum ligantium concordauerant mentes? An quia vnitas Deo placita, in qua habitabat, inuenerat domum? Indicate, quid illic lauare potuistis? Si Catholicorum vestigia: & in vico & in platea calcavimus, quare non omnia emendatis? Nam & fouendorum corporum causa, eadem nos & vos lauacra pariter abluerunt. Et ante vos frequenter nostrorum loci sunt multi: si post nos purificanda putatis, omnia lauate, & aquam si potestis. Aut si vestigia (vt supra dixi) nostra esse vobis videntur polluta, sufficeret terra: quid & parietes lauare voluistis, in quibus humana nõ possunt poni vestigia: parietes non calcare, sed tantum videre potuimus, si & quod tangit aspectus, lauandum esse censeris, cur cætera dimisit in lota? Videmus tectum, videmus & cœlum, hæc à vobis lauari non possunt, si illa lauando promeriti estis Deum: Ista non lauando, in expiabile videmini incurrisse peccatum. Cum igitur alibi quasi diligentes videri vultis, alibi negligentes estis inuenti: si tamen diligentia dicenda est stultitia, & (vt vero nomine appellatur) vanitas vestra, nisi forte quia hoc faciendõ, in pauore misistis populos imperitios, vt quia lota est columna, lauarentur & corpora. Si in his rebus consilium latet, miseris subtiliter decipistis. Si talis res sine consilio gesta est, manifesta est vestra hebetudo. Hæc vos stulte fecistis, & à vobis seducti cognoscunt: Nec vos ipsi negare poteritis. Quid referam etiam illam impietatem de vestra cõiuratione venientem, quia ad hoc Basilicas intrare voluistis, vt vobis solis Cimiteria vindicaretis, non permitteres sepeliri corpora Catholica: vt terreatis viuos, male tractatis & mortuos, negantes funeribus locum. Si inter viuentes fuerat certamen, odia vestra, vel mors aliena compescat. Iam tacet cum quo paulõ ante litigabas. Quid insultas funeri? quid imperis sepulturam? quid cum mortuis litigas? perdidisti malitiæ fructum. Et si corpora non vis in vnum quiescere, animas tamen in vno apud Deum positas, non poteris separare. Omnia denique, quæ à vobis geruntur, ex toto narrati nõ possunt. Sed concedatur vobis, qui erroris huius magistrum possidetis, iam & de vestris silere quis possit, de illis scilicet, quos aut factiõne aut subtilitate, vt vestros faceretis, seducere potuistis: non solum masculi, sed etiam femina, ex quibus subito facti sunt vulpes, ex fidelibus perfidi, ex patientibus rabidi, ex pacificis litigantes, ex

virginum Crinis, Cyllesti sponso solutus

Mulierum secundæ Nuptiæ non solennes.

Pallas Alaris.

Aquam degradari

Cimiteria

Ad Donatistas abominatio, mores quo modo mitati.

res, ex simplicibus seductores, ex verecundis impudentes, feroces ex mitibus, ex innocentibus malitiæ artifices. Post quod ad vos delapsi sunt aut delapsæ, dolent alios ibi esse, vbi nati sunt: Bene stantes, in lapsus suos inuitant. Si scirent se gloriam cõsecutos, foelicitate sua tacite fruerentur. Nunc autem perdit transitus suos cõsolari cupientes. ceteros vt similiter labantur, inuitant: Et residentes in sinu matris Ecclesiæ, quasi pigros & tardos accusant. His enim verbis loqui non erubescunt, Cai, Sei, Caia, Seia, quandiu te tenes? Hoc est dicere, iam meam debes sequi errorem, iam debes deferere veritatem: *Quandiu te tenes, hoc est dicere, imitare lapsus meos, imitare transitus turpes. Quandiu fidelis vocaris? iam fidem deserere, iam penitentiam discere.* Vos estis aucupes, & illi aut illæ sunt aues. Sed quia non est vnum aucupum genus: alij sunt qui arte simplici, altis fundatas radicibus in faciem nemoris diffusas arbores petunt, vbi aues simplici volatu naturalibus ramis insidunt: Non illic numerantur fraudes, non artificiosa consilia: Ars vna est & sola capiendi. Illi vos aucupi similes dico, qui post discessum noctis, ante lucis aduentum, non aliorum more naturales vadit ad arbores: sed ipse arboris portans, futurum nemus stringit in falcem, aridam arborum, nullis radicibus sustam, multiplici fraude componit. Cui adulterinos inserit ramos, & quæ suas iam dudum succisa perdidit, alienas accipit frondes. Alias aues clausas portat in cauea viscera, alias ad imaginem viuentium, olim extinctas, fallacibus ramis, quasi viuentes imponit. Aliæ latent in caueis: Aliæ quasi viuentes videntur in ramis. Iungitur vna geminata fraude calliditas, & vt decipi animum volantium simplicitas possit: quas mortuas esse constat, videntur tendere colla cum vocibus, & quæ latent in carcere suo, quasi de gutture cantant alieno. Inter alterius imaginem, & alterius vocem, dolus vnus operatur. Captivæ liberæ capiunt, & mortuæ viuentes occidunt. Tales sunt, quos aut rebaptizatione, aut penitentia sociastis, ne soli aut solæ perire videamur, alios vel alias secum perire, magno labore & studio contendunt.

Donatista vult aucupum elegans comparatio.

OPTATI EPISCOPI MILEVIT. CONTRA PARMENIANVM. Liber Septimus.

Post Traditores ostensos, & sanctam Ecclesiam demonstratam: post repulsa quas ingereratis calumnias: & post peccata vestra, quæ à Deo increpari meruerunt: ordine suo, & ratio Sacramentorum, & præsumptiones vestræ, & errores ostensi sunt. Iam responsum dictorumque nostrorum finis esse debuerat: sed quoniam post inuidiam siluam securibus veritatis abscissam, video adhuc vestras prouocationes pullulare posse, quibus potestis dicere, vos ad vnam Cõmunionem non oportuisse quæri: cum filios Traditorum vos esse constiterit, ad ea pauca respondeam. Reuera sufficiebat sibi Ecclesia, habens innumerabiles populos in prouinciis vnuerfis. Sufficiebat & in Africa, licet in paucis: sed Deo vestra separatio non placebat: quoniam diuisa fuerant vnus corporis membra: & contra voluntatem Dei, fratres à fratribus errabatis: quamuis domesticum iudicium in parentibus vestris operatum sit, vt vltro recederet qui pro admissa Traditione abiici debuerant: nullum iudicium celebratum est, sed sententia est operatus effectus. Pellendi fuerant post Traditionem, de qua sibi in cõcilio Numidia cõfessi sunt. Sed ne inuidiæ essent, ex-

Cir Ecclia sua Donatistas errant res requireret.

cusata est iudicandi seueritas, dum maiores vestri vltro inuenerunt de reatu consilium vt cooperto crimine suo, quasi superbi discederent, quibus & dolere & erubescere debebatur. Illi namque si illo tempore, bono pacis vnitatem facere debuerant, etiam & ipsi ab Ecclesia non fuerant repellendi, in quibus necessitas excusauerat voluntatem. Non enim aliqui illorum sponte Tradiderat, aut hoc peccatum cum cæteris delictis poterat coequari. Quicquid enim Deus fieri noluit, ore suo prohibuit, quomodo dixit, Non occides, non mœchaberis &c. Potuit etiam hoc prohibere quod à parentibus vestris admissum est: sed quoniam aliud est quod facit animus, aliud est quod operatur euentus, quicquid de voluntate potest ab homine fieri, hoc meruit prohiberi, Quicquid necessitas peccat, non potest magnis viribus accusari: Denique voluntas habet penam, necessitas veniã: homicida, scelus, dũ nemo cogit potest & facere, potest & nõ facere: adulteriũ mœchus, dũ de foris nemo compellit potest admittere, potest & nõ admittere, & cetera huiusmodi in quibus liberu habetur arbitriũ. Ideo prohibita dũ geruntur, iudicio destinantur: non interdita, dũ aliqua necessitate sunt, forte facile dignetur ignoscere qui noluit prohibere. Denique hoc delictum quod quasi Capitale potuit obiici parentibus vestris, si illo in tempore nudarentur aut in iudicium vocarentur, possent sibi exemplo non vno succurrere, vbi primis temporibus aut tabule legis fractæ, aut libri traditi esse leguntur vel incisi & incensi, & nemo damnatus est. Si (vt supra dixi) parentes vestri illo tempore nudarentur, si accusari potuissent, sine dubio dicerent, se nihil amplius fecisse à Moysè legislatore, quamuis non sibi similent, sed inter se repugnent necessitas & voluntas, cum eodem nomine legis, patrum vestrorum & Moysi vna fuerit causa. Possent dicere parentes vestri illud se de necessitate fecisse, quod Moyses prior fecerat de voluntate. Qui cum populo indignaretur, non considerauit, quia Deus digito suo scripserat: Et plus est quod scriptum est in cœlo, quam quod in terra: Et non est vnum quod fecit Dei digitus, & quod scripsit calamus humana manu compositus. Moyses ferebat, quod per nubem acceperat: & parentes vestri tradiderunt quod data mercede confecerant recte se parentes vestri defenderent, docentes Capitale crimen nõ esse, si id fecisset vnusquisque eorum magno metu perterritus, quod Moyses fecisset iratus: Et non legimus dominum indignatum esse Moysi, nec vindicasse contractas tabulas quas manu sua perscripserat, nec peccator appellatus est, nec punitus. Sic lex à Deo perfecta est, vt aqua de fonte dilabitur, aut poma quæ de arbore salua radice carpuntur. Non perit quod erogatum est, si in origine sua saluum est. Denique Moyses post tabulas sparsam legem & comminutam non damnati meruissent, Syna postea montem reuocatus ascendit, & loqui cum Deo iterum meruit, & secundum legem innouatam accepit, quam prodidit titulus libri qui Græco vocabulo Deuteronomos scribitur, Ecce Deuteronomium. Non perit in lege, quod saluum fuerat in origine. Sed ne cui videatur Moyses habuisse meritum, vt de colloquio quandam apud Deum fiduciam, & ideo Deum non iratum esse: & hoc si ita esset, semper amicitia meritum suum & fructum exigere debebat. Quare in eũ postea vindicatum est, quod offendit, non vt ostenderetur leue fuisse illud, quod iratus admiserat. Lex in Deo sana fuit & postquam ab homine cum tabulis lapideis facta est deuotio quæ ab homine debebatur, vbi exhibitã non est, Moyses illa pœna meruit, vt medio itinere

Liberum Arbitriũ Delictum Capitale.

toreretur ne terram promissionis intraret: unde constat non magnum peccatum posse computari, quod in praeceptis, exemplo patuit impunè committi. Hæc si à parentibus vestris dicerentur, quis eis communionem negare potuisset? Quid si & illa consequentia exempla haberetur in arca, & populus Israel in prælio vinceretur. Lex quæ in arca consilio populorum in hostes allata est, quæ ab ipsis Presbyteris & cæteris filiis Israel defendi non potuit, & inimicis est tradita, dum minus est reportata, tradita lege qui ad ferendam dixerant, fugerunt timidi, & non leguntur postea in vindicta aliquid passi. Si à parentibus vestris hæc ratio redderetur, quis eos à communionem sua repellere potuisset? Quid si nec illa exempla tacuissent Principes vestri: quibus legitur Baruch librum legis quem ex ore Hieremias Prophete excepit, tradidisse Scribæ Iudin: & à Principibus Regis iustum esse ut & ipse Baruch qui excepit, & Hieremias per quem Deus locutus erat, fugerent & laterent. Hieremias dictabat, Baruch tradidit, fugerunt ambo ad Ioaachim regem, & liber allatus est: qui, Rex cum ante se pro qualitate temporis frigidi aridam habuisset ardentem & librum à Iudin Scriba recitatum non libenter audiuerit, subinde concisum minutatim ignibus imponebat. Et non iratus est Deus vel Hieremias qui fugerat, vel Baruch qui cum eo fugies tradiderat, Quibus si Deus iratus esset, ad Prophetam aliquem alterum loqueretur: non ad alterum, sed ad ipsum Hieremiam locutus est, sic enim legitur. & factus est sermo domini ad Hieremiam postquam combussit rex capitulum libri, & sermones quos scripsit Baruch ex ore Hieremie, dixit Deus ad Hieremiam, Accipe tibi chartam alteram & scribe omnes sermones tuos qui tunc erant scripti in libro quem combussit Ioaachim Rex Iudæ. Ecce nec Deus iratus est, nec qui atferat, perit, nec Baruch puni- tus est, nec Hieremias à Deo contemptus est, unde apparet, quod in hac re grauis nunquam fuerit culpa quæ nunquam potuit sequi vindicta. Si hæc parentes vestri allegarent, quis illos à communionem reuocare potuisset? Denique cum videret Deus & à Moyse legis tabulas fractas, & arcam hostibus derelictam & post traditionem Baruch, librum legis & incisum esse, & combustum, indicat prouidentiam suam, & promissit se legem iam non in tabulis scribere, nec in libris, sed ipso interiori homine, hoc est, in mente & in corde vniuersi- usque credentis: Quomodo scriperat in corde Noë, Abraham, Isaac, & Jacob, & cæterorum Patriarcharum quos constat legitime sine lege vixisse. Quæ rem probat & Beatus Apostolus Paulus dicens, Scripta non attramento, sed Spiritu Dei viui non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Post legem à Moyse fractam & à filiis Israel hostibus derelictam, & offerente Baruch ad Ioaachim regem, & concisam & incensam ante tempora Christiana, vbi postea melius scripturur erat, legem indicauit Deus per Prophetam dicens. Quoniam hoc est testamentum meum, quod disponam domui Israel & domui Iudæ, & post dies illos dicit dominus, dans leges meas in corda eorum & in mentibus eorum scribam eas. Promissit hoc iam dudum & proximè reddidit temporibus Christianis. Ergo iam secundo loco est charta, secundo loco membrana. Si à Deo lex ibi scripta est unde tradi non possit, ut parentes vestri qui iam in Trinitate crediderant, quamuis libros tradiderint, nec corda nec mentes tradiderint suas in quibus Deus legem suam scripsit, sicuti se scripturum esse promiserat. Ybi est ergo frater Parmeniane quod

dixisti penitus exustam à Traditoribus legē: Ecce nec penitus exusta est, nec ex toto sublata, dū & in cordibus credentium manet, & librorum milia vbi que recitantur, unde apparet re parentes tuos quamuis per ignorantiam frustra accusare voluisset. Igitur si parentes vestri ad tempora vnitatis occurrerent tot exemplis rationabiliter redditis, & ipsi à communionem repellere non possent: quanto vos quos constat non traditores esse, sed filios traditorum, cum Patrum & filiorum & personarum discernantur & nomina, inter quas personas si non sit communis culpa, non potest vna esse sententia: Quamquam & si illorum vnitatis fieret, ad Ecclesiam Catholicam sponte venirent: non sicut vos, quos non sine voluntate Dei adiutos esse constat, ut rediretis unde erraueratis (quamuis adhuc æretis) si ad Catholicam (ut dixi) sponte venissent, quia traditores fuerunt. De talibus recipiendis dubitaret forsitan nostri maiores, sed nobis letandum est, quod tales vsque ad nostra tempora minimè durauerunt. Ergo hodie negotium nouum est, dum vobiscum res, non cum illis agenda est? Quamuis ab ipsis ad vos videatur hereditaria macula esse transmissa: tamen in hoc titulo non potestis rei esse cum patribus vestris, secundum iudicium Dei, qui locutus est per Ezechielem Prophetam dicens: Anima patris mea est: & anima filij mea est. Anima quæ peccat, sola puniatur. Quæ res iam & antiquis seculis in ipsis natalibus mundi comprobata est: nam non pertinuit ad Seth filium Adæ, Patris admissum. Sed ne quis dicat alio loco scriptum esse, dicente Domino: mala Patrum vsque in quartam progeniem redditurum: Illius sunt proculdubio ambæ voces: sed non ad vnum populum sonat vtraque. Prima est per Moysen ad certum genus hominum. Secunda per Ezechielem ad alterum genus hominum. Sed cum sciret Deus Iudæos apud Pontium Pilatum professuros, ut dicerent: Sanguis huius super nos, & super filios nostros: de præscientia Deus vidit pro magnitudine culpæ parum fuisse quod dicturi erant. Et ut competentibus penis lueretur offensio, ipsis Iudæis comminatus est, dicens se mala patrum vsque in quartam progeniem redditurum. Ergo hæc vox ad solos Iudæos specialiter pertinet. Cæterum, illa ad Christianos, qua Deus dignatus est promittere non vindicare in filios, si quid peccatur à patribus, nec in patribus si quid à filiis forsitan delinquatur. Cum & temporibus Moyse sine cuiusquam pœna lex iterata sit, & arca testamenti ab hostibus vltro sit reddita, & ab Hieremia, Deo præcipiente charta sit altera scripta, Quare putatur apud maiores vestros solos capitale fuisse peccatum, in quo per tot exempla nemo damnatus est. Nā si lex ideo data est ut homines docerentur, non ut ipsa lex quasi pro Deo coleretur, post factum patrum vestrorum nullum damnum passa est turba credentium, vnusquisque eorum sub metu Codices suos perdidit. Nam lex quæ necessaria fuerat, valet apud doctores populorum & cultores Dei. Bibliothecæ refertæ sunt libris, nihil deest Ecclesiæ, per loca singula diuinum sonat vbi que præconium: Non silent ora lectorum, Manus omnium codicibus plenæ sunt, Nihil deest populis doceri cupientibus, quamuis lex non magis pro doctrina quàm pro futuro iudicio scripta esse videatur: ut sciat peccator, quid pati possit, si minus iuste vixerit. Denique scriptum est & legitur, Quod iustus, lex data non sit, quia vnusquisque iustus, ipse sibi lex est. Et alio loco idem Beatus Apostolus Paulus dicit, quia lex non facit iustos, sed ipsa amat iustitiam. Semper in omnibus rebus efficiuntibus effecta quæruntur. Vacat lex quæ efficit, si per

1. Reg. 4.

Hier. 36.

Ibid.

1. Cor. 3.

Heb. 8.

Gen. 15. Gal. 3.

Rom. 1.

Ezech. 18

Ex. 20.

Mat. 27.

Peccatum Capitale.

1. Tim. 1.

per compendium paratum est, quod efficitur. Denique Abraham non dictum est. Crede, sed vltro credidit, in quo, sine lege, legis effectus impletus est. Non legitur, audiuit Abraham legem & credidit, sed legitur: Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iusticiam. & primis temporibus Noë Patriarcha nihil legitur. unde iustus fieret, & iustus electus est, qui fabricata arca solliciter in diluuium nauigaret. Longum est ire per singulos qui sine lege inuenti sunt iusti. Hæc si à vestris parentibus suo tempore dicerentur, quis eos à communionem sua repelleret? Qui si dicerent, non debere silentio præteriri quod Apostolus de extralegalibus ait, gentes quæ legem nesciunt, ea quæ legis sunt, faciunt, habent enim legem scriptam in cordibus suis. Nam & multi probantur in lege peccasse, & multi bene sine lege vixisse. Lex & homo duæ res sunt, sed pares esse non possunt. Non enim homo factus est propter legem, sed lex data est propter homines. Nusquam video damnū illatum Deo, dum & origo legis apud eam manet & postquam scriptura vestris parentibus tradita esse dicitur, nihil deest, omnia membra legis sana sunt, salua sunt, Recitantur, Nihil minus est de lege & docere, & docere cupientibus. An illud erat magis necessarium ut occideretur homo, ne scriptura aliqua traderetur. Quid quod nec homines occisi sunt, & omnes scripturæ non desunt. Non est vnum lex & Deus. Si pro Deo moriendum fuerat, qui & resuscitaret mortuos, & reddere præmium potest, liber non traditus de duobus his nec alterum potest. Impedit igitur necessitas vires suas. Non minus videmus negligentiam frequenter operari, quam necessitas operata est. Nam si membranæ aut libris, quibus scriptura legitima continetur in totum debet illæsa seruari, quasi non damnantur aliqui negligentes, non est longe tradere à male ponere, aut male ferre, alter in domo librum posuit, quæ domus incendit, alter in domo librum posuit, qui negligenter posuit, si damnandus est, qui postulandum librum territus dedit: damnatur etiam illi qui neglectas membranas aut libros ita posuerunt, ut eos domestica bestiola, hoc est mures ita corroserint, ut legi non possit. Damnatur & ille qui ita in domo posuit ut nimietate pluuiarum sic repta aliqua stillicidia deliquarent, ut omnia humore oblitterata legi non possint damnentur. Et illi qui feretes libros legis temerarij se rapacibus vndis fluminum crediderunt, & se liberari cupientes scripturas in vndis suis manibus dimiserunt. Ergo si scriptura vna est, & hanc qui seruare non potuit reus est, alter vndis tradidit, alter roboribus bestiis dereliquit, alius stillicidio corrupenda neglexit, alter metu mortis territus homo homini dedit, si vnum est, quod ab hominibus admittitur: Quare eligitur, qui damnatur, cum leuior culpa sit traditoris quam negligentis, qui ante mures posuit aut sub stillicidio reliquit, voluntate negligens fuit, & qui in fluuium perdidit, de temeritate peccauit, qui metu mortis aliquid tradidit, homo homini dedit, integrum erat apud dantem, integrum apud accipientem. Si quis accipit, statim tradidit, peccatum magis accedentis est non tradentis. Hæc si à maioribus vestris dicerentur, quando illos repellere à nostra communionem possemus. Si etiam Antiochi Regis tempora commemorare voluissent, quibus omnes Iudæi coacti sunt libros in incendium darent, & ita vniuersa scriptura data est, ut, apex vnus in aliquo libro minimè remansisset. De Iudæis illo tempore nemo damnatus est, nec à deo vel ab aliquo Angelo in quenquam Iudæum est vlla dicta sententia, quia peccatum fuerat imperatis & mi-

1. Mach. 1.

nantis, non populi cum tremore & dolore tradentis. Qui Antiochus ne aliquid primitiuo populo nocuisse videretur, statim prouidit Deus, ut per vnum hominem Hædræ qui lector eodem tempore dicebatur tota lex sicut antea fuerat ad apicem diceretur. Sic Tyrannus Antiochus fructum malignitatis suæ habere non potuit, dum præter septem fratres & vnus, leniorem carnem suillam manducare detrectantes, nullum Iudæum occidit, & lex perire non potuit. Sic & parentes vestri tempore suo nec ipsi occisi sunt, & libri legis dominicæ toti vbi que recitantur. Si parentes vestri ut supra dixi, hæc dicerent, quis illos in suam communionem non intrepide accepisset, vbi, ut dictum est, peccauerat necessitas non voluntas. Temporibus vnitatis, principes vestri qui probantur ista fecisse, iam è vnijs excesserunt, vobis hæreditariam maculam relinquentes, quæ prius, Deus à vobis prouidentia sua sic diluit, dum inter patres & filios (sicut supra diximus) separauit. Igitur quia tradere peccatum est, videant parentes vestri, quid iudicio Dei respondeant: vestrum tamen (qui ab alijs temporibus estis) peccatum esse non potest. Inde est quod vos iam dudum in communionem nostram volumus recipere, quia vos illo tempore non peccastis, sed principes vestri. Nam peccator talis quales fuerunt vestri maiores, si ad Ecclesiam veniat, & necessitatis suæ rationem ostendat, primo recipiendus est, deinde sustinendus pio sinu matris ecclesiæ. Nec quasi ex toto sanctus debet quis de altero iudicare: quia scriptum est in Evangelio, Christo dicente: Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis: maxime cum nemo ex toto sanctus poterit inueniri. Nam si sunt qui possint non habere peccatum, mentiuntur in oratione dominica, si sine causa indulgentiam postulant, dicentes Deo patri: Dimitte nobis peccata, sic ut & nos dimittimus debitoribus nostris: cum Ioannes Apostolus, & omnium conscientias prodit, & suâ designet his verbis. Si dixerimus, inquit, quoniam peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Cuius dicti rationem in quarto libro manifestius explanauimus. Sed fac & aliquos esse tota sanctitate perfectos, non licet ut sint sine fratribus, qui ne repellantur, Evangelica præcepta declamantes, scriptura muniantur. Ager est enim totus orbis, in quo est Ecclesia, & seminatur Christus, qui præcepta dat salutaria. Econtrario, homo est malus, id est diabolus, qui non in luce, sed per tenebras seminat importuna peccata: & in vno agro nascuntur diuersa semina: sicut in Ecclesia non est similis sibi turba animarum. Ager suscipit semina bona vel mala. Est diuersitas seminum, sed creator vnus omnium est animarum. Vnus Domini ager, vbi nata sunt zizania. Duo sunt auctores seminum: sed ager vnus dominum habet: ipsam Deum dominum. Illius est terra: illius sunt bona semina: illius est pluuia. Ideo vos adductos recipere in vnitatem consentimus: quia nobis, non licet vel separare, vel repellere: quamuis peccatores in vno agro nobiscum natos: quia in vna pluuia, hoc est in baptisate nutritos: quomodo non licuit Apostolis de tritico zizania separare: quia separatio sine exterminio fieri non potest: nedum euellit quod opus non est, conculcetur quod opus est. Pariter iussit Christus in agro suo per totum orbem terrarum, in quo est vna Ecclesia, & semina sua crescere: & aliena post crementa communia, venturus est iudicij dies, qui messis est animarum, sedebit iudex Filius Dei, qui agnoscat quid est suum, & quid alienum. Illius erit eligere quid condant in horreo, & quid tradat incendio: quos ad interminata tormenta destinet: &

1. Mach. 1. 2. Mach. 6.

Luc. 6.

Matth. 6.

1. Ioan. 1.

Matth. 13.

quibus promissa premia representet. Agnoscamus nos omnes homines esse. Nemo sibi usurpet diuini iudicii potestatem. Nam si sibi totum vindicet quibus Episcopus, dicatur: quid in iudicio actus est Christus? Satis sit homini, si de peccato suo reus non sit, quia ut de alieno iudex esse desideret. Professio denique nostra est non solum vos non repellere, sed etiam parentes vestros si eorum temporibus contingeret & vnitatis fieret, bonum pacis non repellere. Nefas est enim, ut Episcopi faciamus quod apostoli non fecerunt, qui permitti non sunt vel femina separare, vel de tritico zizania euellere. Quod si de recipiendis vobis Catholica dubitaret, nonne vos debuistis vnitatis adsequi formam? Sed exempla in Euangelio lecta proponere noluitis: ut est lectio de persona beatissimi Petri: ex qua, forma vnitatis retinende vel faciendae descripta recitatur. Equidem malum est contra interdictum aliquid facere: sed peius est vnitatem non habere eam possis. Quam vnitatem, ipsum Christum videmus praeposuisse vindictae suae, qui magis omnes discipulos suos voluit in vno esse, quam quod offensus fuerat vindicare: dum nollet se negare, promittit se apud patrem negaturum esse, qui se negaret apud homines. Et tamen non se promittit puniturum scripturam aliquam tradidisset. Grauius est enim negare enim qui locutus sit quam tradidisse verba quae locutus sit. Et cum haec ita scripta sunt, tamen bono vnitatis B. Petrus, cui satis erat si post quod negauit, solam veniam conquireretur, & praeferi Apostolis omnibus meruit, & clauis regni caelorum communicandas caeteris, solus accepit. Bono vnitatis, sepelienda esse peccata hinc intelligi datur, quod beatissimus Paulus apostolus dicat charitatem posse obstruere multitudinem peccatorum: Opera vestra, inquit, inuicem sustinent. Ecce alio loco ait. Charitas inquit, magnanimis est: charitas benigna est: charitas non zelatur: charitas non inflatur: non quaerit quae sua sunt. Et bene dixit. Haec enim omnia viderat in Apostolis caeteris, qui bono vnitatis, per charitatem noluerunt a communione Petri recedere, eius scilicet qui negauerat Christum. Quod si maior esset amor innocentiae, quam vilitas pacis & vnitatis, dicerent se non debere communicare, ut supra dictum est, beatissimo Petro, qui negauerat magistrum, & Dei filium Dominum. Possent non communicare (ut supra dictum est) beatissimo Petro: possent contra illum recitare verba Christi, qui promiserat negaturum se esse apud patrem, eum qui se coram hominibus denegasset. Ad quam formam debet diligenter attendi de qua dum pauca commemoro, ipsius sancti Petri beatitudo veniam tribuat. Si illud commemorare videor quod factum constat & legitur, dubito dicere peccasse tantam sanctitatem, sed ipse hoc factum probat, qui & doluit amarè, & fleuit vberim, qui nec doleret nec fletet, si nulla interuenisset offensio. Porrit utique caput Apostolorum ita se gubernare, ut nihil incurreret quod doleret: sed ideo in vno titulo eius, multa videntur errata, ut possit ostendi bono vnitatis omnia debere Deo seruari. Et nescio an in altero hoc genus peccati, tanti ponderis esse possit, quanto in beato Petro fuisse manifestum est. Quisquis enim forte in aliqua persecutione negauit filium Dei, in comparatione beati Petri videtur leuius deliquisse si negauit quem non vidit, si negauit quem non agnouit: si negauit cui nihil promissit: si semel negauit. Nam in beato Petro hoc genus peccati dilatum est: primum quod cum interrogaret Christus omnes quem se homines dicerent, vnus dixit Heliam: alter dixit Prophetam. Tunc Chri-

stus dixisse legitur. Vos quem me dicitis esse? Et ait illi Petrus: Tu es filius Dei viui. Pro qua agnitione laudari ab eo meruit quod instinctu Dei Patris hoc dixit. Et caeteris agnoscentibus filium Dei, solus Petrus agnouit. Deinde sub die passionis, cum diceret Christus: ecce teneor & fugietis omnes: tacentibus caeteris, solus se promissit non recessurum: de praesentia Filium Dei ait Petre, antequam gallus canteret me negabis. Additum est aliud ad pondus peccati, promissum scilicet quod non erat impleturum: posteaquam in domum Caiphae Sacerdotis ductus est Christus, ad mensuram delicti complendam, de tanto numero nullus alius interrogatur praeter beatum Petrum: Interrogatus primum negat: interrogatus iterum negat: tertio dixit se Christum omnino non nosse. Et cantauit gallus: non ut temporis cantu suo distingueret, sed ut peccasse se Beatus Petrus agnosceret. Denique doluit amarè, & fleuit vberim. Ecce, ut supra dictum est, caeteris non agnoscentibus, solus agnouit: caeteris non promittentibus, solus promissit: caeteris nec semel negantibus, ter solus negauit. Et tamen bono vnitatis, de numero Apostolorum separari non meruit. Vnde intelligitur, omnia ordinata esse prouidentia Saluatoris, ut ipse acciperet claves. Inreclusa est malitiae via, ne Apostoli, animo, licentiam iudicandi conciperent, & seuerè contemnerent eum, qui negauerat Christum. Stant toti innocentes, & peccator accipit claves, ut vnitatis negotium formaretur. Prouisum est ut peccator aperiret innocentibus, ne innocentes clauderent contra peccatores: & quae necessaria est vnitatis, esse non possit. haec si commemoraretis, communicare cupientes, quando vobis Catholica pio sinu suscipere dubitaret Ecclesia, cum constet vos non Traditores esse sed filios Traditorum. Na aliqui ex vobis volentes nos populis suis contemnendos ostendere, & iam illud miscant tractatibus suis, quod à Salomone Propheta dictum est, Muscae morituras exterminant olei suauitatem: & quasi muscas morituras nos appellant: & oleum nominant, illum scilicet liquorem, qui ex nomine Christi conditur: quod Christum postquam conditum est nominatur. Antequam fiat, adhuc oleum est: natura simplex sit, & suauis est, dum de nomine Christi conditur. Ergo tres res sunt quas Salomō Propheta nominauit: oleum, suauitatem, & muscas morituras exterminantes suauitatem. Ista tres, loca sua habent in ordine. Primo loco est oleum: secundo suauitas de confectione: tertio, muscae morituras exterminantes suauitatem. Quisquis talis est tractator ex vobis, probet quomodo nos muscas morituras appellat. Si apud vos putatis esse confectionem quae det oleo suauitatem: est apud vos oleum & suauitas. Nunquid nos exterminamus oleum vestrum, ut merito nos muscas morituras appelletis? Quod vestrum est, apud vos est. Et si à vobis ad nos aliquis transitum fecerit: sic à nobis seruiatur, quomodo à vobis dimittitur: quomodo dicitis quia nos sumus muscae morituras suauitatem olei corruptentes, eum post vos nihil tale facimus? Aut si à nobis dicitis suauitatem olei corrumpi posse: aut possumus aliquid, & damus oleo suauitatem. Aut si non, ut vultis, nihil possumus: remansit oleum tale esse, quale & natum est. Quomodo dicitis quia nos sumus muscae morituras, corruptentes suauitatem olei? Igitur oleum antequam à nobis conficiatur, tale est quale natum est: confectionem, suauitatem ex nomine Christi accipere potest. Quomodo possumus vno facto & conficere, & corrumpere? Restat ut si oleum de se suauis sit, vacet quod agitur ab hominibus, si ab homine in nomine Christi

Math. 13.

Math. 10 Luc. 12.

1. Petr. 4. 1. Cor. 13.

Petrus caput Apostolorum.

Math. 16.

Math. 26.

Ioan. 13.

Mar. 14. Luc. 22.

Petrus accipit claves.

Eccles. 10.

Christus.

Eccl. 10.

Math. 12.

2. Tim. 3.

Ibid.

ne Christi conficiatur, non potest idem operari duas res repugnantes & contrarias simul facere. Vobis absentibus si conficimus, non corrumpimus. Si corrumpimus, quis ante nos confecerat quod corrumpemus? Quare, ne vacet dictio Prophetarum (si ita est) intelligite quia vos estis muscae morituras. Vos enim exterminatis non quod natum est, sed quod confectionem est, suauitas enim legitur, non natura, posse corrumpi. Oleum enim simplex est, & nomen suum vnum & proprium habet: confectionem iam christum vocatur, in quo est suauitas, quae cutem conscientiae mollit, exclusa duritia peccatorum: quae animum innoxiam lenem, quae sedem Spiritui sancto parat, ut inuitatus illic, asperitate fugata, libenter inhabitare dignetur. Haec est suauitas olei, quam possunt muscae morituras corrumpere. Si nos exterminamus à vobis confectionem oleum, merito nos muscas morituras appellare possitis: sed dum quod à vobis vinctum est tale seruamus, quale suscipimus: muscae morituras esse non possumus. Sed dum vos inuidiae tempestatibus impulsus, quasi in oleum caditis. Vos exterminatis in rebaptizatione suauitatem olei illius quod in nomine Christi confectionem est, vnde conditur moris: vnde incenderetur lumen mentis, ad salutarem & veram intelligentiam. Vos exterminatis rem vbi oleum fuit & suauitas. Nos quomodo possumus corrumpere suauitatem, quae ante nos à nullo confectionem est? Sed uixistis homines: rebaptizastis: iterum vixistis. Proh dolor! non sine morte vestra, exterminastis quod fuerat de nomine Christi confectionem, more muscularum quae pereuntes, exterminant: quia mors est peccatum, quod non habet indulgentiam. Scriptum est quia qui peccauerit in Spiritum Sanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro saeculo. Ergo cum & falso nos muscas appelletis, & omnia quae à nobis sunt, dissoluere properetis, & nos contemnendos aut despiciendos esse dicatis, vobis solis sanctitatem vindicantes: innocentiam proponitis vestram, ut promittatis vos aliena posse donare peccata. Videtis igitur non de nobis, ut disputatis, sed de vobis dixisse beatissimum Paulum Apostolum: erunt inquit, homines seipsos amantes, cupidi, gloriantes sibi superbi, blasphemii, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, pacem non custodientes, sine affectu, detractores, inimici, sine benignitate, & c. Nam illud quale est, quod pro arbitrio tuo, Moyse vobis imponere voluisti personam: contra quem, Iamnem & Mambrem obtulisse commemorat Apostolus Paulus: Si ita est, quae apud vos veritas inueniri potest, cui

Catholica videretur obistere? Aut quod apud nos esse mendacium poteritis approbare, in vna communione esse cum toto orbe terrarum? Nunquid poteris approbare mendacium, symbolum verum & vnicum retinere & defendere? Nunquid poteris approbare mendacium cathedrae Petri & clauis regni caelorum à Christo concessas, vbi est nostra societas? Nunquid poteris approbare mendacium in ipsa lectione quae commemorasti inter ipsas perfonas? Considera ordinem rerum: & qui fuerit prior attende. Vtique Iamnes & Membres secundo loco sunt, qui contra Moysen & veritatem falsis artibus militare voluerunt: & antecesserat Moyses, cuius virtutes impugnare frustra conati sunt. Vt moyses prior est, sic Catholica prior est. Vt Iamnes & Membres repugnantes obstituerunt: sic & vos rebelles contra veram Catholicam militatis. Quid est ergo quoddam nomina & nobis & vobis mutare voluistis, nisi ut te sociis tuis comparares aequalis? Sunt enim aliqui ex vobis qui obliui aut ignari preteritorum temporum, eos iam dudum qui de Catholica lapsi Maiorinum ordinauerunt, illi scilicet auctores schismatis & traditionis: Cum adhuc retinerent pacem, antequam exterminarent Deo placitam vnitatem, fuerunt lumen mundi, & sal terrae merito appellabantur. Dum doceret pacem, adhuc pacifici vocabantur. Antequam inflati essent, beati erant. De paupertate spiritus, pars erant condimenti. Beati erant, dum mitis, pars fuerat condimenti. Beati dum iusti, pars erat condimenti. Beati dum pacifici, totum fuerat condimentum. Postea quae erroris diuitias dederunt spiritui & pulmonibus suis, facientes schisma, immites inuerti sunt: & minus misericordes dum impiè membra Ecclesiae diuiserunt, & iniustitiam secuti, regnum Dei pro fastidio habuerunt: et diuidendo Ecclesiam noluerunt esse pacifici, ipsi facti sunt sal infatuatum, ex quo nihil condiretur, quod Deo de suauitate placuisset. Et cum hoc malum pertineat ad principes vestros, à quibusdam sociis tuis aliter disputatur, ut dicant insipientes fuisse eos qui agnouerint vel sero veritatem, & schismate recedentes, agnita matre Catholica secuti sunt pacem. Nos putant aliqui vestrum errasse: hos existimant quasi infatuatos, à sapientia recessisse. Vnde apparet vos omnes eodem modo errare in nominibus transferendis: dum & tu Iamnem & Mambrem pacificis Catholicis comparasti. Et vos schismaticos Moysi, quod à veritate alienum est: & aliqui socii tui insipientes, de sapientibus iudicare voluerunt, ut dicant fatuos factos esse pacificos: & parentes suos de dissensione infatuatos esse, inrelligere noluerunt.

Cathedra Petri.

2. Tim. 3.

Mar. 9. Luc. 14.

Math. 5.

B. VICTORIS EPISCOPI VTICENSIS, LIB. III. DE VANDALICA PERSECUTIONE IN AFRICA, LIBER PRIMVS.



Angustia maris inter Hispaniam Africamque aequor hoc magnam & spacioniam, sum bisseis millibus, angusto se milite coartauit. Trans Africanam siens igitur quantitas vniuersa, calliditate Geiserici ducis, vt famam terribilem suae faceret gentis, illico statuit omnem multitudinem numerati vsque ad illam diem, qua hinc luci vterus profuderat vteris. Qui teperti sunt senes, iuvenes, paruuli, serui vel domini octuaginta millia numerati. Quae opinio diuulgata vsque in horum diem, a nescientibus, armatorum tantus numerus estimatur, cum sit nunc exiguus & infirmus. Inuenientes igitur pacatam quietamque Pronincia, speciositate totius terrae florentis quaqua versum, impietatis agminibus impendebant, deuastando depopulabantur, incendio

Vandalorum in Africa, numerus, et numerus.

atque homicidiis totum exterminantes. Sed nec arbutis fructiferis omnino parcebant, ne forte quos antra montium aut prærupia terrarum, vel seclusa quæque occultauerant, post eorum transitum illis pabulis nutrentur: sic eadem atque iterum tali crudelitate fuerentibus, ab eorum contagione nullus remansit locus immunis. Præsertim in Ecclesiis Basilicisque & cœmeteriis & monasteriis sceleratius sauebant, & cū maioribus incendiis domus orationis magis quam vrbes cunctaque oppida concremarent: vbi forte venerabilis aule clausas repererunt portas, certatim ictibus dextraliū, aditum referabant, vt recte tūc diceretur: Quasi in sylualignoriū, securibus conficere ianus eius inidipsum, in securi & ascia deiecerūt ea, incenderūt igni sanctuarium tuum, & in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. Quanti tunc ab eis prælati Pontifices & nobiles Sacerdotes diuersis pœnarum generibus extincti sunt, vt traderet si quid auri vel argenti proprium vel Ecclesiasticum haberent? Et dum hæc quæ erant, vrgentibus pœnis facilius proderetur, iterum illalibus tormentis oblatores vrgebant autumantes quandam partem non totum esse oblatum, & quanto plus dabant, tanto amplius quempiam habere credebant. Aliis pariorum vœctibus ora referantes, fœtidum cœnum ob confessionem pecuniæ faucibus ingerebant. Nonnullos in frontibus & tibiis, neruis remugientibus torquendo cruciabant. Plerisque aquam marinam, aliis acetum, amurcā, liquamēnque, & alia multa atque crudelia tanquā, vtribus imbutis ori imposita, sine misericordia porrigebāt. Non infirmior sexus, non cōsideratio nobilitatis, non reuerentia Sacerdotalis, crudeles animos mitigabat: quinimmo ibi exaggerabatur ita furoris, vbi honorem conspexerant. Quantis Sacerdotibus, quantisque illustribus onera ingentia vt camelis vel aliis generibus iumentorum imposuerint, neque enarrare, quos stimulus ferreis ad ambulandū vrgebāt, quorum nonnulli sub fascibus miserabiliter animas emiserunt. Senilis maturitas atque veneranda canities, quæ cæsariem capitis vt lanam candidam dealbaret, nullam sibi ab hospitibus misericordiam vindicabat. Sed etiam paruulos ab vberibus rapiens maternis Barbarus furor, infontem infantiam elidebat ad terram. Alij paruulum pedibus tenentes, à meatu prorsus naturali vsque ad arcem capitis dissipabant, quando tunc forte Sion captiua cantabat: Dixit inimicus incendere fines meos, interficere infantes meos, & paruulos meos elisurum ad terram. In ædificiis nonnullis magnarum ædium vel domorum vbi Ministeriū ignis minus valuerat, rectis admodū despiciatis, pulchritudinem parietum solo æquabant, vt nunc antiqua illa speciositas Ciuitatum, nec quia fuerit prorsus appareat. Sed & vrbes quàm plurimæ, aut raris aut nullis habitatoribus incoluntur. Nam & hodie si qua super sunt, subinde desolantur, sicut ibi Carthagineo dignam theatro ædē Memoriæ, & viam quam Cœlestis vocitabant, funditus deleuerūt. Et vt de necessariis loquar, Basilicam maiorem vbi corpora Sanctarū Martyrum Perpetuæ atque Felicitatis sepulta sunt, Celerinæ vel Scillitanorum & alias quas non destruxerunt suæ religioni, licentia tyrannica mancipauerunt. Vbi verò munitiones aliquæ videbantur, quas hostilitas Barbarici furoris oppugnare nequirit, congregatis in circuitu castrorum innumera bilibus turbis, gladiis feralibus cruciabant, vt putrefactis cadaveribus quos adire non poterant arcente murorum defensione, corporū liquecentium enecaret factore. Quanti & quàm numerosi tunc ab eis cruciati

sunt Sacerdotes explicare quis poterit? Tunc etenim nostræ Ciuitatis venerabilis Papinianus antistes, candentis ferri laminis, toto adustus est corpore. Similiter & Mansuetus Vricitanus, in porta incensus est Fornitana. Qua tempestate Hipponeregiorum obfessa est Ciuitas, quam omni laude dignus beatus Augustinus librorū multorum confector, Pontifex gubernabat. Tūc illud eloquenti quod vberim per omnes campos Ecclesiæ decurrebat, ipso metu siccatum est flumen, atque dulcedo suauitatis dulcius propinata, in amaritudinem absinthij versa est, vt Davidicum præconium conueniret: Dū consisteret peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis, vsque ad illud tempus, CC. iam XXX. & duos confecerat libros, exceptis innumerabilibus Epistolis, vt expositione totius Psalterij & Euangeliorū atque tractatibus popularibus, quas Græci Omelias vocant, quorum numerum comprehendere satis impossibile est. Quid multa? Post has trucis impietates insania, ipsam vrbem maximam Carthaginem Geisericus tenuit & intrauit, & antiquā ingenuam ac nobilem libertatem in seruitutem redegit. Nam & senatorum vrbs non paruum multitudinē captiuauit. Deinde proponit decretum vt vnusquisque auri, argenti, gemmarū, vestimentorumque preciosorum quodcūque haberet, offerret, & ita in breui, auitas atque paternas opes tali industria abstulit rapax. Dispensens quoque singulas quasque Provincias: sibi Bizacenam, Abaritanam atque Getuliam & partē Numidiæ referuauit: exercitui vero Zeugitanam vel proconsularē finiculo hereditatis diuisit, Valentiniano adhuc Imperatore, reliquas licet iam exterminatas Provincias defendente. Post cuius mortē, totius Africæ ambitum obtinuit, nec non & insulas maximas, Sardiniam, Siciliam, Corsicam, Ebusum, Maioricam, Minoricam, vel alias multas, superbia sibi consueta defendit. Quarū vnā illarū, id est, Siciliam Odoacro Italiæ Regi postmodū tributario iure cōcessit, ex qua eis Odoacer singulis quibusque temporibus, vt dominis tributa depēdit, aliquā sibi remanentibus partem. Præterea præcipere nequaquam cunctatus est Vadalis, vt Episcopos atque laicos nobiles de suis Ecclesiis & sedibus nudos penitus effugarent. Quod si optione propofita exire tardaret, serui perpetui remanent, Quod etiam in plurimis factum est, multos enim Episcopos & laicos claros atque honoratos viros, seruos esse nouimus Vandalorum. Tunc vero memoratē vrbis Episcopum, id est, Carthaginis, Deo & hominibus manifestum, nomine Quodvult Deus, & maximam turbam Clericorum nauibus fractis impositam, nudos atque expoliatos expelli præcepit. Quos dominus miseratione bonitatis suæ prospera nauigatione Neapolim Campaniæ perducere dignatus est Ciuitatem. Senatorum atque honoratorum multitudinem, primo exilio crudeli continuit, postea transmarina in parte proiecit. Pulsō nanque Episcopo, vt præfati sumus, cum clero venerabili, ilico Ecclesiam nomine restitutam, in qua semper Episcopi commanebant, suæ religioni mancipauit, atque vniuersas quæ intra muros fuerant Ciuitatis, cum suis diuitiis abstulit. Sed etiam quæ foras muros erant, quasunque voluit occupauit, & præcipue duas egregias & amplas sancti Martyris Cypriani, vnam vbi sanguinem fudit, aliam vbi eius sepultum est corpus, qui locus Mappalia vocatur. Quis vero sustineat atque possit sine lacrymis recordari, dum præciperet nostrorū corpora defunctorum, sine solennitate hymnorum cum silentio ad sepulturam perducere. Addidit adhuc, vt & pars clericorum

Arriano-
rum saui-
ties in Ca-
tholicorū
Cœmete-
ria, &
Monaste-
ria.
Psal. 73.

Reueren-
tia Sacer-
dotalis.

D. Augu-
stini laus.

Psam. 38

Clerus ve-
nerabilis.

Ecclesiæ
2. S. Cy-
priani.

Clericorum quæ remanserant, pœnali exilio truderetur. Et dum ista geruntur, qui supererant magni Sacerdotes atque insignes viri memoratarum Prouinciarum quas diuiserat Vandalis, cogitauerunt supplicandi gratiā regem adire. Qui dum, vt moris est, ad Massilitanū littus exisset, quod Ligula vulgi consuetudine vocatur, amissis in Ecclesiis & rebus occurrere nisi sunt supplicantes, vt ad consolandum populum Dei saltem habitandi facultas, Vandalis iam dominantibus, concederetur. Quibus ille per internuntium rabido respondisse ore probatur. Decreui ego de nomine & genere vestro nullum dimittere, & vos audetis talia postulare? Quos etiam vicino mari voluit eadem hora demergere, nisi à suis diu ne hoc faceret rogaretur. Recedentes illi tristitia & mœore confecti, coeperunt qualiter poterant & vbi poterant, ablatis Ecclesiis diuina mysteria celebrare. Subinde autem crescente opibus regno, maior coepit & superbia propagari. Referā factū, quod ipso gestū est tempore: Fuit Comes quidā Sebastianus, famosi illius generis Comitris Bonifacij, acer cōcilio, & strenuus in bello. Cuius Geisericus, sicut consilia necessaria habebat, ita & presentia formidabat. Cupiens autē illum extinguere, occasione mortis de religione quesitū. Cogitauit Rex vt presentibus Episcopis atque domesticis suis, Sebastianum taliter conueniret. Sebastianus, inquit, scio quia fideliter nobis adhaesisse iurasti, cuius vritatem Sacramenti, labores tui vigilantiaque demonstrat. Sed vt nobis cōnexa semper iungisque maneat amicitia tua, hoc placuit presentibus Sacerdotibus nostris, vt eius efficiaris cultor religionis, quā & nos & noster populus veneratur. Cui Sebastianus tem inueniens miram multaque necessariā, pro tempore acute respōdit: Quæso domine Rex, vt nunc vnus panis mundissimus ac simulaceus adferatur. Quæ cum ignorasset Geisericus Sebastiani victoriā, ilico iussit adferri. Apprehēdens itaque Sebastianus, mundissimū panem, ita effatus est. Hic enim panis vt ad tantum decorem splendoris venisset, & mensæ Regiæ necessarius haberetur, discussa spuria surfuris ex massa similaginis confertus per aquam trāsuiit & igne, idcirco & aspectu clarus & esu suauis habetur. Ita & ego mola Catholice matris commolitus, & cribro examinationis vt similia munda purgatus, rigatus sum aqua baptismatis, & igne sancti Spiritus coctus. Et vt hic panis de forno, ita & ego per officia Sacramentorū diuinorum, artifice Deo de fonte mundus ascendi. Sed fiat si velis, vt ipse propono. Iste panis cōstringatur in stultia, madiderit aqua, & iterum conspergatur, mittatur in furnum: si melior exierit, faciam quæ hortaris. Quam propositionem Geisericus cum omnibus qui aderant cum audisset, ita ligatus est, vt se soluere omnino non posset. Quem alio generis argumento, postea bellicofum virum occidit. Et vt ad id redeamus vnde digressi sumus, terret præceptis feralibus, vt in medio Vandalorum nostrū nullatenus respirarent, neque vsquam orandi aut immolandi concederetur gementibus locus, vt manifeste tunc Prophetiæ vaticinium completeretur, Non est in hoc tempore Princeps aut Propheta vel dux, neque locus ad sacrificandum nomini tuo. Nam & diuersæ calumnias non deerant quotidie etiā illis Sacerdotibus qui in his regionibus versabatur, quæ regiones Palatio tributatorum pendebant: & si forsitan quispiam, vt moris est, dum Dei populum admoneret, Pharaonē, Nabuchodonosor, Holofernem, aut aliquem simile nominasset, obiciebatur illi quod in personā Regis ista dixisset, & statim exilio trudebatur. hoc em̄ persecutionis genus age-

Clerici.

Sebastiani
Comitris
elegās re-
positum
contra A-
postatas.

Catholico-
rum præ-
dicatorum
seruitus
sub Ar-
rianis.

batur hic aperte, alibi occulte, vt piorū nomen talibus infidiis interiret. Qua de re plurimos Sacerdotū tunc nouimus relegatos, sicut Vrbanum Girbensem, Crescentem metropolitanum Aquitanæ ciuitatis qui ex x. Episcopis, Habere deum Teudalensem, Eustratium Sufetanum, & Tripolitanos duos, Vicefabratenum, & Cresconium Eensem, & Adruuening ciuitatis Felicem Episcopum, ob hoc quod susceperat quandam Ioannem Monachum transmarinū, sed & alios multos quos longum est enarrare. Quibus tamen in exilio positus dum obitus aduenisset, non licebat alios eorū Ciuitatibus ordinari. Inter hæc tamen Dei populus in fide consistens, vt examen apum cæreas ædificans mansiones, crescendo mellis fidei calculis firmabatur, vt impleretur illa sententia, quanto eos affligebāt, tanto magis multiplicabantur, & inualecebant nimis. Post hæc factum est supplicante Valētiniano Augusto, Carthaginensi Ecclesiæ post longum silērium desolationis, Episcopum ordinari, nomine Deogratias. Cuius si nitatur quisquam quæ per illum dominus fecerit paulatim excurrere, ante incipient verba deficere, quam ille aliquid valeat explicare. Illo igitur Episcopo constituto factum est peccatis vrgentibus, vt vrbem illam quondam nobilissimā atque famosam X. V. regni sui anno Geisericus caperet Romam. Et simul exinde regnum multorum diuitias cum populis captiuauit. Quæ dum multitudo captiuitatis Africanam attingeret littus, diuidentibus Vuandalis & Mauris ingentem populi quantitatē, vt moris est Barbaris mariti ab vxoribus, liberi à parentibus, separabantur. Statim fategit vir Deo plenus & carus vniuersā vasa ministerij aurea vel argentea distrahere, & libertatē de seruitute Barbarica liberare, & vt coniugalia fœderata manerent, & pignora genitoribus redderetur. Et quia loca nulla sufficiebāt ad capessendam multitudinem tantam, Basilicas duas nominatas & amplas, Fausti & Nouarum corum lectulis atque straminibus deputauit, decernens per singulos dies quantum quis pro merito acciperet. Et quia plerisque infuctudo nauigij & crudelitas captiuitatis afflixerat, nō paruos inter eos numerus fuerat ægrotorum, quos ille beatus antistes vt nutrix pia per momenta singula cum medicis circuibat, sequentibus cibis, vt inspecta vena, quid cui opus esset illo presente daretur. Sed nec nocturnis horis ab hoc opere misericordie feriabatur, sed pergebat excurrere per singulos lectos, sciscitans qualiter quisque haberet: ita se tradiderat omnino labori, vt nec defessis mēbris nec cariosæ iam senectuti parceret. Quo linore Ariani succens, dolis cum quam plurimis voluere sapius enecare. Quod credo præuidens dominus cito passerem suum de manibus accipitrum voluit liberare. Cuius exitum ita Urbici captiui planxerunt, vt tunc se putarent magis tradi manibus Barbarorum, quando ille perrexit ad cœlum. Functus est autem Sacerdotio annis tribus, Cuius amore & desiderio populus attentus poterat membra digni corporis rapere, nisi consilio prudenti dum auocatur, nesciente multitudine sepeliretur. Et quia tacendum semper non est de impietatibus hereticorum, nec verecundū poterit esse quod ad laudem proficit patientis: ordinator quondam memorari Sacerdotis nomine Thoma, dum variis ab eis infidiis sæpius artaretur, quodam tempore venerabilem senem in publica facie catomis ceciderunt. Quod ille non ad opprobrium sed ad mercedem computans gloriæ suæ, in domino letabatur. Vnde factum est, vt post obitum Episcopi Carthaginis, Zeugitanæ & proconsulari Prouinciæ Episcopos interdicere

Vasa eccle-
siae ad ve-
dimendos
captiuos.

Episcopi
Catholici
uicinos

ordinandos, quorum erat numerus CLXIII. Qui paulatim deficientes, nunc simul ipsi superant tres tantum esse videntur, Vincentius Gigitanus, Paulus Sinharitanus, verè merito & nomine Paulus, & alius Quintianus, Qui nunc persecutionem fugiens, apud Edessam Macedoniæ Ciuitatem commanet peregrinus. Sed etiã Martyria quàm plurima esse probantur, confessorum autem ingès & plurima multitudo, ex quibus aliqua narrare tentabo. Erant tunc serui cuiusdam Vandali (fuit hic Vandalus de illis quos Millenarios vocant) Martinianus, Saturianus, & eorum duo germani: erat & conserua eorum quædam egregia Christi ancilla nomine Maxima, corpore simul & corde decora. Et quia Martinianus armifactor erat, & domino suo fati videbatur acceptus, & Maxima vniuersæ domui dominabatur: credidit Vandalus vt fideles sibi magis memoratos faceret famulos, Martinianum Maximumque coniugali cõsortio sociare. Martinianus adolescèntulorù secularium more coniugii affectabat: Maxima namque iam Deosacrata, humanas nuptias refutabat. At vbi ventum est vt cubiculi adirentur secreta silètia, & Martinianus nesciens quid de illo decreuerat Deus, maritali fiducia quasi cum cõiuge cuperet cubitare, vna ei voce memorata famula Christi respõdit: Christo ego ò Martiniane frater membra mei corporis dedicauit, nec possum humanum sortiri coniugium, habens iã cœlestem & verum sponsum. sed dabo consilium: si velis, poteris & ipse tibi præstare cum licet, vt cui ego cõcupiui nubere, delecteris & ipse seruire. Ita factum est domino procurante, vt obediens virgini, etiam adolescens suam animam lucraretur. Nesciente igitur Vandalio compunctus, atque spirituali secreti commercium mutuatus Martinianus, etiam suis fratribus persuasit, vt thesaurum quem inuenerat haberet, vt pote germani communem: conuersus est itaque cum tribus fratribus suis. Dei puella comitante nocte clam egredientes, Tabraceno monasterio cui præerat tunc nobilis pastor Andreas, sociantur. Illa vero haud procul, monasterium incoluit puellatum. Sciscitante igitur Barbaro inquisitionibus & muneribus crebris, quod gestum erat cæleri non potuit. Inueniens itaque iam non sua sed Christi mancipia, conuicit in vinculis, & variis tormentis Dei famulos insectatur, agens cum eis non tantum vt pariter miserentur, sed quod grauius est, per rebaptizationis cœnum fidei suæ ornamenta turparèt. Peruenit hoc ipsum vsque ad notitiam Geiserici. Decernit rex, vt tandiu implacabilis herus seruos affligeret, quandiu illius succumberent voluntati. iubet in modum ferrarum fustes robustos veluti palmatos cum stirpibus fieri, qui quatentibus tergis non solum ossa confringerent, sed etiam terebrantes aculei intrinsecus remanerent. Qui dũ sanguis efflueret & dissipatis caribus viscera nudarentur, sequenti die Christo medentem incolumes reddebantur. Hoc sæpius ac multo factũ est tempore, & nulla plagarum vestigia videbatur, sancto Spiritu subinde curante. Post hoc artatur Maxima dura custodiæ, cuspidique crudeli extenditur. Cui cum Dei seruorum non deesset frequentia visitantium, videntibus cunctis ingentium lignorum putrescens soluta est fortitudo. Miraculum hoc & voce omnium celebratur, & nobis ad quem custodia pertinebat cum Sacramento testatus est ita fuisse. Ast vbi Vandalus virtutem neglexit cognoscere diuinam, cõpigit in domo eius vindicatrix ira grassari. Moritur ipse simul & filij, familiarumque animalium quæcunq; optima erant pariter intereunt. Remansitque domina vidua, marito, filiis, &

Maxima ancilla Deo sacra.

Catholico vnum Martyrium me dicit Christus.

substantia destituta. Seruos Christi cognato Regis Selesoni gratia muneris offert. Qui cum eos vt pote oblatos cum gratulatione nimia suscepisset, filios & domesticos sanctorum merito male cõpigit demon variis motibus agitare. Ex ordine ille cognatus vt gestu erat suggerit Regi. Decernit statim Rex, cuiusdã gentili Regi Maurorum, cui nomen erat Caplur, relegandos debere trãmitti. Maximam vero Christi famulam confusus & vitæ propriæ voluntati dimisit, quæ nũc superest virgo, mater multarũ virginũ Dei, nobis etiã nequaquã ignota. Perueniẽtes autẽ traduntur memorato regi Maurorum, cõmaneti in parte Eremi, quæ dicitur Caprapicti. Videtes igitur Christi discipuli multa apud prædicatione & illicita sacrificiorũ sacrilegia, cõpẽrunt prædicatione & conuersatione sua ad cognitionem domini Dei nostri Barbaros inuitare: & tali modo ingentem multitudinẽ gentilium Barbarorũ Christo domino lucrauerunt, vbi antea nulla fama Christiani nominis fuerat divulgata. tunc deinde cogitatur quid fieret vt ager iam cultus & egraminatus vomere prædicationis, euangelicũ susciperet semen, & imbre sacri baptismatis rigaretur. Mittunt legatos per itinera distenta deserti: peruenit tandem ad Ciuitatem Romanam. Rogatur Episcopus vt Præbyterum & Ministros, credeti populo destinaret. Explet cũ gaudio quod petebatur Põstifex, Dei constituitur Ecclesia, baptizatur multitudo maxima Barbarorũ, & de lupis grex fecundus multiplicatur agnorũ. Hoc Geiserico relatione sua nunciat Caplur. De qua re surgente inuidia iubet famulos Dei ligatis pedibus post terga currètiũ quadrigarũ, inter spinoza loca syluarũ pariter interire, vt ducta atque reducta dum ossis lignorum aculeis innocentium corpora carperentur, ita deligati, vt exitum suum inuicem peruiderent. Qui cum è vicino currentibus Mauris sese mutuo conspicerent, Vale sibi angusto fugæ vnusquisque ita dicebant: Frater ora pro me, impleuit Deus desiderium nostrum, taliter peruenit ad regnum cœlorum. Itaque orando atque psallẽdo, gaudèntibus Angelis piis animas emiserunt. Vbi vsque in hodiernum diem non desinit ingentia mirabilia Iesus Christus dominus noster operari. Nam nobis beatus quõdam Faustus Buronitanus Episcopus attestatus est, cœcam quandã mulierẽ illuminatã fuisse, vbi ipse aderat præsens. Accedit propter hæc aduersus Dei Ecclesiã Geisericus. Mittit Proculũ quendam in Proninciã Zeugitanã, qui coartaret ad tradendũ ministeria diuina vel libros, cunctos domini Sacerdotes, vt primo armis nudaret, & ita facilius inermes hostis callidus captiuasset. Quibus se nõ posse tradere clamãtib; ipse rapaci manu cuncta depopulabatur, atque de Pallis altaris (p nefas) camisias sibi & femoralia faciebat. Qui tamen Proculus huius rei executor, frustatim sibi comedens linguã, in breui turpissima consumptus est morte. Tũc enim sanctus Valerianus Abẽsis Ciuitatis Episcopus, dũ viriliter Sacramẽta diuina ne traderet dimicasset, foras Ciuitatẽ singularis ius est pelli, & ita præceptũ est, vt nullus eũ neque in domo neq; in agro dimitteret habitare. Qui in strata publica multo tẽpore nudo iacuit sub aère: annorũ erat plus lxxx. quẽ nos tũc indigni, in tali exilio meruimus salutare. Quodã tẽpore Paschalis solẽnitas agebatur, & dũ in quodã loco q. Regia vocitat, ob diẽ Paschalis honoris nostri sibimet clauãm Ecclesiã referant, cõpẽrerũt Ariani: statim quidã Præbyter eorũ Andiot nomine: cõgregata secũ armatorũ manu ad expugnandam turbã accenditur innocentium: Introeunt euaginatisspatis, arma corripiti, alij quoque tecta conscendunt; & per fenestras Ecclesiæ

Maxima multarũ Dei virginũ mater.

Martyriũ vltimum, vale.

Palle Altaris.

Lector. Alleluia vicium melos.

Crucis Christi vexillum in fronte.

sepultura eius Triumphi.

clesiæ sagittas spargunt. Et tunc forte & canente pulpulo Dei, lector vnus pulpito sistens; alleluicum melos canebat. Quo tempore sagitta in gutture iaculatus, cadente de manibus codice, mortuus post cecidit ipse. Nam & alij quàm plurimi sagittis & iaculis in medio crepidinis altaris probantur occisi. Nam qui gladiis tunc interempti non sunt, postea pœnis attriti; regio iussu omnes penè necati sunt, præsertim maturioris ætatis. Alibi namque sicut Thunazudæ contigit, Galibus, vico Ammoniz, vel aliis in locis, tempore quo Sacramenta Dei populo porrigebantur, introeuntes maximum furorẽ corpus Christi & sanguinem paumentis sparserunt, & illud pollutis pedibus calcauerunt. Ipse enim Geisericus præceperat, ita persuadèntibus Episcopis suis, vt intra aulam suam filiorumque suorum non nisi Ariani per diuersa ministeria poneret. Inter alios ventum est tunc ad Armogastem nostrum. Cuius cum diu ac sæpius tibias torquendo tumentibus confringerent cordis; & frontem in qua Christus vexillum suæ fixerat Crucis rugam magis aratam descendentes atque mugientes ostendrent nerui, vt fila aranearum sancto cœlum respiciente crepabant. At vbi tortores neruicas cordas disruptas esse viderunt, allatis crebris fortioribus discis atque cannabinis, illo nihil aliud nisi Christi nomen inuocante, illa omnia vanescebant. Sed & capite deorsum dum ad vnũ penderet pedem, dormire quasi super lectum plumis stratum, omnibus videbatur. Quem cum Theodorico Regis filius eius dominus erat, pœnis non valentibus, capite truncari iussisset, a suo prohibetur locum præbytero, dicente sibi. Poteris eum diuersis afflictionibus interficere. Nam si gladio peremeris, incipiet Romani Martyrem predicare. Tunc Theodoricus in Byzacenam Provinciam ad fodiendas eum condemnat serobes. Postea quasi ad maius opprobrium haud procul Carthagine vbi ab omnibus videretur, pastorem eum præcepit esse vaccarum. Inter hæc domino reuelante cum dormitionis suæ proximum cerneret diem, aduocat quendam Felicem venerabilem Christianum procuratorem domus filij regis, qui Armogastem vt Apostolum venerabatur, dicitque illi: Tempus meæ resolutionis aduenit, obsecro te per fidem quam vtrique tenemus, vt sub hac siliquæ arbore me sepelire digneris, redditurus domino nostro nisi feceris rationem: non quod ille curaret vbi aut qualiter suum sepeliret corpus, sed vt illud demonstraretur, quod seruo suo reuelauerat Deus. Respondit Felix & dicit: Absit a nobis confessor venerabilis, sed sepeliã te in vna Basilicarum cum triumpho & gratia quam mereris. Cui beatus Armogas: nõ, sed quod dixi facturus es. Ille timens Dei hominẽ contristare, vetaciter quod gesserat promisit esse facturum. Statim intra paucissimos dies, Comes bonæ confessionis de hac vita migravit. Festinauit Felix sibi de legatum sub arbore fodere sepulchrum. Cui cum intextæ radices & soliditas aridæ telluris moram facerent, & labore angeretur quod tardius sancti membra corporis humarentur, tandem abscissis radicibus multo altius terram cauans, cõspicit sarcophagum splendidissimi marmoris præparatum, qualẽ fortè nullus omnino habuit regum. Sed nec quendam Archimimum nomine Masculan debeo præterire. Qui cum multis insidiis premeretur, vt Catholicam omitteret fidem, ipse eum rex postea blandiendo affatibus secularibus mutabat, promittens multis eum diuitiis cumulãdum, si voluntati eius auditum facilem commodasset. Qui cum fortis atque inuictus maneret, iubet eum subire sententiã

Capitale. ita tamen callidus occulte præcipiens, vt si in illa hora, vibrantis gladij pertimesceret ictum, magis eum occideret, ne Martyrem glotiosum fecisset. Si autem fortem in confessione conspiceret, a gladio tẽpetaret. Sed ille vt columna immobilis Christo solidã te fortis effectus, confessor reuertitur gloriosus. Et si martyrem inuidus hostis noluit facere, confessorẽ tãmen nostrum nõ potuit violare. Nouimus & alium eã tempestate nomine Saturnm. Qui cum lucidum esset membrum Ecclesiæ Christi, & prauitatem Arianorum libertate Catholica frequenter argueret (fuit hic procurator domus Hunerici) conuenitur accusante Mariuado quodam diacono, quem Hunericus inausultus singulariter honorabat, vt fieret Saturnus Arianus: promittuntur honores & diuitiæ multæ si faceret, præparantur supplicia dira si nollet. Hæc optione proposita, vt si regalibus iussis non obediret, primò facta discussione, & ante amissa domo vel substantia, distractis omnibus mancipiis ac filiis, vxor eius ipso præsentẽ Camelario in coniugium traderetur. Quod ille plenus Deo, magis vt velociter prouenisset, impios prouocabat. Ob quam causam vxor eius inducias visa est ab his qui exquebantur, nesciente marito petisse: Accedit ad maritum alia Eua, consilio magistrata serpentis. Sed ille Adam non fuit, qui illecebrosa vitæ arboreis poma contingeret, quia non indigens sed Sator vocabatur, saturatus ab vberitate domus Dei, & torrente deliciarũ eius potatus. Aduenit mulier ad locum vbi maritus singulariter orabat, conscissis vestibus, crinẽque soluto, secum comitantibus filiis, vnãque infantulam quæ tũc lactabatur manibus gestans, quæ nesciens proicitur ad pedes mariti. Etiam ipsa suis genua complectitur vnus, sibilans vociferatione draconis: Miserere mei dulcissime simul & tui, miserere communibus liberis quos conspiciat ipse. Non subiaceat conditioni seruili, quos claros prosapia reddidit generis nostri. Non subiciat ego indigno & turpi coniugio viuente marito, quæ mihi semper inter coenas claudebam de Saturno meo. Cognoscit Deus quia inuitus facturus es hoc, quod fortè voluntarie aliquanti fecerunt. Cui ille Iob sancti voce respondit: Tanquam vnã ex insipientibus mulieribus loqueris. Formidarem mulier, si sola esset huius vitæ amara dulcedo, artificio coniunx diaboli ministraris. Si diligeres maritum, nunquam ad secundam mortem attraheres proprium vitum. Distrabant filios, separent vxorem, auferant substantiam, mei domini ego securus de promissis verba tenebo: Si quis non dimiserit vxorem, filios, agros, aut domum, meus non poterit esse discipulus. Quid vltra discedente muliere cum filiis testata, confortatur Saturnus ad coronam, discutitur, expoliatur, pœnis conteritur, mendicus dimittitur. Interdicitur ei prodeundi accessus, eorum ei tulerunt, stolam tamen baptismatis auferre non potuerunt. Post hæc Geisericus Ecclesiam Carthaginis claudi præcepit, dissipatis atque dispersis per diuersa exiliorum loca, quia Episcopus non fuerat, Præbyteris & ministris. Quæ vix referata est Zenone Principe supplicante per Patricium Seuerum, & sic vniuersi ab exilio redierunt. Quæ verò in Hispania, Italia, Dalmatia, Calabria, Apulia, Sicilia, Sardinia, Brutiis, Lucania, Epiro vel Hellada gesserit, melius ibi ipsi qui passi sunt miserabiliter lugenda narrabunt. Sed etiam Persecutionis nostræ a Geiserico quanto sublimiter, tanto crudeliter gesta, iste sit finis. Durauit autem in regno annis XXXVII. mensibus tribus.

Confessor.

Gen. 3. 2. Cor. 11.

Iob. 1.

Matth. 19. Mar. 10.

Mortuo igitur Geiserico, Hunericus maior filius Patri succedit. Qui primordio regni vt habet subtilitas Barbororū, cœpit mitius & moderatius agere, & maximè circa religionem nostram, vt etiam vbi antea sub rege Geiserico præiudicatum fuerat, ne spiritales fierent conuentus, conuenticula concurrerent populorum. Et vt se religioſum ostenderet, statuit sollicitius requirendos hæreticos Manichæos, ex quibus multos incendit, plurimos autem distraxit nauibus transmarinis, quos penè omnes Manichæos suæ religionis inuenit, & præcipuè Presbyteros & diaconos Ariane hereseos. Vnde magis erubescens, amplius in illos exarsit. De quibus repertus est vnus nomine Clementianus monachus illorum scriptū habens in femore, Manichæus discipulus Christi Iesu. Propter quod magis laudabilior memoratus videbatur, in vno displicens, quia cupiditati insatiabili vehementius inhæbat, & Prouincias regni sui variis calumniis atque inuentionibus onerabat, vt de illo præcipue diceretur: Rex egens, magnus est calumniator: dedit autem licentiam Zenone imperatore atque Placidia relicta Olibrij, rogantibus, vt Carthaginensis Ecclesia sibi quem veller Episcopum ordinasset, quæ iam per xxxi annos tali ornamento fuerat destituta. Mittit ergo tunc ad Ecclesiam, Alexandrū illustrem, huiusmodi legationem ferentem, vt præsentia eius Catholicus populus dignum sibi peteret Sacerdotem: destinans quoque per notarium suum nomine Vuitared, edictum quod publice legeretur, hunc continens modum: Iussit vobis dominus dici: quia imperator Zeno, & nobilissima Placidia, per Alexandrum virum illustrem scripserunt, petentes vt Ecclesia Carthaginis, religionis vestræ proprium Episcopum habeat, hoc fieri præcepit atque eis rescripsit, vel legatis ab eis directis dici iussit, vt sicut petierunt vobis Episcopum quem volueritis ordinetis: eo sub tenore, vt nostræ religionis Episcopi qui in Constantinopoli sunt, & per alias Prouincias orientis, ex eius præcepto Episcopi, liberū arbitrium habeant in Ecclesiis suis, quibus voluerint linguæ populo tractare, & legem Christianam colere, quemadmodum vos hic vel in aliis Ecclesiis quæ in prouincijs Africanis constitutæ sunt, liberum arbitriū habetis in Ecclesijs vestris missas agere vel tractare, & quæ legis vestræ sunt, quemadmodum vultis, facere. Nam si hoc circa eos non fuerit obseruatum, tam Episcopus qui ordinatus fuerit vel Clerici, sed & alij Episcopi cū Clericis suis qui in Africanis Prouincijs sunt, iubentur inter Mayros mitti. Quod edictum dum nobis præsentibus X IIII. Kalendarum Iuliarum vniuersæ Ecclesiæ legeretur, gemere cœpimus missitates, eo quod meditantibus dolos, malorum esset futura persecutio præparata. Et ita legato dixisse probamur: Si ita est, interpositis his conditionibus periculosis, hæc Ecclesia Episcopum non delectatur habere. Gubernat eā Christus, qui semper dignatur gubernare. Quam suggestionem legatus accipere neglexit. Simul & populus vt tunc fieret vt ignis exarsit, cuius erat clamor intolerabilis, qui nulla posset ratione sedari. Ordinato itaque Episcopo Eugenio viro sancto, deoque accepto, sublimis nata est lætitia, & gaudium cumulatam est Ecclesiæ Dei. Exultat multitudo Catholica sub Barbara dominatione, de ordinatione Pontificis reparati. Nam maximus iuuenum numerus atque adolescentularum sibimet in commune congaudens, attestabatur quod

Arriani fere omnes Manichæi.

Missas agere, vel tractare.

nunquam vidisset Episcopum in throno sedentem. Porro ille vir Dei Sacerdos Eugenius, cœpit per conuersationem operum bonorum venerabilis & reuerendus haberi etiam ab eis qui foris sunt, & ita esse ab omnibus gratus, vt si fas esset, animam suam pro eodem vniuersos ponere delectaret. Eleemosynas quoque tales per eum dominus dignatus est facere, vt incredibile videatur tanta eum impedere, vbi Ecclesia totum Barbaris tenetibus, ne vnus nūmi habere cognoscitur facultatem. Humilitatem in illo, charitatem, pietatem diuinitus condonata, si quisquam incipiat non poterit explicare. Pecuniam apud eum mansisse non probatur, nisi forte tali hora offerretur, quando iam sol diei explicans cursum, nocturnis tenebris ordinem daret & locum. Vnde tantum referuabat, quantum diei sufficeret, non quantum cupiditas expetisset, Deo nostro subinde quotidie ingentia & maiora donante. Sed cum fama eius esset celebris atque manifesta, cœperunt exinde Arianorum Episcopi inuidia graui torqueri, quotidianis & præcipue cum Cytila calumnijs insectantes. Quid plurimum suggerunt de illo, vt suum nequaquã sederet Thronum, neque Dei populo verbum faceret consuetum. Deinde quoscūque mares vel fœminas in habitu Barbaro incedentes in Ecclesia cōspiceret, prohiberet. Ille respondit vt decuit: Domus Dei omnibus pater, intrantes nullus poterit repellere, maxime quia ingens fuerat multitudo nostrorum Catholicorum, in habitu illorum incedentium, ob hoc quod domui regis seruebant. At vbi ab homine Dei tale responsum accepit, statuit in portis Ecclesiæ collocare tortores. Qui videntes fœminam vel masculum in specie suæ gentis ambulantes, illico palis minoribus dentatis iactis in capite, crinibusque in eisdem colligatis ac vehementius stringentes simul cum capillis omnem pelliculam Capitis auferbant. Nonnulli dum hoc fieret, statim oculos amiserunt, alij ipso dolore defuncti sunt. Mulieres vero post hanc pœnâ capitis pelle ludatis, præconè præeunte per plateas ad ostensionem totius Ciuitatis ducebantur. Quod sibi quæ magis patiebantur, lucrum maximū computabant. Quorum nos plurimos nouimus, nec scimus eorū aliquem tunc etiam pœnis vrgentibus à recto itinere destitisse. At vbi isto modo, fidei infringere non valuit murum, cogitat vt nostræ religionis homines in aula eius cōstituti, neque annonas, neque stipendia solita potirentur, addidit quoque & laboribus eos cōterere rusticanis. Dirigit viros ingenuos & admodum delicatos ad campum Vticensem, vt sub ardentis solis incendio, cœspites messium defecarent, vbi omnes cum gaudio pergentes in domino lætabantur. In quorum contubernio quidam fuit aridam habēs manū, quæ per annos quàm plurimos nullum ei præstiterat obsequiū. Qui cū veraciter excusaret se operari nō posse, magis violētè iussus est pergere. Sed vbi ad locū ventū est, & præsertim pro eo orādo ingemuerunt omnes, pietate diuina illa arida incolumis confessoris restituta est manus. Hinc iam Hunerici persecutio doloris atque parturitionis nostræ sumpsit initium. Ipse autem qui sese iam dudum omnibus lenem ostendebat, desiderans post obitum suum (quod non contigit) regnum statuere, Theodoricum fratrem filiosque eius, Gentonisque fratris nihilominus filios crudeliter cœpit insequi. Quorum nullū dimitteret, nisi ei mors desiderij sui voluntatem auferret. Primo sciens vxorem Theodorici fratris astutam, credo, ne fortè maritū aut maiorem filium qui prudens & sapiens tyrannum armasset, criminis actoribus aduersus tyrannum armasset, crimine

Eugenij p̄t. Eleemosyna.

Arriano rum crudelitas in Barbaros.

Iocundus Patriarcha Arrianus suis combustus.

apposito gladio eam interfici iubet. Post occiditur & ille filius magnis literis institutus, cui secundum constitutionem Geiserici, eo quod maior omnibus esset, regnum inter nepotes potissimum debebatur. Accenditur adhuc crudelitas aliquid perpetrare. Astante vulgo in media ciuitate pro gradibus plateæ nouæ, Episcopum suæ Religionis nomine Iocundum, quem Patriarcham vocitabant, præcepit incendio concremari, ob hoc quod in domo Theodorici Germani regis acceptissimus habebatur, cuius forte suffragio memorata domus regnum poterat obtinere. In quo impietatis scelere futurum nobis adesse prospeximus malum, aientes singuli inuicem nobis: qui in suo ita crudelis effectus est Sacerdote, quādo nostræ religioni vel nobis parciturus est iste. Tunc & Gentonis maiorem filium nomine Godagisum, cum vxore absque solatio seruuli aut ancillæ, crudeli exilio delegauit. Fratrem vero Theodoricum post occisionem vxoris & filij, nudum atque destitutum similiter exulauit. Post cuius mortem filium qui superat infantulum, duāsque filias eius adultas, impositas asinis longius attingendo proiecit. Sed & comites quam plurimos & nobiles gentis suæ obsecutionibus salis insectans, ob hoc quod Germano fauerent, alios incendit, alios iugulauit, imitator Geiserici patris, qui sui fratris vxorem ligato pondere lapidum, in Amagam flouium Circentem famosum iactando demersit, & post decem matris etiam filios interfecit. Sed & multos ei Geisericus pater moriens Sacramento interposito commendauerat, Quos ille immemor fidei & Sacramenti violator, diuersis pœnis & incendijs trucidauit. Nam Heldicam quendam quem pater eius præpositum fecerat regni, iam veteranum atque annosum cum dedecore capite detricauit, eiuſque vxorem cum alia nomine Teucaria in medio ciuitatis incendit. Quarum corpora per vicos & plateas trahi mandauit, quæ tota die iacentia, rogatus à suis Episcopis vix vespere sepeliri concessit: Gamuth namque Heldicæ fratrem, quia ad Ecclesiam eorum confugerat occidere non potuit, quem tamen in loco latrinarum obsecno concludit, temporèque multo eum ibi degere statuit. Postea cum caprarum quodam & rustico ad faciendas scrobes vineis profuturas condemnauit, quos etiam duodecies per annum, id est per singulos menses flagellis crudelibus dissipat, vix modico aquæ, cibatiōque pane concessio: hoc per V. vel amplius perpeſsi sunt annos, quibus hæc supplicia proficere poterant ad æternā mercedem si Catholici fuissent, & fidei suo merito ista perferrent. Sed ideo istud silere nequiuimus, vt impietatem regis etiam in suis minime siteremus: qui non solum Episcopum suum Iocundum, vt superius demonstrauimus flammis adussit, sed & Presbyteros & Diaconos suos, id est, Arrianos, quam plurimos incendit, necnon & bestias mancipauit. Amputatis igitur in breui omnibus quos timebat, & solidans sibi vt putabat regnum quod breue fuerat & caducum, omni ex parte ociosus atque securus vniuersa tela furoris in persecutionem Ecclesiæ Catholicæ sicut Leo rugiens conuertit. Ante persecutionis tamen tempestatem, multis præeuntibus visionibus & signis, imminens demonstratum fuerat malum. Nam sermè ante biennium quam fieret, vidit quidam Fausti Ecclesiam solito in ornatu fulgentem, & dum lætaretur tanti fulgoris candore, cereis quoque fulgentibus, palliisque velaminum ac lampadibus rutilantem, subito, ait, luminis illius concupiscibilis extinctus est fulgor, ac tenebris succedentibus aduersarius naribus

Ecclesia Catholica ornata.

natus est fœtor, omnisque illa beatorum turba, expellentibus quibusdam Æthiopijs minata est foras: ob hoc iugiter lamentatum quod eam in claritate pristina nequaquam viderit iterum restitutam. Nam visionem istam nobis præsentibus sancto retulit Eugenio. Vidit & quidā Presbyter ipsam Fausti Ecclesiam refertam turbis innumerabilium populorum, & post paululum euacuata & repletam porcorum multitudine atque caprarum. Item alius vidit aream triticam ventilationi pararam, granis adhuc ventilatoris iudicio necdum à palea separatis: & dum ingentis massæ, licet confusæ, magnitudinem miraretur, subito ecce turbo veniens tempestatis sonuago statu cœpit aduentum suum surgente puluere demonstrare. Cuius imperu palea illa omnis omnino volauit, remanētibus granis. Post hæc venit quidam procerus splendido vultu habituque nitido fulgens, & cœpit grana vacua macilentata atque simlagini reproba purgando proicere. Quæ diu examinans, vix magnitudinem illius massæ, licet probatè, ad aceruum tamen perduxit exiguum. Item alius ait: Stabat quidam præcelſus super montem qui Ziquensis dicitur, & clamabat dextera leuāque: Migrate, migrate. Alius conspicit rugiente celo atque turbato sulphureas nubes, quæ ingentes cœperunt lapides iaculari. Qui lapides dum cecidissent in terram, plus accendebantur & maioribus flammis ardebant, atque intrantes in penetralia domorum, quos inuenerant incendebant. Qui autem vidit, ait, cum se in quodam cubiculo abscondisset, miseratione diuina ad eum flamma non potuit peruenire. Reor vt illud Propheticum completeretur, Claude ostium tuum, & absconde te pusillum aliquantulum, donec transeat ira Dei. Vidit & venerabilis Paulus Episcopus arborem vsque ad cœlos ramis florentibus extensam, quæ etiam dilatazione sua omnem penè Africam opacabat. Et cum vniuersi eius magnitudine & speciositate gauderent: ecce subito (inquit) venit asinus violentus, qui defricas ceruicem suam super robur radicem eius, impulsu suo cum ingenti sonitu illam mirabilem arborem elisit ad terram. Sed & Quintinianus honorabilis Episcopus vidit se super quendam montem stare, de quo conspicebat gregem innumerabilium ouium suarum: & in medio gregis duæ erant ollæ nimium bullientes. Aderant autem ouium occisores, quarum carnes ollis bullientibus demergebāt. Et cum ita fieret, omnis illa magnitudo consumpta est gregis. Reor ergo illas duas ollas Sicca veneria & Latibus duas esse ciuitates, in quibus multitudo prima fuerat congregata, è quibus incendium initium sumpsit: aut Hunericum regem, & Cirillam Episcopum eius. Sed de multis visionibus quia breuitati consulendum fuit, hæc dixisse sufficiat. Quid vltra? Censet primo tyrannus iussione terribili, vt nemo in eius palatio militaret, neque publicas ageret actiones nisi sese Arrianum fecisset. Quorum ingens numerus vigore inuictus ne fidem perderet, militiam temporalem abiecit. Quos postea domibus proiectos, omni que substantia expoliatos, in insulas Siciliam & Sardiniam relegauit. Quodam tēpore statuere per totam Africam festinauit, vt nostrorum Episcoporum defunctorum fiscus sibi substantiam vindicasset. Qui autem defuncto succedere poterat, non ante ordinaretur, nisi fisco regali quingentos solidos obtulisset. Sed hoc ædificium vbi construere nisus est diabolus, statim illud destruere dignatus est Christus. Sugerunt ei domestici sui, dicentes: Si istud firmauerit præceptio vestra, nostri Episcopi in partibus Thraciæ

Is. 26.

Tyrannus in nouis Episcopos.

Sacra virgines ab Arrianis obstricis occisa.

& aliis regionibus cōstituti peiora incipient pati. Præcepit deinde sacras virgines congregari, dirigens Vandalos cum suæ gentis obstetricibus ad inspicienda & contrectanda contra iura verecundiæ verecunda pudoris, vbi nec matres aderant, nec aliqua matronarum. Quas cremantes graui suspensio atque ingentia pondera pedibus colligantes, laminas ferri ignitas dorso, ventri, mamillis & lateribus apponebant, quibus inter supplicia dicebatur: Dicite quomodo Episcopi vobiscum concumbunt & Clerici vestri. Quorum acerbitate pœnarum plurimas tunc scimus extinctas: alia quæ remanserunt cutibus arecentibus factæ sunt curuæ. Nitebatur enim semitam inuenire, per cuius aditum publicam sicut fecit, faceret persecutionem. Et ita faciens, nullo modo inuestigare potuit quomodo Christi Ecclesiam macularet. Quibus autem prosequar flumini lacrymarum, quando Episcopus, Presbyteros, Diaconos & alia Ecclesie membra, id est, quatuor millia p c c c l x v i . ad exilium Eremiti destinavit? in quibus erant podagri quamplurimi, alij per ætatem annorum à lumine temporali priuati. In quorum erat numero beatus Felix. Abdiritanus Episcopus, habens iam in Episcopatu. x l i i . annos. Qui paralyti morbo percussus, nec sentiebat quicquam, nec penitus loquebatur. De quo nos maxime cogitantes quod non posset iumento portari, suggestimus vt à suis Rex peteretur, vt saltem eum prope moriturum Carthagini esse iussisset, quod ad exilium nulla posset ratione perducere. Cui ita fertur tyrannus cum furore dixisse: Si animali federe non potest, iungantur boues indomiti qui eum colligatis funibus trahendo perducant vbi ego præcepi. Quem ex transuerso super burdonem, vincitum, quasi quendam ligni truncum toto itinere portabamus. Congregantur vniuersi in Sicentem & Larensem ciuitates, vt illuc occurrentes Mauri, sibi traditos ad Eremitum perduxissent. Superuenientes igitur comites duo subtilitate damnabili, blandis sermonibus cum Dei Confessoribus agere cœperunt: Quid vobis, inquit, videtur vt ita pertinaces sitis, & domini nostri præceptis minime obtemperetis, qui esse poteratis in conspectu regis honorabiles, si eius festinetis facere voluntatem? Statim illis clamantibus & dicentibus ingenti vociferatione, Christiani sumus, Catholici sumus, Trinitatem vnum Deum inuolabilem cōstitimur: includuntur grauiori quidem sed adhuc latiori custodia, vbi nobis copia dabatur & introire, & verbum admonitionis fratribus facere, & diuina mysteria celebrare. Ibi & infantuli fuere quæ plurimi, quos genitricis materno sequebantur affectu, alia gaudentes, alia retrahentes: alia gaudebant se martyres peperisse, alia morituros diluio rebaptizationis nitebatur à confessione fidei reuocare. Nullum tamen tunc nec blâdimenta vicerunt, nec carnalis pietas aliquem inclinavit ad terram. Nam quædam quid tunc fecerit anus, breuiter referre delectat: Dum iter ageremus cum Dei exercitu comitantes, & fortè magis noctibus promoueremur propter solis ardorem conspicimus mulierculam sacculum & alia vestimenta portantem manu infantulum vnâ tenentem, atque in his sermonibus consolantem: Curte Domine meus, vides vniuersos sanctos quomodo pergunt & festinant hilares ad coronas? Quam nos cum increparemus, quod importuna videretur aut viris pro sexu iungi, aut exercitui Christi sociari. Respondit: Benedicite, & orate pro me & pro isto nepote paruulo meo, quia & si peccatrix filia sum quondam Zuritanæ ciuitatis Episcopi.

Diuina mysteria celebrare.

Cui nos: Et quare ita abiecte ambulas, & qua ratione de tam longo itinere huc pergere demonstratis? Quæ respondit: Cum hoc seruo vestro paruulo ad exilium pergo, ne inueniat eum solum inimicus, & à via veritatis reuocet ad mortem. ad hæc verba repleti lacrymis nihil dicere valuimus, nisi vt voluntas fieret Dei. Sed vbi aduersarius qui iam forte dicebat: Participor spolia, replebo animam meam, interficiam gladio meo, dominabitur manus mea, nullum potuit occupare: incurrit angusta & deterrima loca in quorū conclauius Dei exercitum coartaret. Tunc eis etiam visitationis humanæ negata consolatio, puniuntur & custodes sustibus, & grauius affliguntur: iactantur Confessores Christi superinueniem angustia coartante vnus super alium vt agmina locustarum, & vt proprie dicatur, vt grana preciosissima frumentorum. In qua constipatione secedendi ad naturale officium nulla ratio sinebat loci, sed sterora & vrinam vrgente necessitate ibidem faciebant, vt ille tunc fœtor & horror vniuersa pœnarum genera superaret: ad quos aliquando dantes ingentia munera, Mauris dormientibus Vandalis vix clam admitti sumus intrare. Qui introeuntes veluti in gorgite luti vique ad genua cœpimus mergi, illuc tunc Hieremiæ videntes fuisse completum, qui nutriti sunt in croceis, amplexati sunt sterora sua. Quid multa? præcepti sunt vndique perstreperantibus Mauris, ad iter vbi destinati sunt præparari. Exeuntes itaq; die Dominica, lintra habentes stercoribus vestimenta, facies simul & capita à Mauris tamen crudeliter minabantur, hymnum cum exultatione Domino decantantes: Hæc est gloria omnibus sanctis eius. Aderat enim ibi tunc B. Pontifex Cyprianus Vnizibentis Episcopus consolator egregius, qui singulos pio & paterno souebat affectu non sine fluminibus currentium lacrymarum paratus pro fratribus animam ponere, & se vltro neum si dimitteretur talibus passionibus dare, qui totū quod habuit, egentibus fratribus, nulla tunc necessitate expendit. quærebat enim occasionem qualiter cōfessoribus sociaretur, ipse animo & virtute confessor qui postea per multos agones & scabrosos carceris, ad exilium quod desiderabat, cum exultatione, perrexit. Quantæ tunc multitudines de diuersis regionibus & ciuitatibus, ad visendos Dei vires occurrerent populorum, restantur via vel semita: quæ cum agmina venientium nequaquam caperent, per vertices montium & vallium concurrans turba fidelium inestimabilis descendebat, cereos manibus gestantes, suosque infantulos vestigiis martyrum proicientes, ista voce clamabant: Quibus nos miseros relinquitis, dum pergitis ad coronas? qui hos baptizaturi sunt paruulos fontibus aquæ perennis? qui nobis pœnitentiæ munus collaturi sunt, & reconciliationis indulgentia, obstrictos peccatorum vinculis, soluturi? quia vobis dictum est: Quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælis. Qui nos solentibus orationibus sepulturi sunt morientes? à quibus solenni sacriificij ritus exhibendus est consuetus? vobiscum & nos licebat pergere, si liceret vt tali modo filios à patribus nulla necessitas separaret. In his vocibus & lacrymis nullus iam pergere admittitur est eōsolator, sed ardebatur multitudo ad currendum, vt vbi Cannaua erat præparata, laboriosam caperet manionem, qui cum senes deficerent, & alij forte, & si iuuenes delicati, cœperunt hastilium cuspidibus ad currendum & lapidibus tundi: vnde magis deficientes, amplius lassabantur. Post vero imperatum est Mauris, vt

Mulieris Catholicae constantia in persecutione.

Sepultura cum solennibus orationibus.

Catolicorum exulium vita in aremo.

Missas agere.

Clerus Ecclesie.

eos qui ambulare non poterant, ligatis pedibus vt cadavera animalis mortui traherent per dura & aspera lapidum loca, vbi primo vestimenta, postea membra singula carpebantur. Quibus per gladios acutos petrarum huic caput contrebatur, alij latera findebatur, & ita inter manus trahentium spiritum exhalabant: quorum numerum nequaquam valuimus colligere, multitudine cœcœre. Exaltatur tamen per totum agerem publicum vilis sepultura sanctorum, loquentibus tumulis. Reliqui habiliores ad solitudinis loca perueniunt, in quibus collocati hordeum ad vscendū vt iumenta accipiunt. Vbi etiam venenatorum animalium atque scorpionum tanta esse dicitur multitudo vt ignorantibus credibilis videatur, quæ solo statu etiā procul positus veneni virus infundat: ab scorpionum percussu, nullum dicunt aliquando euasisse. Quorū feritas virulenta vsque ad presens tempus Christo descendente, nullum seruorum eius nocuisse docetur. Sed cum illic aluntur hordeaceis granis, postea & hoc ablatum est quasi non poterat Deus qui pluerat patribus manna, pascere & nunc tali exilio mancipatos. Cogitat acriora aduersus Ecclesiam Dei, vt qui membra aliqua absciderat, totum laniando perderet corpus. Nam die ascensionis Domini legatus Zenonis imperatoris regina presente legendum in media Ecclesia Episcopo Eugenio dirigit præceptum, quod etiā vniuersæ Africa veredis currentibus destinavit. Rex Hunericus Vandalorum & Alanorum vniuersis Episcopis Omousianis. Non semel sed sæpius constat esse prohibitum, vt in sortibus Vandalorum Sacerdotes vestri conuentus minime celebrarent, ne sua seductione animas subuerterent Christianas. Quam rem spernentes plurimi reperti sunt contra interdictum missas in sortibus Vandalorum egisse asserentes se integræ regulam Christianæ fidei tenere. Et quia in prouinciis à Deo nobis concessis scandalū esse nolumus, ideo Dei prouidentia cum consensu sanctorum Episcoporum nostrorum hoc nos statuisse cognoscite, vt ad diem Kalendarum Februarii proxime futurarum, amissa in executione formidinis, omnes Carthaginē veniant, vt de ratione fidei cum nostris venerabilibus Episcopis positus inire conuentū, & de fide Omousianorū quam defenditis, de diuinis Scripturis proprie approbatis, quo possit agnosci, si integram fidem teneatis. Huius autem edicti tenorem vniuersis Episcopis tuis per vniuersam Africam constitutis direximus. Data sub die x i i . Kalen. Iunias, anno v i i . Hunerici. Cognoscentibus igitur qui aderamur, simulque legentibus contrita sunt ex templo corda nostra, & cōturbati sunt oculi nostri, & vere tunc dies festi nostri cōuersi sunt in luctum & cantica in lamentationē, dum edicti tenor indicaret futuræ persecutionis furorem. Et præsertim vbi dixit, in prouinciis nostris à Deo nobis concessis scandalum esse nolumus: quasi diceret, in prouinciis nostris Catholicos esse nolumus. Tractatū est quid fieret. Nullum inuenit remedium imminens calamitas, nisi à sancto Eugenio rationabilis, si cor baratum molliretur, suggerenda daretur tali textu conscripta. Quoties animæ vel vitæ æternæ ac fidei Christianæ causa tractatur intrepidè, sicut regalis prouidentia compromissit, necesse est quod competit suggeratur. Nuper potestas regia per Vuitaredum notarium paruitatem meam admonere dignata est, qui nobis de merito ac religione fidei præceptum eius in Ecclesia presente Clero & plebe recensuit. Ex cuius tenore cognouimus ad omnes Cœpiscopos meos præceptum

regium similiter emanasse, vt die constituta pro disputatione fidei veniatur. Quod nos venerabiliter accepisse suggestimus, cui præfato notario humilitas mea suggestit, debere etiam transmarinarum omnium partium qui nobis sunt in vna Religione vel communionem consortes agnoscere, quia vbiq; regno eius obtemperant vniuersi, maximè quod totius mundi causa non specialis prouinciariū Africanarum tantummodo. Et quia secundo responso suggerendam me promissi oblatum, merito suppliciter peto magnificentiam tuam, vt ad domini & clementissimi regis aures memoratam suggestionem meam perferre digneris, quo eius clementia dignanter agnoscat, nos disputationem legis cum adiutorio Dei nullatenus declinare vel fugere, sed sine vniuersitatis assensu nos nō debere asserendam fidei nostræ causas assumere. Quod petimus vt benignitate quantus est, & iustitia sapientiæ suæ dignetur annuere. Data ab Eugenio Episcopo Ecclesie Catholicae Carthaginis. Sed cum hæc suggestio à beato Eugenio offerretur, ille iam qui conceperat dolorem, vrgebatur iniquitatem grauius parturire: & ita sancto viro Episcopo Eugenio per Obadum præpositum regni sui mandasse videtur: Subde mihi vniuersum orbem terrarum, vt sub potestate mea totus mundus redigatur, & facio ô Eugeni quod dicis. Ad quod beatus Eugeniū respondit vt potuit: Quod rationem, inquit, non habet, dici non debuit. Sic est hoc, quomodo si dicatur homini vt per aera feratur & volitet, quod moris non est humanæ naturæ. Dixi enim si nostram fidem quæ vna & vera est, potestas regis cognoscere desiderat, mittat ad amicos suos: scribam & ego fratribus meis, vt veniant Cœpiscopi mei, qui vobis nobiscum communem fidem nostram valeant demonstrare, & præcipue Ecclesia Romana, quæ caput est omnium Ecclesiarum. Ad hæc Obadus: Ergo tu & Dominus meus Rex similes es? Eugeniū Episcopos dixit: Ego non sum similis regis, sed dixi: Si veram cognoscere desiderat fidem, scribam amicis suis vt dirigant nostros Catholicos Episcopos, & ego scribo Cœpiscopis meis, quia Catholicæ vniuersæ vna est cura. Hoc agebat Eugeniū, non quia desissent in Africa qui aduersariorum obiecta resellerent: sed vt illi venissent, qui alieni ab eorum dominatu, maiorem fiduciā libertatis haberent, partitèrque oppressionis nostræ calumnias vniuersis terris & populis nunciarent. Ille autem qui necessebat dolos audire noluit rationem, agens argumentationibus crebris, vt quoscunque Episcoporum audierat eruditos, variis inspectionibus agitaret. Iam ad exiliū Vibianensem secundo Donatianum impositis CL. fastibus miserat Episcopos, necnon & Sufulentensem Præsidium, virum satis acutum. Tunc & venerabiles, mansuetum, Germanū, Fuscolum, & multos alios sustigauit. Dum hæc geruntur, imperat vt cum nostræ religionis viris, illorū mensam nullus communem haberet, neque cum Catholicis omnino videretur: quæ res non ipsis aliquod præstitit beneficium, sed nobis maximum contulit luctum. Nam si sermo eorū dicente Apostolo, sicut cancer consuevit serpere, quanto magis communis mensa ciborum poterit inquinare, cum dicat idem Apostolus: Cum nefariis nec cibū habere communem? Sed cum ignis iam persecutionis accenderetur, & flamma infestantis vbiq; arderet, ostendit Deus noster quoddam miraculum per seruum suum fidelem Eugeniū, quod præterire non debeo. Fuit in eadem ciuitate, id est, Carthagine quidam cæcus, ciuibus, ciuitatiq; notissimus, nomine

Catholica qua lege acceptent disputationem cum Arrianis.

Ecclesia Romana caput omnium ecclesiarum.

2. Tim. 2.

Benedictio
Fons Ba-
ptismatis.

Hymni no-
cturni ob
festi cele-
britatem.

Clerici.

oblatio
salutis.

Felix: hic visitatur à Domino prædicaturque ei nocte per visum, dies enim Epiphaniarum illucebat: Surge, vade ad seruum meum Eugenium Episcopum, & dices ei: Quia ego te ad illum direxi. Et illa hora qua benedicit fontem vt baptizentur accedentes ad fidem continget oculos tuos & aperientur, & videbis lumen. Qui tali visitatione commotus, putans se quomodo affolet deludi per somnium, surgere noluit cæcus. Sed cum iterum vgeretur in somnos, similiter vt ad Eugenium pergeret compellitur. Rursus negligit, tertioq; festinanter & grauiter increpatur. Excitat puerum, qui ei solitus erat manum porrigere. Pergit veloci agilitate ad Sancti Basilicam, orat veniens cum ingentibus lachrymis, suggerit cuidam diacono nomine Peregrino, vt eum Episcopo nunciaret, indicans se habere aliquod secreti genus intimandum. Audiens Episcopus iussit hominem introire. Iam enim ob celebritatem festiuitatis, hymni nocturni per totam Ecclesiam canente populo concrebant. Indicat cæcus antistiti ordinem visitationis suæ, dicitque illi: Non te dimittam, nisi mihi sicut à Domino iussus es, reddideris oculos meos. Cui Eugenius sanctus: Recede à me frater, peccator sum, & indignus, & super omnes homines delinquens, vt pote & qui in hæc tempora seruatus sum. Ille autem tenens genua eius, aliud non dicebat, nisi illud quod iam dixerat: Sicut iussus est, redde mihi oculos meos. Attendens quoque Eugenius inuerecundam credulitatem, & quia iam tempus vgebat, pergit cum eo comitante officio clericorum ad fontem. Vbi fixis genibus cum ingenti genitu, pulsans singultibus cælum, crispantem benedixit aluceum fontis, & cum completa surrexit oratione, ita cæco respondit: Iam tibi dixi frater Felix, peccator homo ego sum, sed qui te visitare dignatus est, præster tibi secundum fidem tuam, & aperiat oculos tuos: simulque vexillo Crucis consignante oculos eius, statim cæcus visum, Domino reddere, recepit. Quem secum quousque vniuersi baptizarentur ibi detinuit ob hoc, ne tanto miraculo populus excitatus, vitum contereret qui receperat lumen. Fit postea manifestum Ecclesie vniuersæ. Procedit ad altare cū Eugenio sicut moris qui fuerat cæcus, suæ salutis oblationem Domino redditurus. Quam Episcopus accipiens altari imposuit. Fit strepitus gaudio metante inreuoocabilis populorum statim nuntius pergit ad tyrannum. Rapitur Felix, inquitur ab eo quid factum sit, qualiterque receperit lumen. Dicit illi ex ordine totum, dicuntque Arrianorum Episcopi: hoc Eugenius per maleficia fecit. Et quia oppressi confusione non poterant nubilare, eo quod Felix vniuersæ ciuitati manifestus esset & notus, tamen volebāt eum si fas esset necare, quomodo Iudæi suscitatum Lazarū cupiebāt occidere. Appropinquabat iam futurus dies ille calamitosus Calendarum Februarium, ab eodem statutus. Conueniunt non solum vniuersæ Africa, verum etiam insularum multarum Episcopi afflictione & mœrore confecti. Fit silentium diebus multis, quousque peritos quosque & doctissimos viros exinde separaret, calumniis appositis enecandos. Nam vnum ex ipso choro Doctorum nomine Lærum, strenuum atq; doctissimum virum, post diuturnos carceris scallores incendio concremauit, æstimās tali exemplo timorem incutiens reliquos elisurum. Tandem venit ad disputationis consilium, ad locum scilicet quem delegerant aduersarij. Euitantes igitur nostri vociferationis tumultus, ne forte postmodum Arriani dicerent, quod eos nostrorum oppresserit multitudo, eligunt,

de se nostri qui pro omnibus responderēt, decem. Collocat sibi Cyrila cum suis satellitibus in loco excelso superbissimum thronum, astantibus nostris, dixeruntque nostri Episcopi: Illa est semper grata collatio, vbi superba non dominatur elatio: sed ex consensu communi venit, vt cognitoribus decernentibus, partibus agentibus, quod verum est agnoscat. Nunc qui erit Cognitor, qui Examinator, vel libra iustitiæ vt bene prolata confirmet, aut prauæ assumpta refellat? Et cum talia & alia dicerentur, Notarius Regis respondit: Patriarcha Cyrila dixit, legatur nobis quo concedente istud sibi nomen Cyrila assumpsit. Et exinde strepitū concitantes, calumniari aduersarij cœperunt. Et quia hoc nostri petierant vt saltem si examinare non licebat, prudenti multitudini vel expectare liceret, iubentur vniuersi filij catholica Ecclesie qui aderant centenis fustibus tundi. Tunc clamare cœpit beatus Eugenius: Videat Deus vim quam patimur, cognoscat afflictionem persecutionum quam à persecutoribus sustinemus: conuersique nostri, Cyrila dixerunt: Proponere quod disponis. Cyrila dixit: Nescio Latine. Nostri Episcopi dixerunt: Semper te Latine esse locutum manifesto nouimus, modo excusare non debes, præsertim quia tu huius rei incendium suscitasti. Et videns Catholicos Episcopos ad consilium magis fuisse paratos, omnino audientiam diuersis cauillationibus declinavit. Quod ante nostri providentes, libellum de fide conscripserant, satis decenter sufficienterque conscriptum dicentes: Si nostram fidem cognoscere desideratis, hæc est veritas quam tenemus.

VICTORIS EPISCOPI VTICEN.
DE CATHOLICA FIDE, LIBER.

Regali imperio fidei Catholicae quam tenemus, præcipimur reddere rationem: ideoque aggredimur pro nostrarum vitium mediocritate diuino iusti adiutorio, quod credimus & prædicamus breuiter intinere. Primum igitur de vnitatis substantiæ Patris, & Filij, quod Græci ὁμοῦσιν dicunt, exponendum nobis esse cognoscimus. Patrem ergo & Filium & Spiritum sanctum ita in vnitatis deitatis profitemur, vt & Patre in sua proprietatis persona subsistere, & Filium nihilominus in propria extare persona, atq; Spiritum sanctum personæ suæ proprietatem retinere, fidei confessione fateamur: non eundem asserentes Patrem quem Filium, neque Filium constitentes qui Pater sit aut Spiritus sanctus: neque ita Spiritum sanctum accipimus, vt aut Pater sit aut Filius: sed ingentium Patrem, & de Patre genitum Filium, & de Patre procedentem Spiritum sanctum, vnius credimus esse substantiæ vel essentia: quia ingenti Patris & geniti filij, & procedentis Spiritus sancti vna est deitas, tres vero personarum proprietates. Et quia contra hanc Catholicam vel Apostolicam fidem exorta hæresis nouitatem quandam induxerat, asserens Filium non de Patris substantia genitum, sed ex nullis extantibus, id est, ex nihilo substituisse: ad hanc impietatis professionem quæ contra fidem emergerat refellendam, & penitus abolendam ὁμοῦσιν sermo Græcus positus est, quod interpretatur vnius substantiæ vel essentia, significans filium non ex nullis extantibus, nec ex alia substantia, sed de Patre natum esse. Qui ergo putat Omouision auferendum, ex nihilo vult asserere Filium extitisse. Sed si ex nihilo non est, ex Patre sine dubio est, & recte Omouision, id est, vnius cum Patre substantiæ Filius est. Ex Patre autem

Catholico-
rum dis-
putatio cū
Arrianis.

Hebr. 1.

Hebr. 9.

Sap. 16.

Ioan. 6.

psal. 77.

Ioan. 5.

Ioan. 5.

Ioan. 14.

Matth. 16.

autem esse, id est, vnius cum Patre substantiæ: his testimonij approbatur, Apostolo dicente: Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, genens quoque omnia verbo virtutis suæ. Et ipse iterum Deus Pater incredulorum perfidiam obiurgans, qui prædicantis per Prophetas filij vocem in sua substantia manentem audire noluerunt, dixit: Non audierunt vocem substantiæ. Quam vocem substantiæ cum tam terribili intestatione increpas ad eundem Prophetam loquitur, dicens: Super montes accipe planctum, & super semitas deserti luctum, quia defecerunt eo quod non sint homines, non audierunt vocem substantiæ à volatilibus cæli vsque ad pecora. Et rursus eos qui à professione vnius substantiæ declinantes in eadem fidei substantia stare noluerunt, increpat, dicens: Si stetit in substantia mea, auertissem vtique eos à via sua mala, & à pessimis cogitationibus suis. Et iterum non extra substantiam Patris Filium confitendum, sed in eadem fideliter mentis oculis contendum, aperiissime declaratur, dum dicit Propheta: Quis stetit in substantia Domini, & vidit verbum eius? Patris ergo substantiam filium esse Prophetis iam olim designatum est oraculis, dicente Salomone: Substantiam enim & dulcedinem tuam quam in filios habes, ostendebas, quam in figura & imagine panis cælestis, populo Israel cælitus apparere profluxisse: quod ipse Dominus in Euangelio exposuit, dicens: Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo: se vtique panem esse designans, cum dicit: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi: de quo etiam Propheta Dauid dicit: Panem angelorum madducavit homo. Nanque vt adhuc euidentius Patris & filij substantiæ vnitatis & diuinitatis æqualitas ostendatur, ipse in Euangelio dicit: Ego & pater vnum sumus. Quod nõ ad vnitatem tantummodo voluntatis, sed ad vnam refertur eandemque substantiam, quia non dicit: Ego & Pater vnum volumus, sed vnum sumus. Ex eo enim quod sunt, non ex eo tantum quod volunt, paternæ vnitatis declaratur assertio. Item Ioannes Euangelista dicit: Propterea quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat Sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, & æqualem se faciens Deo: quod vtique non ad Iudæos est penitus referendum, quia Euangelista veraciter dixit de filio, quia æqualem se faciebat Deo. Item in Euangelio scriptum est: Quæcumque Pater facit, eadem & Filius facit. Similiter & sicut Pater suscitauit mortuos & viuificauit, ita & Filius quos vult viuificat. Item, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Æqualis enim honor, non nisi equalibus exhibetur. Item ibi Filius ad Patrem dicit: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Item Philippe qui me videt, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? Hoc non dixisset, nisi patri per omnia fuisset æqualis. Item ipse Dominus dixit: Credite in Deum, & in me credite. Et adhuc vt vnitatem æqualitatis demonstraret, ait: Nemo nouit Filium nisi Pater, neque Patrem quis nouit nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare, & sicut Filius cui vult reuelat Patrem, ita & Pater reuelat Filium: sicut ipse Petro ait, contenti eum Christum filium Dei viuificauit Beatus es (inquit) Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est. Et iterum Filius dicit: Nemo venit ad Patrem nisi per me, & nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me attraxerit eum. Vnde claret æqualitatem Patris & Filij ad se inuicem credentes adducere. Item dicit: Si co-

gnouisset me & Patrem meum vtique cognouissetis. Ioan. 14. & amodo nostis eum & vidistis eum. Verum quia duas in Filio profitemur esse naturas, id est, Deum verum, & hominem verum, corpus & animam habentem, quicquid ergo excellenti sublimitatis potentia de eo referunt scripturæ, admirandæ eius diuinitati tribuendū sentimus: & quicquid infra honorem cælestis potentia de eodem humiliter enarratur, non verbo Dei, sed homini reputamus assumpto. Secundum diuinitatem ergo est quod superius diximus, vbi ait: Ego & Pater vnum sumus: &, Qui videt me, videt & Patrem, &, Omnia quæcumque Pater facit, eadem & Filius facit similiter, vel cætera quæ superius continentur. Illa vero quæ de eo referuntur, ista sunt: Pater maior me est: &, Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me: &, Pater si fieri potest, trahat à me calix iste: vel cū de cruce dicit, Deus Deus meus quare me dereliquisti? Et iterum ex persona Filij Propheta dicit: De ventre matris meæ Deus meus es tu: vel cum minor Angelis iudicatur, & quàmplura his similia quæ studio breuitatis non inseruimus. Filius ergo Dei nullis conditionum necessitatibus obstructus, sed libera diuinitatis potentia, ita quæ nostra sunt mirabili pietate assumpsit, vt ab hiis quæ diuine sunt omnino non destiterit, quia diuinitas nec augmentum admittit, nec patitur detrimentum: vnde gratias agimus Domino nostro Iesu Christo, qui propter nos, & propter nostram salutem de cælo descendit, sua passione nos redemit, sua morte viuificauit, sua ascensione glorificauit: Qui sedens ad dexteram Patris, venturus est iudicare viuos & mortuos: iustus æternæ vitæ præmiū largiturus, impiis atque incredulis merita supplicia redditurus. Profitemur itaque Patrem de seipso, hoc est, de eo quod ipse est, sempiternè atque ineffabiliter Filium genuisse, non extrinsecus, non ex nihilo, non ex alia genuisse materia, sed ex Deo natum esse: & qui de Deo natus est, non aliud est quàm id quod Pater est, & idcirco vnius substantiæ est, quia veritas natiuitatis, diuinitatem non admittit generis. Nam si alterius à Patre substantiæ est, aut verus filius non est, aut quod nefas est dicere degener natus est. Est enim verus filius, sicut Ioannes ait: Vt simus in vero filio eius. Non est etiam degener, quia Deus verus de Deo natus est vero: sicut Idem Ioannes euangelista exequitur, dicens: Hic est verus Deus, & vita æterna. & ipse Dominus in Euangelio: Ego sum (inquit) via, veritas, & vita. Ergo si aliunde substantiam non habet, de Patre habet. Si de Patre habet, vnius substantiæ cum Patre est: sed si vnius substantiæ non est, ergo non de Patre, sed aliunde est: quoniam vnde est, inde substantiam habeat necesse est. Omnia enim ex nihilo, Filius vero de Patre. De duobus eligat quis quod velit: aut det ei substantiam de Patre, aut fateatur ex nihilo substituisse. Sed Prophetam forsitan obicitur testimonium: Generationem eius quis enarrabit? Cum ego non dixerim, Enarra mihi modum vel qualitatem diuinæ generationis, & tanti secreti arcanum humanis verbis enuncia, quoniam vnde natus sit requisiti. Diuina enim generatio inenarrabilis est, nõ ignorabilis. Nam vsq; adeo nõ est ignorabilis, id est, non ignoratur vnde sit, vt & Pater de ipso genuisse, & Filius de Patre se natū sæpissime ptestetur. Quod nullus omnino ambigit Christianus: sicut in euangelio demonstratur, ipso Filio dicente: Qui autem non credit, iam indicatus est, quia non credidit in nomine vni geniti filij Dei. Item Ioannes euangelista dicit: Et vidimus gloriā eius, gloriā quasi vni geniti à Patre.

Matth. 27.

psal. 21.

Ioan. 5.

Ioan. 14.

Is. 53.

Ioan. 13.

Ergo professionem nostram breui sermone concludimus. Si vere de Patre natus est, vnus substantiae est, & vetus filius est. Sed si vnus substantiae non est, nec verus Deus est: aut si verus Deus est, & tamen de Patris substantia non est, ingenuus ergo & ipse est, sed quia ingenuus non est, factura ergo est, vt putatur aliunde subsistens, si de patris substantia non est: sed absit hoc ita credere. Nos enim vnus substantiae cum Patre Filium profitemur, detestantes Sabellianam haeresim, quae ita Trinitatem confundit, vt eundem dicat esse patrem quem Filium, eundemque credat esse Spiritum sanctum, non seruans tres in vnitae personas. Sed forsitan obiicitur cum ingenuus pater sit, genitus filius, non fieri posse vnam eandemque esse substantiam geniti atque ingenui, cum vtique si sicut ingenuus pater est, ingenuus esset & filius, tunc magis diuersa possit esse substantia, quia vnusquisque a seipso subsistens, communem substantiam cum altero non haberet. Cum vero ingenuus Pater de seipso, id est, de eo quod ipse est, si quid illud est aut dici potest, imò quia vt est dici omnia non potest, filium generauit, apparet vnam esse gignentis geniti que substantiam: quia Deum de Deo, lumen de lumine filium esse veraciter profitemur. Nam lucem esse patrem, Ioannes Apostolus testis est, dicens: Quia Deus lux est, & tenebrae in eo non sunt vlla. Item de filio ait: Et vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehendunt. Et infra: Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vnde apparet Patrem & filium vnus esse substantiae, dum lucis & hominis diuersa non potest esse substantia, eius scilicet quae de se gignit, & quae de gignente existit. Denique ne aliquis inter Patrem & Filium, diuersitatem naturalis luminis introducat, ideo Apostolus de eodem filio dicit: Qui cum sit splendor gloriae, & figura substantiae eius. In quo euidentius, & coeternus patri & inseparabilis a patre & vnus cum eo esse substantiae perdocetur: dum luci splendor est semper coeternus, dum splendor a luce natura substantiae numquam potest esse diuersus. Quis enim splendor lucis est, idem & Dei Patris virtus est. Semper enim propter virtutis aeternitatem inseparabilis propter claritudinis virtutem. Et hoc est quod nos fideliter profitemur, filium de patris substantia natum: sicut ipsum pater Deus aperitissimum perhibet testimonium. Qui vt de sua ineffabilis naturae substantia proprium filium genuisse monstraret, ad instruendam fragilitatis nostrae imperitiam, vt nos ex visibilibus ad inuisibilia erigeret, terrenae natiuitatis vocabulum ad diuinam generationis traxit exemplum, dicens: Ex vtero ante luciferum genui te. Quid clarius, quid luculentius, effari diuinitas dignaretur? Quibus iudiciis, quibus existentium rerum exemplis proprietatem generationis ostenderet? Non quia corporeis compositus est membris, aut aliquibus artuum lineamentis distinctus: sed quia nos aliter veritatem diuinam generationis auditu mentis percipere non possemus, nisi humani vteri pronocentemur vocabulo, vt ambigi vltra non possit de Dei substantia natum esse, quem constat ex patris vtero exiisse. Credentes ergo Deum patrem de sua substantia impassibiliter filium generasse, non dicimus ipsam substantiam aut diuisam esse in filio, aut diminutionem pertulisse in patre: & per hoc passionis potuisse vitio subiacere. Absit enim a nobis, vt talia vel opinemur vel cogitemus de Deo, quia nos perfectum patrem, perfectum filium, sine sui diminutione, sine aliqua deriuatione, sine omni omnino

I. IER. I.

Hebr. I.

passionis infirmitate genuisse, fideliter profitemur. Nam qui obiicit Deo, qui de ipso genuit, diuisionis vitium pertulit: potest dicere, quia & laborem sensit quando vnuerfa condidit, & ob hoc die septima ab omni suo opere requieuit. Sed nec in generando de seipso passionem vel diminutionem aliquam sensit, nec in concedendo vnuerfa, fatigationem aliquam pertulit. Nam que vt euidentius nobis diuinae generationis impassibilitas insinuaretur, Deum ex Deo, lumen ex lumine, filium profitendum accepimus. Si ergo in efficientia visibilis ac mundani luminis tale aliquid non inuenitur, vt lumine ex lumine sumpto, & per quamdam generationis natiuitatem exorto, ipsam luminis originem, quae ex se lumen aliud dedit, nec minui, nec vllum omnino detrimentum ministrati ex se luminis perpeti contingat: &c. *Quae hic desunt, habes infra Tom. 3. Col. 455.*

Genes. I.

LIBER TERTIUS.

Qui cum noster libellus legeretur oblatus, veritatis lumen nequaquam sufferre caecis oculis poterunt, infanientes vocibus inferendis, grauitate ferentes quare nos nomine nostro Catholicos dixerimus. Statimque metientes suggerunt Regi de nobis, eo quod strepitum fecerimus, audientiam fugientes. Qui eadem hora accensus & credens mendacio, festinauit facere quod volebat. Et iam conscriptum habens, & occulte cum eodem decreto per diuersas prouincias suos homines dirigens, Episcopis Carthagine positus, vna die vnuerfae Africae Ecclesias clausit, vnuerfamque substantiam Episcoporum & Ecclesiarum, suis Episcopis munere condonauit. Nesciens quoque quid loqueretur, neque de quibus affirmabat, legem quam dudum Christiani imperatores nostri contra eos, & contra alios haereticos pro honorificetia Ecclesiae Catholicae promulgauerunt, aduersum nos illi proponere non erubuerunt addentes multa de suis sicut placuit tyrannicae potestati. Haec est enim series datae & propositae legis.

Rex Hunericus Vandalorum & Alanorum, vnuerfis populis nostro regno subiectis, Triumphalis maiestatis & regiae probatur esse virtutis, mala in autores consilia retorquere. Quisquis enim aliquid prauitatis inuenerit, sibi imputat quod incurrit. In qua re nutum diuini iudicij clementia nostra secuta est, quod quibusque personis prout eorum facta meruerint, seu bona seu forte talibus contraria dum facit expendi, simul etiam prouenit compensari. Itaque his prouocantibus qui preceptionem inelytae recordationis patris nostri, vel mansuetudinis nostrae crediderint esse temendam, censuram seueritatis assumimus. Auctoritatibus enim cunctis populis fecimus innotesci, vt in sortibus Vandalorum nullos conuentus Omouiani Sacerdotes assumerent, nec aliquid mysteriorum (quae magis polluant) subiret vindicaret. Quod cum videremus esse neglectum, & plurimos esse repertos, dicentes se integram regulam fidei retinere, postmodum vnuerfos constat fuisse commonitos spacio temporis praerogato mensum, nouaque contentione, si quid ab eorum proposito posset apari, vt ad Calendas Februarias, anni octauo regni nostri, sine metu aliquo conuenirent. Qui dum huc ad Carthaginensem confluere ciuitatem post moram temporis praestituti, aliam quoque dilationem aliquantum dierum dedisse cognoscimus. Et dum se conflictui paratos astruerent, primo die a venerabilibus Episcopis nostris eis videretur

Hunericus edictum contra catholicos.

Haereticorum Libris combustis.

videretur esse propositum, vt Homouision sicut admoniti erant ex diuinis scripturis proprie approbarent, aut certe quod a mille & qui id excurrunt Pontificibus de toto orbe in Ariminensem concilio, vel apud Seleucia amputari est, praedamarent. Quod nequaquam facere voluerunt, vnuerfa ad seditionem per se concitati populi reuocantes. Quinimo & secunda die dum eis mandauimus, vt de eadem fide sicuti propositum fuerat, reponderent: hoc euidenter assumpserunt temeritate trasacta, vt seditione & clamoribus omnia perturbantes, ad conflictum faceret minime perueniri. Quibus hoc prouocantes, statimuis vt eorum Ecclesiae clauderentur, hac illis conditione praescripta, vt tadium essent clausae, quoadiu malent propositum peruenire, quod ea obstinatione facere noluerunt, quam prauis videntur assumpsisse consiliis. Adeo in hos est necessarium ac iustissimum retorquere, quod ipsarum legum contumacia demonstratur, quas inductis secum in errorem imperatoribus diuersis tunc contigit promulgari. Quarum illud videtur tenere conceptio, vt nulla super exceptis institutionis suae antistibus Ecclesiae paruisset, nulli liceret aliis aut conuictus agere, aut exercere conuentus, nec Ecclesias aut in vrbibus aut in quibusdam paruissimis locis penitus obtinere neque construere: sed praesumpta, sicuti vrbibus iungerentur: sed etiam & eorum patrimonio Ecclesiae suae fidei sociata, suis Antistitibus prouenissent, nec commemorare quaeconque loca talibus licetia paruisset: sed extorres omnibus vrbibus redderentur & locis, nec baptismatis haberet omnino aliquam facultatem, aut forte de religione disputarent, & nullam ordinandi haberent licentiam, siue Episcopos, siue Presbyteros, vel alios quos ad clericos pertinere contingeret, proposita seueritate vindicta: vt tam hi qui se paterentur huiusmodi honores accipere, quae etiam ipsi ordinatores, denis libris auri singuli multarentur, eo adiecto, vt nullus eis locus esset vel aditus supplicandi, sed etiam si qua specialia meruissent, minime praualerent. Et si in hac pernicie perdurarent, & de proprio ablatis in exilium sub prosecutione idonea mitterentur: in populos quoque, praefati imperatores similiter seuenientes, quod eis nec donandi libertas, nec testandi, aut capiendi: vel ab aliis derelictum penitus subiaceret: non fidei commissae nomine, non legati, non donationibus, aut relictione quae mortis causa appellatur, vel quolibet codicello aliusve scripturis: ita vt etiam qui suis palatiis militarent, condemnationi grauissimae pro dignitatis merito facerent subiectos, vt omni honoris priuilegio expoliati, infamiam incurrerent, & publico crimini huiusmodi personae se cognoscerent esse subiectos. officialibus etiam Iudicum diuersorum, xxx. argenti pondo poena proposita: quam si quinque vicibus: in errore perdurantibus contigisset inferre, tum demum tales conuicti atque subingati verberibus, in exilium mitterentur. Deinde codices vnuerfos Sacerdotum quos persequebatur, praeeperant ignibus tradi. Quod de libris huiusmodi, quibus sibi nominis illius errorem persuasit iniquitas, praecipimus faciendum. Haec enim, vt dictum est, pro singulis quibusque personis illi obseruanda praeeperant, vt illustres singillatim auri pondo quinquagena darent: Spectabiles auri pondo quadragena: senatores auri pondo tricens: populares auri pondo vicena: Sacerdotes auri pondo tricens: decuriones auri pondo quina: negociatores auri pondo quina: plebeij auri pondo quina: circumcelliones auri pondo dena. Et si qui forte in hac pernicie permanerent, conflictum

catis omnibus rebus suis, exilio multarentur. Ordines autem ciuitatum, sed & procuratores & conductores possessionum, tali poena videbantur affligere, vt si fortes tales celare diligerent, & minime publicassent, & retentos iudicio non facerent praesentari, ipsi tenerentur ad poenam: conductoribus etiam regalium praediorum hac multa proposita, vt quantum domui regiae inferrent, tantum etiam silico poenae nomine cogentur exsoluere. Id generaliter in omnibus conductoribus vel possessoribus qui in eadem superstitione crediderint perdurandum, constituerunt obseruari: iudicibus etiam qui huic rei instantissime non imminebant, poena proscriptiois & sanguinis supplicium poneretur. Sed & de primariis officiorum tres numero punirentur, aliis xx. librarum auri condemnatione multandis. Quare his necesse est constitutionibus obligari omouianos omnes, quos huiusmodi male perualationis constat tenuisse & tenere materiam. Quos ab omnibus supra dictis abstinere decernimus, in prosecutione veteris per ordines cunctarum vrbium. Sed etiam iudices qui superioribus neglectis, dura supplicia diuersis non intulisse monstrantur, omnes supra dictae fidei omouision erroribus implicatos, quae cuncto praedamnata est concilio tantorum numero Sacerdotum, vnuerfis rebus praedictis & contractibus praecipimus abstinere, quod nihil sibi nouerint esse permixtum: sed vnuerfos similis poena maneat & astringat, si ad veram religionem qua veneramur & colimus, intra diem Calendarum Iuniarum anni octauo regni nostri conuersi non fuerint, ad Diem autem praestitutum eadem pietas nostra constituit, vt praedamnatis errorum indulgentia non negetur, & obstinatos animos supplicia digna coerceant. Qui autem in eodem errore permanserint, seu domus nostrae occupati militia, seu forsitan diuersis titulis necessitatibusque praepositi, pro gradibus suis dictarum superius multatarum illationes cogatur excipere, nihil valituris que forsitan per surreptionem quemquam talium contigit promereri. In priuatis etiam vel cuiuscunque gradus & loci personas, hoc nostra promulgatio praecipit obseruandum, quod circa tales supra dictis legibus videbatur expressum, vt poenae congruae subderentur. Iudices autem prouinciarum quod statutum est negligentes exequi, superiori poena quae talibus est praescripta, constitutum obligandos. Veris autem maiestatis diuinam cultoribus, id est Sacerdotibus nostris, Ecclesiis vnuerfas, vel totius cleri nominis supra dicti quibuscunque terris & regionibus constitutas, quae proprietate diuinitate, imperij nostri regimine possidentur, vna cum rebus quae ad easdem pertinent, hoc decreto statuimus debere proficere, non dubitantes plus alimoniam inopum proficere, quod sacrosanctis pontificibus iuste collatum est. Hanc ergo legem a fonte iustitiae profluentem, cunctis praecipimus innotescere, quatinus nullus sibi ignotum esse quod praeprium est possit obtendere. Optamus vos bene valere. Data sub die V. I. Kalend. Martij Carthagiae.

Surreptio

Pontificibus bonis ab debet ino- pes.

LIBER TERTIUS.

Post haec edicta feralia veneno toxicato transfusa, iuber cunctos Episcopos qui Carthagine fuerant congregati, quorum iam Ecclesias domos & substantiam ceperat, in hospitibus quibus erant expoliari, & expoliatos foras muros propelli, non animal, non seruus, non mutanda quae ferebant vestimenta penitus dimituntur, addens adhuc, vt nullus quempiam illorum hospitio reciperet, aut alimoniam

præstaret. Qui autē hoc miserationis causa facere tentasset, cum vniuersa domo sua incendio cremaretur. Sapienter tunc etiam proiecti Episcopi fecerunt, vt licet mendicantes exinde non abirent: quia si recederēt, non tantum violenter omnino reuocarentur, sed & mentirentur eos sicut meriti sunt, fugisse confictum, maxime quia vbi reuenterentur, iam nequaquam fuerat Ecclesiis substantia, vel domibus occupatis. Dum ergo gementes in circuitu murorum nudo sub aëre iacerēt: factum est vt rex impius ad piscinas exisset. Cui vniuersi occurrere maluerunt dicentes: Vt quid taliter affligimur? pro quibus malis forte commissis ista perpetimur? Si ad disputationem congregati sumus, quare expoliamur? quare traducimur? quare differimur? & sine Ecclesiis & domibus nostris foras ciuitatem fame & nuditate laborantes, mediis stercoretibus volutamur? Quos ille toruis oculis aspiciens, priusquam suggestionem eorum audisset, iussit super eos cum sessoribus equos dimitti, vt tali violentia possent non solum conteri, verum etiā necari. Quorum tunc multi contriti sunt, & præcipue senes & infirmi. Tunc deinde iubentur, ad quandā locū qui dicitur aedes Memoriarum, illi viri Dei occurrere, fraudem sibi nescientes aptatā. Vbi cum venissent, charta eis ostenditur inuoluta, diciturque illis ista subtilitate serpētis. Dominus noster rex Hunnerichus, licet doleat quod fueritis contemptores, & adhuc eius voluntati obedire tardetis, vt eius efficiamini religionis cuius est ipse, nunc tamen bonū de vobis cogitauit. Si iuraueritis ita, vt quod ista charta continet faciatis, dimittit vos Ecclesiis & domibus vestris. Ad quod vniuersi Episcopi responderunt: Semper dicimus & diximus, & dicturi sumus: Christiani sumus, Episcopi sumus, Apostolicam fidem vna & verā tenemus. Factoque post confessionem fidei silentio modico, illi qui a rege fuerant destinati, festinabant extorquere Episcopis Sacramentum. Tunc beati viri Hortulanus & Florentinianus Episcopi, pro omnibus & cum omnibus dixerunt: Nunquid animalia nos irrationabilia sumus, vt nescientes quid charta contineat, facile aut temere iuremus? Accelerauerunt quoque illi a rege destinati, scripturæ eis propalare tenorem, qui huiusmodi sermonibus fuerat coloratus. Sic enim calumniosa series continebat. Iurare si post obitum Domini nostri regis, eius filium Hilderichum desideratis esse regem: vel si nullus vestrum ad regiones transmarinas, Epistolas diriget: quia si Sacramentum huius rei dederitis, restituet vos Ecclesiis vestris. Cogitauit tunc multorum pia simplicitas, etiam cōtra prohibitionem diuinam Sacramentum dare, ne Dei populus in posterum diceret, quod vitio Sacerdotum qui iurare noluerunt, non fuerint Ecclesiæ restituta. Alij quoque astitiores Episcopi sentientes dolum fraudis, nequaquā iurare voluerunt, dicentes prohibitum fuisse Euangelica autoritate, ipso Domino dicente: Non iurabis in toto. Quibus ministri regis, secedant in parte, inquit, qui iurare disponunt. Qui cum secederent, notariis scribentibus quis quid diceret, & ex qua ciuitate fuisset, exceptum est. Similiter factum est & de illis qui minime iurauerunt. Statimque pars vtraque custodiæ mancipatur. Post vero fraus quæ celabatur apparuit. Iurantibus dictum est: Quare contra præceptum Euangelij iurare voluistis? Iussit rex vt ciuitates atque Ecclesias vestras nunquam videatis, sed relegati, colonatus iure ad excolendum agros accipiatis: ita tamen vt non pfallatis neque oretis, aut ad legendam codicem in manibus gestetis. Non baptizetis, neque or-

dinetis, aut aliquem reconciliare præsumatis. Similiter non iurantibus ait: Quia regnum filij Domini nostri non optatis, idcirco iurare nolulistis. Ob quam causam iussi estis in Corsicanam insulam relegari, vt ligna profutura nauibus dominicis incidatis. Addidit itaque bestia illa, Sanguinem sitiens innocentum, Episcopis necdum adhuc in exilium directis, per vniuersas Africanæ terræ prouincias, vno tempore tortores crudelissimos destinati: vt nulla remansisset domus & locus, vbi non fuisset ciuitas & lectus, vt nulli ætati, nulli parceretur sexui, nisi illis qui eorum succumberent voluntati. Hos fustibus, illos suspendio, alios ignibus concremabant. Mulieres & præcipue nobiles cōtra iura naturæ nudas omnino in facie publica cruciabant. Ex quibus vnam nostrā Dionysiam, cursum ac breuiter nominabo. Cum viderent eam non solum audacem, sed etiam matronis ceteris pulchriorem, ipsam primo nisi sustentibus expoliata apertare. Quæ cum peteret, diceretque de Domino suo secura, qualiter libet cruciari, verecunda tamen membra nolite nudare. Amplius illi magis furientes, celsiori loco vestimentis exutam consistunt, spectaculum eam omnibus facientes. Quæ inter ictus virgarum dum riuuli sanguinis toto iam corpore fluitarent, libera voce dicebat. Ministri diaboli, quod ad opprobrium meum facere cōputatis, ipsa est laus mea. Et quia erat scripturaturū diuinaturū sciētia plena, artata pœnis, & ipsa iam martyr, alios ad martyriū cōfortabat. Quæ suo sancto exemplo vniuersam suam patriam liberauit. Quæ cum suū vnicum filium admodū adhuc teneret ætatis & delicatū, timore pœnarum formidolosum cōspiceret, verberans eum nutibus oculorum, & increpans autoritate materna, ita confortauit vt matre multo fortior redderetur. Cui inter crudelia verbera constituto, ita dicebat: Memento fili mi, quia in nomine Trinitatis in matre catholica baptizati sumus, non perdamus indumentū nostræ salutis, ne veniens inuitator, vestem non inueniat nuptialem, & dicat ministris: Mittite in tenebras exteriores, vbi erit fletus oculorū, & stridor dentium. Illa pœna timenda est quæ nunquā finitur. Illa desideranda vita, quæ semper habetur. Talibus itaque filiū solidas verbis, velociter martyre fecit. Venerabilis vero adolescens Maioricus nomine, in certamine cōfessionis Spiritū reddens, cursum palmiferum consummauit. Amplexansque illā hostiam suā, quantis potuit vocibus Domino gratias agens, ad gaudium spei futuræ in sua domo maluit sepelire, vt quoties super sepulchrum eius Trinitati preces effundit, alienam se a filio nunquā esse confidat. Quanti igitur per eam in illa ciuitate vt fari sumus, acquisiti sunt Deo, longū est enarrare. Nā & eius germana nomine Daria, atque Leontia filia sancti Germani Episcopi, cognatūque Dariae venerabilis Emelius medicus, religiosus quoque Tertius, Trinitatis confessione præclarus, vel Sibidensis Bonifacius quāta pertulerint, qualibūque cruciatibus euisceratae vel euiscerati sint, qui valet, ex ordine dicat. Serui quoque Tuburbitanæ ciuitatis maioris, generosus & nobilis vir p̄ Christo quas pertulit quis explicet pœnas: Qui post cades innumerabiliū fustium, trocleis frequētibus eleuatus, dū tota præ vbera pēderet, nūc in sublimē se tollēte ictu celeri, dimissis iterū cānabinis, super filices platearū pōdere corporis veniēs, vt lapis super lapides corruerat. Sed & sapius tractū, & lapidibus acutissimis defricatum, & cutibus separatis, pelles corporis lateribus dorsoque videres & ventre pendere. Iste iam temporibus Geiserici non valde dissimilia pertulerat,

Episcopi rii Catholici licorū miserabilis statum.

Instantibus...

Dionysia Martyriū

Martyriū Catholicorum con-

Preces super sepulchro defuncti.

Iuramentum super Christi Corpore.

pertulerat, ne amici cuiusdā sui secreta nudaret: quāto magis nunc vt suæ fidei Sacramenta muniret? Et si hominis gratia fideliter exhibuit fidem, quantum debet illi, qui redditurus est pro fide mercedem? In ciuitate vero Culustiana non valeo quæ gesta sunt nuntiari, quia & ipsam quantitatem martyrum vel etiam confessorum impossibile est homini supputare. Vbi quædam matrona auctrix sui nominis Victoria, dum in conspectu vulgi continuo suspendio cremaretur, à marito iam perduto filiis presentibus taliter rogabatur: Quid pateris coniunx? Si me despicias, vel horum quos genuisti miserere impia paruulorum. Quare obliuisceris vteri tui, & pro nihilo ducis quos cum gemita peperisti? Vbi sunt fœdera coniugalis amoris? Vbi societatis vincula quæ inter nos dudum honestatis iure tabula conscripserat fecerunt? Respice quæso filios ac maritum, & regiæ iussionis implere festina præceptum, vt & imminētia adhuc tormenta lucretris, simul & mihi doneris & liberis nostris. Sed illa nec filiorum fletus, nec serpentis audiens blandimenta, affectum multo altius eleuans à terra, mundum cū suis desiderijs contemnebat. Quam cum iam continuatione suspendij vultus humeris, etiam qui cruciabant conspicerent mortuā, deposuerunt prorsus omni parte exanimem. Quæ postea retulit quandam sibi virginem astitisse, atque retigisse membra singula, & illico fuisse sanata. Qualiter autem Adrumentinæ ciuitatis ciuem Victorianam tunc proconsulem Carthaginis prædicem, nescio deficientibus verbis. Quo in Africa partibus nullus ditior fuit, qui etiam apud impium regem pro rebus semper sibi commissis fidelissimus habebatur. Mandatur ei à rege familiariter diciturque, quod eum habiturus esset præ omnibus, si eius præcepto facilem commo dasset assensum. Sed ille vir Dei missis ad se tale dedit cum fiducia magna responsum: Securus de Deo & Christo, Domino meo, dico quæ regi dicatis. Subrigat ignibus, adigat bestiis, excruciet generibus omnium tormentorum, si consensero, frustra sum in Ecclesia catholica baptizatus. Nam si hæc præfens vita sola fuisset, & aliam quæ vere est non speraremus æternam, nec ita fecissem ad modicum atque temporaster gloriari, & ingratus existere, qui suam fidem mihi constulit creditori. Ad quod tyrannus excitatus, quantum temporū, & quantis eū afflixerit pœnis, humanus sermo nō poterit explicare. Qui tripudians in Domino felicitēque consummans, martyrialē coronā accepit. Apud Tambaiensem quoque ciuitatē gesta, quis queat certamina martyriū explicare? Vbi duo germani Aquil-regiensis ciuitatis, sibi securi de Domino inuicem iurauerunt, & rogauerūt tortores, vt vna pœna parique supplicio torquerentur. Et dum primo suspendio mobilis lapidum pedibus alligatis tota die penderent, vno illorum petiuit sese deponi, & sibi inducias dari. Cui frater alius metuens ne fidem negaret, de suspendio clamabat: Noli noli frater, nō ita iurauimus Christum. Accubabo te cum ante thronū eius terribilem venerimus: quia super corpus eius & sanguinem iurauimus, vt pro eo inuicē pariamur. Ista dicēs & alia multa, confortauit germanum ad prælium passionis. Qui clamans ingenti voce dicebat: Adigite supplicijs quibus vultis, & pœnis Christianos artate crudelibus. Quod frater meus facturus est, hoc etiā ego. Quantis iam laminis ignitis adusti sunt, qualibus vngulis exarati, quibus cruciatibus torti, ipsa res docet, & quod eos ipsi tortores à sua facie proiecerunt dicentes: Istos

imitatur vniuersus populus, vt nullus ad nostram religionem penitus conuertatur, & præcipue quia nulli liuores, nulla pœnarum vestigia in eis penitus videbatur. In Typasensi vero quod gestum est Mauritaniam maioris ciuitate, ad laudem Dei insinuare festinemus: Dum suæ ciuitati Arianum Episcopū ex Notario Cyrillam ad perdendas animas ordinatū vidissent: omnis simul ciuitas euectione nauali de proximo confugit, relictis paucissimis qui aditum non innenerant nauigandi. Quos Arianorum Episcopus primo blandimētis, postea minis compellere cœpit, vt eos faceret Arianos. Sed fortes in Domino, non solum suadentis infamiam intriserunt, verum etiam publice mysteria diuina in domo vna congregati celebrare cœperunt. Quod ille cognoscens, relationem occulte Carthaginem aduersus eos direxit. Quæ cum regi innotuisset, comitē quendam cum iracundia dirigens, præcepit vt in medio foro congregata illuc omni prouincia, linguas eis & manus dextras radicibus abscedisset, Quod cum factum fuisset, Spiritu sancto præstante, ita loquuti sunt & loquuntur, quomodo antea loquebatur. Sed si quis incredulus esse voluerit, pergat nunc Constantinopolim & ibi reperiet vnum de illis subdiaconem Reparatum, sermones politos sine vlla offensione loquentem. Ob quam causam venerabilis nimium in palatio Zenonis imperatoris habetur, & præcipue regina mira eū reuerentia veneratur. Sed quis cōgruo sermone possit exequi aut coaceruare diuersitates pœnarum quas ex iussu regis sui, etiam ipsi Vādali in suos homines exeruerunt? In ipsa quoque quæ gesta sunt Carthagine, si nitatur scriptor singillatim astruere etiam sine ornatu sermonis, nec ipsa nomina tormentorum poterit edicere. Quæ res hodiēque posita in promptu demōstrat. Alios sine manibus, alios sine oculis, alios absque pedibus, alios truncos naribus auribūque intendas, aliōsque videas nimio suspendio pilis euulsis, caput quod eminere solebat, in medio scapularū fuisse demersum, dum iugiter in altis edibus suspendio cruciantes, impulsione manuum funibus agitatis, per vacuum aërem huc atque illuc faciebant vagati pendentem. Qui nonnunquam disruptis funibus de illa altitudine suspensionis ictu valido corruentes, plurimi arcem cerebri cum oculis amiserunt: alij contractis ossibus spiritum cōtinuo reddiderunt, alij post paulū exhalauerunt. Sed qui hoc fabulosum putat, Vranium Zenonis legatum interroget, cuius præfentia præcipue gesta sunt, illa scilicet causa, quia veniens Carthaginem, sese pro defensione Ecclesiarum Catholicarū venisse iactabat. Et vt illi ostēderet tyrānus se neminē formidare, in illis plateis vel vicis plures tortores & crudeliores statuit, in quibus, legatis moris est ascendendo ad palatiū & descendendo transire, ad opprobriū videlicet reipublice ipsius, & in nostri iam deficientis temporis fecem. Tunc igitur & quædam vxor cuiusdam cellarita regis nomine Dagila, quæ temporibus Geiserici multoties iam confessor extiterat, matrona nobilis ac delicata, flagellis & fustibus omnino debilitata, exilio arido & inuio relegatur, vbi nullus hominum forte consolationis gratia veniendi haberet accessum, relinquens cum gaudio domum, maritum, simul & filios. Cui postea oblatum esse dicitur, vt in mitiorem hætēnum translata, frueretur si vellet solatio sociorum. Illa vero ingens sibi adesse credens gaudium, vbi nullus humanus esset consolantis affectus, ne fieret supplicauit. Tunc etiam Eugenio pastore iam in exilio constituto,

Mysteria diuina celebrare.

Catholici elinguis locuti.

Mulier Confessor.

Clerus Carthaginiensis.

vnuerfus Clerus Ecclesiæ Carthaginis cæde inediãq; maceratur, ferè quingenti vel amplius. Inter quos quamplurimi erant lectores infantuli, qui gaudentes in Domino, procul exilio crudeli traduntur. Sed libertatem tunc solum media vrbe cederetur, Muritta diaconi, cæteris liberiorè tacere non debeo. Fuit quidam Elpidoforus nomine, nimium crudelis & ferus, cui fuerat delegatũ, membra Confessorum Christi, suppliciiis graffantibus laniare. Hic enim dudũ fuerat apud nos in Ecclesia Fausti baptizatus, què venerabilis Muritta diaconus de aluco fontis susceperat generatũ. Post vero dum apostaret, tantã exitiũ feritatis aduersus Ecclesiam Dei, vt superior omnibus executor persecutionis fuisset inuentus. Quid multa? Dum primo Presbyteri supplicii macerandi ordine citaretur, post Archidiaconum Salutare, artatur pennis memoratus conus salutaris. Fuit enim secundus in officio Ministrorum. Qui cum Elpidoforo sedente & fremente, honorabilis senior cœpisset extendi, priusquam exueretur, clam furtũ neſcientibus cunctis, illa quibus eum suscipiens de fonte dudũ texerat Sabana baiulabat. Quibus ventilitas, simulque in ostensione cunctorum extentis, in his verbis totam ad sterum & lachrymas commouisse dicitur ciuitatem. Hæc sunt linteamina Elpidofore minister erroris quæ te accusabunt, dum maiestas venerit iudicantis, custodiende diligentia mea ad testimonium tuæ perditionis, ad demergendum te in abyſſo putei sulphurantis. Hæc te immaculatum cinxerant de fonte surgentem. Hæc te acrius persequuntur, flammantem gehennam cum cœperis possidere, quia in diuisti te maledictionem sicut vestimentum, scindens atque amittens veri baptismatis & fidei Sacramentum. Quid facturus es miser, cum serui patris familias ad cœnam regiam congregare cœperint inuitatos? Tunc te aliquando vocatum, terribiliter indignatus, exurum stolam rex conspiciet nuptialem, dicetque tibi: Amice, quomodo huc venisti vestem non habens nuptialem? Non video quod contuli, non nosco quod dedi.

Crucem mii data aqua. Perdidisti militiæ chlamydem, quam in tela virgineorum membrorum decem mensibus texi, & tendiculas crucis quas extendens aquam mundauit, & purpura mei sanguinis decorauit, non conspiciunt oculi mei, caracterem non video Trinitatis: talis interesse non poterit epulis meis, ligate eum pedibus & manibus funiculis suis, quia, se ipse voluntarie separare voluit a catholicis dudum fratribus suis. Ipse funes extendit cõtinuatos in laqueum, quibus & semetipsum vinxit, & alios ne ad istud venirent conuiuium impediuit. Iuxta semitam multis scandalum posuit, quem nunc cum rubore perpetuo, & dedecore sempiterno de conuiuium meo proieci. Hæc & alia, Muritta dicente: igne conscientiæ, ante ignem æternum, obmutescens Elpidoforus torrebatur. Parantes itaque vnuerſi dorsa sua verbentibus, alacres ad exilium pergunt. Quibus adhuc in itinere longioris viæ constitutis, destinantur Episcopis Arianorum suggerentibus homines immisericordes ac violenti, vt illud quod eis forte miseratio Christiana victui contulerat profuturum, crudeliter auferretur, quando vnus quisque eorum libentius forte cantabat: nudus exiui de vtero matris meæ, nudum me oportet ad exilium pergere, quia Dominus noquit esurientibus cibum porrigere, & in deserto vestire. Vandali namque quo sub Geſericho sæpius cõfessores, comitante matre contemptis omnibus diuitiis suis, cum eisdem Clericis ad exilium perrexerunt, De multitudine autem pergentium confessorum, id

Archidiaconus salutaris.

Sabana.

Matth. 22.

Crucem mii data aqua.

Iob. 1.

est, Ecclesiæ Carthaginis Clericorum, suggerente quodam ex Lectore Teucharis perditio, quos ille nouerat vocales, strenuos atque aptos modulibus cantilenæ, designatione sua debere dicit duodecim infantulos separari, quos ipse dum catholicus esset tunc discipulos habuit. Statim illo suggerente, sub festinatione viro dimituntur, & vi barbarici furoris bis senus numerus puerorum de itinere reuocatur. Segregantur corpore non Spiritu a grege sanctorum. Qui timentes precipitium, cum suspiriis lachrymarum ne diuellerentur cõstringebant manibus genua sociorum. Quos violentia tamè heretica minacibus separas gladiis, Carthaginè reuocauit. Sed cum eis quasi cum tali ætate, cum non blãditis ageretur, superiores suis inuerti sunt anni, & ne obdormirent in morte lucernam sibi Euangelici luminis accenderunt. Indignantur ob hoc grauitur Ariani, & se superatos a pueris erubescunt. Vnde accensis, subdi fustibus iubent, quos iam ante paucissimos dies variis verberibus dissipauerant. Imprimum tur vulneribus vulnera, & rursum pœna restaurata recudescit. Factum est Domino confortante, vt nec ætas minor deficeret in dolore, & magis animus crederet roboratus in fide. Quos nunc Carthago miro colit affectu, & Carthago quasi duodecim Apostolorum, chorũ conspicit puerorum. Vnã degunt, simul vespuntur, pariter psallunt, simul in Domino gloriantur. Illis diebus & duo negociatores Frumentius & alius Frumentius & eiusdem vrbs, egregio martyrio coronati sunt. Tũc & septem fratres non natura sed gratia, simul in Monasterio cõmanentes, confessionis certamine expleto, immarcescibilem pœruenerunt ad coronã, id est, Liberatus abbas, Bonifacius diaconus, Seruus subdiaconus, Rusticus subdiaconus, Rogatus monachus, Septimus monachus, & Maximus monachus. Nam illo tempore crudelius Arianorum Episcopi, presbyteri & clerici, quã reges & Vandali seuebant. Nam ad persequendũ ipsi cum suis clericis vbi que gladiis accincti currebant: sicut quidã Episcopus inter illos cæteris crudelior Antonius nomine, qui tam nefaria & incredibilia in nostros exercuit, vt narrari non queant. Fuit iste in quadã ciuitate proxima eremo, quæ Tripolitana provincia vicinatur. Qui vt bestia insatiabilis, catholicorum stians Sanguinem, huc illucque ad rapiendum fugientes, excurtebat. Nam impius Hunericus sciens Antonij ferocitatem, in ipsis Eremitibus voluit sanctũ Eugenium relegare, quem dum custodiendum Antonius accepisset, ita eũ artiori custodia cinxit, vt nulum ad eum introire permitteret: insuper variis insidiarum atque pœnarum suppliciiis extinguere cogitauit. Sed Eugenius sanctus dum nostræ persecutionis defleret incommoda, & asperitate cilicij senile attuleret corpus, nudãque super humum cubitans, stratum sacci sui rigaret imbribus lachrymarum, aliquãdo sensit infestum paralyſis morbum. Quo nuntio in gaudia conuersus Arianus, pergit festinus ad cubile eximij hominis Dei. Et cum videret virgente passione verum Pontificem balbutientia verba producere, cogitauit simul extinguere, quem superesse nolebat. Præcepit vt acetum asperum nimisque acerrimum quæreretur. Cui cum fuisset allatũ, venerabilis senis, reculantibus & nolentibus faucibus ingerebat. Nam si communis Dominus qui ad hoc venerat vt potaret, cum gustasset, noluit bibere, quanto magis iste seruus & confessor fidelis omnino nollet, nisi hæretica feritas ingessisset? Ex quo aceto præsertim ille passionis noxiæ morbus, accipit augmentum. Cui pietas Christi misericorditer subueniens, postea sanum exhibuit.

Violentia heretica.

Carthago colit Mart.

Cilicij asperitas.

Matth. 27.

Luc. 23.

Iob. 19.

Vandali Arianos Catholicos Re bapuzant.

Alio autè nostro episcopo Habet-deum similiter legato, Tamalunensis ciuitatis in qua Antonius fuerat, quantum poterat infestari res ipsa demonstrat. Nam cũ diuersis cum persecutionibus affligeret, nec posse cum facere Arrianum, videretque Christi militem semper in confessione cõstantem, promiserat suis dicens: Nisi eum nostræ fecero religionis, non sit Antonius. At vbi in sua promissione minor inuentus est, suggerente sibi diabolo cogitat alium. Pedibus manibusque ligatis, vinculis ingentibus artat Episcopum, oreque obturato ne lingua clamaret, aquam corpori vt putabat Rebaptizationis spargit: quasi valeret cõscientiam ligare cum corpore, aut non adesset qui audit gemitus cõpeditorum, & cordis secreta rimatur: vel superare possit aqua mendax, tantã voluntatis propositum, quod iam homo Dei metantibus lachrymis miserat legatum in cœlum. Exiit statim virum vinculis, & tali quasi gaudentis prosequitur voce. Ecce iam frater Habet-deu noster Christianus effectus es, Quid ultra facere poteris, nisi vt voluntati consentias regis? Cui Habet-deum. Illa est impie Antoni mortis damnatio, vbi voluntatis tenetur confessio. Ego fidei meæ tenax, vocibus confitens crebris quod credo & credidi, clamando defendi. Sed & posteaquam carnis vinxisti, & oris ianuã opulasti, in pretorio cordis, violentiæ meæ scribentibus Angelis gesta confeci, & lectitanda Imperatori meo transmisi. Erat quidem generalis ista violentia tyrannorum. Nam Vandali pro hac re vbi que fuerant destinati, vt transcentes itinera, sacerdotibus suis adquecerent iugulandos. Ac vbi eos fallacis aquæ gladio peremissent, indicium eis perditionis scriptura teste tradebant ne alibi sua violentiã traherentur, quia non licebat sine priuatis, sine negociatoribus alicubi transire, nisi scriptam caracteris indicio, suam miser ostenderent mortem. Quam per reuelationem seruo suo Ioanni olim ostenderat Christus, vbi dicit: nulli licebit aliquid emere vel vendere, nisi qui habuerit caracterem bestię in fronte sua, & in manu sua. Nam & Episcopi atque Presbyteri illorum cum armatorum manu nocturnis temporibus vicis & opida circuibat, & sic despicatibus ianuarum aquam gladiumque gestantes, animarum prædones intrabant: & quos domi repererant, alios forte in lectulis soporatos imbre igneo atque fulmineo respergètes, damonica vociferatione Christianos suos ipsi pariter vocitabãt, vt ludũ prorsus suæ hæreseos, magis quam aliquam religionem ostenderent. In quo minus capaces & ignaui, impletum in se pollutionis sacrilegium putabant: prudentiores vero nihil sibi quodd nolentibus atque dormientibus ingestum est, obesse gaudebant. Nã & multi eadem hora cinerem capitis suis iniecerunt, alij sese vel quia factum est cilicio lugubri texerunt, nonnulli cœno foetido linierunt, & linteamina violenter imposita per filã consciderunt, atque in latrinis fortidissime locis manu fidei proiecerunt. Tali violentia nobis videntibus, in Carthagine filius cuiusdam nobilis anno rum circiter septem, iussu Cyrillæ a parentibus separatus est, matre sine verecundia matronali solutus crinibus post raptos tota vrbe corrente, infantulo clamante vt poterat: Christianus sum, Christianus sum, Christianus sum. Cui & os obturantes, in fontem infantiam in suum gurgitem demerserunt. Ita de filiis medicis venerabilis Liberati, factum esse probatur. Nã cum iussu Regis, cum vxore & liberis ad exilium miti iubetur, cogitauit impietas Arianã a parentibus filios

paruos separare, quò posset per pietatis affectum, etiam virtutem prosternere genitorum. Disiunguntur tenera pignora filiorum. Qui cum vellet lachrymas emittere, autoritate vxoria increpatur: & in ipso meatu exitus sui illico lachrymæ siccauerunt. At enim ei coniunx: En propter filios Libera te perditurus es animam tuam? Computa eos non fuisse natos. Nam & ipsos omnino vindicaturus est Christus. Nõnne vides eos clamantes & dicentes, Christiani sumus? Sed hæc mulier quid in conspectu iudicum egerit, tacendum non est. Nam cum ipsa & maritus licet seorsum, carceris tamen custodia tenerentur, ita vt se penitus non viderent: mandatur mulieri, diciturque illi. Solue iam duritiam tuam. Ecce vir tuus paruit imperio regis, & noster factus est Christianus. Atque illa: Videam illum, & faciã ego quod voluerit deus. Educta igitur de carcere, inuenit virum suum stantem cum ingenti multitudine pro tribunali bus connexum: & verum estimans quod fecerant inimici, iniecta manu apprehendens oram vestimentorum eius gutturi proximam: videntibus omnibus suffocabat eum dicens: Perdit te & reprobe, gratiã dei & misericordiã eius indigne quare voluisti ad modicum gloriam, & in æternum perire? Quid tibi proderit aurum? quid argentum? nunquid liberabunt te de camino gehennæ? Dixit & alia multa. Cuius maritus respondit: Quid pateris mulier? quid tibi videtur? aut quid forte de me audire potuisti? Ego in nomine Christi Catholicus pmaneo, nec amittere potero aliquãdo quod teneo. Tũc hæretici, mēdaciũ sui cõscij & detrecti, fallaciam suã colorare minime poterunt. Et quia superius de violentiã immanitatis eorũ breuiter dixim, hæc plurimi metuẽtes, alij se in spelũcis, alij i desertis locis vi ri vel femine nullo sibi cõscio sese clauderant, & ibi de nulla succurrere sustentatiõne ciborũ, fame vel frigo re victi, cõtritu & cõtribulatũ spiritũ ex halabat: per hæc afflictionis incommoda inuolatæ secũ fidei securitatẽ portantes. Sic enĩ Cresconius presbyter Myzēti nã ciuitatis, in spelũca Ziquẽsis mōtis repertus est, putrescere iã solutus cadauere. Et quia de factõ Habet deũ præfati iã sumus, pergit tũc ad Carthagnẽ, adire cœsiuit nefariũ regẽ, vt cõscientiã suã quã sepe familiarẽ Trinitas habuit & amicã, etiã hominib⁹ faceret manifestã. Nec eũ retinere potuit Antonius, propter verecundiã suã. Offert impiissimõ regi libellũ in hac similitudine verborũ. Quid quæso iã cum proiectis habetis? quid cũ eis quos exilio relegastis quotidie dimicatis? Abstulistis substantiã Ecclesiis, patria domib⁹ que priuatis, sola anima remãsit quã captiuare cõtenditis. O tẽpora, õ mores, vnuerſi hæc mūdus intelligit, & ipse qui persequitur videt. Si fides dicitur quã tenetis, quid verã fidei mēbrã tantis persecutionib⁹ agitatis? Quid vobis cũ exilio nostro? quid vobis cũ egenis in seculo, quorũ est vita semper in Christo? Lieat saltẽ gaudere cõsortio bestiarũ, eis quos abiecastis a facie omniũ p̄polorũ. Dũ hæc & his similia p̄tiffex dixisset, scelerat⁹ tyrãnus hoc ei mãdasse phibetur. Vade ad Episcopos nostros & q; tibi dixerint sequere, quia ipsi hui⁹ rei habere vocatũ p omnia potestãtẽ. Sed neq; Antonii hæc res ab infantia poruit reuocare, scies semagis imperio Regis ob hoc multũ posse placere, Habet-deũ vere Episcopũ gaudẽtẽ bono cõscientiã suã, ad locũ exilij maluit remeare. Ea tẽpẽstate facta est incredibilis famas, & cœpit Africã totã vna depopulatiõne vastare.

Mulieris Carthaginiensis cõfessione.

Arianos substantiã Ecclesiis.

abstulisti.

runi.

Nullus tunc adfuit imber, nulla prorsus gutta de caelo profuxit. Nec frustra, sed vero & iusto iudicio Dei, ut vbi persequentibus, caenosi gurgitis aqua, & ignis sulphuris bulliebat, indulgentiae coelestis quae semper affluenter aderat, pluvia negaretur. Lurida remanserat terrae facies omnis, non vitis tegebatur aetate pampineis opacata virgultis, non fata resperfa vultus cespiti viridabant: non olea semper viridis foliisque repleta iucundis, decoris sui consuetum tegmen habebat: non pomorum virgulta maritante tellure gemmas prodixerant florum, postea fructus ut assolent editura. Tristitia fuere terra quae omnia, ut par pestilentiae clades Africam confunderet omnem. Non hominibus, non iumentis germinantes herbas ediderat tellus, omnino virosos aruerant. Dudum currentium impetu precipiti, aluci fluminum, fontiumque crispantes perennitate subtracata pariter siccauerant venae. Oves & boves vniuersi, insuper & pecora campi, simulque bestiae sylvarum, inedia cosumente nusquam penitus vixebantur. Et vbi forte graminosus cespes humida tunc in valle locatus, pallentem potius quam virentem nascētis foeni coeperat proferre colorem, illico vrens & igneus status aderat totum torrendo desiccans, quia puluerea tempestas arido subere decoquens cuncta, omnem nebulauerat locum. Nullum gestum est tempore illo commercium: nullum cespitem terrae, iuuenis trahentibus scindēs verit aratrum, quia nec boves suberāt, nec castra omnino remanserant. Sed & rusticorum manus alia interierat, & subinde quae forte supererat iam sepulturam querebat. Et quia urgente famis in cōmodo, neque cōmercia, ut fati fumus, pro cōsuetudine, neque cultura reddebatur debita terris, iuuenum, senum, adolescentium, atque adulescentularū, puerorum, vel etiam puellarum, agmina simul & funera, vbi poterant, quomodo poterant passim diffundebantur circumeuntes oppida, vicos, vel singulas vrbes. Conuersi enim in arcum peruersum, atque irritates Deum ad aquam contradictionis, famem patiebantur ut canes, non ut comederent panem, sed ut insensam sentirent quam negauerant Trinitatem. Alij diffusi per campos, alij sylvarum secreta petebant, antiquas radices herbarum, vel quisquillas alias requirentes. Nonnulli cum domo niterentur egredi, ipso limine corruentes, cateruatim fame debellante cadebant: Strate vero vel semite cadaueribus replete, exhalantiū fœtore mortuorum, gradientes viuos omni ex parte necabant. Nec deerant quotidie vbique expirantium funera, & non erat virtus, quae miserationis impenderet sepulturā. Neque enim sufficiebant ad sepeliendum viui fame dominante, & ipsi post paululum morituri. Cupiebant singuli libertatem suam filiorumque suorum perpetue seruituti redigere, & non poterāt inuenire. Montes & colles, plateae ciuitatum, viae vel semitae vnum omnibus fecerant vbique sepulchrū, quibus inedia depascens denegauerat victum. Vandali autem ipsi quos & postea frequentia multarum prouinciarum spolia & retentio Africæ, primo fecerant diuites, maiore magis inopia torquebantur. Et quanto sibi videbantur seruorum aggestione superbi, tanto amplius deficiebāt fame torquente. Nullus filium, nullus coniugem, nullus proprium tenuit seruum, sed exiens vnusquisque non vbi voluit sed valuit, aut statim defecit, aut nunquam omnino rediuit. Urgebatur infelix multitudo, ad ipsam se urbem Carthaginem congregare. Et dum illuc cateruatim adhuc animata cadauera confluere. vbi Rex inferendum mortium vidit

sterilitas in Africa.

† ratra.

Animata cadauera.

strages, pelli vrbe omnes illico iubet, ne contagio deficiūm, commune pararet etiam exercitui eius sepulchrum. Suis ergo prouinciis & domibus singulos imperat renouari, sed nec erat qui reuerteretur, dum vique sepulturam suam in vultu portaret. Et idcirco forte maior Rebazatorum perditio potuit prouenire, quia dum promittitur ab Arrianis praesentis transactio vitae, nec illud obuenit: & mors sequens prima, se cundam praenunt. In tantum sibi deuastans vindicauit fames dominium: vltima nonnulla & admodum populosa habitatoribus extinctis, alto nunc silētio parietibus solis extantibus cōquiescant. Sed quid ego iam immoror in hoc, quod explicare non queo? Nam si nunc superessent, vel eis fari de talibus rebus licuisset, & Tilianae eloquentiae fluuius siccauerat, & Salustius elinguis omnimodis remaneret. Er ut alienos indignos rei tantae praeteream, si Caesariensis surgeret Eusebius ad hoc opus idoneus, aut eius traslator Graecae facundia, latinisque floribus Ruffinus ornatus. Er quid multa? non Ambrosius, non Hieronymus, nec ipse noster sufficeret Augustinus. Audite haec omnes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem, quique terrigenae & filij hominum, simul in vni diues & pauper. Nonnulli qui barbaros diligitis, & eos in cōdemnationem vestram aliquando laudatis, discutite nomē, & intelligite mores. Nunquid alio proprio nomine vocitari poterant nisi vt barbari dicerentur, ferocitatis vti que, crudelitatis & terroris vocabulum possidentes? Quos, quantiscunque numeribus foueris, quātsicunque delinieris obsequiis: illi aliud nesciunt nisi inuidere Romanis, & quantum ad eorum attinet voluntatem, semper cupiunt splendorem & genus Romani nominis nebulare, nec vllum Romanorū omnino desiderant viuere. Er vbi adhuc noscuntur parcere subiectis, ad vtendum seruitiis illorum parant, nam nullū dilexerunt aliquando Romanum. Si disputare nitentur de fide nobiscum barbara ferocitas, & haecis Arriana rationabiliter disputaret. Sed quando tenuit rationem, quae a Patre Deo Deum Filium separat Saluatorē: quare dolis & calumniis egerūt, & vclut spiritu tempestatis procella sui furoris totum subuertere voluerunt. Si disputatio necessaria fuerat Episcopalis, quare suspēdia, quare ignes, quare vngulae, simul & cruce: Quare Arrianorū serpentina proles, contra innocentes genera talia tormentorū inuenit, qualia nec ipse Mezentius exquisiuit: Dimicauit cōtra innocentia cupiditas furoris, & auaritia crudelitatis, vt & animas perderet, & substantia harpagaret. Si collatio desiderabatur, quare rapina rerū alienarū, nō tantū sacerdotū, verumetiam oim laicorū: Sed illi expoliati letati sunt, & rapina rerū suarū cū gaudio susceperūt. Assit ita quae so omnis aetas, omnis sex, omnisque cōditio. Assit obsecro omnis turba catholici nominis: quae gremio mater no toto orbe gestatur, quae sola germanū commodare nouit affectū, quae didicit a Paulo magistro. & gaudēt b° collatari, & cū lugētib° lamētare. Cōueniant simul ad domū nostrī doloris, & paribus oculis fidam flumina lachrymarū, quia causa & fidei nostrae vni est ne gotiū. Nullū volo ad cōdolēdū meū hereticū conuenire, qui forte addere cōcupiscit super dolorē vulnerē meorū, & gratulatur quotidie malis meis. Nolo nolo ego extraneū, sed fraternū quēro affectū. Nolo aliquē filiorū alienorum quorum os locutus est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: quia filij alieni semper mentiti sunt mihi, qui inueterauerunt & claudicauerunt a semitis suis. Isti dleunt mihi quotidie.

Eusebius Caesariensis.

Barbarorū nomen, et mores.

Arrianorum crudelitas in catholicos.

Rom. 12.

Vbi

Vbi est Deus tuus dum affligitur populus precioso agni sanguine comparatus? Inter quorum opprobria ego ad flagella paratus, cantare non desisto domino flagellanti: A moue à me flagella tua, quia defeci non à fortitudine manus tuae, sed à persecutione heresis Arrianae. Adueniant omnes qui mecum angustae viae carpit iter, & propter verba laborum Dei, vias custodiunt duras, & videant si est dolor sicut dolor meus. Quonia vindemiatum sum in die furoris domini, aperuerunt super me os suum omnes inimici mei, sibilauerunt & fremuerunt dentibus, dixerunt deuorabimus eam. En ista est dies quam expectauimus, inuenimus, vidimus. Adestote Angeli Dei mei, qui nunquam defestis constituti in ministerio vestro, propter eos qui haereditatem capessuri sunt aeternae salutis, & videte Africam totam dedudum tantarum Ecclesiarum cuneis sultam, nunc ab omnibus desolatam: tantis ordinibus Sacerdotum ornata, modo sedentem vti uiam & abiectam. Sacerdotes eius & seniores in desertis locis & insulis defecerunt quaerendo sibi escas ad manducandum, & non inueniunt. Considerate & videte, quia Sion Ciuitas Dei nostri facta est vilis, facta quasi polluta menstruis inter inimicos suos. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, quia vidit gentes inuadere & ingredi atria sua, de quibus praeeperas ne introirent Ecclesia tuam. Via eius lugent, eo quod nemo veniat in die festo. Egressus est à facie eius omnis decor & delicia: didicerunt vias asperas ambulare virgines & iuuenes eius in aulis educati Monasteriorū, & abierunt in captiuitatem Maurorum, dum lapides sancti eius dispergerunt, non tantum in capitibus omnium platearum, sed etiam in locis squalidis metallorum. Dicite deo nostro susceptori, & habentes fiduciam supplicandi quoniam tribulatur, & venter illius turbatus est à steru eius, quia fedit inter gentes, & requiem non inuenit, nec est qui consoletur eam. Quae fuit à Patribus Oriētis qui simul contritaretur, & non fuit: consolantem, & non inuenit: dum manducaret in elca sua fel, & in siti sua poteretur aceto, sponsi & domini sui passiones imitando, qui idcirco passus est pro ea, vt sequatur vestigia eius. Deprecamini Patriarche de quorum stirpe generis nata est, quae nunc laborat in terris. Orate sancti Prophetar, cognoscentes afflictam, quam antea vaticinante praeconio cecinitis. Estote Apostoli suffragatores eius, quam vt congregaretis, vniuersum orbem ascendite in vobis domino, vt equi velocissimi cursitatis. Praecipue tu Petre beate, quare files pro ouibus & agnis, à communi domino magna tibi cautela & sollicitudine commendatis: Tu sancte Paule gentium magister, qui ab Hierusalem vsque ad Illyricum praedicasti Euangelium Dei, cognosce quid Vandali faciunt Arriani, & filij tui gemunt lugendo captiui. Vniuersique ingemiscite sancti simul pro nobis Apostoli: Sed scimus quia indignum est vobis pro nobis orare, quia ista quae venerunt nobis non ad probationem quomodo sanctis, sed malis meritis supplicia debebantur. Sed & pro malis orate iam filijs, quia & Christus orauit etiam pro inimicis Iudaeis. Sufficiant castigationi quae inste illata sunt nobis, & iam iamque delinquentibus venia postuletur. Dicatur Angelo percipienti, sufficiam cohibe manum tuam. Quis ignoret haec nobis, probrorum nostrorum scelera procurasse, aberrantibus à mandatis Dei & in lege eius nolentibus ambulare? Sed prostrati rogamus, vt non spernatis vestros miseros peccatores, per eum qui vos ad Apostolicum culmen prouexit humiles piscatores. Tenuit sceleratiss-

Ecclesia Africana deploratio

Patriarcharum imitatio.

Sanctorum imitatio.

1. Par. 21.

simus Hunericus dominationem regni annis septem, mensibus decem, meritorū suorum mortem consummans. Nam putrefactum & ebulliens vermibus, non corpus, sed partes corporis eius videntur esse sepultae. & ille legis dator & transuorsor ex Donatianorum heresi ad eos veniens quondam Nicasius, in breui simili morte periiit.

PASSIO BEATISSIMORVM
Martyrum, qui apud Carthaginem passi
sunt, sub Imperio Regis Hunerici.
VI. NON. IULII.

Radicaturus triumphos Martyrū beatorū ad enarranda quae gesta sunt, auxilium exposco diuinum, vt qui illis praestitit superadi victoriam, mihi indigno & immerito quantulacunque verborum porrigat ornamenta. Tunc etenim valebo quae desiderata sunt indicare, si ipsi dignentur pro me misero, domino supplicare. Septimus namque agebatur annus crudelissimi atque impiissimi Regis Hunerici, & ecce antiquus hostis, veterinosus vti que anguis, trisulca linguae venena vibrans Chirila quodam Arriomanitarum Episcopo ministro vsus est, subuertens & obtinens animum Regis cruenti, vt ita suaderet non posse eum pacatum atque longaeuum obtinere regnum, nisi nomen perderet innocentem. Qui tamen Dei iudicio post non multos dies turpissima morte praeventus, secatens vermibus expirauit. Insectari coepit ore cruento omnem Catholicorum multitudinem, quae per totam Prouinciam Africanam in modum sicut praedictum est Abrahæ Patriarchae arenae maris fuerat multiplicata: vt eam Rebazationis sauciaret machera, atque stolam illam singularis & puri baptismatis, quam Christus vino carnis suae purificans, praelo exprimens Crucis fecerat dealbatam, tetræ nigredinis turparet illuic sordidulenta. Accipiens quoque tyrannus vt erat ducibilis & ferus serpentinam suggestionem, feralibus edictis vno tempore totam coepit Africam commouere. Primo Sacerdotum & Ministrorum copiosissimam & maximam turbam, in longinquis & extremis regionibus exilio crudeli detruxit. Quibus bis acutum genus frumenti, quod iumentis solis edere concessum est, nequaquam industria molari contritum, sed manente sursuris cortice loriatum, pro miseratione dare praecipit. Post vero crescente impietatis insania, etiam hoc aufert crudelissimus imperauit. Post modicum quoque temporis, vniuersas simul Ecclesias praedictis venerabilibus portis, cements ingentibus claudi mandauit. Vniuersa namque Monasteria virorum vel puellarum sanctarum, gentibus, id est, Mauris cum habitatoribus donare praecipit. Vnus fuit omnibus eiulatus, vnus pro Christo moriendi integer & plenus affectus. Paria currebant flumina lachrymarum, quia permiserat dominus cibari eos pane lachrymarum, & potari eos in lachrymis mensurarum, aut forsthan sine mensura. Er si reperta est exiens de arca inhians cadaueribus mortuis pars aliqua percipientium coruorum, maior est ramen in nomine Trinitatis numerus felicium columbarum. Quanti nobiles & optimi viri, amplii & lani cespitis domini, terram cum caelo commutauerunt, & simul corpus cum substantia tradiderunt: atque delicatae & nobilissimae foeminae contra verecundiam naturae, spectante vulgo virgines caesa, variisque tormentis cruciatæ, victricia trophaea portarunt. Quanti infantuli ir-

Arriano

Gen. 32.

Ministri.

Venerabilium ecclesiarum porta praedictae.

et iiij

ridentes edicta feralia, ante mundum contempserunt, quam illecebram eius semitam introirent? Tunc apprehensi sunt & septem, fratres quantum pertinet ad concordiam dominicam seruituris, in monasterio habitantes in vnum: quia bonum est & iucundum, habitare fratres in vnum. Id est, Bonifacius Diaconus, Seruus subdiaconus, Rusticus subdiaconus, Liberatus Abbas. Rogatus Monachus, Septimus Monachus, & Maximus Monachus, in numero scilicet Machabæorum geminorum: quos vna mater Ecclesia Catholica genuerat, & per viscera fontis æterni salubriter pepererat, de territorio Capensis Ciuitatis, cui præfuit Sanctus Vindemialis Sacerdos egregius, & Christi fidelis antistes. Quibus attractis ad urbem Carthaginensem, primo eis, illecebram blandimentis serpens voluit sibilare, promittens honores caducos, & diuitias ingentium voluptatum, necnon & Regis amicitias, vel alia multa quæ solent insipientium animas occupante diabolo, visco mundiali captare. Sed hæc omnia milites Dei ac si cõtagia respuerunt, clamantes vno ore: Vnus dominus, vna fides, vnum Baptisma: Nec poterit in nobis adiuvante domino iterari, quod in Sancto Euangelio semel præceptum est dari: quia qui semel lotus est, non habet necesse iterum lauari, quia mundus est totus. Facite quod vultis, inferte penas corporibus nostris. Melius est temporalia ad modicum sufferre supplicia, quam æterna pendere & subire tormenta. Habete quæ promittitis, cum ipsis diuitiis post paululum perituri. Nobis vero nullus de postibus frontium valebit euellere, quod in vno baptisate artifex Trinitatis dignatus est ritulare. Quid multa? Dum tali constantia diuinitus munirentur, iussu sunt carcerali custodia mancipari. Et ita crudeliter onerati ferri ponderibus, tenebrosis deputati sunt locis, vbi nulla miseratio arderet lenitatis. Sed populus ille memoratæ urbis in domino semper fidelis, dato munere carcerariis, die ac nocte Christi martyres frequentabat, & ita ab eis doctrina & virtute fidei roborabatur, vt talia etiam ipsi pro Christi nomine plena delectatione perferre cuperent, & capulo persequentiis facilia supponerent colla. Hoc autem tyrannicas peruenit ad aures. Qui ebrietate furoris accensus, iubet eos adhuc inauditis suppliciis adigi, & maioribus vinculis onerari, nauimque imperat lignorum aridorum manipulis adimpleri, atque in eadem omnibus alligatis in medio pelago igne subposito concremari. Eductisque illis de custodia, multitudo populi Dei, bellatores Trinitatis quasi agnos innocuos ad victimam deducebat, & regentium pondera catenarum quasi quædam monilia peruidebat, quia non fuerunt illa vincula, sed potius ornamenta. Incedebant itaque cum fiducia ad supplicium, quasi ad epulas concurrentes, vna voce per ambitus platearum domino decantantes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Votiuâ nobis hæc dies est, & omni festiuitate festiuior. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, quando pro fide domini Dei nostri perferimus præparatum supplicium, ne amitamus acquisitionem fidei indumentum. Sed & populus publica voce cla-

mabant: Ne timeatis o populi Dei, neque formidetis minas atque terrores presentium tribulationum, sed potius moriamur pro Christo, quomodo ipse mortuus est pro nobis, redimés nos precio sui sanguinis salutariis. Vnum tamen, vehemēti conatu, qui inter eos infantulus videbatur, nomine Maximum, cupiebant aurores malorum & sanctorum consortio separare, dicentes: Infantule quid festinas ad mortem? dimitte eos, infans iū, & audi consilium nostrum, vt possis inuenire vitæ remedium, & tanti Regis adire Palatium. Tunc ille ætate quidem puerili, senili tamen maturitate clamabat: Nemo me separat a sancto patre meo Liberato Abbate, & fratribus meis qui me in Monasterio nutrierunt. Cum ipsis sum in timore Dei conuersatus, cum ipsis desiderio passionem suscipere cum quibus credo me & futuram gloriam inuenire. Nolite putare, quia potestis seducere pueritiam meam. Simul nos dominus septem voluit congregare, simul dignabitur omnes vno Martyrio coronare. Quomodo nemo perire poruit de septenario illo numero felicium Machabæorum, ita etiam septenus nostræ congregationis numerus, nullum inueniet detrimentum. Nam si negauero eum, & ipse negabit me, quoniam ab ipso dictum est: Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo qui est in cœlis: Et qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui est in cœlis. Perducti itaque cum festinatione ad nauale supplicium pro voluntate infandi Regis, vel crudelium ministrorum, extensis manibus & pedibus elenati feruntur potius quam ligari. Qui dum ignis fuisset lignis iniectus, statim imperio diuino videntibus cunctis extinctus est. Et dum sæpius renouaretur nutrientibus pabulis, iterum atque iterum extinguebatur rogo globo flammatarum, Et cum exinde magis tyrannus furore simul esset & rubore repletus, iussit eos remorum vectibus enecari, & ita singulos in modum canum cerebris comminutis extingui. Qui tali genere mortis, debitum spiritum feliciter domino reddiderunt. Nec expanerunt lignis quatentibus mortificari, quibus semper fuit spes omnis in ligno. Sed cum in mari venerabilia corpora iactarentur, illico quod contra naturam est æquoris, eadem hora, illæsa corpora pelagus littori reddere maturavit: nec ausum fuit, vt mortis est, tridua dilatoe in profundo retinere, ne præcepto dominico minimè paruisset. Ad quod miraculi genus, & ipse tyrannus licet impænitens, vt fertur expanit. Gaudes autem quæ aderat multitudo, corpora sanctorum Martyrum diligenti tradidit sepulturae præuenite clero venerabili Carthaginensis Ecclesie; Vbi etiam & prædicandi Diacones, tertio iam confessores effecti, Salutaris & Muritta, geruli reliquiarum affuerunt. Humatæ sunt igitur cum hymnis solennibus liplanæ beatæ sanctorum, in Monasterio Biguæ continuo Basilicæ quæ dicitur Celebrinæ. Et sic in cõfessione Trinitatis, beatissimi Martyres passi sunt, & speciosum cursum certaminis sui coronante domino perfererunt. Cui est honor & gloria, in sæcula sæculorum, Amen.

Eph. 4.

Ioan. 13.

Luc. 2.

1. Cor. 6.

2. Mac. 2

Math. 10

Luc. 12.

Spes Mar

tyrum in

ligno.

Diacones

geruli re-

liquiarum.

COLLECTANEORVM EX HISTORIA

ECCLESIASTICA THEODORI LE-

CTORIS LIB. I.

THEODOSIYS



Heodosius iunior ad venationem egressus, & in fluuium Album abreptus, sequenti nocte mortuus est & in monumento Arcadij Patris ipsius sepultus. Et Eudocia Imperatrix Hierosolymam profecta, non est amplius reuerfa. Marina adhuc virgo in palatio ante fratrem obiit. Et Chryfaphium Tzumâ Pulcheria interim. Pulcheria Eudocia imaginem Matris Christi quam Lucas Apostolus pinxerat, Hierosolymis misit.

Martianus Illyricus genere, cum tribunus esset, & ætate prouectiore, inque bellis gerendis strenuus, Imperator a toto exercitu creatus est. Hic confestim decreuit, nemini per pecuniam conferendum esse Magistratum.

Martianus & Pulcheria Leoni Papæ Romano scripserunt, illique cunctam auctoritatem tribuerunt. Cõstituta sunt autem ea de re & mandata, scripsitque Imperator singulorum locorum Episcopis. Leo verò Episcopus Nicænæ synodo quæ futura sperabatur præclaram Epistolam scripsit, quæ etiam in actis Chalcedonenfis synodi habetur, & ab illius historico scriptore inserta est.

Cum Nicænæ Episcopi vndequaque essent congregati, Martianus in Thracia moram trahens, synodo excoferre fategit, vt in illa, ipse ad exemplum diui Constantini, coram adesset. Hoc itaque pacto synodus Chalcedonem translata, & in templo sanctæ Euphemie Martyris celebrata est, in qua multa ac necessaria dogmata vnâ cū aliis necessariis rebus determinata sunt, quorum cognitio & multiuga vtilitas ipsa Actõrum lectione declaratur, sicut & xxvii. Canonum expositio, quibus omnibus perfectis Episcopis, & omni genere honoris ab Imperatoribus honorati sunt, & ad suam quisque Ciuitatem in pace reuersi.

Pulcheria pia moritur, multis post se præclaris factis & cunctis bonis quæ habuit ad sustentationem pauperum relictis, quibus Martianus non contradixit, sed cunctorum necessitatibus animo propenso seruiuit. Possederat autem Pulcheria oratorias quoque domos multas, eam quæ Blachenensium, & quæ Chalcedoniorum, deinde & Hodegorum, adhuc & quæ Laurētij Martyris erat.

Martianus ad supplicationes quæ in campo fiebant pedes egressus, multa largitus est egenis. Anatolium verò Episcopum hortatus est, vt secundum consuetudinem urbis illius Episcoporum, a Tauro ad Campum vsque vectus supplicaret. Hic cum Martianum pedes ingredientem videret, pedes & ipse supplicauit.

Martianus cognitis quæ contra Romanam Ciuitatem & Imperatrices ab Aphris fierent, pro maiestate imperij commotus ad bellum se parauit. Contigit autem, vt ad supplicandum in campo egrederetur vicefima sexta Ianuarij. Eligatur autem in Imperatorem Leo quidam natione Thrax, dignitate tribunus. timotheus autem cognita Martiani morte contra Proterium insurgit, illumque in Colymbethra Ecclesia occidi curat, necatumque trahi & igni tradi.

Timotheus Ælurus, antequam occideretur Proterius, nigra veste indutus, in cellis Monachorum noctu circuitabat, & vnumquenque Monachum ex nomine vocabat: cum autem illi auscultarent, vnum se ex ministratoris spiritibus esse dicebat, ad hoc missum, vt cunctis ediceret, ne cum Proterio communicarent, sed Timotheum Ælurum Episcopum designarent, hoc

Magistratus per pecuniam no conferendi caute lege

Diuisio Constantini

Pulcheria mors.

Proterij mors.

pacto cunctis sese insinuans. Ælurus viuente adhuc Proterio a depositis Episcopis ordinatur, ac confestim turbis Ecclesiam ac tumultuationibus implet.

Nisibinus erat magnus Iacobus: quàm autem ille præclarus fuerit, factum eius in puellis lauantibus ostendit, quæ verbo iacobi, canicem mox contraxerunt, & fons ipse exaruit, quem tamen precibus suis restituit, puellas verò in canicie reliquit. Sciendum autem Iacobum illum qui miraculum hoc circa fontem & puellas operatus est, non eum esse qui ad encyclica scripsit. Hic Nisibinus temporibus Constantij vixit. Veruntamen & alter ille Iacobus magnus erat & clarus miraculis, sicut Theodoritus in pia historia dicit.

Vnam Theodoritus magno Iacobo ad sepulturam parauit, ipsum tamen Theodoritum priorem mori contigit. In eandem tamen & ipse magnus Iacobus est conditus.

Symeon a vico Sisan erat. Hic primus studium columnarum excogitauit, magnus effectus, sicut Commentarij de illo indicant.

Mortuo Anatolio Gennadius Ecclesie Presbyter eligitur, suffragatore Acatio orphanorum nutrito. Designauit autem Gennadius Martianum Oeconomum, ad Ecclesiam relicta Catharorum secta translatum, qui mox atque oconomus esset factus, quæ in vnaquaque Ecclesia offerebantur ab eius loci Clericis auferri decreuit, donec magna Ecclesia cuncta illius acciperet.

Leo statuit vt dominicis diebus ocium seruaretur ab omnibus, nec quicquam operis in illis fieret, sed venerabiles essent. Deinde vt apud Eparchum prætoria-num solum responderent Clerici. Hic Leo neminem ordinauit Plalterij igratum.

Sub Gennadio pictoris cuiusdam manus exaruit, qui loco Iouis seruatorem pingere præsumperat, quæ Gennadius precibus suis curauit. Dicit autem qui ista scribit, aliam formam seruatoris veritati magis consonam esse, quæ crispis sit & modicis capillis.

Eleutherio Martyri Gennadius propter vnum templi ipsius Clericum significauit dicens: Miles tuus condire se gerit, aut corrige eum, aut abice. Ille verò confestim tanquam reprobus est mortuus.

Sub Gennadio Studium Templum Sancti Ioannis acquisiuit, inque illo Monachos ex Acæmetis constituit, Gratissimus verò Prepositus Templum Sancti Cyriani accepit, in quo & Monasticum habitum induit, ac simul præpositi munus adimpleuit.

Daniel præclarus è Monasterio Symeonis profectus ad columnam quæ in Anaplo est ascendit. Anthimus & Timocles fabricatores Tropariorum contra fraternitatem diuisi sunt. Verum quotquot Chalcedonenfis synodo fauerunt, illi Anthimo adhererunt. Ipse namque nocturnas quoque vigiliis instituit, qui autem a synodo iam dicta dissidebant, Timocli iuncti sunt.

Cum Martyrius Antiochenæ Ecclesie Episc. esset, Zenon prætor gener Leonis Imp. filiam illius Ariadnem vxorem habens, Antiochiam venit. hunc Zenonem Imp. generum secutus est Antiochiam vsque Petrus cognomento Cnaphæus, Templi Bassæ Martyris quod Chalcedone est Presbyter. Captus autem ambitione sedis eius Ciuitatis, Zenoni persuasit vt se iuuaret. Quibusdam igitur ex iis qui Apolinarij peste infecti erant mercede conductis, innumeras turbas contra fidem & Martyrium Episc. excitauit, eosque anathema-

Timotheus Aeluri fram.

Iacobus Nisibinus.

Symeon stylites.

Clerici.

Christi Imago.

Fraternitas.

ti subiecit, qui non dicebant Deum esse Crucifixum, i-
ra ut & populum in hoc dissidium induxerit. Hic Pe-
trus in Trifagio adiecit, qui Crucifixus est pro nobis.

Martyrius cum ad Imp. venisset studio & adhorta-
tione Gennadij multo est cum honore dimissus. An-
tiochiam vero reuersus, cum Antiochenos tumultua-
tionibus & seditionibus delectari, & Zenonem ad hoc
illis esse subsidio cerneret, Episcopatu renunciauit, di-
cens in publica Ecclesia: Clero immorigero, & po-
pulo rebeli, & Ecclesie contaminatae renuncio, ser-
uata interim mihi Sacerdotij dignitate.

Post secesum Martyrij Cnapeus sedem Episc. ty-
rannicè inuasit, & statim Ioannem quendam antea de-
positum Apamiæ Episcopum ordinauit. Quo cognito
Gennadius Imp. cuncta significat, qui Cnapeum in e-
xilium ablegari iubet. Ille autem cum id præcisset fu-
ga elapsus exilium euasit. Iulianus vero communibus
suffragiis Episcopatu potitur.

Magnum ortum est eo tempore incendium, altera
Septemb. quod à nauali portu sumpto initio vsque ad
Ecclesiam sancti Thomæ Apostoli, quam Amantij
vocant, peruenit. Martianus vero œconomus ad regu-
las Ecclesie sanctæ Anastasie ascendit, & Euangelis
manu prehensis, lachrymis & precibus domum illam
illæsam seruauit.

Leo Imperator Cæsarem designauit Leonem iunio-
rem filium Ariadnæ filie ipsius ex genere suo Zenone.
Per id temporis puluis descendit mense Nouembri,
visis antea nubibus cæli ignitis, ita ut quotquot vide-
runt, cœlitus descendisse dixerint.

Leo Imperator exercitum in Aphricam contra Sin-
derichum misit. Erat autem exercitus aded numero-
sus, ut nauarum qui illum transportabant, septem mil-
lia fuerint.

Basiliscus vero, cuius ductui ac potestati concedi-
tus erat exercitus, qui frater erat Berine coniugis Leo-
nis, cum nondum vincendus esset Sinderichus, accep-
tis pecuniis, cuncta adhortante Aspare prodidit.

Gennadius cum noctu ad altare orandi gratia des-
cendisset, spectrum quoddam demoniacu vidit, quod
cum increpasset, huiusmodi clamorem emittere audi-
uit, quo seipso viuentem quiescere, tandem vero post
mortem ipsius Ecclesiam vastaturum dicebat. Metu
huius Gennadius domino plurimum supplicauit, ac
paulo post vitam hanc finiuit.

Leo iunior Patrem suum Zenonem Imp. in Hippo-
dromo designauit, cum decem duntaxat menses im-
perasset, ac confestim mortuus est.

Basiliscus frater Berinæ sororis magni Leonis, cum
in Heraclia Thraciæ moraretur contra Zenonem con-
sultat, Berina potissimum cooperante, & cum hac qui-
busdam aliis ad illum pertinentibus, quod cum Zenon
cognouisset, accepta Ariadne, & pecunia quantam a-
uehere potuit, in Isauriam fugit.

Basiliscus Imperator declaratur in campo, & Mar-
cum filium suum Cæsarem, & Zenonidem coniugem
suam Augustam constituit, ac mox fidem subuertere
cepit, Zenonide ipsum maximè contra orthodoxiam
impellente.

Ælurum Basiliscus edicto reuocauit, & Cnapeus
è Monasterio Accemetorum prodiit (nam illic fuerat
abconditus) & quotquot Chalcedonensi synodo ad-
uersabantur, accepta libertate cõtra eum mouebatur.

Ælurus incondita Alexandrinorum turba coacta, ex
ædibus Basilisci vnà cum illis supplicando ad Ecclesiam
asino vectus progressus est. Cum autem ad locum ve-

nisset qui octangulus dicitur, grauiter prolapsus ceci-
dit, ac fracto crure cum pace reuersus est.

Basiliscus edicto synodum Chalcedonensem repro-
bauit, & vtrilli aduersaretur Ælurum Alexandriam &
Cnapeum Antiochiam misit.

Publico edicto Basiliscus synodum illam reprobati
iussit. Vtrif autem & Acatius, vt idem & ipse faceret,
quod tamen obtinere non potuit, quod cuncta Ciuitas
vnà cum viris & mulieribus contra Basiliscum in Ec-
clesia congregaretur, & Acatius seipsum & sedem &
altare nigris amicitur. Daniel vero magnus ille de co-
lumna descendit, ac diuino zelo motus vnà cum po-
pulo & Acatio in Ecclesia comparuit.

Imperator populi vehementiam veritus, vrbem e-
gressus, ac senatui mandauit ne Acatio communicaret,
populus enim vrbis minabatur incendium. Daniel ve-
rò Monachis acceptis, & multitudine populi ad Imp.
exiuit, cui & Olympius Monachus magna cum liber-
tate loquutus est.

Basiliscus cognito Zenonis motu, quem Isauria,
excitauerat, Zenonidem coniugem suam sumit, & A-
catio se & clero & Monachis in Ecclesia purgat, sed-
q; illius iura sua restituit, & alia edicto priora abrogat.

Zenon breui tempore ad vrbem venit, quo præco-
gnito Basiliscus ad Ecclesiam se recepit, ibique Impe-
ratorium ornatum diuinæ mensæ imponit, & ad ba-
ptisterium cum coniuge sua Zenonide fugit. Zenon
verò cum primum Ecclesiam ingressus esset, debque
gratias egisset, in palatium venit.

Basiliscus & Zenon ad Bufamos missi sunt, ibique
plurimum adstricti vitam finiunt.

Martianus affinis Zenonis illi contradixit, eo præ-
textu, quod Leontia cõiux ipsius Leonis cõ eo imperio
potiretur, Ariadne verò Zenonis coniunx adhuc priua-
to nara esset.

Bello graui inter Zenonem & Martianum orto,
Martianus potenter victor euasit, cunctosque ad Ze-
nonem pertinentes comprehendit, & in palatio custo-
diæ tradidit opera Romuli & Procopij fratrum suo-
rum adiutus. Tandem in Zeuxippo lauantes capti sunt.
Et Martianum quidem ab Acatio Presbyterum ordi-
nari curarunt, & in castelli Papyrij, quo et Berinã pau-
lo post miserunt, ablegarunt: Romulus verò & Proco-
pius salutis suæ fuga in occidentem, elapsi consulerunt.

COLLECTANEO RVM THEO-
dori Lectoris, Liber secundus.



ENON illum veritus Episcopis con-
tradecere non audeat. Calandion peti-
tas à Zenone Eustathij reliquias è Phi-
lippis Macedoniae, vbi ille in exilio
mortuus fuerat, Antiochiam detru-
lit, quas maximo cum honore exce-
perunt. Tota siquidem Ciuitas & omnis ætas, vt ita di-
cam, ad decem & octo miliaria vrbem in occursum il-
larum egressa est. Qui verò ad id vsque temporis sepa-
rati ac diuisi propter Eustathium fuerat, Ecclesie post
centum annos à morte illius coadunati sunt.

Reliquiæ Barnabæ Apostoli inuenta sunt in Cypro
sub arbore cerateæ, habentes sub pectore Euangelium
Matthæi manu ipsius Barnabæ scriptum: qua occasio-
ne Cyprij victores enaserunt, vt Metropolis ipsorum
liberum habeat Episcopatum, nec Antiocheni Episco-
pi iurisdictioni subdit. Euangelium autem illud Zenon
in palatio sub alia corona condit.

Illus

Euangelia
contra in-
cendium.

Spectrum
Dæmonia-
cum.

Monaste-
rium Ac-
cemetoriu

Amictus
Altaris,
niger.

Diuina
mensa.

Reliquia-
ru bonos.

Reliquia-
ba.

Illus tyrannidem contra Zenonem per omnia ma-
nifestauit. Quum Tarsum venisset, Berinam Impera-
tricem è castello Papyrij eduxit, in quo propter Basilis-
cum custodiebatur, illique persuasit, vt Leontiu con-
sulem Imp. coronaret, quo facto, berinam ad castellum
remiserunt, & ipsi Antiochiam reuersi, denuo se maie-
stati imperij accommodarunt.

Illus cum Leontio post multa prælia quadriennio
custoditus, prodicione coniugis captus est, Promondo
ad id è palatio à Zenone misso, à quo etiam capitibus
vtrique sunt truncati.

In ciuitate Edessa locus quidam doctrinæ erat Per-
sica, vt aiunt, scholæ, vnde Persas Nestorianam opi-
nionem contraxisse puto, quod nonnulli Nestorio ad-
hærentes, & loco Theodori prædicates, dogmata sua
quibus delectabantur Persis tradiderunt.

Zenon Imp. mortuus est, & Silentiarius Dyrta-
chio oriundus ab Ariadne Augusta Imp. declaratus,
cui Euphemius Episcopus restitit, vocans eum hæreti-
cum, & indignum qui Christianis imperaret. Ariadne
verò & senatores Euphemium vi tractum cogunt. Ille
verò consentire noluit, nisi scriptam ab eo confessio-
nem retulisset, qua Chalcedonensis synodi decreta
determinationi fidei inserta comprobaret, quod ille e-
tiam fecit.

Manichæi & Ariani lætabantur propter inaugura-
tionem Imp. Anastasij: Manichæi, quod mater illius
Zelo ac studio ipsorum prædita esset: Ariani verò, quod
Clearchum auunculum Anastasij consentientem ha-
berent. Anastasius traditam confessionem cum impe-
rium obtinisset, constanter ab Euphemio repetit.

Quoniam Isauri multa insolentia & inhumana Cõ-
stantinopoli perpetrabant, cunctos vrbe eiecit. Illi ve-
rò egressi tyrannidem exercuerunt, & excursiones ad
Coryaium vsque fecerunt, contra quos Imp. Ioannem
Seyrtham, & Ioannem Cyrtum cum exercitu misit.
Cum autè bellum hoc quinquentiu durasset, Anastasius
Euphemio Constantinopolitano Episc. hoc cum
fiducia concedidit, quod pacis esset cupidus factus, &
Episc. domi præsentis, ea opinione, quasi propter Isau-
ros vocarentur, colligere iussit. Euphemius verò quod
sibi erat ab Imp. dictum ad Ioannem Pricium socer-
um Athenodori, vnum ex ducibus Isaurorum detu-
lit. Ille confestim Imp. cuncta manifestat, quæ res Im-
peratorem contra Euphemium armauit.

Anastasius deinceps magis pro Imperatoria maie-
state quam antea contra Isautos motus, potenter eos
denicit, & per Eusebium magistrum Euphemio nun-
ciat dicens: preces tuæ tibi versæ sunt in peccatum (vel
tale quid aliud, nam exemplar græcum hic est mutilu)
Qui Euphemio insidiabantur, quendam subornarunt,
qui nudato gladio coram Mutatorio caput illius pete-
ret: verum Paulus vindex Ecclesie cum procerâ statu-
ra esset, plagam capiti Euphemij destinatam loco Eu-
phemij excepit, & vltus est, & cum qui ensẽ nuda-
rat vir quidam Ecclesiasticus accepta sera, quam vo-
cant, interfecit.

Anastasius insidias Isaurorum Euphemio acceptas
retulit. Et cum tyrânis scripisset, Episcopos domi præ-
sentes congregauit. Hi vt Imperatori gratificarentur
Euphemium excommunicant ac deponunt. Eligit au-
tem Imperator Episcopum Macedonium quendam,
Presbyteru Ecclesie, & custodem. Populus vero sedi-
tionem mouet propter Euphemium, & ad Hippodro-
mum supplicandi gratia currunt, at nihil efficiunt. Per-
nicit enim Imperatoris resistentia. Macedonium Impe-

ratori morem gerens, concordie Zenonis subscripsit.
Hic Macedonius vir erat religiofus & sacer, vt pote
à Gennadio educatus, cuius etiam, vt fama habet, ne-
pos erat ex forore.

Euphemium, Imp. in exilium abdnci præcepit. Ille
verò per Macedonium cautionem petiit, vt sine infi-
diis inde abduceretur. Macedonius verò, aliquid laude
dignum cogitans, vt cautio illi & ratio redderetur cõ-
sentit, & cum Euphemius in Baptisterio esset, episco-
palia insignia à Diacono sibi ipsi auferri præcepit, at-
que ita ad Euphemium accessit, factaque mutatione
pecunias illi ad sustentandos eos qui cum illo erant
dedit.

Festus quidam senator Romanus cum ad Imp. A-
nastasium propter quosdam ciuiles necessitates missus
ad Imperatricem venisset, adhortatus est, vt memoria
Coryphaeorum Apostolorum Petri & Pauli multa cõ
reuerentia & veneratione celebraretur. Quamuis ita-
que & antea celebrata esset, tam ex petitione Festi,
multo amplius & splendidius panegyris illa celebrari
cepit. Per hunc Festum Macedonium Anastasio Ro-
mano episc. rationem reddere voluit, verum ne hoc
faceret ab Imperatore est prohibitus. Festus verò, sicuti
fertur, Imperatori clanculum pollicitus est, persua-
surum se Romano Episcopo, vt concordie Zenonis
subscriberet. Cum autem Romam venisset, Anastasium
Episcopum mortuum reperit. Quapropter studium
impedit, vt quod querebatur quibusdam prætexti-
bus subscriberetur. Multis enim pecunia corruptis id
perfecit vt præter consuetudinem episc. quidam eli-
geretur, Romanus natione, nomine Laurentius. Ordina-
ntur itaque duo. A pluribus quidem ex Diaconis or-
diatur Symmachus, ab aliis verò Laurentius, quorum
gratia, Romæ cædes, rapinæ, & alia innumera mala
perpetrantur. Cum ad hunc modum talis rerum
consilio triennium durasset, Theuderichus Apher,
Romæ tum temporis potens, licet Arianus esset, colle-
cta Episc. Synodo, Symmacho Romanum episco-
parum confirmauit, Laurentium verò vnus Ciuitatis,
nomine Nuceria, episcopum constituit, Verum hic
Laurentius non quiescebat, sed adhuc episcopatum
Romanum appetebat, vnde illum Symmachus deponi
& in exilium mitti curauit, quo facto quiescit seditio.

Theuderichus Apher Diaconum quendam ortho-
doxum habuit, quem vehementer dilexit & fouit. Hic
Diaconus, hoc se pacto Theuderico gratificaturum
ratus relicta homousiana fide cum Arianis consensit.
Cognito hoc Theuderichus, quem tantopere dilexe-
rat, confestim capite truncauit, dicens, Si Deo fidem
non seruasti, quomodo homini sinceram conscien-
tiam seruabis?

Persæ contra Romanos moti multas Ciuitates in-
uaserunt, ac præsertim Amidonorum. Cum autem Im-
per. fœdera cum Persis iniuisset, nani Pontum inuase-
runt. Anastasius verò bellis occupatus ab infestatione
orthodoxorum destitit. Vt autem modicum quietis à
bellicis occupationibus accepit, rursus contra ecclesiam
& Macedonium armatus est.

Multas ecclesias Imp. Anastasius Constantinopoli
restaurauit. Contra seditiones populi quæ contra Im-
peratorem in Ciuitate fiebant, hoc excogitauit, vt e-
parchus Ciuitatis Lactanias populi sequeretur. Timo-
bant enim zelum eorum qui pro quarta Synodo in-
cursiones faciebant, et hoc deinceps in consuetudi-
nem abiit.

Inimici Macedonij eucholium quendam subor-

Macedo-
nim.

Diaconus
Apostolus
à principe
punitus.

Orthodo-
xi.

Lactani-
populi.

narunt, qui gladio illum impeteret. Macedonius vero, ut mansuetudinem suam ostenderet munera Eucholio dari præcepit. Tale quid etiam erga sacrilegos quosdam fecit.

Helias Hierosolymorum Episcopo mandavit Imp. ut Synodum Episcoporum quos sub se habebat, colligeret, & quartam Synodum condemnaret. Helias vero, synodum quidem non congregavit, ipse vero solus Nestorium, Eutychem, Diodorum, Theodorum, & Synodum Chalcedonensem anathemate damnavit.

Pont. Romani primi manus in Concilio.

Cum hæc gererentur Imperator Macedonius vehementer irasit, ut idem & ipse faceret. Ille vero sine vniuersali Synodo, cui magnæ Romæ Episcopus præsideret, nihil se facturum dixit: qua re Imperatorem contra se incitavit, qui ob id ad magnam Ecclesiam confugientes inde auelli curauit, & leges libertatis hæreticorum Ecclesiis præbuit.

Deuterius Arianorum Constantinopoli Episcopus, cum Barbarum quendam, sic dictum, baptizaret, reprobata & corrupta dominica traditione, ausus est inter baptizandum dicere, Baptizatur Barbas in nomen Patris, per filium, in sancto spiritu: quo dicto aqua in colymbethra euanuit. Barbas vero arrepta fuga exiuit, & miraculum hoc cunctis significauit.

Multos Imperator modos nocendi Macedonio excogitauit. Diuisi vero ab Ecclesia, turba quadam mercenaria collecta, Templum Archangeli quod in palatio est, die dominica ingressi sunt, & cum psaltes trifigion dicerent, illi cum additione, qui crucifixus est pro nobis, respondentes psallunt. Sequenti die dominica idem in magnam Ecclesiam cum spadonibus ingressi fecerunt. Populus vero zelo raptus primis vocibus reclamatione: & vociferantibus ac conuiciantibus conuiciando respondit. Tadem vero Imp. cum multis manifestè Macedonio resistens, iam Monachos excommunicatos, iam ipsos primores subornat, ut nefandis conuiciis & vociferationibus Episcopum impetant, cum quibus erat etiam Iulianus Episcopus Halicarnasi Caria: & Seuerus Monachus, qui & fidei & sui ipsorum facti fuerant inimici.

Populus cum mulieribus & paruulis, infinita multitudine cum præsidibus Monachorum congregata, per Ciuitatem clamant: Tempus Martyrij est ò Christiani. Patrem nemo deserat. Imp. vero probris gratia, Manichæum & Imperio indignum vocant. Quibus Imperator territis, portas curiæ Imperialis vndique claudit, ac nauigia fugæ accommoda Palatio adhibet.

Imperator, cum pridie faciem se Macedonij posthac non visurum iurasset, misso nuncio obsecrauit, ut illum salutare liceat. Populus vero cum Ecclesiam Macedonius ingressus esset, Monachos obtestatur dicens: Patrem habemus apud nos. Et qui ad scholam pertinebant, quoties ingrediebatur, cum laudibus ingredientem accipiebant. Et cum ingressus esset Anastasium redarguit, tanquam Ecclesiæ hostem. Ille vero per hypocrisim, Ecclesiæ & Episcopo coadunari videbatur. Suspensus Imp. si Macedonius iudicaretur, populum illi tanquam in fonti opitulaturum: noctu illum violenter abreptum Chalcedonem misit, & inde Euchaitis abduci præcepit. Sequenti vero die Timotheum quendam Presbyterum & custodem Ecclesiæ Episcopum elegit, quem lithrobulbam & colonem, propter facta quædam nominibus istis conuenientia, vocauerunt.

Schola Constantinopolitana.

Ecclesiam vero Timotheus ingressus non est, nec ad Liturgiam accessit, nisi primum detractis Macedo-

Liturgia.

nij imaginibus & insignibus. Supplicationes Parasceues, in Templo Deiparæ quod in Chalcedoniensi est, Timotheus fieri excogitauit. Ioannes Diacrinomenus de Seuero scribit, quod iuramentum ab eo Imp. accepit, si Antiochenus Episcopus fieret, nullo se pacto, sub pœna anathematis Chalcedonensi Synodo adhaerendum, deinde, quod illum eo ipso die quo ordinatus esset, ascenso suggestu anathemate damnaret.

Timotheus ab amicis rogatus, Symbolum fidei trecentorum decem & octo patrum per singulas synaxes dici curauit, ad reprehensionem videlicet Macedonij, quasi ille Symbolum hoc non receperit, cum antea semel tantum in anno, in parasceue scilicet dominicæ passionis tempore quo Episcopus catechizabat, recitatum esset.

Cum is qui in monasterio Studiti præfuerat mortuus esset, abiit Timotheus ad Monasterium illud, ut ibi Episcopum eligeret. Is vero qui ordinandus erat, ad eum dixit, non passurum se ut ordinetur à viro qui Synodum Chalcedonensem anathemate damnasset. Respondit huic Timotheus: anathema sit cilibet homini Synodum Chalcedonensem auersanti vel anathematizanti. Quo dicto, qui ordinandus erat ordinationem suscepit. Ioannes autem quidam Archidiaconus, cum Manichæus esset, Timotheum contumeliis affecit, & ad Imperatorem currens, quæ gesta ab illo essent, patefecit. Imperator vocatum ad se Timotheum grauitè increpuit. Ille vero negauit dicens, anathema sit, quisquis Synodum Chalcedonensem recipit.

Castrum quoddam est inter Persas & Indos, nomine Tzundaæero, Cum Rex Coades multas in illo pecunias ac lapides preciosos afferari audisset, volebat eius rei veritatem cognoscere, verum demones locum illum inhabitantes Coadem ab eo quod quærebatur impediabant. Cunctam itaque magiam suam magi illius impenderunt, sed frustra: adhibita est & Iudæorum magia, neque sic tamen voti compos euasit. Cogitauit per Christianos amoliri demones illos. Episcopus itaque Christianorum in Persia, peracta super ea re synaxi, & acceptis diuinis mysteriis, & in Christianos qui aderant dispensatis, signo crucis demones profligauit, & castrum Coadi sine vlla molestia tradidit. Quam ob rem vir ille stupefactus Episcopum, illum primæ sedis prærogatiua cohonestauit, cum ad id vsque temporis, Iudæi & Manichæi priores haberent. Deinde & cunctis Christianis amplecti volentibus liberum & securum fecit.

Cum Alamundarus Saracenorum Phylarchus Christianissimum amplecteretur misit ad illum Seuerus duos Episcopos, ut eum malitia sua inficeret: verum huius conatus præuenit Deus, effecitque ut ab illis baptizaretur, qui Synodum approbabant.

Cum qui à Seuero missi erant Phylarchum ea docere conarentur, quæ veræ doctrinæ contraria erant, fabulam ad redargutionem eorum quæ ab illis dicebantur commentus est. Ea erat, quod videretur literas accepisse, quæ Michaelem Archangelum mortuum esse significarent. Respondentibus illis, esse hoc impossibile, quomodo igitur, inquit Phylarchus, si duas naturas Christus non haberet, nudam Crucem Deus pertulit, cum ne Angelus quidem pati quicquam vel mori queat? Ad hunc itaque modum confusi, qui à Seuero missi fuerant, & pudefacti discesserunt.

Macedonio Episc. mortuo, terribile quiddam accidisse dicunt. Cum enim mortuus & in Sepulchro obignatus esset, Theodorus quidam ex illius familiaribus iuramento

Tom. 2.

Synaxes.

Abbas studiensis.

2. in Christi signatura.

iuramento affirmavit in somnis se Macedonium vidisse, ista ad se dicentem: Eice & abi, quæ ut Anastasio dicas recognosce. Ego quidè abeo ad patres meos, quorum etiam fidem seruauit. Non quiescam autem appellare dominum, donec venias & vna iudicium accedamus.

Iustinus Imp.

Anastasius Imp. repente mortuus est cum annos octoginta & octo vixisset, & vigintiseptem ac menses tres imperasset. Declaratus est autem Iustinus Imp. vir admodum prouecta ætate, qui à militari ordine sumpto initio ad senatoriam vsque dignitatem peruenerat, & per omnia dexter ac strenuus apparuerat. Deinde & cum natione esset Illiticus, prudens erat, rector fidei zelosus, & coniugem habebat Lucipiam, quam Augustam factam populares Euphemiam putredine confectum habens cum ab Oasi ad hoc reuocaretur ut in alium locum transponeretur, morte reuocationem eam præuenit.

Nestorius mors.

Post conciliationem cum Orientalibus Theodorius contra duodecim capita Cyrilli scripsisse fertur.

Rabulus Edesenus Episcopus cæcus erat. Andreas vero Samosatensis accusauit eum quasi contra duodecim capita Theodorij scripsisset.

Monachi in Aegypto, cum de sancto Symeone audissent, quod supra columnam staret, insolentia rei periculi (nam primus hoc ipse excogitauerat) communionem illi negarunt. Postea vero cognita viri illius vita & cotona rursus illi communicarunt.

Martianus Imp. in vestitu Idiotæ ad sanctum Symeonem absconditè venit. Obstupuit autem factam quoddam quod accidit duobus Episcopis inter se contentibus, orthodoxo vno, Arianò altero. Ariantus quidem dialecticus erat, orthodoxus vero pius & fidelis. Orthodoxus proposuit hanc conditionem, ut relictis verborum concertationibus rogum ignis ingrederentur, & sic ostenderent, quæ sententia magis pia esset. Cum autem Arianus conditionem hanc suscipere detrectaret, ipse orthodoxus ignem ingressus è rogo disferuit, & illæsus seruatus est.

Petrus Moncus reliquias Timothei Salophacioli effodisse fertur, quod & Theodorius scribit.

Petro Monco propter reliquias Timothei, ac synodum, reiecto, Ioannes ordinatus est. Deinde & hoc reiecto Petrus iterum ad Episcopatum accessit, synodum se non damnaturum pollicitus.

Claudion Theodoro consentiens, Byzantinus Episcopus ordinatus fertur.

Claudion Trifigio fertur adieccisse, Christe rex, propter eos qui addiderant, qui crucifixus es propter nos.

Petrus Cnapheus ut mysterium in Ecclesia coram omni populo sanctificaretur, & inuocatio super aquas in Theophaniis vesperti fieret, inque singulis precibus Dei para nominaretur, & in quavis synaxi symbolum diceretur, excogitasse dicitur.

Schola Edesena.

Zenon Imp. scholam Edesenam, quam Persicam vocabant, tanquam quæ Nestorij ac Theodori doctrinam traderet, subuertit & abrogauit.

Cum omnes, ut fertur, alij Patriarchæ conciliationem Zenonis approbarent, solus Felix Romanus illi non communicauit.

Coades Blassium regem patruum suum excaecauit, & Persarum regnum rapuit.

Anastasius Imperat. cum Coades pecunias ab se peteret, respondit: si mutuo accipere vult, cautionem faciat: si vero aliter, nõ dabo. Et ob hanc causam Coades

Tom. 2.

des bellum Romanis intulit. Anastasius Chrylargyrum remisit, & venationes sustulit, & magistratus, qui venales fuerant, gratis contulit.

Magistratus venales.

Cum Neocæsariæ terræmotus aliquando futurus esset, miles quidam Ciuitatè ingressus duos milites in illa abeuntes, & alium quendam post tergum istorum clamantem vidit, ac dicentem: Seruate domum, in qua theca est Gregorij. Et terræmotus factus est, ac maxima portio Ciuitatis prolapsa, domus vero Gregorij mirabilium patratore seruata.

Romanæ Ecclesiæ mos esse fertur, ut iura non sint immota, sed etiam si cuiuspiam contingant, statim vendantur, & precium in tres partes diuidatur, ita ut Ecclesiæ vna, Episcopo altera, clero tertia detur, & sic etiam in reliquis rebus fiat.

Coades legem in Persia tulit, mulieres debere communes esse. Et cum ob eam causam regnò esset ciccus auxilio Hunorum illud recepit.

Anastasius Imp. condidit Dáras: & cum condidisset, vidit in somnis Bartholomæum Apostolum dicentem, subuertisse ipsam ciuitatis custodiam, quod reliquias suas illo missas reprobasset.

Immireni gens sunt Persis tributaria. Habitant autè in extremis Australis plagæ, & ab initio Iudæi fuerunt: ab eo vero tempore quo regina Austri ad Salomonem venit, facti sunt Gentiles. Hi sub Anastasio Christiani facti sunt, & Episcopum acceperunt.

Seuerus cum Anastasio Imp. iurcirando pollicitus esset, nihil se vnquam contra synodum Chalcedonensem morturum: ipso tamen die quo ordinatus fuit iuramentum transgressus, Synodum illam anathemate damnauit.

Constantinus magnus Imperator amans Christi, imperauit annos triginta vnum menses decem.

Constantius filius eius imperauit annos viginti quatuor, dies quinque. Et sub illo Constantinopolim venerunt reliquie sanctorum Apostolorum, Timothei 8. Calend. Iulij: Andree & Lucæ 5. nonas Martij, ebllocatæ que sunt in consecrato magno sanctorum Apostolorum Templo.

Reliquie SS. Apostolorum.

Theodosius magnus imperauit annos sedecim, in quibus vna cum eo Arcadius filius ipsius. Imperauit annos duodecim. Sub ipsius magni Theodosij imperio reliquie sanctorum Martyrum Terentij & Aphricani in Martyrium sanctæ Euphemie, in Petram, 10. Calend. Octobris sunt depositæ.

Archadius filius magni Theodosij imperare cepit mense Ianuarij, imperauitque annos 17. post quinque inaugurationis patris sui. Et mortuus est prima Maij cum in summa imperasset annos viginti quatuor, menses tres, dies quatuordecim. Duodecim enim annos vna cum patre, & reliquos duodecim ac dies tres solus imperauit. Sub imperio illius, & Patriarcha Artico, Constantinopolim allatæ sunt reliquie Sancti Samuelis, & in Prophetico ipsius loco iuxta hebdomum, duodecima Calend. Iulij collocatæ.

Reliquie S. Samuelis.

Junior Theodosius filius Arcadij imperare cepit mense Ianuarij vna cum patre annos septem & menses 3. Mortuus est vicesima octaua Iulij in dictione tertia, suntque reliquie illius depositæ tricesima mensis eiusdem, cum imperasset in vniuersum annos 32. menses duos. Cum patre siquidè imperauit annos 7. menses 3. reliquos 24. & menses 11. solus. Sub illius imperio depositæ sunt reliquie S. Stephani, Laurentij & Agnetis,

v v

in Martyrio Sancti Laurentij 27. Septemb. & celebratur illic ipsorum memoria eodem die vsque in hunc diem.

Deinde sub illius imperio & Patriarcha Proclo reliquæ Chrysolomi allatæ sunt, & ad sanctos Apostolos depositæ. 5. Calend. Febr.

N. Imperare cepit Indictione decima, mense Febr. coronatus ab ipso Patriarcha, mortuusque est mense Ianuario, indictione 10. Fueruntque anni imperij illius 17. Sub illius imperio & Patriarcha Gennadio allatæ sunt à Sirmio reliquæ sanctæ Anastasiæ, & in Martyrio ipsius depositæ, quod in Embolis Domnii situm est.

CHRONICON MARCELLINI COMITIS

V. C. QVOD RERV ORIENTALIVM HISTORIAM EVSEBII ET DIVI HIERONYMI, vsque ad Iustiniani tempora prosequitur.

EX ANTONII SCONHOVII PRÆFATIONE AD Reuerendissi. P. & D. Gerardum ab Hamericourt Abbatem S. Bertini.



Quis is fuerit Marcellinus nondum mihi comperire licuit: non videtur idem fuisse, cui Ammianus prænomen est: qui duo & triginta libris, à principatu Cæsaris verua vsque ad abitum Valensii, tam Orientis quam Occidentis res gestas à Romanis descripsit: Nam atate ducentis penè annis distare videntur, siquidem Ammianus sub Valente, noster vero sub Iustiniano Imperatore vixit. Caterum hic se initio operis clarissimum fuisse testatur Comiti: (vt opinor) nomine fuerunt enim Comites omnes ferè clarissimi habiti, Iustiniani atate. Ita que adiectus (vt apparet) huic fuit Marcellino, dignitatis atque officij titulus, vt eo, à Marcellino Ammiano distingueretur. Presequitur autem in auctor, Eusebii diuique Hieronymi Chronicon: quod licet faciat & Prosper Aquitanicus eo paulo antiquior, tamen multò plura, præsertim reru Orientalium, iste habet: vt hac in parte illi longè preferendus sit. Nec posthac magna parte operis vtriusque Palmarij, aut Eremiani Contracti (qui Prospero continentiem historiam annexerunt) opus erit, cui Marcellinus noster erit. Multa sunt in eo quæ ab alijs Chronographis discrepant, sed ea malimus doctorum virorum iudicio relinquere, quam nostro temerè censere.

MARCELLINI COMITIS, V. C. CHRONICON.



Est mirandum opus quod à mundi fabrica vsque in Constantinū principem Eusebii Cæsariensis, huius seculi originem, tempora, annos, regna, virtutesque mortalium, & variarum artium repectores, omniumque penè Prouinciarum Monumenta commemorans Græco edidit stylo, noster Hieronymus transfudit in Latinum, & vsque in Valentem Cæsarem Romano adiecit eloquio. Igitur vterque huius operis auctor v. & d. lxxii. annorum hunc mundum tunc fore miro computauit eloquio. Ego verò vir clarissimus Marcellinus Comes, simplici dūtaxat computatione Orientale tantum secutus imperiū, per indictiones perque consules infra scriptos, ceterum & xi. annos, à septima videlicet indictione, & à Cōsularu Aufonij & Olibrij (quibus etiā Cōs. Theodosius Magnus creatus est Imp.) enumerans, & vsque in consulatum Magni Aufonij, id est, indictionis vndecimæ, colligens eorum auctorum operi subrogauit, itemque alios xvii. annos, à consulatu Augusti. i. vsque in consulatū Iustiniani Augusti iii. i. suffecidit sunt simul anni clvi. meoque rustico operi suppositi.

Indic. vij. Aufonio & Olibrio Coss.

Theodosius Hispanus, Italicæ diui Traiani ciuitatis, à Gratiano Augusto apud Syrmium xxxv. i. anno post Valentis interitū imperator creatus est, Orientale duntaxat Remp. rector, vir admodum religiosus & Catholicæ Ecclesiæ propagator, omnibusque Orientalibus principibus præponendus, nisi quod Martianum tertium post se principem imitatore habuerit, & duos reliquerit filios. Alanos, Hunos, gothos, Getas, Scythas magnis multisque præliis vicit.

Indic. vij. Gratiano Aug. & Theodosio Coss.

Gregorius Nazianzenus facundissimus Christi Sacerdos & Hieronymi nostri præceptor, Ecclesia nostra apud Bisantium capta ab Arrianis, plebè Catholicam in B. Anastasiæ oratorio, Catholica quotidie allocutione cōtinuè sepe nãque prauorū cōiitiis infectatus est, sed Christi gratia præditus, vsque ad id tēpus quo eadē

Eccles. sui præsentia nostris est reddita, perfidis obstitit Arrianis: Nã his Coss. Theodosius Magnus postquã de Scythis, & Getibus triumphauit, expulsis continuò ab Orthodoxorū Ecclesia Arrianis, qui eã ferè per xl. annos sub Arrianis Imp. tenuerāt, nostris Catholicis Orthodoxis restituit Imperator mense Decembri.

Sandis C. L. patribus vrbe Augusta congregatis aduersus Macedonium in Spiritum sanctū naufragantē, ab itidem Episc. sancta Synodus confirmata est, Damaso scilicet sedē B. Petri tenente: Constantinopolim vegerio Coss. rō per Timotheum Alexandrinum, p̄gr; Meletiu Antiochenum & Cyrillum Hierosolymitanum Episcopos, Nectario ex Pagano protinus baptisato, & in præfata Synodo, pontifice ordinato. Athanaricus rex Gothorum cum quo Theodosius Imp. fœdus pepigerat, mense Ianuario venit eodemque Mense morbo periit.

Diui Valentianiani Magni cadaver Theodosius princeps ab Italia reportatum, apud Comitatum regio in sepulchro recondidit. Eodem anno vniuersa gens Gothorum Athanarico rege suo defuncto, Romano sese imperio dedit. Mense Octobri Damasus Romanæ Ecclesiæ (exceptis Liberio & Ecclie) xxxv. Episcopus, anno pontificatus sui xviii. in Domino requieuit.

Romanæ Ecclesiæ Siricius xxxvi. antistes factus, vixit annos xv. Archadius à patre suo Theodosio Aug. confors imperij septimo ab vrbe milliario coronatus est. Gratianus imp. Maximi tyranni dolo apud Lugdunum occisus est vij. Cal. Septembris.

Legati Perlarū Constantinopolim aduenerūt pacē à Theodosio principe postulantē. Et eodē tempore notorius alter Theodosio natus est filius mense Septēbri.

Theodosius imp. aliquantas fauas nationes per legatos suos inuitè imperio subdidit. Inuasam princeps Theodosius ab hostibus Trachiã vindicauit, victorque cum Archadio filio suo vrberem ingressus est: galla Theodosij regis altera vxor his Constantinopolim venit.

Archadius

Indic. xv. Valentiniano no. iij. et Eutropio Coss. Indic. i. Theodosio Aug. ii. & Cynegio Coss. Indic. ii. Timagio & Pro-motio Coss.

Archadius Cæsar cū patre suo Theodosio sua quinquennialia celebrauit. Theodosius Italiam contra Maximum tyrannum pugnaturus accessit.

Valentinianus Gratiari frater & Theodosius imp. Maximum tyrannum & Victorem filium eius apud Aquilegiã rebellantem vicerunt. Andragatius Comes morte Maximi cognita præcipitem sese è nauì in vndas dedit ac suffocatus est.

Theodosius imp. cū Honorio filio suo Romã mense Junio introiuit. Congiarium Rom. pop. tribuit, vrbeque egressus est. Cal. Septemb. Per idē tempus grandis crepitans per biduum continuū pro pluuia cecidit pecorum arborumque pernicies: Stella à Septentrione gallicinio surgens & in modum Luciferi ardens potius quàm splendens apparuit, vicefimòque die esse desinit. Templum Serapidis apud Alexandriam Theodosij imp. edicto solutum est.

Indic. iij. Valentiniano no. Aug. iij. & Neoterio Coss.

Signum in cælo quasi colūna pendens ardēsq; per dies xxx. apparuit. Galla Theodosij vxor ab Archadio priuigno suo sepulta est. Obeliscus in circo positus est, colūna haud longè ab ecclesia cōstituta quæ argentea rheodosij imaginis statuã ferēs haftenus contēplatur.

Indic. iij. Tatano & Symmacho Coss.

Theodosius imp. Italiã decedens Cōstantinopolim remeauit. Valētinianus imp. apud Viennū dolo Arbogastis strāgulatus interit. Idib. Martiis. Eugenius Arbogastis fauore confisus imperium sibi inuestit & usurpauit.

Indic. v. Archadio & Rufino Coss.

Arbogastes Valentino Imp. extincto, & Eugenio Cæsare facto, innumeras inuictissimisque copias vndique in Gallias contraxit, Occidente imperium vtpote sibi vindicaturus vir barbarus, animo, consilio, manu, audacia, potentiaque nimius. Contraxit autem vndiq; innumeras copias vel Romanorum prædijs vel Barbarorum auxilijs, alibi potestate, alibi cognatione subnixus. Vsq; hūc xiiij. Theodosij imperij annum, beatus Hieronymus post ascensionem Domini N. Iesu Christi à Petro Apostolo incipiens & in fœmetipsum desinens c. xxxv. virorū illustrium Ecclesiastica contra Porphyrium & Iulianum Augustum volumina descripsit apud Bethleem oppidum degens, vbi & Monasteriū sibi condidit, & alia multa Ecclesiastica literis quodque Hebraicis edoctus scripsit, finemque vitæ suæ admodum senex fecit, ibiq; sepultus est, Catholicis quidem inexpugnabilis Ecclesiæ turbis, hæreticis autem omnibus infatigabilis hostis, tam proposito vitæ suæ quàm librorum à se editorū assertionibus depugnans.

Indic. vij. Theodosio iij. & Arbogastio Coss.

Honorium pater suus Theodosius in eodem loco quo fratrem eius Archadium Cæsarem fecit, id est septimo ad vrbe Regia milliario: Tunc quippe hora diei tertia tenebræ factæ sunt.

Indic. vij. Archadio iij. et Honorio Coss.

Theodosius Augustus assumpto Honorio Cæsare, eodēque filio contra Arbogastem qui Eugenium tyrannum Imperatorem facere nisus est, iterum properauit, bello commisso Eugenius victus atque captus interfectusque est, Arbogastes sua se manu perculit. Thermæ Archadianæ ex conditoris sui nomine nomen acceperunt.

Indic. vij. Olibrio et Probrino Coss.

Theodosius Magnus apud Mediolanum vita decessit, Imperauit annos xvij. Corpus eius eodē anno Cōstantinopolim allatum est, atque sepultum. Archadius & Honorius Germani, vtrumque imperium diuisis tantum sedibus tenere cœperunt. Rufinus clām Archadio principi infidias tendens, Alarychum Gothorum regē missis ei clām pecuniis infestum Reip. fecit, & in Græciam misit. Porro detecto dolo suo Rufinus ab Italici

Tom. 2.

Archadio misis, ante portas vrbs merito trucidatus est: Caput eius manūsq; dextra per totā Cōstantinopolim demōstrata. Rutini vxor & filia exulant: Eutropius facti palatii cubicularius omnes opes arripuit, auaritiã que transgressus est. Terræmotus per dies plurimos fuit, Cælumque ardere visum est.

Indic. iij. Archadio iij. et Honorio iij. Coss.

His consulibus Flaccia Archadio nata est filia. Romanæ Ecclesiæ Anastasius. xxxvii. Episc. ordinatus vixit annos. iij. Ambrosius Mediolanensis, virtutū Episcopus sanctus, arx fidei, orator Catholicus ad Christum Dominū cōmigravit. Ioannes Antiochiæ natus, ibiq; à Meletio eiusdē ciuitatis Episc. eodēque cōfessore, lector Ecclesiæ ordinatus per singulos officij gradus ascēdit vbi per quinquēniū continuū Diaconus multos diuinosque edidit libros. Presbyter quoque factus per xii. annos plures confecit. Tanta dehinc opinione vbi que meritò propagatus, Constantinopoli in locum Nectarij pontifex subiectus est, vbi plurima dulciãque diuinarum scripturarum: volumina suo operi Catholico addidit, hōis Episcopus habuit inimicos: Theophilum alexādrinum, Epiphaniū Cyprium, acacium Beroensem Antiochum Prolomensem, Euerianum Gabalensem & Seuerianū Caldonensem. Gildo Comes idēque paganus (qui mortuo Theodosio principe Africæ præerat, dum Archadio & Honorio adhuc pueris regnātib; inuider Africã que nictur obtinere, frater eius Mafcezel cognita eius vefania, relicta que duobus apud Africam filiis in Italiam remeant: Gildo vtrumque fratris filium dolo trucidat. Mafcezel fratris scelere cognito cum quinque millibus suorum cōtra Gildonem cum lxx. millibus armatorum sibi obuiantem infestus accedit, Gildonemque parricidam ieiunijs & orationibus suis, immò B. Ambrosij in somnis admonitu, auxiliantib; fugauit: Gildo fugiens propria se manu strangulauit, sicque Mafcezel sine bello victoriam meruit ac sine cæde vindictam.

Indic. xij. Cæsario et Attico Coss. Indic. xvi. Honorio iij. & Euthyciano Coss.

Hic Eutropius omnium Spadonū primus atque vltimus cōsul fuit: de quo Claudianus poeta ait, omnia cesserunt Eunucho cōsule monstra. Pulcheria Archadio altera filia nata est. Gagana Comes apud Constantinopolim ad preparādū ciuile bellū Barbaros suos occultè admonet, ipse valertudinem simulã vrbe digreditur, cæpto aduersus baptisatos prælio plurimū hostiū cadūt, ceteri fugiētes Ecclesię nostrę succedūt, ibiq; relecto eccl. culmine iactisq; desuper lapidib; obruūt.

Indic. xij. Theodoro & Eutropio Coss.

Bellum nauale contra Gagana tyrannum inter Cheronissum & hellepontum gestum est, multitudo ibidem Gothorum cæsa, vel dimersa sunt. Gagana Comes de hoc bello fugiens euasit.

Indic. xij. Stilicone & Anreliano Coss.

Caput Gagana hastili præfixum Constantinopolim allatum est. Maris Ponti superficies ita gelu frenata est, vt per triginta dies soluta, tandem glacies instar montium per Propōtidē supernè portata decurreret. Theodosius Iunior patre Archadio natus est. iij. Idus. Apriles.

Indic. xv. Archadio v. & Honorio v. Coss.

Romanæ Ecclesiæ Innocentius xxxviii. creatus antistes, vixit annos xv. Theodosius Iunior in loco, quo pater, patruusque suus Cæsar creatus est. Constantinopoli ingens terræmotus fuit.

Marina patre Archadio nata. Eudoxiæ Archadij vxoris super porphyreticã columnã argentea statua iuxta Ecclesiã posita haftenus sistit. Ioannē Constantinopolitanæ ciuitatis episcopū, cui supradicti sex antistites in cassum æmuli fuerē, aliōsq; triginta sibi episcopos cōsistere, volēte Archadio principe in Culum oppidum exulem miserunt, eumque post annum in villam, quæ

vv ij

Indic. ij. Comana in regione Póica dicitur, de exilio in exilium relegarūt. Hunc ibidē mortuū religioſa Orthodoxorū plebs in atrio Baſilici Epifcopi ſancti idēque martyris, in ſomnis admonita in nouū mōxq; reperūt ſepulchrū condidit. Eccleſiā Conſtantinopolitanā flamma ignis quæ de B. Ioanis throno quondā Epifcopi nata fuit ſubitō cōflagrauit, vicināmque Eccleſiæ vrbs faciē ſerpēs nihilominus exuſit. Eudoxia vxor Archadij diē obit.

Isanti per montem Tauri diſcurſantes ingens diſpendium Reip. importarunt, quibus Narbazaicus legatus maius continuū rependit incommodum.

Theodosius Iunior quinquennalia dedit, Radagaydus paganus & Scythia cum ducentis millibus ſuorū totā Italiā inundauit: Huldin & Saurus Hunnorū gothorumq; reges Radagaysum cōtinuū cōfecerūt, ipſius capite amputato captiuos ei⁹ ſingulis aureis diſtrahētes. Cifterna maxima iuxta Porphyriceam Conſtantinī Imperatoris columnam in foro eius ſub platea tranſitico conſtructa eſt.

Silicio Comes, cuius duæ filiæ Maria & Tharmantha ſingulæ vxores Honorij principis fuere, vtraque tamen virgo deſuncta, ſpreto Honorij regno, regnum inhians, Alanorum, Sueuorum, Vuandalorumque gentes donis pecuniisq; illectas cōtra regnum Honorij excitauit. Eucherium filium ſuum paganus & aduerſum Chriſtianos inſidias molientem cupiens Caſarem ordinare, cum eodem Eucherio dolo ſuo detecto occiſus eſt. Romæ in foro pacis per dies ſeptem terra mugitum dedit. Archadius Imp. vitæ finem fecit: regnavit poſt obitum patris ſui Theodoſij annos xiiij.

Apud Conſtantinopolim magna exarſit populi ſeditio, panis ſcilicet penuria ingruente.

Halaticus trepidam vrbeſ Romam inuaſit, partēque eius cremavit incendio, ſextoque die quā ingreſſus fuerat deprædata vrbe egreſſus eſt. Placidia Honorij principis ſorore abducta, quam poſtea Ataulpho propinquo ſuo dedit vxorem.

Theodosius Iunior decennalia, Honorius Romæ vicennalia dedit. Conſtantinus apud Gallias inuaſit imperium, filiumque ſuum ex monacho Caſarem fecit. ipſe apud Arelatum ciuitatem occidit. Conſtans filius eius apud Viennam capite pleſtatur.

Iouinus & Sebastianus in Galliis tyrannidem molientes occiſi ſunt. Atalus in mari captus atque Honorio exhibitus truncata manu vitæ relictuſ eſt.

Eraclianus Africæ Comes cum ſeptingentis & tribus millibus nauium ad vrbeſ tendens, mox territus & in fugam verſus: arrepta nauī ſolus Carthaginem rediit, ibique ilicō interfectuſ eſt.

Pulcheria Theodoſij ſoror Aug. appellata eſt. Valia rex Gothorum facta cum Honorio principe pace, Placidiam ſororem eius eidem viduam reddidit.

Eccleſiā Conſtantinopolitana dudū igni cremata hiſ coſſ. reſtaurata dedicatāque eſt Attico Epifcopo eandē regente Eccleſiam. Lucianus Preſbyter vir ſanctus, cui reuelauit Deus hiſ Coſſ. locum ſepulchri & reliquiarū corporis ſancti Stephani Martyris, ſcripſit ipſam reuelationē Græco ſermone ad omniū Eccleſiarū perſonas.

Horofius Preſbyter Hispania generis ſeptrē libros hitoriarū deſcripſit. Miſſus ab Auguſtino Epifcopo idē Horofius pro diſcenda animæ ratione ad Hieronymū Preſbyterū, reliquias beati Stephani tunc nuper inuētas rediens primus intulit Occidenti. Atticus Conſtantinopolitanus Epifcopus ſcripſit ad reginas Archadij Imp. filias de fide & virginitate valde egreſſium, in quo præueniens Neſtorianum dogma impugnat.

Tenebræ in die factæ ſunt. Cybera Aſiæ ciuitas ali-

quātaque prædia terræ motu demerſa. Romanæ Eccleſ. Honorio. Zoſimus xxxvij. Epifc. ſanctus ordinat⁹ vixit annos iij. xj. & cō Plinta Comes idēque rebellū apud Paleſtinā Proſtatioſ. uincia auctor deleſtus eſt. Deſect⁹ ſolis factuſ eſt. Stella

ab Oriente per ſeptē meſes ſurgēſ ardeſq; apparuit. Honorio Valētinian⁹ Iunior apud Rauennā patre Cōſtatio & xij. Placidia matre. vi. Nonas Iulias natus eſt. Multę Palæ-

Theodoſio ſtinę ciuitates villęque terræ motu collapsæ. Dominus viij. Coſſ. noſter Ieſus Chriſt⁹ ſemper vbiq; totuſ, & ſuper mōtē

indict. ij. Oliueti Hieroſolimę vicinū ſeſe de nube manifeſtauit: Monaxio multæ & tunc vniuſque ſexus vicinarū gētū nationes

indict. iij. tā viſu quā auditu perterritę atque credulę, ſacro Chriſtū ſu fōte ablūtę ſunt, omniūq; baptiſatorū in tunicis crux

indict. iij. Chriſti ſaluatoris, diuinitatis nutu, extēpō preſſa reſulſit. Romanæ Eccleſiæ Bonifaciuſ. xl. Epifc. ſanctus or-

indict. iij. dinatuſ, vixit annis tribuſ. In Oriente tumultū militeſ ſtanio. iij. excitauit, duſtorēque ſuū Maximianū nomine extinxerunt. In Perſide in Chriſtiano, perſecutio deſeuit.

indict. iij. Theodoſius Eudochiā Mæchā duxit, Archadio patre Eufſtacio tri ſuo in foro eius ſuper immanem columnam, ingen-

indict. iij. tem ſtatuaſ eidem Theodoſioſ dedicauit. Ciſterna Aecola coſ. tij conſtrata eſt. Romani cum Perſis conſlixere.

indict. ij. Theodoſiuſ Imp. Eudoxiam filiā genuit. iij. Tricen-

indict. iij. nalia Honorij, Maximus tyrannuſ & Iouinuſ ferro vi-

indict. iij. cti, abduſti de Hiſpaniſ atq; interfecti ſunt. Hūni tra-

indict. iij. chiam vaſtauerūt. Perſæ cum Romanis pacē pepigere. xi. Coſſ.

indict. iij. Cæleſtinuſ Romanæ Eccleſiæ. xlj. Antiteſ creatuſ

indict. iij. eſt, vixit annis. ix. Euagriuſ ſcripſit altercationem Iu-

indict. iij. doſi Simonis & theophili Chriſtiani, quæ penē omni-

indict. iij. bus nota eſt. Terræ motuſ multuſ in locuſ fuit, & frugū inedia ſubſecuta. Philippuſ & Saluſtiuſ Philoſophi morbo perierunt, ſtella ſæpe ardente crinita Honoriuſ

indict. iij. Imp. fatale munuſ impleuit. Placidia mater Valentiniani Auguſta nuncupata eſt. Caſſino Valentinianuſ Cæſar creatuſ Theodoſij Imp. Eudoxiā

indict. iij. filiā ſibi met deſponſauit. Ioanneſ regnuſ occidenti-

indict. iij. tale Honorio deſuncto inuaſit. Supraſatuſ Ioanneſ dolo poti⁹ Ardaburiſ & Aſpa-

indict. iij. riſ quāſ virtute occidit. Valentinianuſ Iunior apud Rauennam factuſ eſt Imp.

indict. iij. Siſinniuſ vir ſanctę ſimpliciratiſ & ſimplicis ſancti-

indict. iij. tatiſ Conſtantinopolitannuſ Epifcopuſ factuſ eſt. Pannoniæ quæ per quinquaginta annuſ ab Hunniſ

indict. iij. retinebantur, à Romanis receptæ ſunt. Thermæ theodoſianæ dedicatæ.

indict. iij. Neſtoriuſ Antiochiæ natus, vir ſatiſ quidē eloquē-

indict. iij. tia, ſapientiæ verò parum habens, Conſtantinopolitanaſ admodū adnitiſtib⁹ ex Preſbytero Epifcopuſ ſancti du-

indict. iij. dum Epifcoporuſ exul, atque apud Comitatuſ cœpit memoria celebrari meſis ſeptembriſ. xxvj.

indict. iij. Orthodoxi noſtri Macedonianoruſ Eccleſiā extra muros vrbiſ poſitam abſtulērunt, quoniam ideſm Ma-

indict. iij. cedoniani Antoniuſ Germiſ Catholicuſ Epifcopū ſanctum interfecerunt. Beatiffimuſ Auguſtinuſ Hip-

indict. iij. ponenſiſ Eccleſiæ elegantiffimuſ Chriſti Sacerdoſ doctōrque præcipuuſ morte placida quieuit.

indict. iij. Theodoſiuſ Imp. tricennalia geſſit. Fælix apud Rauennā occidit. Cæleſtinuſ Romanę arcuſ pōtiſex Ne-

indict. iij. ſtorio prauitatis Epifcopo, per epistolā ſuā datuſ eidē x. dieb⁹ induciſ, vel pœnitenti veniā vel diſſentiēti dam-

indict. iij. nationē denūciat. Idē Neſtoriuſ Eccleſię Cōſtātinopolitanę perſid⁹ antiſteſ, à quo & Neſtoria perſidia pullul-

indict. iij. at) apud epheloruſ ducentorū ſanctōrū patrū in Synodo condemnatuſ eſt. Cæleſtino Cyrillū in Alexandinæ

indict. iij. drina ciuitatiſ Epifcopū pro tēpore vicariū denūciante, in locū Neſtorij Maximianuſ Epifc. eſt ſubrogatuſ.

indict. iij. Flaccilla Theodoſij Auguſtiſ ſilia extremū ſpirituſ fudit. Barbari vrbe Auguſta enutriti, ad Eccleſiam no-

indict. iij. ſtram hoſtili ritu confluunt, ignem in Eccleſiā ad com-

indict. iij. burendum altare dū in ſeſti iaciunt, inuicē ſeſe, reſiſtente Deo, trucidant. Hoc tēpore dū ad horrea publica Theodoſioſ proceſſuſ celebrat Imp. tritici in plebē in-

indict. iij. grūte penuria, ab Oriētis populo lapidib⁹ impeti⁹ eſt. Romana Eccleſię Xiſtuſ. xliij. Epifcop⁹ ordinatuſ vixit annis. viij. Placidia matris Valentiniani Imp. inſtin-

indict. iij. ctu ingens bellū inter Bonifaciū & Actiuſ Patriciuſ geſtū eſt. Actiuſ longiore Bonifacij telo pridic ſibi præparato, Bonifaciuſ congregientem vulnerauit illaſtuſ: terriōque mēſe Bonifaciuſ vulnerē quo ſauciatuſ fuerat emoritur, Pelagiam vxorem ſuam valde locupletē, nulli alteri niſi Actio vi nuberet exhortans.

indict. iij. Maxima vrbiſ Regiæ partē Septentrionalis per tres dies continuuſ incenſa, collapsaq; eſt mēſe Auguſto. Honorio Valentiniani Imp. ſoror ab Eugenio procuratore ſuo ſtruprata concepit, palariōque expulſa, Theodoſio ſticipi de Italia tranſmiſſa eſt, male enim contra Occidentalem remp. cogitabat.

indict. iij. Forum Theodoſij Imp. in loco qui Helianæ dicitur, ædificatū eſt. Sebastianuſ Bonifacij quondā patricij generis vrbe Auguſta fugit, atque in Africa interēptuſ eſt. Theodoſiuſ Imp. Cyzicuſ ciuitatem nauibus petit, multaque eidē ciuitati munificentiā preſtita, vrbeſm Auguſtam renauigauit.

Indict. iij. Valentianuſ Imp. Roma digreſſuſ eſt, ad copulandam ſibi in matrimoniuſ Eudoxiam Theodoſij principis filiam quam dudum deſponſauerat. Conſtantinopolim aduenit, eaq; ſibi nupta apud Theſſalonicaſ, Italiā repetens hieſemauit.

Indict. iij. Contradiſ prædo cū pyratuſ ſuſque comitibus captuſ, interfectuſque eſt. Reliqui beatiffimuſ Ioāſ Auguſtæ vrbiſ quondā Epifcopi eidē reddita ciuitati, ibique ſepulcræ menſe Ianuar. die xxvij. Valentinianuſ Imp. cum Eudoxia vxore Rauennam ingreſſuſ eſt.

Indict. iij. Theodoſiuſ Imp. octaua quinquennalia edidit. Eudoxia vxor Theodoſij principis ab Hieroſolymis vrbeſ Regiam remeauit, beatiſſimi Stephani primi Martyris reliquias quæ in baſilica S. Laurentij poſitæ veneratū, ſecum deſerens. Hoc tēpore Genericuſ Rex Vuandaloruſ Africā Prouinciāſ Carthaginēque metropolim cum ſiſ ſatellitib⁹ occupauit. x. Cal. Nouemb. Paulinuſ magiſter officiorū in Cæſarea Cappadocię iubente Theodoſio Romanæ Eccleſiæ Leo. xlvij. Pa-

Indict. iij. pa creatuſ vixit annis. xxj. Perſæ, Sarraceni, Zanni, Iſauri, Hunniſ ſiſ ſuis egreſſi Romanorū ſola vaſtarunt. Miſſi ſunt contra hoſ Anatoliuſ & Aſpar Magiſtri militiæ, pacēque cum eis vnūſ anni fecerunt. Ioanneſ natione Vuandaluſ Magiſterque militiæ Arnegyſti fraude in Trachia interemptuſ eſt. Hunnoruſ reges cum numeroſiſ ſuorū millibuſ in Illyricum irruerunt: Naiſum, Ingidunum aliaſque ciuitateſ, oppidaſque. Illyrici plurima exciderūt.

Indict. iij. Stella quæ crinita dicitur, per plurimū tēporeſ ardēſ apparuit. Bella & Attila fratres multarūque gentium reges, Illyricum Trachiāque depopulari ſunt.

Indict. iij. Hiſ conſulibuſ tanta nix cecidit vt per ſex mēſeſ vix liqueſcere potuerit: multa hominū & animalium frigorūſ rigore conſecta millia perierunt. Theodoſiuſ Imp. ex Aſiana expeditione vrbeſ Regiæ rediit. Thermarū quæ Achilleæ dicuntur Encæniæ factæ.

Indict. iij. Theodoſiuſ princeps nona quinquennalia dedit: At-

Indict. iij. chadia ſoror Theodoſij, viuendi ſinem fecit: Aliquanta Bithyniæ oppida atque prædia continuū vi lōga pluuiarū, & fluuioꝝ inundatione creſcentium ſublapſa diſſolutaque perierunt. Seuerū Preſbyterū & Ioanneſm Diaconū, Eudoxiæ reginæ apud Heliā vrbeſ miniſtranteſ, miſſuſ ab Imp. Theodoſio Saturninuſ Comes domeſticorū occidit: Eudoxia ſecio quo excitata dolore Saturninū protinuſ obtruncavit, ſtatimq; mariti Imp. nutu, regiſ ſpoliata miniſtranteſ, apud Heliā remanſit moritura. Bella rex Hunnorū, Attilę fratris ſui inſidiis interimitur. Apud Byſantiū populari orta in Circo ſeditio, multi ſeſe inuicem occiderunt, multaque extrinſecus hominū pecudūque corpora perierunt.

Indict. iij. Hiſ conſulibuſ magna famę Conſtantinopolim inuaſit, peſtilēſque illico ſubſecuta. Templum Regiæ ciuitatiſ igne crematuſ.

Indict. iij. Ingenti terræ motu per Locatia imminēte, plurimæ vrbeſ. Auguſtæ muri recentuſ adhuc ædificatione conſtructi, cum lvij. turrib⁹ corruerūt. Saxa quoque ingētia in foro Tauri dudū ſuper ſeſe in ædificio poſita, ſtatueq; plurimę ſine viliuſ ſcilicet læſione collapsæ ſunt, plurimūſ nihilomin⁹ ciuitatibuſ collapsiſ, fameſ, & æriſ peſtilifer odor multa millia hominū iumentorūque deleuit: ingens bellū & prioreſ maiuſ per Attilā regē noſtriſ inſictū, penē totā Europā, exciſiſ inuaſiſque ciuitatibuſ atq; caſtelliſ, corroſit. Eodē anno, vrbiſ Auguſtæ muri olim terræ motu collapsi, intra tres meſeſ Conſtātinō præfecto Prætorio operā dante reedificati ſunt. Attila vſque ad Thermopolim inſeſtuſ aduenit. Arugiſtuſ magiſter militiæ in Ripēſi Dacia iuxta Vtom annē ab Attila rege, viriliter pugnanſ, plurimūſ hoſtiū interēptiſ, occiſuſ eſt. Prouinciā India Theodoſio principi p munerē, Tigrim domitū miſit. Vtrāque porticuſ Troadenſem, turrēſque portarū vtraſque, igniſ ſubituſ exuſit: quarū ruinā continuū repurgatū, Antioch⁹ præfectuſ Prætorio in priſtinā erexit ſpecieſ Legatiſ Attilę à theodoſio deſpectuſ olim pecuniaſ flagitantibuſ.

Indict. iij. Marina theodoſij vxor ſatiſ munuſ impleuit. Flauia nuſ Epifcopuſ ſecūda apud Ephelūſ Synodo, vi Dioſcori Alexandrini Epifcopi & Saturnini Spadoniſ in Epiſcopam exulat. Ariobinda & tauruſ patricij, communi vita deſuncti ſunt.

Indict. iij. Theodoſiuſ Imp. viuendi ſinem fecit: regnavit poſt mortē Archadij patris ſui annuſ, xliij. Loco ei⁹ martianaſ impertiū adeptuſ eſt. Cryſaphi⁹ eunuch⁹, pulcheriæ Theodoſij ſororiſ nutu, ſua cū auaritiā interēptuſ eſt.

Indict. iij. Leone pontifice ſedē B. Petri regente. n. c. xxx. patrū ſanctæ & vniuerſaliſ ſynoduſ contra Euticheſ nefaſſiſſimorū præſulē monachoruſ, apud Calcedonē in baſilica ſanctę Eufemię firmata eſt: ſoluſ Dioſcoruſ Alexandrinæ Eccleſiæ Epifcopuſ deſcēdit, ſtatimq; ab iſdem Catholicuſ patrib⁹ ſacerdotio abdicatuſ eſt.

Indict. iij. Marcian⁹ Aug. ſuiſ ſtatuit decretiſ, vt hi qui cōſuleſ fieri cœpiebāt, nihil aris in populū ſpargerent, ſed ſtatutū tēporeſ tres magni lapideſ de cœlo in Trachia ceciderūt. Aquileia ciuitaſ ab Attila Hunnoruſ rege exciſa eſt.

Indict. iij. Ioanneſ præcurſor Domini & Baptiſta, caput ſuum, quod olim Herodeſ impia nefaſſiſſimāque poſtulatione ab humeriſ amputatuſ & in diſco poſituſ acceperat, procūſque à truncato ei⁹ corpore ſepeliuit, duoſ Orientalibuſ monachiſ ob adorandam apud Hieroſolimam Chriſti Domini reſurrectionē introcunſteſ, reuelauit, vt ad Herodiſ quondā regis habitaculuſ accedenteſ admonitaſ requirerent fidelitēque humo extollerent. Hoc ergo caput fidei reperitum, ſuaque

Indict. iij. Valentiano 7

Indict. iij. Nomo

Indict. iij. Sym

Indict. iij. mabio

Indict. iij. Ario iij

Indict. iij. A

Indict. iij. Zenone et

Indict. iij. Posthu-

Indict. iij. miano Coſſ.

Indict. iij. Protogene

Indict. iij. Aſtu

Indict. iij. rio Coſſ.

Indict. iij. M

Indict. iij. A

in Sebastea hispidia in matica conditū, dū ad propria remeātes ha-
cinitate. biracula* peruenerunt, quidam Emisenæ sigulus ciui-
At. per- tatis diuertum imminētēque sibi fugiens pauper-
uehunc. tatem sese his exhibuit comitem, quique dum nesciens
 peram sibi creditam cum sacro capite portat, ab eo cuius
 caput uehebat noctu admonitus, utrunque comitē
 fugiēs, statimque emisenā urbē cū sancto leuīque one-
 re introgressus est. Ibi que dū aduixit præcursoris Chri-
 sti veneratus est caput, morienēque sorori suæ rerum
 nesciæ, signatum in vasculo tradidit colendam. Illa ve-
 rō successori suo positum signatūque ut erat dereli-
 quit. Porro Euthocus quidā occultus Arrianæ perfidiæ
 Præbyter, talē tantūque thesaurū indignus obtinuit,
 gratiāque quam Christus Dominus per Ioannē Ba-
 ptistam infirmo populo tribuebat, is eam, ac si suā dū
 taxat, in vulgo disseminabat. Hic prauitate sua detecta,
 Emisena urbe expulsius est. Hoc inde antrū in quo bea-
 tissimi Ioannis caput in vrnā misit sub terrāque conditū
 erat, quidā Monachi p̄ habitaculo habere cōperūt:
 Marcellus demū Præbyter totūsq; Monasterij presul
 dū in eodē specu, vita irreprehensibili habitat, idem B.
 Ioannes Christi que præcursor sese eidem suūq; caput
 ostendit, ibidēque sepultū multis præfulgens virtuti-
 bus patefecit. Hoc igitur venerabile caput Luliuarum
 memoratæ Episcopo ciuitatis, per præfatū Marcellum
 Præbyterū constat inuentum, Vincomalo & Opilio-
 ne coff. mēse Februario, die xxiiij. media ieiuniorū pas-
 chaliū septimana, Impp. verō Valētiniano & Marciano
 regnantibus. Pulcheria Augusta Marciani principis vx-
 or, B. Laurentij atrium inimitabili opere consumma-
 uit, beatūque viuendi finem fecit.

Indict. Atila Rex Hunnorum Aetij hortatu, Prouincię, no-
vij. A- ctu, mulieris manu cultroque confoditur. Quidam ve-
Stu- rō sanguinis reiectione eum necatum perhibent. Aet-
dio dius patricius magna Occidentalis Reip. salus, & Re-
 gis quondam Attilæ terror, à Valentiniano Imp. cum
 Boetio amico in palatio trucidatur, atque cū ipso Hef-
 perium cecidit regnum, nec hætenus valuit releuari.

Indict. Valentinianus princeps dolo Maximi patricij, cuius
vij. Val- etiam fraude Aetius perierat, in campo Martio per O-
imiano. filiam & Trausilam Aetij satellites, iam percusso He-
vij. & racleio spadone, truncatus est. Idem Maximus inuasit
Antemio imp. tertioque tyrannidis suæ mense, membratim Ro-
Coff. mæ à Romanis tractus discerptūq; est. Gêlericus Rex
 Vuandalorum ab Endoxia Valentiniani vxore Episto-
 lis inuitatus ex Africa Romam ingressus est, eaque vr-
 be rebus omnibus spoliata, eandem eudoxiam cū dua-
 bus filiabus secum rediens abduxit.

Indict. ix. His consulibus innumera locustarum agmina fru-
Ioanne et ctum Phrygiæ vastauerunt. Eucherus Lugdunēsis Ec-
Varano clesie pontifex multa scripsit tam Ecclesiasticis, quàm
Coff. Monasticis studiis necessaria.

Indict. x. Marcianus Imp. bonis principibus comparandus
Constanti- vitæ spiritū amittit, imperauit annos. vj. menses, vj. Leo
no & Ri- eidem defuncto successit, cuius voluntate Maioranus
fino Coff. apud Rauennam Cæsar est ordinatus.

Indict. xij. Leo Imp. pro tomo Calchedonenſi per vnuerſum
Leone orbem singulis Orthodoxorū episcopis, singulas cōso-
Aug. & nantēsq; misit Epistolas, quo sibi quid de eodē tomo
Maiorano sentirent suis rescriptionibus indicarent. Horum om-
Coff. niū Episcoporū ita conspirātes suscepit Epistolas, ut eas
Indict. xij. putares vno tēpore vniūq; viri eloquio fuisse dictatas.
Patritio et Isaac Antiochenæ Ecclesie Præbyter scripsit Syro
Reimere Coff. sermone multa, præcipuē aduersus Nestorianos & Eut-
 ticianos. Ruinā etiā Antiochię eglogo carmine plāxit,
 quemadmodū Effrem Monachus Nicomedię lapsus.

Quizicus ciuitas terræ motu cōcussa murōrumque
 suorum ambitu interrupta sese subſque diu deplāxit.
 Romanæ Ecclesie Hilarius. xliij. pontifex factus
 vixit annos. vj. Maioranus Cæsar apud Desihonam
 iuxta fluiuium, qui Hyra dicitur, interemptus est, locum
 eius Seucrus inuasit.

Jacobus natione Achaius, religione paganus, medi-
 cinæ artis peritia, tā ingenio quā literatura claruit. hic
 ob medendum Leonem Aug. febre defatigatū, sacri
 palatij cubiculum intrauit, statimque regia in sella iux-
 ta thorum imperialē posita, sine vilo Augusti nutu cō-
 sedit, sicq; medicas adhibuit manus. Porro meridie ad
 eundē reuersus, sacri puluinar sublatū sibi propter solū
 in quo matutinus resederat protinus intellexit: spondā-
 que thori regiam intrepidus superedit, veterum studij
 Iurisperitorum præceptionibus monitū id sese gessisse,
 nō temerē præsumpsisse egrotantē docuit principem.

Prosper homo Aquitanicę regionis, sermone Scho-
 lasticus, & assertionibus verbosus multa composuisse
 dicitur. Epistolæ quoque Leonis aduersus Eurychē de
 vera Christi incarnatione datæ, ab isto dictatę credūtur.

Beorgor Rex Alanorū à Ricimere Rege occiditur.

Constantinopolis magno inuasā incendio, faciēque
 fœdata deplangitur.

Seucrus qui Occidentis arripuit principatum, ro-
 mæ interiit. Theodoritus Episcopus sanctus Cyri ciui-
 tatis scripsit de incarnatione Domini aduersus Eury-
 chen & Dioscorum Alexandrinæ Ecclesie Episcopos, Leone
 qui humanam in Christo carnem negant.

Leo Imp. Anthemium patritiū romam misit, Impe-
 ratōremque constituit. rauennam ciuitatem terrēmo-
 tus deterruit.

Marcellinus Occidētis patritius idēque paganus,
 dum romanis contra Vuandalos apud Carthaginē
 pugnantibus opem auxiliūque fert, ab iisdem dolo
 confoditur pro quibus palām venerat pugnaturus.

His consulibus caput Denſicis Hunnorū regis At-
 tilæ filij Constantinopolim allatum est.

Gennadius Constantinopolitanæ Ecclesie pontifex
 Danielem Prophetam ex integro ad verbum commē-
 tatus est, & Homilias multas composuit.

Aspar primus patritiorum cum Ardabure & Patri-
 tiolo filiis, illo quidem olim patritio, hoc autem Cæsa-
 re generōque Leonis appellato, Arrianus cum Arriana
 prole spadonum ensibus in palatio vulneratus interiit.

Veſuuius mons Campaniæ torridus intestinis igni-
 bus æstuans exusta vomit viscera, nocturnisq; in die
 tenebris omnem Europæ faciem minuto contexit pul-
 uere. Huius metuendi memoriam cineris Byzantij an-
 nuē celebrant. vij. Idus Nouembr. Anthemius Imp.
 romæ à Ricimere genero suo occiditur. Loco eius O-
 lybrius substitutus, septimo mense imperij sui vita de-
 functus est. In Asia aliquantæ ciuitates vel oppida ter-
 remotu collapsa sunt.

Licerius apud Rauennam plus præsumptione quā e-
 lectione Cæsar factus est. Constantinopoli in Circo
 seditione orta multi Isaurorū à populo interfecti sunt.

Leo senior Imp Leone Iuniore à se iā Cæsare cōsti-
 tuto, morbo periit, tā sui imperij annis quā huius Leo-
 nis mensibus cōputatis anno xxvij. mense vj. Zenonē
 Leo Iunior idēque filius Imp. Principē regni consti-
 tuit. Clicerius Cæsar romæ imperiū tenens à Nepote
 marcellini quodā patritij sororis filio, imperio expul-
 sius, in Porta vrbe ex Cæsare episc. & ordinatus est & obiit.

Zeno Imp. Verinæ focus suæ & Basilici fratris eius
 insidiis circūuetus cū Mariagna vxore sua profugus in
 Isantiam solo Coff.

Isauriā tēdit: regnū Zenonis Basiliscus tyrānus inuasit.
 Nepos qui Clicerii regno pepulerat romæ eleuat* est
 Imp. Nepote Orestes protinus effugato, Augustulum
 filium suum in imperium collocauit.

Basiliscus tyrannus Marco filio suo Cæsare facto,
 dum contra fidem Catholicam Nestoriana perfidia
 intumescens conatur assurgere, ante inflatus crepuit
 quā pōnitere poruerit. Basiliscus cum filio suo &
 Xenodina vxore sua, iam Zenone pristinum ad Impe-
 rium remeante, in exilium missus est, atque in oppidu-
 lum quod Lyminis in prouincia Capadociæ dicitur,
 trusus fame extabuit. Odouacer rex Gothorum Ro-
 mam obtinuit, Orestem Odouacer ilicō trucidauit,
 Augustulum filium Orestis Odouacer in Lucullano
 Campaniæ castello exilij pœna damnauit. Hesperium
 Romanæ gentis Imperium, quod septingentesimo
 octauo vrbs cōditæ anno primus Augustorum Octa-
 uianus August. tenere cœpit, cum hoc Augustulo pe-
 riit, anno decessorum regni Imperatorum D. X X I I.
 Gothorum dehinc regibus Romam tenentibus.

Bracilā Comitē Odouacer rex apud rauennā occidit.
 Theodolus presbyter in Cælesyria multa conscri-
 psit, clarūque habetur.

Sabinianus magnus Illyricianæ militiæ ductor crea-
 tus Curia Collatorēque, & iustum Reip. censum, vel
 præparantem fouit vel dependentem tutatus est. Prae-
 terea militarista optimus institutor coercitorque fuit,
 ut prisicis Romanorum ductoribus cōparetur. Theo-
 doricum regem idem Sabinianus apud Græciam de-
 bacchantem ingenio magis quā virtute deterruit.

Vrbs Regia per xl. continuos dies assiduo terræmo-
 tu qualata magno opere sese afflicta deplāxit. Ar-
 bæ Troadenses porticus corruerunt, aliquantæ Eccle-
 siæ vel scissæ sunt vel collapsæ. Statua Theodosij Ma-
 gni in foro Tauri super Coclidem columnam posita
 corruit, duobus fornicibus eius fori collapsis. Hunc
 formidolosum diem Byzantij celebrant. viij. Calend.
 Octobris. His Coff. Nepos qui dudum Orestis Im-
 perio abdicauerat, Viatoris & Ouidæ circumuētus in-
 sidiis, haud longē à Salonis sua in villa occisus est.

Theodoricus Triarij filius rex Gothorum, accitis
 suis vique ad Anaplum, quartum vrbs milliariū ad-
 uenit, nulli tamen Romanorum noxius continuo re-
 uersus est. Porro in Illyricum properās dum inter suo-
 rum mouentia plaustra progreditur, iactis super Car-
 pentum teli acumine, & pauescentis equi sui impul-
 sione, fixus transuerberatusque interiit. Sabinianum
 Magnum, mors que huic peccati mundo me ritō im-
 minet, ante eum ademit, quanquam integrum defati-
 gata reip. præsidium esset.

Romanæ Ecclesie Felix. xlvj. Episcopus ordinatus
 vixit annis. xij. Theodoricus cognomento Valamer
 vtramque Macedoniam, Thessaliāque depopulatus
 est: Latissimāque metropolim deprædatur.

Idem Theodoricus rex Gothorum Zenonis Aug.
 munificentis penē pacatus, magistrūque præsentis mi-
 litie factus, Consul quoque designatus, creditam sibi
 Ripensis Daciæ partem Mæthiæque inferioris cum suis
 satellitibus pro tempore tenuit.

Illus natione Isaurus, dignitate magister officiorum,
 amputata apud Comitatum auricula, Oriētem Zeno-
 ni inuasit. Porro cum Leontio tyrannidem arripuit,
 totam namque per Africam crudelis Honorychi Vuā-
 dalorum regis in nostros Catholicos persecutio im-
 portata est, exulatis diffugatisq; plusquam cccxxxiiij.
 Orthodoxorum sanctis, Ecclesiisq; eorum clausis,

plebs fidelium sub variis acta suppliciis beatum con-
 summauit agonem: nempē tunc idem rex Honory-
 chus, vnus Catholici adolescentis, vitam à natiuitate
 sua sine vilo sermone ducentis, linguam præcepit ab-
 scindi, idēq; mutus quod sine humano auditu Chri-
 sto credens fide didicerat, mox præcisa sibi lingua lo-
 cutus est, gloriāque Deo in primo vocis suæ exordio
 dedit. Denique ex hoc fidelium conturbatio aliquā-
 tos ego religiosissimos præcis linguis manibūque
 truncatis, apud Byzantium integra voce conspexi lo-
 quentes. Hæc Arrianorum crudelitas in religiosos
 Christi cultores superscriptis Coff. mense Februario
 cœpit infligi.

Longinus Zenonis frater Augusti: post decennalem
 custodiam quam eidem Illus apud Isauriam implic-
 rat ad germanum suum Constantinopolim aduenit.

Ioannes Antiochenæ Patrochiæ ex grammatico
 Presbyter, scripsit aduersum eos qui in vna tantū sub-
 stantia adorandum asserunt Christum, nec adqueſcūt
 duas in Christo consistendas naturas.

Theodoricus rex Gothorum Zenonis Augusti be-
 neficiis fatiatus, cum magna suorum manu visque lo-
 ad Regiam claritatem & Melentiadam oppidum infe-
 stus accessit, plurimisque locis igne crematis ad No-
 uensem Mæthiæ cinitatem vnde aduenerat, remeauit.

Leontius Interrex & Illius tyrannus in Papyrio Hau-
 riaræ castello capti decollatiq; sunt. Capita eorū Con-
 stantinopolim allata præfixaque hastilibus tabuere.

Eodem anno Theodoricus rex omnium suorum mult-
 tudine assumpta Gothorum, in Italiam tendit.

Idem Theodoricus rex Gothorum, optatam occu-
 pauit Italiam: Odouacer itidem rex Gothorum metu
 Theodorici perterritus Rauennam ingressus est. Por-
 rō ab eodem Theodorico periuriis illectus, interfe-
 ctus est.

Zeno Imp. Plagij gulam in insula quæ Paganorum
 dicitur laqueo frangi præcepit.

Zeno August. vita decessit tam sui Imperij annis
 quam Basilici tyrannidis mensibus computatis, anno
 xvij. mēse vj. Anastasius ex silentiario Imperator crea-
 tus est. Bellum plebeium inter Byzantios ortum, part-
 que vrbs plurima atque Circi igne combusta.

Dum bellum paratur Isauricum, dūmq; Isauri Im-
 perium sibi vendicare nituntur, in Phrygia iuxta Cot-
 acium ciuitatem vnde confluent, † liliij Linguis, segnis
 quidem pedes sed eques in bello acerrimus, à Roma-
 nis primus in prælio trucidatus omnēque simul Isauri
 fugæ dediti per montana asperaque loca Isauriarū re-
 perunt. hoc bellum Isauricum per sex annos tractū est.
 Bella ciuilia aduersus Anastasij regnum apud Con-
 stantinopolim gesta sunt, statūque regis reginæque in fu-
 nibus per vrbum tractæ, Iulianus magister militiæ no-
 terno prælio pugnans Getico ferro in Thracia con-
 fectus interiit.

Anastasius Imp. contra Orthodoxorum fidei maie-
 statem intestina cœpit prælia commouere, piaculi sui
 perfidiā prius in Eufemium vrbs Episcopum sibi pro
 Orthodoxorum fide viriliter resistentem profano ma-
 nifestauit ingenio. Laodicea, Hierapolis, atque Aga-
 thicum vno tempore vnoque terræmotu collapsa
 sunt. Romanæ Ecclesie. xlvij. Gelasius Episcopus san-
 ctus ordinatus vixit annos tres.

Eufemius Augustæ cinitatis antistes de quo superius
 fecimus mentionem falso ab Anastasio principe accu-
 satus atque damnatus in exilium ductus est. Locum
 Eufemij Macedonius tenuit.

Indict. iij. Augusto suo dudum Anastasius militibus praestito, donatium quoque hoc, fratre Consule tribuit Paulo solo India Anastasio principi elephantem quam Plautus...

Indict. vi. Romano Ecclesiae. xvij. Anastasius pontifex ordinatus vixit annos ij. Longinus Isaurius cognomento Selinunteus, apud Antiochiam Isauriae civitate a Prisco comite captus Constantinopolim missus est...

Indict. vii. Aristus Illyricianae ductor militiae cum xv. millibus armatorum, & cum Dxx. plaustris, armis ad praeliandum necessariis oneratis, contra Bulgares Trachiam deuantans progressus est. Bellum iuxta Zuram fluvium confertum, ubi plus quam. iij. millia nostrorum aut in fuga aut in praecipitio ripae siccae & sine flumine interempta sunt...

Indict. viij. Romano Ecclesiae Symmachus Episcopus sanctus factus vixit annos xv. Anastasius Imp. donatium Illyricianis militibus per Paulum Tribunalum notariorum, erogandum misit. Constantino praefecto urbis, ludos theatrales meridiano tempore spectate, pars in eodem spectaculo Cerealis, sub diuersis cellulis occultas preparavit insidias...

Indict. ix. Coniuncta gens Bulgarorum depradata sepe Thraciam, nullo Romanorum milite resistente, iterum devastavit. Amydam opulentissimam civitatem, monachorum eius astu proditam Choadis rex Persarum quinto mense quam expugnare eam caeperat irrupit, proditorisque eius monachos obruncavit.

Indict. x. Coniuncta gens Bulgarorum depradata sepe Thraciam, nullo Romanorum milite resistente, iterum devastavit. Amydam opulentissimam civitatem, monachorum eius astu proditam Choadis rex Persarum quinto mense quam expugnare eam caeperat irrupit, proditorisque eius monachos obruncavit.

Indict. xi. Tres Romanorum ductores, Patritius, Hypatius & Areobinda qui cum xv. millibus armatorum olim contra Persas missi fuerant, pugnaturi iuxta Syfream Castellum cum iisdem Persis, sine audacia conflixerunt, multi tunc militum ductoribus de exercitu fugientibus caesi sunt. Immenso dehinc auri pondere hostibus dato, captam rebuque vacuam Amydam civitatem, idem nostri redemerunt ductores, Celere magistro officiorum sibi cum ij. millibus bellatorum in subsidium

destinato. Interea Celere magister officiorum per Callinicum Mesopotamiae civitatem armato duce milite ad deuantanda Persarum rura discurrit, plurimos agrestes rusticis intentos laboribus more pecudum trucidat, pastores diuersorum pecorum cum numerosis iumentis adducit, Castella latere lotoque constructa inuadit, vsque ad pontem ferreum sic nomine dictum cuncta vastanda progreditur, omni praeda potitus ad communia castra ditato milite remeat, aliquanta dehinc obpercutiendum foedus cum Persis, deliberat, missio ad se propeingendo foedere Armonia a secretis.

Indict. xii. Idem Sabinianus Sabiniani Magni filius ductor militiae, delicatus contra Mundonem Geram armata costruxit. x. millia armatorum sibi affciuit, horum plaustris quae armis atque commeatibus onerata erant eum trahens pugnaturus accessit, Commissio iuxta Murgum plano oppido multis suorum militibus in hoc confictu perditis, & in Margo flumine enecatis, amissis praeterea plaustris in Castellum quod Naro dicitur cum paucis fugit, tanta in hoc lamentabili bello spes occidit, vt quantum apud mortales nequaquam potuerit reparari.

Indict. xiii. Quo dudum Theodosij Magni steterat super immanem columnam in foro Tauri facta est. Seditio popularis in Circo facta est, miles & armatus obstitit. Gradus circi Septentrionalis sua cum fornice incensi collapsique sunt Anastasio Caesare in processibus commemoratis.

Indict. xiv. Romanus Comes Domesticorum, & Rusticus Comes scholae cum C. armatis nauibus toridemque domonibus. viij. militum armatorum secum ferentibus ad deuantanda Italiae littora processerunt, & vsque ad Tarentum antiquissimam civitatem aggressi sunt, remensioque mari inhonestam victoriam, quam pyratico casu Romani ex Romanis rapuerunt, Anastasio Caesari reportarunt.

Indict. xv. Otto Augusta urbis incendio vtramque porticum a foro Constantini vsque ad loca tenuissimam statuam ignis in puluerem redegit. Portus Iuliani vndis suis rotabilibus machinis prius exhaustus, caenoque effosso purgatus est.

Indict. xvi. Simulachrum aeneum in foro Strategij super fornitem residens, & cornu copiae fortunae retinens incendio proflammatum est, combustumque brachiu, quod tamen statuarij continuo solidarunt. Appius Patritius exulat. Constantinus olim magister militiae Episcopus Laodiciae ordinatus est.

Indict. xvii. Macedonius Augusta urbis Episcopus licet olim Anastasij Imp. pauoremque eiusdem Caesaris, accusatus quoniam totum sanctorum patrum apud Calcedonam sancta dudum subscriptione roboratu, eidem principi dare distulit, ab eodem Euchaita in exilium deputatus est. Locum Macedonij Timotheus meridiano tempore ab Anastasio Caesare Episcopus ordinatus inuasisit.

Indict. xviii. Sepe caelum septentrionali plaga ardere visum est. Die Dominico, dum iubete Anastasio Caesare perque Platonem in Ecclesia pulpito insistentem in hymnum Trinitatis Dei, Passianorum quaternitas additur, multi Orthodoxorum pristina voce psallentes perfidosque praegones clamoribus obiurgantes in eisdem Ecclesiae gremio caesi sunt, ductique in carceres perierunt, altera nihilominus die in atrio sancti Theodosij maiori caede pro fide vnica percussis sunt. Qua propter comota

477 mota Orthodoxorum agmina die sequenti id est. viij. Idus Nouemb. (in quo die memoria cineris dudum totam Europam regentis apud Byzantium celebratur) in forum cum constantia vndique conflunt, quorum alij quidem caeteris die noctuque hymnum Trinitatis Christo Deo psallentibus totam peragrunt civitatem, & Anastasium Caesaris monastico habitu adsertatores ferro flammisque interimunt, alij claus portarum omniaque signa militaria ad forum quo religionis castra metati fuerant deferunt, ibique Anastasio Caesare in processibus degente Ariobindam sibi Imperatorem fieri clamitant, imaginibusque deinde statuisque Anastasij in terram deiectis Celere & Patritium Senatores ad se supplicandi sibi vel satisfaciendi gratia missos, iactis pluuias instar lapidibus repperunt domibus Martini & Pompei succensis. In circum ad Anastasium venientes & ante suum solium consistentes, hymnum Trinitatis iuxta morem Catholicum concinentes, choruscantque Euangelium, & Crucemque Christi ferentes, e foro plurimi conuenerunt, Marimum Platonemque prauitatis eius autores ferro subici debere clamant. Hos ciues idem Anastasius Caesar solitis perituris, simulatisque vocibus saepe factorum cuncta promittens, tertio die quam in forum aduenerat, sine villo rerum effectu ad sua fecit habitacula repedare. Porro redintegrata Anastasij prauitate, infamen & irridendam synodum apud Sydonem ciuitatem (cuius de nomine ridicula nomina praepouantur) Lxxx. ferme peridorum Episcopos congregatis aduersum Orthodoxorum Episcopos, fieri imperavit. Flavianus Anthiochia Catholicus Patriarcha & Iohannes Paltensiu oppidi pontifex quoniam hunc caeterum sacrilegum resellerunt, in Castellum quod Petra dicitur exules missi sunt, ibi Flavianus confessor Christi in Domino requieuit, Iohannem Iustinus Aug. mox Imperator factus reuocauit. Iisdem ferme temporibus defectus solis contingit. Gens Erulorum in terram inque ciuitates Romanorum iussu Anastasij Caesaris inuoducta.

Indict. xvij. Severus Eutychetis perfidia, Anastasio Caesare volente, sedem Flavianus antistitis ex monacho Episcopus occupauit. Donothus Anchetae ciuitatis venerandus antistes, & Anastasio principi propter vnicam Orthodoxorum fidem iugiter aduersarius, sinem viuendi, quem sibi met misso contra se Magistrano ipse praedixerat, in dicto tempore fecit.

Indict. xviii. Vitalianus Scythia assumpto Romanorum equitum in triduo congregatorum auxilio. in locum qui Septimus dicitur, aduenit: ibique castrametatus est, dispositisque ad mari in mare suorum ordinibus, ipse ad portam, quae aurea dicitur, sine vilius accessit dispendio, scilicet pro Orthodoxorum se fide, proque Macedonio urbis Episcopo in cassum ab Anastasio principe exulato, Constantinopolim accessisse asserens. Porro Anastasij simulationibus atque periurijs per Theodorum inter nuncium illectus atque illusus, viij. die quam urbem accesserat, remeavit. Hinc Odyssum Maelia civitatem Vitalianus pernocians astu ingressus est. Cyrillum loquacem magis quam strenuum militiae ductorem inter duas pellices Vitalianus reperit dormientem, eumque mox abstractum cultro Getico ingulauit, hostemque se Anastasio Caesari palam aperteque exhibuit.

Indict. xix. Romana Ecclesia L. Hormilda Episcopus ordinatus vixit annis. ix. Item Vitalianus eidem Anastasio Imp. in manior factus est inimicus, praemissis suorum equitibus armatisque nauiculis sinistro sibi littore decurrentibus, ipse peditum armis stipatus Sisinensiam

praedium ingressus est, totiusque loci palatium habuit mansionem, missi sunt ad Vitalianum senatores qui patris cum eo leges componerent, nonaginta auri pondera exceptis regalibus muneribus pro pretio tunc accepit. Hypatij iam mille centum auri libris cum Huranio captiuo sibi a suis in Zoropoli oblati, magister militum Vitalianus per Thraciam factus, Hypatium quem captiuum catenatumque apud Acres castellum tenebat, reuersus suo remisit auunculo. Hac tempestate Hunni Armenia transmissa totam Cappadociam deuantantes vsque ad Licaoniam perrexerunt. Ariagne Augusta Lx in palatio exactis vita decessit.

Mutata fide Anastasius Imp. Vitaliano succedit, idemque Rufinum destinat successorem. Helias Hieropolitanae urbis Episcopus in villa quae Habyra dicitur ab eodem principe relegatus emoritur. Laurerium praeterea Lycidenem, Alchysum Nicopolitanum, Gaium Natitanum, & Euangelium Paulitalienem, Catholicos Illyrici Sacerdotes, suis Anastasius praesentari iussit obtutibus, Alchysus, & Gaius Episcopus apud Byzantium vita defuncti sunt, Dominione & Euangelio ad sedes proprias, ob metum Illyriciani Catholici militis, exemplo remissis, solus Laurentius Anastasium Imp. in palatio pro fide Catholica saepe conuincens, apud Comitatum ac si in exilio religatus, retentus est, mobiliorque corpore deinde quam Constantinopolim aduenerat, effectus est. Nam septimo infirmitatis suae anno idem Laurentius fide sua & Christi gratia, in atrio Cosmae & Damiani sanatus est, pedibus sistere propriisque gressibus meruit confirmari, suaeque dein patriae reddi, ubi maior octogenario requiescit.

Olla illa quae in Hieremia vate ab Aquilone aduersum nostra delicta saepe succenditur, tela ignita fabricata est, maximamque partem Illyrici iisdem iaculis vulnerauit. Duae tunc Macedoniae, Thessaliaeque vasa stera est, & vsque Thermopylas veteremque Ephyrum gentem, equites depradati sunt, mille tunc librarum auri denarios per Paulum Anastasium Imp. pro redimendis Romanorum captiuis Iohanni Praefecto Illyrici misit, deficiente praetio, vel inclusi, suis cum domunculis captiuo Romani incensi sunt, vel pro muris clausuram vrbium trucidati.

In prouincia Dardania assiduo terrae motu. xxiiij. castella vno momento collapsa sunt. Quorum duo suis cum habitatoribus demersa. iij. dimidia aedificiorum suorum hominumque amissa parte. xi. tertiae domorum, toridemque populi clade deiecta. vij. quarta tetorum suorum, tantaque plebis parte depreffa vicinarum metu ruinarum despecta sunt. Scopus nanque metropolis licet sine ciuium suorum olim hostes fugientium clade, funditus tamen ruit, plurimi totius prouinciae montes hoc terrae motu scissi sunt, saxaque suis euulsa compagibus, deuolutarumque arborum crepido per xxx. passuum longitudinem patens & in xij. pedum latitudinem dehiscens, profundam aliquantis voragine ciuibus, castellorum saxorumque ruinas vel adhuc hostium incurfiones fugientibus iussa parauit. Vno in castello regionis Canisae quod Sarnonto dicitur, ruptis tunc terrae venis & ad instar torridae fornacis exaltuans diutius, altrinsecus feruentem imbrem euomuit. Anastasius subita morte praeventus maior octogenatio perijt, regnavit annos xxvij. menses. ij. dies xxix. Daras ciuitate huiuscemodi condita in Mesopotamia (Daras quaedam possessio. lx. ab Amyda ciuitate milliaria ad Austrum sita & xv. millibus

à Nisibino oppido ad occasum distans) Amydensi Ec- A clesia reditum pensavit. Huius ergo humilis villa ca- clusæ Anastasius Imp. ob condendam ibi civitatem dato precio emit, missisque cōtinuō pro fabricis cōstrui præcepit: Calliopium deinde Antiochenæ vrbis patrium huic operi præfecit, nempe hic in collem in planiciem desinente mira sagacitate ob fundamenta locanda sulcum sarculo designavit, murisque firmissimis facie tenus consummatis vndique texturium quoque qui ex prædij nomine iuxta quod nascitur Cordisus nominatur, serpensque per murmura. D. v. milliariis eūdem collem novamque diuidit civitatem, concessit vtrique ostio proludentem inclusit. Publicis præterea manibus decorata civitati pristinum nomen villæ reliquit. Ingens huius frontispicio civitatis, in ædificiō loco cōstructa murisque continuata turris Herculea nomine dicta suspicitur, Nisibinum ad Orientem, Amydam ad Aquilonem respiciens.

Indict. xij. Iustinus Imp. creatus. Amantius palatij præpositus, Iustiniano & Andreas cubicularius, vterque regni eius inimicus Aug. & Eutherio in insula decapitatus est. Vitalianus Scythia vrbem data acceptaque fide accitus ingreditur, statimque magister militum ordinatur.

Indict. xij. Vitalianus his Coff. vij. mense consulatus sui. xvij. C. vulnerebus confossus in palatio cum Cleriano & Pauliano & lo satellitibus interemptus est.

Ruffico Famossimum hunc Consulatum Iustinianus præ consulibus omnium Orientalium, vtilitatibus edidit. J. al. deria Nam Cclxxxvij. solidorum H S. libera Consulatum profecta munificencia in populum, inque spectacula siue spectaculorum machinā distributa sunt. xx. Leo- Indict. nes, xxx. pardos, exceptis aliis feris, in amphitheatro miano & simul exhibuit. Numerosos præterea phaleratōque Falerio in Circo caballos iam donatis quoque impertuit aurigis, vna duntaxat vltimōque mappa infamanti populo denegata.

Indict. xv. Sym- Ioannes Romanæ Ecclesie Papa. Liiij. anno à Petro macho & Apostolorum pontificumque præfula. Cccclxxxv. scilicet Boetio Boetio eius annus, Theodorico rege pro Arrianorum suorum cæremoniis reparandis laborante, solus duntaxat Romanorū sibi decessorum, vrbe digressus Constantinopolim venit, miro honore resumptus est. Dexter dextro Ecclesie infedit solio, diemque Domini nostri resurrectionis plena voce Romanis precibus celebravit.

Indict. iij. Totam Antiochiam Syriæ civitatem repens inter ne iij. Coff. prandentium ora terræmotus inuasit, alioquin occidua Indict. iij. duam vrbis magnamque eius partem, finistris mox Filaxeno ventis vbi que stantibus, flammisque coquinarum pro- & Probo tempore estuantes ruentia in edificia miscentibus, duplex torridumque exitum importavit. Eufraſiū quo- Indict. iij. que loci huius vrbis Episcopum adempto eius capite, Olybrio fo combusto simul obruit sepulchro, obelisco Circi inlo Coff. uerſo & humi defosso.

Anno Regiæ vrbis conditæ Cxcvij. Iustinus Imp. Indict. v. rator Iustinianum ex sorore sua nepotem iam dudum Mabortio à se nobilissimum designatum regni quoque sui succo- solo Coff. cessorem creavit Cal. Aprilis, ipse verò quarto ab hoc alind ex- mense vita decessit, annis imperatis ix. mensibus ij. dit. M.

Anno Regiæ vrbis conditæ M. Ccxvij. regium ve- Indict. vj. stibulum, priscumque in eo solum ob aspicienda pro- Iustiniano bandaque in Circo certamina struendum, victor Iusti- Aug. solo nianus princeps, eminentius clarissimæ quam fuerat, Coff. & vtramque Senatorum ex more spectantium porticum solita magnanimitate redintegrait, bonis quidem agitatoribus premium, ignavis autem seueritatem innuens.

Mūdo Illyricianæ militiæ ductor vtriusque, dudum Indict. viij. quidem Getis Illyricum incurrentibus primus omnium Lampadio Romanorum ductū incubuit, eoque haud paucis ipso- Oreste Coff. rum interemptis fugavit. His autem deinde Coff. idem diu audacia sua secundum in Thraciam quoque aduolans, prædantes eam Bulgaros felicior pugna cecidit, quingentis eorum in prælio trucidatis.

His Coff. Codex Iustiniani, orbi promulgatus est. Indict. ix. Hypatius, Pompeius, & Probus genere confobrini, P. C. Lam- Diuique Anastasij nepotes, imperium quod sibi sin- padio Coff. guli indigna ambitione exoptantes, Idib. Ianua. iam Oreste Coff. plerisque nobilium coniuratis, omnique seditioforum Indict. xx. turba armis donisque ministratis illecta, dolis inuade- item P. C. re tentauerunt, atque per quinque continuos dies vr- Lampadio bem Regiam rapinis, ferro, igneque per scelerosas ci- Oreste Coff. ues sine certo interrege dicursantes hostili impietate ipsi se fideles reip. in palatio dissimulantes, depopulari sunt. Quinta verò huius infandi sceleris die dum de foro Hypatius sceleratorum Comitatu manibus tor- que redimitus aureo, & Pompeius Comes sua sub veste loricated ad inuadendum tenendumque ascendunt palatium vterque eorum ante fores palatij captus est, statimque Piiſſimi principis nostri natu catenatus trucidatusque pœnas luit, & ante imperiū perdidit quam haberet, innumeris passim in Circo populis trucidatis & tyrannorum fociis continuō profcriptis.

Post diuturnum immanemque laborem cœtra Mæ- Indict. xvj. dos Romanis gestum sudoribus, tandem per Rufinum Iustiniano partitium perque Hermogenem magistrum officio- iij. Coff. rum, vtrumque legatum à principe nostro missum, pax cum Parthis depacta est. Sponſionem percussit fœderis ab vtroque imperatore, inuicem sibi munera in cōcordiam missa secuta sunt.

Prouincia Africa quæ in diuisione orbis terrarum Indict. xij. à plerisque in parte tertia posita est, volente Deo vin- Iustiniano dicata est. Carthago quoque ciuitas eius anno excel- Aug. iij. sionis suæ xcvj. pulsus deuictisque Vuandalis, & Geli- & Pauli- mero rege eorum capto, & Constantinopolim misso, no Coff. quarto Iustiniani principis Consulatu ipsius modera- tal. Gali- tione recepta est, suaque cum patria firmiter quam du- mero. dum fuerat, redintegrata.

al. Chronogra- pha.

IN CHRISTI NOMINE INCIPIT CHRONOLOGIA TRIPARTITA EX BEATO NICEPHORO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO IN LATINVM OLIM CONVERSA per Anastasium sedis Apostolicæ Bibliothecarum, & ante aliquot annos, per Io. Camerarium, nunc verò ad fidem Anastasiani exemplaris emendata & notis illustrata per Anth. Contium.

CAPVT PRIMVM.

Annus mundi. 230 435 625 795 960 1122 1287 1474 1662 2162 2262

ADAM ætatis anno ducentesimo tricesimo genuit Seth, & postea vixit annis septingentis. Seth natus annos ducentos & quinque, genuit Enos. Enos natus annos centum nonaginta, genuit Cainam. Cainam natus annos centum septuaginta, genuit Malaleel. Malaleel natus annos centum sexaginta quinque, genuit Jared. Jared natus annos centum sexaginta duos, genuit Enoch. Enoch natus annos centum sexaginta quinque, genuit Matufala. Matufala natus annos centum octoginta septem, genuit Lamech. Lamech natus annos centum octoginta octo, genuit Noë. Noë natus annos quingentos, genuit Sem, Cham, Iaphet.

Diluium Anno sexcentesimo ætatis Noë factum est diluuiū. Anni vniuersi ab Adam vsque ad diluuium, secundum septuaginta, sunt bis mille ducenti quadraginta a se. Camo duo. Quem numerum, testimonium veritatis & veterum Ecclesiarum omnium traditiones comprobant.

Anton. Contij ad superius caput, Notæ.

Cum sine ulla capitum distinctione scriptus & editus esset Nicephorus, nos commodioris doctrinæ causâ in certa capita distinctionem secundum vulgatam potissimum ætatum mundi diuisionem ab origine ad diluuium, à diluuiio ad Abraham, ab Abraham ad exitum de Aegypto, & ita deinceps distinctis temporibus vsque ad Christum & sequentia Imperatorum tempora. Illud imprimis tenendum est, Calbo- licam Ecclesiam Orientalem pariter & Occidentalem constanti & perpetua traditione in computatione temporum sequi longiorem & maiorem annorum numerum qui in editione septuaginta interpretum reperitur, non autem maiorem qui in Hebræis voluminibus deprehenditur. Nam tametsi paululum post Hieronymi tempora Ecclesia Occidentalis relicta veteri septuaginta editione qua semper sola vsa fuerat, editione præfati sanctissimi viri vii caperit: psalterium tamen & chronographiam ex illa veteri septuaginta interpretum editione mordicus retinuit, & restantur Beda, Isidorus, auctor fasciculi temporum, Hugo & alij passim auctores. Sed & argumentum huius rei euidētissimum præbent tabulae quæ quotannis in Ecclesiis Cathedralibus Francia cum Cere paschali publice proponuntur. Quæ & satis mirari non possum hominum nostri temporis, & eorum qui chronologias scripserunt vanitatem ac nouandi studium qui omnem septuaginta Editionis auctoritatem longissime reiecerunt, & nihil nisi quod in Hebræis codicibus hodie legitur rectum putarunt, & hac præiudicata opinione fieri nihil in libris Græcorum edendis aut trāsferendis nõ deprauarunt vt ipsi meti cõfessi sunt qui aliterius Nicephori historiã Ecclesiasticã & alios eiusmodi libros trāsferunt. Quibus omnibus explicata hæc à nobis chronologia dabitur vt respiciendi locus, & mecum fateri cogentur hanc esse certã & vulgatam totius Græcæ Ecclesiæ computationem, quæ ad inguem ei congruit quæ in Græcorum Horologio & Ciclo Paschali ibidem descripto notatur, & quam Ceutrenus, Zonoras Nicetas scilicet generalis synodus sequuntur, & vt mo verbo vtar, omnes Græci qui cum frequentius per annos mundi

Cereus paschalis. caue & g.

tempora computent quam per annos Christi, sine fructu ab his leguntur qui hanc Chronologiam ignorant. Etis præmissis susperest vt rotam hanc chronologicam partem superscriptam ad editionem græcam septuaginta quæ hodie typis multisariam edita extat, & veterem Latinam eorundem septuaginta quæ non extat, sed passim ab Augustino Hieronymo & veteribus, in eorum libris citatur, expendamus. Sciendum igitur in primis est, eam per omnia tam Græcæ quam Latine veteri translationi conuenire, excepto illo articulo de Matufala quæ Nicephorus ait natus annos centum octoginta septem genuisse Lamech, nam D. Augustinus lib. xv. ciuitat. Dei cap. 10. & 11. & Hieronymus in questionibus in Genesim, Isidorus in Notatione Scotus, & Beda, annos duntaxat centi sexaginta septem ei tribui asserunt in editione lxxx. interpretum Scotus, à qua computatione Complutensis Græcæ editio duobus minus annis defuit, annos scilicet ei dans centum sexaginta quinque. Sed Aldina Græcæ editio ex qua postea profectus est Germanica, centum octoginta septem annos habet, ac proinde ad amissam Nicephorianam computationem congruit. Na Germanica editio Græcolatina mirum est quantum esitantiã & negligentia ne dicam inscitia & barbarie contaminata sit vt quæ in Græcæ columna, consentiat Aldina: in Latina, Complutensij. Si quis autem in tanta diuersitate & Librariorum (vt ita dicam) ludibrio, percoeretur quid integris putem: placet sola Aldina hoc loco editio. Nam probabile est Græco: patres intellecta Augustini & Hieronymi & aliorum hæc de re censura (qui omnes hunc articulum mendose apud lxx. editi & veterum Ecclesiarum omnium traditiones comprobant. C ad Hebræicam lectionem emendandum arbitrii sui) hoc loco pro centum sexaginta septem, emendare non dubitasse, centum octoginta septem: vt & Iosephi Græcæ editio & Epiſtaphij in Pænarum præfatio (licet misere in numeris passim corruptus sit) & præfens Nicephori editio testantur. Nihil igitur hic in isto articulo apud Nicephorum emendandum esse censeo: ita Matufalæ enim fiet vt videretur illa abscondita qua alioquin videretur la. ar mor- Matufala post diluuium mortuus, vt laius tractat D. Hieronimus in Hebræicis questionibus in Genesim. Sed his ita cōdiluuium stituit, implacabilis exoritur pugna inter summã totius illius computationis & singulos numeros: is cum nõ conuenit summa annorum, 2242. quam colligit Nicephorus, sed ex collectione singulorum numerorum conficietur summa annorum bis mille ducentorum sexaginta duorum. Verum ita quoque summam Nicephorianam emendandam censeo, neque notum est vt potior habeatur singulorum numerorum ratio, & ex eis summa emendetur non ex summa singuli numeri. Sic etiam legi in manu scripta hæc Chronologia apud Anastasium bibliothecarium notatur, & indicauit nobis doctissimus Pytheus, etiam quoque numerorum varietates sup. gessit, sed eas tantum addere visum est, quæ probabiliter aliqua ratione nituntur, ne accipiem Lectorem teneremus: atque iudicij moram, ei ex tanta varietate iniiceremus.

DE DIVERSA COMPUTATIONE secundum Hebræos.

Hebræi codices qui & Latine à D. Hieronymo editi sunt, à plerisque postea recentibus, sancte Pagnino & aliis ex integro trāslati, ab Adam vsque ad diluuium annos numerant 1656. quam solam esse verã computationem cõtendunt hodie quotquot ex literatis Hebræis literis vel summo digno atigerunt, quibus Hieronymus forte suffragatur, suscepti semel laboris & propositi quo post eos Græcos, interpretes ipse vltimus ex Hebræo in Latinum Canonicam scripturam tranſ- August. ferre instituerit, tenax: sed ei non suffragatur. Augustinus de ciuitate qui ideo editionem & translationem Græcæ septuaginta nõ Dei lib. putat vitiosam quod certam habeat varietatis suæ constantiam. xv. c. 10. Qui à Iudaica & Hebræica litera stant, aucti falsos fuisse se- & 11.

Septuaginta duos interpretes quod quinto capite Geneseos, pro centum ducentos semper legerini: & Hieronymum quoque huius sententia esse astruunt in Hebraicis questionibus in Genevism. Sed nec Latina Ecclesia nec Græca id unquam sibi persuadere possunt, ideo septuaginta interpretes utraque Ecclesia hucusque sequitur: Latina quidem meros pueros, Græca vero, est adhibita vnius loci emendatione quam commemoravimus.

CAPVT II.

Post diluuium anno secundo, Sem filius Noë natus annos centum, genuit Arphaxad. Arphaxat natus annos cxxxv. genuit Cainam. Cainam natus annos cxxx. genuit Sala. Sala natus annos cxxx. genuit Heber. Heber natus annos cxxxiii. genuit Phalec. Phalec natus annos cxxx. genuit Rhagau. Diebus autem Phalec dispersa fuit terra, ideo & nomen Phalec Hebraica lingua partitionem significat (Et hic ante patrem suum moritur.) Et tempore huius, illa turris substructio capta: & ex vno antiquo sermone, variae voces deductæ & diuersarum linguarum sua cuique genti attributa fuit, vt sacrae litteræ docent. Rhagau, natus annos cxxxij. genuit Seruch. In manu scrip. Anasta sij. cxxxv. sed viciose vt puto. Seruch natus annos cxxx. genuit Nachor. Nachor natus annos lxxix. genuit Tharra. Tharra natus annos lxx. genuit Abraham. Vniuersi ab Adam vsque ad Abraham anni secundum lxx. sunt ter mille trecenti viginti quatuor. A diluuiio autem vsque ad Abraham, anni mille octoginta duo.

ANTONII CONTII NOTÆ ad superius caput.

Per omnia conuenit superior computatio Græce editioni vulgatae & Latinae septuaginta veterum translationi qua veteres vsi sunt. Sola summa annorum tam à diluuiio ad Abraham quam ab Adam ad Abraham specialibus numeris non conuenit, sed pari quo antea iure summas ita emendare non verebor: vt ab Adam vsque ad Abraham legantur anni ter mille trecenti triginta quatuor: à diluuiio vero vsque ad Abraham anni mille septuaginta duo. In hac sane computatione tanquam omnium certissima ad quæ hodie tota Orientalis Græcorum Ecclesia, videtur que computatio mentis. D. Augustini congruere, vt intelligitur ex libro eius de Ciuitate Dei cap. x. & cap. xvj. Nam cum huic computationi septuaginta interpretum suffragetur diuini lucæ Euangelistæ genealogia à Christo ad Adamum replicata: nefas ducit tam Græca quam Latina Ecclesia. Hebraicam sequi numerationem ac non potius eam amplecti qua ex Euangelio auctoritatem accipit. Eant nunc noui pseudochristiani & Hebraisantes molestissimi qui Iudaica obstinatione & nuda literarum atque apicum auctoritate freti, aduersus diuinam septuaginta interpretum translationem, & cum translatione cunctam prophetiam & Hebraicorum mendosorum emendationem quotidie blasphemant. Nos in hac Nicephoriana Chronographia ad quiescimus, ac ne quis desperatione aut desatiatione diligenius in omnes omnino auctores inquirendi, id nos potius sumptisse putet, quam post infinitam prope lectionem & opinionum varietatem certiorum veri fidem elegerit. Septem diuersas annorum ab Adam ad Abraham varietates in breuem canonem subduxi.

ANNI AB ADAM VSQVE AD ABRAHAM.

1948 I. Secundum vulgatam editionem S. Hieronymi ex Hebraeo

- 2. Secundum Iudæos qui ad complendam quadragesimum 1950 nonum iubileum & quinquagesimum inchoandum, duos amplius annos addunt, vt ait Eusebius.
3. Secundum editionem Hebraicam, sola illi inserta ex Luca 2178 Euangelio Cainani generatione cum suis 130. annis vt Marianus Scotus maluit.
4. Secundum miram editionem septuaginta, nec eo quo diximus modo emendatam.
5. Secundum editionem septuaginta ab Origene sub obelisco 3184 steriscis que editam vbi expungitur Cainam.
6. Secundum propriam opinionem sancti Augustini, viginti quidem amplius annos Matusalæ cum genuit Lamech, addentis: sed Lamecho postea cum genuit Noam, sex annos detrahentis.
7. Secundum Aldinam septuaginta interpretum editionem quam Nicephorus hic confirmat esse recte emendatam, & omnis Græcorum Ecclesia.

CAP. III.

Abraham agens annum lxxv. dignatus fuit oraculo diuino & facta ipsi promissione. A qua vsque ad iter ex Aegypto cuius dux fuit Moyses, sunt anni ccccxxx. quemadmodum & Apostolus testatur iniquiens.

Testamentum Dei, lex post annos quadringentos triginta lata, non facit irritum vt aboleat promissionem. Et ipse in Exodo concordat Moyses cum ait, habitatio autem filiorum Israel, qua habitauerunt in Aegypto & in terra Chanaan ipsi & patres eorum anni quadringenti triginta. Hij autem per partes ita colliguntur. Abraham natus annos centum, genuit Isaac. Isaac natus annos lxx. genuit Iacob. Iacob natus annos lxxv. genuit Leui. Leui natus annos xlv. genuit Caath. Caath natus annos lxx. genuit Amram. Amram natus annos lxx. genuit Moysen. Moyses nat' annos lxxx. eduxit populum ex Aegypto. Colliguntur vniuersi à primo anno Abraham ad iter ex Aegypto anni quingenti quinque.

A diluuiio vero anni mille quingenti octoginta septem.

Ab Adam vero secundum septuaginta, ter mille octingenti viginti nouem. Secundum alios, ter mille sexcenti nonaginta octo.

NOTÆ.

Ex singulis numeris cuique persona adscriptis (qui & in editione tam Hebraica quam septuaginta hoc loco non discrepant, recte colligitur summa quingentorum quinque annorum: sed singula annorum particulae summe singulis attributa, ex discretis scripturæ verbis non ita confirmantur, vt hæc quas subiiciam, quibusque sum vsus in Chronicis Canonibus Codici Iustiniano à me adiectis. Abraham natus annos 100. genuit Isaac vt diserte dicitur Genes. cap. 21. Isaac natus annos 60. genuit Iacob, vt etiam diserte dicitur Genes. cap. 25.

Iacob natus annos. 91. genuit Ioseph: quod tamen si discretis verbis in Genesi non scribitur, tamen necessaria subditio ex his que ibi diserte asstruuntur colligitur hoc modo. Ioseph cum Pharaoni somnium aperit est annorum triginta vt ibi dicitur cap. 41. Idem Ioseph cum per fratres patrem accessit, est annorum triginta nouem, erat quippe tum annus secundus fertilitatis & consequenter nonus ab exposito somnio. Genes. 45. porro eodem illo anno secundo fertilitatis, Iacob delatus in Aegyptum Pharaoni respondet se annum agere centesimum trigentesimum. Gene. cap. 47. Subducamus igitur illos 39. annos Iosephi de ætate Iacob, restabunt vnius & nonaginta anni quos agebat Iacob cum genuit Ioseph. Ioseph vixit annos centum decem, Genes. cap. ultimo. Post mortem Ioseph Israelite dura seruitute

seruitute oppressi sunt ab Aegyptiis per annos centum quadragesima quatuor, quod non directè sed subditiua ratione ex sacra scriptura probatur. Exodi cap. 12. dicitur Israel habitasse in Aegypto, & in terra Canaan (quod recte addunt suppleto, septuaginta interpretes) annos ccccxxx. Subdit ergo ex hac summa annos 361. quos à natiuitate Abraham vsque ad mortem Ioseph computauimus, restabunt anni 144. quibus Israelitis Aegyptiis seruisse consequens est. His præcognitis summas collectiones iam ex superioribus inendis deprauatas ita emendabimus. Ab Adam vsque ad exitum de Aegypto anni 3839. A diluuiio vsque ad exitum de Aegypto 1577.

Uta autem verba Nicephori postrema. Secundum alios ter mille sexcenti nonaginta octo, sic apud Anastasium legi indicatum est, anni 3829. vs (sicut eorum computationem intelligat qui nihil ad annos supra scriptos Matusalæ addunt, qui tamen etiam decem annis à Nicephoro deficient, si etiam ita emenderent. sed eorum computationem non magni facit Nicephorus.

Nunc inuitus (vt ingenue fatear) facio vt recentiorum quorundam theologorum nouam & a veteribus haud scio an tentatam, dissonantem, attingam, inter quos est Augustinus Stenchiensis & huius temporis doctissimus & religiosissimus quidam theologus cuius in mentem id venire potuisse vehementer miror. Auunt igitur omnes qui hodie temporum rationem se à Bibliis subducere auiunt afferere Israelitis mansisse in Aegypto annos dumtaxat 210. quos nostram Chronologiam Iudæica cum Codice Iustiniano excusam non legisse probabile est (contempsisse enim non puto, ne quid addam amplius.) Nam eos mansisse in Aegypto annos 140. ibidem vti & hoc loco scripsimus. Scribunt autem atque adfirmant Israelitis in Aegypto mansisse annis 430. per Ioseph auctoritate Genes. 17. vbi prædicitur Abraham semen 400. annis seruiturum, non vt ille citant, in Aegypto, sed in terra non sua & eos qui minus tempus adscribunt, sequi cõmentum Rabinorum. Equidem sanctè affirmare ausim nihil me vel tantillum Rabinis credere (qui vnam idem de se affirmant,) sed & is argumentis duci que Eusebius, Nicephorus, Paulus ad Galatas cap. 3. Moses Exod. 12. ex fide septuaginta interpretum protulerunt assentientibus illis patribus Græcis & Latinis omnibus. Sane illorum opinio (vere dico opinionem, non sententiam) consistere non potest, quia tres tantum generationes in Aegypto fuerunt nempe Caath qui vixit an. 133. Exod. 6. Amram qui vixit ibidem annis 137. Genes. 6. & Moses qui 80. fuit annorum cum eduxit populum: vnde constat annos 430. confici non posse, nec in re tam euidenti maiorem probationem requiri, legant Bedam nobiscum sententem libro de natura rerum.

CAP. 4.

Post hæc præfuit populo Moyses in deserto annis quadraginta. Iesus naue annis viginti septem. Seniores annis xxxij. Alienigenæ (seu vt habet Anastasius) Philistim annis viij. Gothoniel ex tribu Iuda primus iudex annis xl. Alienigenæ (seu Philistim) annis xvij. annis xvij. Postquos Aod ex tribu Ephraim annis lxxx. Alienigenæ annis xx. Debora & Barac annis xl. Madiani annis vij. Gedeon annis xl. Abimelech annis tribus. Tom. 2.

Thola annis xxij. Iacer vel Iair annis xxij. Ammonitæ annis xvij. Iephte annis sex. Elebon annis vij.

hunc vocat Isidorus Abessam: Clemens vero i. Stromat. Abatham. Ailon (al. Eglon) annis decem.

Eusebius restatur hunc non haberi apud lxx. interpretes: at qui hodie habetur in editione Aldina complutensi & c. Sed dicimus vulgatam hodie editionem Græcam non esse illam meram editionem septuaginta interpretum, sed interpolatam ex aliis iuxta Theodotionis & Origenis editionem qui hunc sub obelo addidit.

Labdon (al. Abdon) annis octo.

Alienigenæ annis xl.

seu Philistim. vt in Anastasij libro.

Samson annis xx.

Heli Sacerdos annis xl.

Samuel & Saul annis xl.

Dauid regnavit annis xl.

Vniuersi ab exitu Israel ex Aegypto ad Dauid vsque, & vnà cum huius regni tempore, sunt anni sexcenti triginta.

Ant. Contij Nota.

Superior computatio tota confirmatur discretis libris Iudicum verbis, siue Hebræos Codices & ex his conuersos sequare, siue Græcos, & ex his etiam conuersos, exceptis dumtaxat 27. illis annis qui Iosue & 33. qui senioribus tribuuntur hoc loco à Nicephoro. Seniorum quidem gubernationi aliquod tempus longum tribuendum esse inuit scriptura, dum ait post mortem Iesus seniores vixisse longo tempore, qui viderant omnia opera Domini magna que fecerat cum Israel, donec suscitauit Dominus Iudices qui liberarent eos. Iudic. 2. cap. Et quod 1. cap. eiusdem libri Iudicum dicitur tribum Iudæ bellum administrasse ex oraculo Dei, videntur intelligendi illi seniores tribus Iudæ vt Caleb & c. Ceterum collectionis summa 630. annorum recte ex singulis summis collecta est.

Et hætenus quidem aut nihil aut non multum discrepat à Græcorum Chronographia Latina Ecclesie traditio & computatio. Sed in hac annorum computatione ab exitu de Aegypto vsque ad Salomonis regni annum primum, vehementer dissentit. Sequitur enim Eusebij computationem quam Augustinus, Orosius, Isidorus, Beda, & omnes Latini patres amplexi sunt & plerique etiam Græci, que computatio Eusebiana nostra hac Nicephoriana quam explicanda suscepimus, multo est breuior. In causa hæc sunt, primum nullum tempus separatim tribuit Eusebius seniori gubernationi. Deinde Ailon cum suis decem annis in totum expūxit quod is in septuaginta interpretum editione desset, editione (inquam) illa meræ que in Cesarientiensi bibliotheca exarabat: nam is postea additus est in vulgata editione que vt pluribus locis docet Hieronymus, non est mera interpretum septuaginta: postremò annos omnes quibus Israelitis seruisse scribuntur alienigenis, in prefato Iudicum libro confundit, cum sequentium Iudicum annis nec separatim recenset, potiorum habens hæc de re Iudæorum traditionem, que vt restatur ipse, asstruit illos annos contineri in sequentium Iudicum annis, nec debere separatim computari.

Sed credibile est Græcos patres procedente postea tempore (quod omnia vel reuelat vel in melius commutandi occasio nem adfert) maluisse numerare illos annos per se ac separatim, quia periculosum sit contra discretis scripturæ verba repugnantiem illis Iudicam traditionem potius admittere, ac

præterea. *Atlan* expungere qui habeatur in Hebraeis codicibus, & nullum tempus seniorum gubernationi tribuere: unde tamen illos 33. annos illi tribuendos præcise collegerint ingenue fatetur, nondum mihi liquere Eusebium monit idem quo Iudeos ut suam traditionem obruderent, quia 3. libro regnorum cap. 6. in principio scriptum est his verbis. Et factum est in octogesimo & quadringentesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti anno quarto in secundo mense regnante rege Salomone super Israel & edificavit domum Domino. sic enim & in Hebreo & in Græco habetur editionis Complutensis, & ita in Viris quæ codicibus legit Eusebius perperam igitur in Aldina & Germanica editione habentur anni duntaxat cccxli. mouit (inquam) Iudeos & Eusebium hac libri regiam auctoritas quæ si vera est, illa libri iudicum auctoritas corruet nisi ita annos in eo segillatim numeratos breuiemus & annos seruitutis cum annis Iudicum confundamus. Non est meum tantam componere controuersiam, si quid tamē mihi iuris esset quod mihi non arrogo sed totum me iudicio Ecclesiæ permitto, dicerem illud forte locum libri Regum non de priore exitu de Aegypto sed de postremo accipi posse, nam nec Psalmus 113. in exitu Israel de Aegypto de priore exitu accipitur cum ibi dicitur Iordanem conuersum fuisse retrosum, sed pro Nicephoro & his qui maiorem libri iudicum numerum sequuntur, multa etiam dici in contrarium possunt, quod ex summa quadam annorum collectione non sunt speciales numeri corrigendi aut confundendi, quia plus valent multa specialia & distincte scripta quam una & sola summa vniuersim collecta in qua facilius labi poterunt librarij: denique non oportet vim facere verbis fieri autem vis videtur per illam Iudaicam traditionem, præterea ut illa auctoritate libri tertij Regum pugnant ita nos sancti Apostoli traditione tuebitur scribens actorum 13. a morte Moysi usque ad Samuelē annos esse quadringētos quinquaginta, quæ verba nefarie quidam emendare conati sunt, quos indignos qui nominentur existimo. Ceterū ne quis putet, ita Eusebium minore illum numerū mordicus sequi voluisse, ut hunc maiore omnino reuereret, verba eius de adscribam, quibus videtur cuique liberam electionē alterutris permittere: sic igitur in præfatione Chronicorum canonum, ait interprete Hieronymo à Moysi usque ad Salomonem & primā templi adificationem anni sunt quadringenti septuaginta nouem secundum minorem numerum, tamen quem tertius Regnorum liber continet Nam in ista volumine Iudicum supputantur anni sexcenti, hæc Eusebius, hunc ergo maiorem numerum libri Iudicum sequitur hoc loco. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitani, ut & Clemens Stromateus in Stromatibus, ac denique tota Græca Ecclesia & sinodus sexta in trullo cum Canone tertio Decretorum suorum numerat annum tunc decurrentem sexies millesimum centesimum nonagesimum nonum qui numerus constare non poterit, nisi & maiorem numerum editionis septuaginta, & longiorem quoque supputationem libri Iudicum sequamur. Sed & horologium Græcorum Venetiis impressum anno 1535. eandem præfationem & supputationem sequitur cyclo Paschali ibidem adnexo, qui igitur Græcorum Ecclesiasticas res, cōsilia, leges, basilita, historias, cum fructu & ratione temporum legere volunt, hanc Chronologiam quasi ducem sequantur necesse est. Ne quid tamē à nobis desiderari possit, Eusebiana quoque illam minorem supputationem subiecimus, quam scilicet D. Augustinus Orosius Isidorus Beda, fasciculus temporum computus Ecclesiasticus tota denique Latinorum Ecclesia in qua sumus alteri videtur prætulisse.

Secundum Eusebium.

Moses præfuit in deserto annis	40
Iesus Nane annis	27
Othniel annis	40

Aod annis	80
Debbora annis	40
Gedcon annis	40
Abimelech annis	3
Thola annis	23
Iair annis	22
Iephte annis	67
Elon omittitur ab Eusebio ut ante monui.	
Eusebon annis	1
Labdon annis	8
Samson annis	20
Heli annis	40
Samuel & Saul annis	40
Dauid annis	40
Salomon ante templi adificationem annis	4

Summa Anni 480. ab origine mundi 4300.

Porro si hos sexcentos triginta annos quos colligit Nicephorus addiderimus annis 3839. quos ab Adam usque ad exitum de Aegypto collegeramus fieri anni ab Adam usque ad initium regni Salomonis 4469.

Iudei quos Eusebius & ex recentioribus nostri temporis plerique in dō & vniuersi, præsertim Latini totam computationem libri Iudicum mirè deprauat suis traditionibus et violentis atque absurdis interpretationibus, quæ enim absurditas est à morte Iosue usque ad mortem primi Iudicis Othonielis annos duntaxat 40 numerare, cum dicat scriptura 1. & 2. pressa Iudicum seruuisse Israelcm Domino cunctis diebus Iosue & seniorum qui longo vixerunt tempore post Iosue, & nouerant omnia opera Domini, donec surrexit noua generatio quæ non nouerat opera Domini quæ fecerat, et quæ generatio fecit malum & scriuit Baalino, traditæque est in manus diripientium donec suscitatus est Othoniel qui eos liberaret? Ne plura, non absque summa ratione credendum est Græcos patres, & ex his clementem Stromateum, & hunc Nicephorum secutos esse eam numerationem quæ ex verbis minime violatis elici potest quæ nec Eusebius in præfatione Chronicorum damnare ausus est, sed in æquilibrio cum alia breuiore susstituit.

C A P. 5.

Salomon regnauit annis xl.
 Roboam annis xvii.
 Abia annis iii.
 Afa annis xli.
 al. xl. apud Anastasium sed perperam.
 Iosaphat annis xxv. His temporibus floruerunt Prophetæ Micheas, Elias, Helisæus.
 Rex Ioram annis viii.
 Ochozias anno vno Gotholia mater Ochozia, annis vij.
 Ioas annis xl.
 Amasias annis xxix.
 Azarias qui & Ozias annis liij. His temporibus floruerunt Prophetæ Osee, Amos, Elaias, Ionas, Ioel.
 Rex Ioathan annis xvi.
 Achas annis xvi.
 Ezechias annis xxxix.
 Manasses annis lv. Sub hoc anno xii. conditur Byzantium quæ post Constantinopolis dicta est.
 Amos annis xii.
 Sic 70. sed in Hebræa. Codicibus dicitur duobus tantum annis regnasse apud Anastasium etiam scribitur Amon reclusus quam Amos.
 Iofias annis xxxi. & intertegnum & vaxçia annis xxx. le-

ut numeratur in Chrono. Parisiis in 1567. in duobus libris distincta.

sic ex Anastasio restitimus.

xxx. secundum lxx. secundum Hebræos l. His temporibus floruerunt Prophetæ Hieremias, Sophonias & Baruchi.

Anastafius habet cessatio principatus.
 Rex Iachaz vel Ioachaz menses tres.
 Et paucos dies Theodoretus.
 Et est apud Anastasium recte hunc Selim vocat Hieremias. Eliacim annis xii. Regnauit hic annos xi. & paucos menses, & eius regni anno tertio facta est & secunda captiuitas.

Rectius apud Anastasium legitur xi. ut 4. reg. Cap. 23. in fine. Pharaon Necho hunc ex Eliachim vocauit Ioachim nomine mutato Theodoret.

Ieconias menses tres.
 Qui & Ioachim dictus est, sub quo 2. captiuitas accidit. Sedechias annis xi. Hunc oculis effosis Nabuchodonosor captiuum abduxit & templum inflammatur post menses quinque à Nabuzarda cum stetit, ex quo conditum fuerat annis quadringentis viginti quatuor.

Apud Anastasium annis quadringentis triginta quatuor. Vniuersi ab initio regni Salomonis usque ad captiuitatem sunt anni quadringenti quadraginta quinque.

Ant. Contij nota in superius quintum caput Nicephori.

DE superiore supputatione regnorum cuiusque regis inter omnes editiones, Græcis, & Hebræis & hunc nostrum Chronographum optime conuenit si pauculas tantum notas quas margini addidi obseruemus, A. X. am & O. X. iam eundem esse ex collatione libri Regnorum cum libro Paradipomnon. Ioachim seu Eliacim regnasse annos xi. ut dicitur 4. Regum. cap. 23. in fi. Amon regnasse annis xij. ex auctoritate & mera editione Septuaginta Interpretum ut refert Eusebius cui in eadē fides habenda est: ut qui meram editionem eiusmodi habuerit ut iam antea monuimus. Hebræa autem editio & vulgata Græca quæ hodie Compluii & apud Aldum & alios excussa extat, & duos tantum annos ei tribuunt. Quod de Anarchia dicit Nicephorus, id tempus indicat quo contra legem & per vim a rege Aegypti mutata est, & turbata series regnandi primamque captiuitatem significat, quæ facta est tempore Ioachaz seu Ioachim filij Iosæ cuius meminuit Theodoretus in Daniele oratione 9. ubi tres captiuitates fuisse docet, quod tempus cum sequenti confundi debet, non autem separatim: ceteri alioqui nec summa collectionis vniuersæ conueniret, nec illis historicis aut Chronographis. Si igitur hos 445. annos addamus annis ab origine usque ad Salomonem 4469. fieri anni. 4914. ab Adam usque ad captiuitatem Iudeorum Babylonicam.

C A P. 6.

Post captiuitatem autem Iudeorum abductorum Babylona, & solitudinem loci anni sequuntur septuaginta. Hi complentur anno secundo Darij regis Persarum qui populum illum captiuitate liberauit & instaurauit templum Hierosolymitanum.

N O T A.

Hoc breuissimum caput nullam habet difficultatem aut computationis varietatem probatur que disertis Zachariae propheta verbis. Hic septuagesimus annus est (inquit) & c. Si ergo supra collecta summa addas 70. annos fieri anni ab Adam usque ad reditum captiuitatem. 4984.

Ceterum si quis partes huius temporis diligentius digestas per annos Chaldaeorum seu Babylonicorum principum & postea Medorum & Persarum subtilius intelligere cupit, euoluat diligenter ea quæ docti sume in Daniele scripsit Theodoretus Tom. 2.

ubi Iosephum refutat & tres captiuitates fuisse docet: primam, anno 1. Nabuchodonosori in qua abductus est Daniel, 3. anno Eliachim regis Iuda: eam quæ finem sumpsisse sub Cyro Persa, secundam anno nono, Nabuchodonosori quæ finita est sub Dario Hystaspis, Tertiam anno decimo nono Nabuchodonosori, quæ desit sub Artaxerxe filio Xerxi: omnes autem durasse annis lxx. Sed receptior opinio est quam & hic auctor sequitur, vltimam transmigrationem & desolationem finem accepisse sub Dario Hystaspis filio.

C A P. 7.

Primus rex Persarum fuit Cyrus annis xxx. Cambises annis viii. Darius filius Hystaspis annis xxxvi. Hostari legit Anastasium bibliothecarius & legit annos xxxvij.

Huius anno secundo, (vt modo dictum est) renouatum fuit templum Hierosolymitanum Restant igitur anni darij xxxiiij.

Xerxes Darij filius regnauit annis xxviij. Anastasius legit xxiiij. Euseb. vero & Isidorus xxxj. Artabanes mensibus vij.

Artaxerxes longimanus annis xli. huius temporis aiunt accidisse ea quæ de Esther & mardocheo leguntur.

Xerxes alter mensibus duobus. Sogdianus mensibus vij. Darius annis xix.

Notus, addit Anastasius. Artaxerxes Memnon Darij & Parifatis filius annis xl.

Artaxerxes qui & Ochus annis xxij. Alia xxxvij. apud Euseb. Isidorum & Anastasij huius libelli interpretam.

Artes Ochii annis. iij. Darius Artamnis annis vi. Hoc sublato & delcto Imperio Persarum. Alexander Macedo regnauit annis vj. potius rerum ante Darij interitum annis xii. Mortuus fuit Babylone annos natus xxxv. vel vt alij tradiderunt xxxvi. Rex igitur fuit annis. xvij.

Ochodecim legit Anastasius. Subegit Barbaricas nationes numero xxii. & Græciæ ciuitates xlii. tribus Anastasius.

Mortuus (vt diximus in perfide florente Imperio. Vniuersi ab Adam usque ad mortem Alexandri, anni quinquies mille centum septuaginta septem.

N O T A.

Captiuitate reducta incipit sacra scriptura numerare tempora per annos externorum principum, quos etiam hoc capite complexus est Nicephorus. Ceterum quam inter se dissentiat Græci auctores de singulorum horum monarcharum annis nulli non est incertum. Sed Nicephorum probatioris sequutum fuisse credendum est, neque enim fere ab Eusebio & Isidoro dissentit, & libris Esdræ & Nehemæ. Summa autem annorum à reducta captiuitate (quam prætermisit Nicephorus) est annorum cci. Ab origine vero mundi id est ab ipso Adamo usque ad mortem Alexandri magni annorum quinque millium centum octoginta quinque.

C A P. 8.

Post mortem Alexandri magni primus rex Alexandriæ in Aegypto fuit Ptolemæus Lagi filius annis xl.

Ptolemæus Philadelphus annis. xxxviii. Hoc re- xx ij

gnante facti libri Hebræorum in linguam Græcam traducti fuerunt, & repositi in bibliotheca Alexandrina pontificatu Eleazaris.

- Ptolemæus Euergeta annis xxv.
Ptolemæus Philopator annis xxij.
Ptolemæus Epiphanes annis xxvi.

Huius temporibus ea gesta sunt quæ de Machabæis leguntur.

- Ptolemæus Philometor annis xxxv.
Ptolemæus minor annis xxix.

Ptolemæus Physcon annis xvi. mens. vi.

- Ptolemæus Alexander annis x.
Ptolemæus frater huius annis viii.

Ptolemæus cognomento Dionysius, annis xxx.

Cleopatra Ptolemæi filia annis xxii. Huius anno tertio primus occupavit regnum Romæ C. Iulius Cæsar à quo omnes deinceps Imperatores Romani Cæsares appellati fuerunt.

Ab hoc deinceps Antiocheni annos suos numeret. Hic anno Imperij sui decimo quinto sublata Cleopatra evertit regnum Ptolemæorum qui illud in Ægypto tenerant annis cxcxvii.

Summa à morte Alexandri usque ad Christum natum anno 42. Augusti. 323.

NOTÆ.

Superiores computationes quot annis quisque successorum Alexandri in Ægypto regnavit Eusebio Isidoro & ceteris Chronographis mire consentiunt. Sed collectio totius summa non convenit quot autem anni intersint inter mortem Alexandri & Christi natiuitatem sequenti capite adnotabimus esse 323, quorūque ab Adam ad Christum Dominum Deum nostrum.

C A P. 9.

Colliguntur itaque vniuersi ab Adam vsque ad initium Imperij Augusti secundum exquisitos temporum descriptores, anni quinquies mille quadringenti quinquaginta septem. Legendum octo. Quippe Augustus (vt est dictum) Imperium tenuit annis lvi. mens. vi. Anno autem xlii. ipse natus fuit secundum carnem ex sancta & Deipara virgine Maria Dominus noster Iesus Christus, Deus Æternus, in opido Iudææ Bethleem ante diem viii. calend. Ianuarij qui est Chæac vicesimus nonus, idemque Decembris vicesimus quintus.

Is est quartus mensis Ægyptiorum incipiens à quinto calend. Decembris, vt docet Beda de natura rerum Cap. II.

Cyrenius le Cyrenius tum à senatu missus censum egit patrimoniorum & incolarum. Fiunt igitur vniuersi ab Adam ad Domini nostri Iesu Christi in carne administrationem id est εὐσεβίου οἰκονομίας exquisitissima ratione, anni quinquies mille quingenti.

Ad superiorum 9. Cap. Nota.

In summis totius collectionis & superiori capite mendum est, sunt igitur à morte Alexandri vsque ad natum Christum id est quadragesimū secundū Augusti anni Anni ccc. xxiii. Ad Adam vero vsque ad Christum anni 5508.

si omnes speciales & vniuersas summas prius expositas à nobis restitutas in vnam collegerimus. Alter Nicephorus lib. i. Ecclesiastica historia c. 10. & c. 11. ait anno mundi 5505. natum fuisse Christum. Cedrenus vero anno mundi 5506. alter tribus alter vero duobus tantum annis ab hac nostra deficiente. Sed hac quam collegerimus exactissima est & vsu à Græca Ecclesia recepta, vt ostendit canon tertius Sinodi in Trullo sexta vniuersalis & horologium Græcorū venetiis impressum anno Christi 1535. quem annum in magno Circolo Paschali ibi subiecto facit annum mundi 7044. à quibus si 1536. ademeris, annos scilicet Christi, restabunt anni 5508. anni scilicet mundi vsque ad Christum natum. i. Sed & nunc vertentem annum Christi 1571. facit annum mundi 7079. & eius tempora & festa mobilia præcipua sic tradit. Græca enim addere vsus est addita interpretatione Latina, quia paucis Latinorum & nostratum ea res videtur cognita.

ἔτος τ' ο' θ'. ἰ' νακτικῶνος. ἰδ'. ἡλῆς κῦκλοι γκ. φε- γρηῖς κῦκλοι ἰδ'. ἡ παραμονὴ τῶν χριστῆ γεννῶν, ἡ μέρα κυριακῆς προφῆτας, ἡμέρας vs. τὸ τερισῶλιον ἀρχε- ται φεβρουαρία. ἡ ἡ ἀποκριεα φεβρουαρία η. νομικὸν φάσκα ἀπριλλῶ, ἡ β. χριστιανῶν παύσα. ἀπριλλῶ ἰε. κυριακῆ τῶν ἁγίων πάλιν ἰδῶν, ἡ ἡ νηστεια τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἡμέρας, ἰε'.

Id est.

Anno (mundi) vij. lxxix. id est septies mille simo septuagesimo nono. Indictio xiiij. solis cycli xxxij. nostri Latini computant duntaxat xij. Phengarij id est Luna cycli. xi. Pigilia (sive expectatio) Christi natalium die Dominica. 1571. Creophagia seu tempus edendarum carnum dies lvi. Apocrea seu dies abstinentie à carnibus xviii. Februarij. Triodion Incipit Februario, die quarta. Legale Pascha, Aprilij xii. die Christianorum Pascha Aprilij xv. die Dominica sanctorum omnium, Iunio x. die. Ieiunium sanctorum Apostolorum dies xvii.

Breuis superiorum explicatio.

Quod attinet ad indictionem, eadem est cum Latina traditione. Sed solis cycli & phangarij id est Luna seu aurei numeri & decem nouemalis numerus cum Latino computo Ecclesiastico non conveniunt, computat enim cycli solaris annum clesastico non conveniunt, computat enim cycli solaris annum lunaris vero decimum quartum, si quis autem rationem die dicimur inueniendi cycli vtriusque tam Lunaris quam solaris ex Græcorum traditione sive cupit, videat que hac de re notat Balsamon ad 76. can. Carthaginensem. Vigilia Christi natalium (die lviij. Dominica) sciendum est igitur Græcos atque etiam Latinam Ecclesiam annum incipere à vigilia Natalis Domini, si modo Nicolao de Cusa seu Cusano credimus qui ab Ecclesia computatione separat vulgarem Italianam qua gentilium Romanorum morem à Calendis Ianuariis annum inchoandi abicere non potuit: cum ergo illa prima sit totius huius anni Dominica facillimum erit hoc initio posito ceteras totius anni ferias ordinare. Non enim lteris vt Latini suas Dominicas & ferias per totum annum distinetas habent.

Creophagia dies lviij. Creophagia vocant illud intervallum quod est à Natali Domini vsque ad feriam secundam post Dominicam in sexagesima, quia vsque ad eam duntaxat diem carnibus vescuntur Græci Christiani.

Apocrea sic vocant Dominicam in sexagesima quia tunc incipiunt abstinere à carnibus. Nam incidit ea Dominica in xvij. Februarij.

Triodion sic appellant primam sedem Dominicarum & festorum mobilium totius anni quæ semper incipit à Domi-

à Dominica præcedente Dominicam septuagesimam, quam vocat Dominica Parisiæ & Toloni seu publicani. Legale Pascha sic scribendum esse Hebræicum verbum ait Νάζαρενός in panegyrico de Pascha. Sed vulgò obtinuisse vt quasi à passione deduceretur, Pascha pronuncietur. Sed ad differentiam Iudæici & Christiani Paschalis diuerse scribitur & pronuncietur hoc verbum.

Dominica sanctorum omnium Iunio x. die Ea est Dominica Trinitatis apud Latinos que festa omnia mobilia antiqua claudit, & ideo post festa Christi multiplicia celebrant Græci festum omnium sanctorum.

Ieiunium 55. Apostolorum (dies xvij.) puto illos dies feriales & profestos intelligi qui sunt inter festum omnium sanctorum & festi sanctorum Apostolorum quod celebrat Græci vt ex eorum Menologio claret, die 30. Id est ultima Iunij. Verum de his hæcenus, Nunc ad Nicephorum redeamus.

C A P. 10.

Post Augustum tertius Imperator fuit Romanorum Tiberius annis xxiiij. Huius Imperij anno xv. Inchoauit salutiferam & Euāgelicam doctrinam Dominus noster Iesus Christus.

Anno autem (eiusdem) xviii. passus fuit Hierosolymis pro nobis passionem salutarem ante octauum diē Kalendarū Aprilis phamenoth xxix. Id est Marij xxv. Sic restitui ex Anastasio bibliothecario est 7. mensis Ægyptiorum qui incipit ex 5. Kal. Martias. Sunt igitur ab Adam vsque ad salutarem passionem & resurrectionem Domini & Dei Saluatoris nostri Iesu Christi anni quinquies mille quingenti triginta tres.

NOTÆ.

Tiberio tribuit annos xxiiij. vt Eusebius & Ansonius seu quis alius illo versu tritissimo. Et ter sepiens geminos Nero Claudius addit. Trivulianus aduersus Iudeos dat ei annos xxij. menses viij. Sed Tacitus in sine. 5. lib. & Sext. Aurelius Victor non quidem impressus sed manuscriptus ei xxiiij. annos tribuit quibus lubenter assentimur. Summa annorum mundi vsque ad resurrectionem ex superioribus colligenda est annorum 5540.

C A P. 11.

Inclusa de Iulio igitur Cæsar (vt dictum est) præfuit regno occupato Romæ an. iij. Mens. vij. Huic successit Octavianus cuius anni sunt lvi. menses vi. Tertius Imperator regnavit Tiberius priuignus Octauij annis xxiiij. Post Tiberium Caius annis iij. Menses. x. Interfectus est quia in palatio.

Claudius an. xij. Mens. i. sublatus veneno. Nero annis xij. Mens. vij. fugit se que ipsam viuum interfecit. Sic Legendum est in Græco, καὶ εὐφρέει, Hoc Nerone persecutionem primo commouente Petrus & Paulus, Romæ martyres facti sunt. Et Iacobus frater Domini quem vocabant omnes iustum à Iudæis Hierosolymis lapidibus est obrutus. Galba hic perperam omissus est qui imperauit Menses vij.

Otho Menses tres, sepiulum occidit. Vitellius Menses vij.

Vespasianus annis ix. mens. xi. diebus xxij. decessit in hortis Sallastianis. Huius Imperij anno secundo capta est vrbs Hierosolyma à filio ipsius Tito ann. post Christi assumptionem xxxv. Ex ann. sigillatim positis colliguntur ann. xxxix. vt & Eusebius colligit.

Titus an. duobus, mensibus duobus, necat in palatio.

Tom. 2.

Domitianus annis xv. menses v. Hoc persecutionem commouente Ioanni Apostolo Pathmus insula ad incolendum assignatur. Qui post mortem Domitiani inde reuersus. Ephesum ibi mansit vsque ad Imperium Traiani.

Nerua annum vnum menses iiii. Traianus annis xix. menses vi. Huius tempore Deifer Ignatius Romæ fit martyr obiectus bestis. Adrianus annis xxi. Decessit ad Baias aqua intercurrentem effusa. Hic Hierosolymis delictis, vrbi Instaurata Ælia nomen indidit.

Titus Antonius cognomento Pius cum filiis Aurelii. Vero & Lucio annis xxii. mens. iiii.

Marcus Aurelius filius huius annis xix. mensibus duobus, Huius tempore Iustinus Philosophus martyr factus. Antonius verus annis xii.

Commodus annis xiii. Ælius Pertinax menses vi. cæsus in Palatio. Seuerus annis xviii. Huius Imperij tempore, Leonides Originis κακόφρωνος pater, martyr factus est. Et floruit Hippolitus Rom. historicus & Gregorius deo. & Gregorius thaumaturgus id est, mirabilium effector, & Clemens Alexandrinus.

Antoninus Seueri filius annis vii. cæsus inter Carras & Edessam. Macrinus annum vnum Cæsus, (ab exercitu.) Antonius Gabalus annis iiii. Cæsus Romæ. Alexander Mamææ filius annis xiii. Cæsus apud Moguntiacum.

Maximinus annis iii. Cæsus ad Aquileiam. Gordianus an. vi. suspendio vitam finit in Africa. Philippus annis vii. Cæsus in hortis Thiberianis. Decius annum vnum menses tres petiit in foro, Huius tempore fit martyr Antiochiæ Sanctus Babylas & alij per diuersas prouincias & septem pueri Ephesi.

Gallus & Volusianus anno i. mensibus iij. Eusebius & ceteri Aurelii Victor tribuunt eis annos duos & quidem præterea mens. iij.

Valerianus & Galienus annis xii. Valerianus cæsus in perlide Galienus, Mediolani. Claudius annis i. Mens. ix. mortuus Sirmij. Aurelianus annis v. M. vi. Cæsus in nouo Castello. Carcere habet Anastasius ἐν ναυῶ φεσγέλα scriptor Nicephorus.

Tacitus Mens. vi. cæsus in Ponto. Quo tempore sanctus Charitō confessionem exhibuit. Probus annis vi. mens. iiii. cæsus Sirmij.

Carus vna cum filiis Carino & Numeriano annis ii. Carus quidem mortuus in Mesopotamia. Carinus autem mortuus in Thraciæ oppido Numeria. Elic videtur deesse aliquid nempe Numerianus quomodo perierit.

Diocletianus & Maximianus ann. xx. Huius tempore martyr fit S. Petrus Alexandria Episcopus & alij multi per totam prouinciam videtur hic deesse Galerius, Constantius, Maxentius qui inter Diocletianum & Constantinum regnauerunt.

Constantinus Magnus annis xxxi. Anno Imperij huius xx. coacta fuit Synodus sancta prima cccxviii. patrum Nicææ in Bithynia anno post Christum in carne natum cccxviii. post venerabilem autem passionē & gloriosam resurrectionē, cccclxxxv. legendum cccij. pro xx. decimo legit Anastasius, idem tradit & Harmen. in Chronologia.

Fiunt igitur vniuersi ab Adam vsque ad mortem Constantini Magni Anni quinquies mille octingenti triginta sex.

AD SUPERIOREM IMPERATORVM NOTITIAM BREVIS NOTAE.

Quoniam plerumque iam ad marginem notauimus, placet tamen et alia breuiter percurrere, nam omnia accuratè exequi infinitum esset, et vix hac in re quæquam, ut se diu torquet reperiat. Tò ἀξιόβητα inter se in annis mensibus et diebus dissentiunt auctores Latini et Græci, prophani et Christiani. Quia in dissensione sedanda aut rectiore via eligenda, nihil potius reor quam vna cum Imperatorum annis, Consules quoque et eorum catalogum à Casiodoro et aliis compositum coniungere, quod et nos in nostra Chronologia quam diligentissime potuimus sumus exsecuti: ad quam, lectorem curiosum remittam lubens. De Tibery annis xxij. conuenit inter omnes, et ita apud Sex. Aurelium Victorem in manuscripto quo optimo notum scriptum est, non ut in impressis libris xxij. Itaque quoties auctores in testimonium adduco sciant lectores me his potissimum vii quos habeo cum optimis et multis manuscriptis collatos. Nam in libris impressis nihil fere sanè reperio in temporum et annorum notis, et hoc mendo mendosiores semper sunt Græci quam Latini, propter Græcarum notarum similitudinem et subtilitatem. Verf. Aulus. Et ter septenis geminos Nero Claudius addit. Gato Imperatori tribuit Nicephorus annos ij. mens. x. Sed Aurelius Victor, Eusebius Harmenopolus in Chronologia Imperatorum manuscripta, ij. annos ei dant integros, notus est Verfusculus Ausonio impudatus. Tertia fuit hyems crassantia tempora Gai. Claudio hic dantur anni xij. mensis vnus, sed ab Eusebio in manuscripto semper intelligo nam miser et deprauatissime est impressus) dantur anni xij. mens. vij. dies xxxvij. ab Harmenopulo anni xij. mens. vij. dies notem. Neroni quoque hic dantur anni xij. mens. vij. dies xxxvij. ab Eusebio vero anni xij. mens. vij. dies xxxvij. (non ut in impresso habetur anno, xij. mens. vij. dies xxxvij. quo decipiuntur omnes.) Sed Aurel. Victor Claudio rotunde annos xij. tribuit. Neroni xij. verum Ausonij Verfusculus (quod genus probationis in hac re est efficacissimum quia extra mendam suspicionem est positum) utriusque rotunde tribuit an. xij. Claudius hebdomadam duplicem tribuit et Nero diuus.

Galba etiam hic per erratum potius librarj quam Nicephori omissus est, qui imperauit menses vij. Ottho tres. Vitellius octo, quæ sic perstringit Ausonius: Galba, senex Ottho lasciuæ et formosæ Vitelli tertia nos latio regnantes nesciit astus. Interius dignos vita prophanie probosâ. Idem et rotunde decem annos tribuit Vespasiano, et Sex. Aurelius Victor implet fatalem decadem sibi Vespasianus, ostensus terra Titus est breuitate bienni, quibus addo deficientem versusum de Domitiano. Lustra tria hinc perimunt et iusta pericula fratrem, sed annis xv. addit, Nicephorus, (post Eusebium) mens. quinque. Sequentium anni conueniunt fere cum Eusebiana Chronologia manuscripta quod de genere mortis cuiusque Imperatoris breuiter aspergit nec probare nec refutare cordis est. Nihil hoc ad Chronologiam quam tantum exequimur et quadam margini subter aspersimus, inter Gordianum et Philippo: Quidam inter quos est Harmenopolus interserunt Pompeianum seu Pupienum et Balbinum cum tribus annis, et et Aemilianum inter Gallum et Valerianum, et postea Sillianum et Quintilium et Florianum sed eorum anni vel superioribus vel sequentibus tribuuntur. Quod ait hic auctor decem in foro perisse, sic accipio in foro flaminij cum Eusebio. Quod ait casum in nouo castro in Græco erat.

Vertique Anastasius, in nouo carcere, quod magis placet. Quod ad Diocletianum attinet cui xxx. anni tribuuntur ea communior est sententia Eusebii et aliorum tametsi Victor xxx. annos ei tribuat, inter Diocletianum quoque et Constantium Eusebius interserit Galerium eique duos alios

annos separatim tribuit, quem quidam hic vel Nicephori vel librarj errore omissum queruntur: sed nihil hic lacuna agnosco quia Casiodorus in descriptione consulum ait annos Constantij et Galerij attribuit Constantino Constantij filio. et xxx. tantum annorum consules adscribit. An. xxx. anno Constantini congregatam fuisse primam vniuersalem Synodum Nicenam sed in manuscripto Anastasij scriptum est id euicisse anno x. et in Chronologia Harmenopuli. Sed in Græca inscriptione seu Titulo eiusdem Synodi notatur celebrata fuisse Paulino et Iuliano Consulibus, qui videtur esse annus xv. Constantini. ibidem computatur annus ab Alexandro 636. sunt autem ab Alexandro vsquo ad 42. annum Augusti, quando natus est Christus anni 323 quos si à 636. subtraxeris, restabunt anni 313. qui sunt anni Christi quibus ea Synodus celebrata est. at Nicephorus hoc loco computat annos 318. et synopsis Græca consiliorum qui erat annus mundi 5826. sic enim legendum in Græco i. 0. v. 5. et consequenter anno à Christi resurrectione 285. et hic recte collectum est. Sileganus hic anno x. Constantini factam Synodum Nicenam et fuisse tum annum Christi 318. recte conueniet summa collectio ab Adam ad mortem Constantini ut sit annorum 5836.

Quia autem quo Imperij Constantini anno Nicena Synodus coacta sit dissentiunt auctores causa requirenda est. Nam Nicephorus hoc loco 20. anno factam, ut est in impressis in Germania aut 10. ut est in manuscripto exemplari Anastasij, Eusebius vero lib. 4. de vita Constantini cap. 47. Niceno anno factam ait quando vicenalia eius acta fuerunt idem tamen in Chronicis à Hieronymo translatis decimotertio anno eiusdem celebratam notat Casiodorus 18. at que alij alio. Causam igitur hanc esse arbitror quod variè annos Imperij Constantini numerant plerique, quidam à depositione purpure per Diocletianum, nihil temporis ascribentes Constantino aut Galerio aut Maxentio quidam post mortem Constantij quidam post omnes collegas Imperij deuictos. Itaque ob tantam incertitudinem in ipso Synodi Titulo quoro an. Imperij eius acta sit non est inscriptum sed quibus Consulibus et quo à morte Alexandri anno qua computatione tum videbatur vniuersa Græcia et Aegyptus.

CAP. 12.

MORITUR autem Constantinus cum regnasset (ut Malet) annos xxxi. natus annos lxx. relicti filii tribus Constante, Constantino, et Constantio, quorum Constantis veteris Romæ, Constantinus nouæ Constantinus Antiochiæ regnum tenuit. Confecit consulatus duos.

Decem legit Anastasius recte. Nam ex fastis agnosimus Constantium decem consulatus iniisse.

Sed filij post Constantinum regnarunt annis xxiiij. Iulianus an. duobus. Interfectus in perfide.

Iouianus menses viij.

Valentinianus Magnus & Valēs frater annis x. mense viij. Valentis Imperij factus martyr fuit S. Dorotheus, obiectus in venatione feris ab Artianis.

Gratianus & Valentinianus minor Valentiniani filij & cum his.

Theodosius Magnus annis xvi. consul. iij. Secundo anno Imperij huius coacta fuit concilium synodis Constantinopoli. cl. sanctorum patrum.

Arcadius & Honorius filij ipsius anni xij. mens. iij.

Theodosius minor annis xlij. mens. vij. sub hoc celebrata fuit. Synodus tertia Ephesi patrum sanctorum ducentorum, & altera insidiatoria, cui præfuit Impius Diocorus.

Anastasius vocat latrocinale recte, nā in Græco est λανδρομ. Martianus & Valētinianus an. xxv. sub quo Chalcedone

addit Euseb. mens. vij. dies 13.

Legit Anastasius Iunior re. etc.

xi. Anast.

done

videtur emendandum. T. Junior legit Anast. recte. Diebus xxij. Ana. addit Anast. Sic et Sigebertus manuscriptus.

done quarta sancta Synodus celebrata fuit sanctorum patrum. d. cxxx. Leo magnus annis xvi. Leo paruus cum patre annum vniūta moritur. Zeno an. xvij. cum patre annum Basilico annis duobus. Anastasius annis xxvij. mens. iij.

Iustinus Thrax an. ix. mens. iij. Iustinianus magnus annis xxxvij. dies vij. sub quo sancta Constantinopolitana Synodus (quinta) celebratur.

Iustinus Iustiniani fratris filius ann. xij. Mens. 11. Dieb. xx. (Septimo anno huius Imperij completus fuit circulus vnus sancti paschalis annorum 532. Ex quo crucifixus fuerat Dominus noster Iesus Christus indictione vj. Anno à condito mundo, sexies millesimo sexagesimo quinto.

AD CAP. XII. NOTAE.

Quæ de annis Constantini et filiorum eius scribit ea cum Eusebio et c. conueniunt et ea quæ de Iuliano et Iouiano. Sed in Valentiniano et sequentibus est dissensio. hic enim Valentiniano et Valenti anni x. mens. viij. dantur apud Hieronymum vero qui suppleuit hac parte Eusebium anni xiiii.

Gratianus et Valentinianus et Theodos. ann. xvi. Prosper Gratiano cum Valentiniano fratre dat annos v. et Theodosio postea annos xi. quæ computatio in idem recidit.

Arcad. et Honor. an. xiiii. Prosper habet an. xxxii. sed postea ubi Nicephorus dat Theodosio minori annos xlii. dat ipse Prosper dumtaxat xxxvii. ita quatuor annis Prosper superat Nicephorum. Sane Sigebertus xiii. annos tribuit et et Nicephorus et Honorio eius fratrueli post eius mortem tribuit annos xliij. et post eius mortem Theodosio soli an. tres et postea eidem Theodosio cum Valentiniano an. xxxij. qui omnes anni collecti faciunt annos 54. quæ summa cum Nicephoro consentit.

Martianus et Valentinianus annis xxx. Sigebertus Martiano annos sex, et Valentiniano cum eo annos quinque tribuit, et Leoni annos sedecim post mortem Martiani: post mortem vero Valentiniani Maximo et Antio. annos duos et eius successoris Maiorano annos quatuor: deinde eius successoris Senero annos similiter quatuor: eius item successoris Arbemio similiter an. quatuor deinde Olybrio mens. 7. Lucerio et Nepoli, et Oresti, Austulo et Odoacri sibi inuicem succedentibus annos reliquos attribuit vsque ad completum xv. annum imperij Leonis, Itaque existimo hic sub se mendum apud Nicephorum et pro xxx. legendum v. vel vij. Nam Harmenopolus eis dumtaxat annos vij. tribuit et Beda.

Zeno an. xvij. Sigebertus ex chronico Iulacij Episcopi annos xxx. tribuit, sed postea Anastasio tantum xx. cum ei det Nicephorus xxxvii. annos itaque res eodem recidit. Idem Sigebertus annos x. rotunde tribuit Iustino seniori. Nicephorus vero et Harmenopolus annos ix. mens. iij.

Iustinianus an. xxxvii. dies vii. reuera autem imperauit an. xxxviii. menses. vii. Idcirco Harmenopolus et Beda et plerique alij ei rotunde tribuunt annos xxxix.

Sub quo sancta Constant. Synodus celebratur. Id ad annum eius xxij. quidem referunt ut Sigebertus et alij. Septimo an. huius Imperij completus fuit circulus vnus sancti paschalis annorum 532. quo crucifixus fuerat dominus Iesus Christus Indict. vi. Maxima est hac in re Latinorum et

Quidam de Græcorum dissensio. Sigebertus ait anno quinto Imperij. Iustiniani implem fuisse hunc cyclum quem vocat Martiano. a. gnum annum à Christi natiuitate annorum quingentorum trij. sexto. ginta triuim. Ab hoc etiam anno Dionysijum Abbatem orsum

esse cyclum suum cyclorum quinque decemouenalium. Et Iustiniani quia secundus (inquit) annus operis concordare debet in ratio id eum se ne corpori primo anno natiuitatis Christi debet tricesimus quinque notus annus cycli Dionysij concordare in ratione compositi tricesimo tant. tertio anno natiuitatis Christi scilicet vi. xiiij. luna. Aprilis verba Sigeberti. ix. kalen. April. in quinta feria, Pascho Christi octa. uo kal. Aprilis in sexta feria. resurrectio vj. kalen. Aprilis in Dominica die. Sed quia non ita occurrit sed Lu. xiiij. Aprilis occurrit eo anno xii. kalen. Aprilis in prima feria, Dominica vero dies Pasche in v. kal. Aprilis. Ideo improbat, quia repugnat Evangelicæ veritati. Hæc Sigebertus. Beda quæ de natura rerum ita scribit, sub Iustiniano, Dionysius Pascales scribit cyclos Incipiens ab anno Domini Incarnationis 532. qui est annus Diocletiani 248. Post consulatum Lampadij et Orestis quo anno Codex Iustinianus orbi est promulgatus. Victor quoque Capuanus Episcopus librum de Pascha scribit Victorij arguit errores. Hæc Beda. Sed omnia huiusmodi aduersus Dionysijum obiecta confidenter si hic legit Nicephorus illos annos 532. Illæque Dionysij circulos non à Christi Incarnatione sed passione computemus. Et ex horologio Græcorum cui adscriptus est Paschalis cyclus constat Græcos absque illo errore dici Paschalis locum ad hoc vsque tempus feliciter numerasse. Sed diligentior huius rei tractatio non est huius institui proprium atque maioris temporis desiderat laborem.

CAPVT 13.

TIBERIVS annis v. Mauricius annis xx. mens. iij. cæsus. Deest apud Anast.

Phocas annis viij. cæsus. Tyrannum Græci vocant ut Zonar. et c.

Heraclius annis xxxi. vna cum filio. Imperij huius anno tertio Persa Chosroës plurima loca occupauit Imperij Romani.

Romania Anastas. Hierosolima diripuit et inflammavit venerabilia τιμιόν loca & magnam multitudinem captiuam abduxit cum ἐξέλων. Patriarcha Zacharia & pretiosis lignis in Perfidem. Anno xij. ipse Chosroës Persa occisus & reuocata captiuitas & viuifica Crux sua in loca tam instaurata essent reposita fuit. Tum deinde Sarraceni omnia vastare ceperunt anno mundi sexies millesimo centesimo xxvj. indictione vij.

Constantinus filius huius an. xxvij. Hoc occisus fuit in Sicilia cuius tempore magna pars Imperij à Sarracenis vastata fuit.

Constantis Nepos Heraclij annis xvij. cuius tempore Byzantium à Sarracenis deuastatum fuit. Sic Anast. Hic vocatur Anastasius Germanica editio habet obsequium. Et vj. Synodus xiiij. tur Conan. ipsius celebrata Constantinopoli. Hic fortiter se gestans sit aduersus Sarracenos represso impetu illorum & valde ipsis perterre factis.

Iustinus filius huius annis x. Hic vocatur Iustinianus minor filius Constantini et Rhinometus dicitur. Leontius annis iij. hunc Sig. Leonem vocat. Tiberius qui & Absimerus annis viij. Iustinianus secund. annis xj. emendandum annis vj. Philippicus qui & Baranes annis ij. Anastasius qui & Arthemius annis ij. Theodosius anno vno sic Diaconus sed Zonaras dat ei biennium.

Leo Iaurus annis xxv. m. iij. d. xiiij. Constantinus fil. eius annis xxxvii. mens. vj. d. xxv. Leo Chazares annis v.

Iconomachus dicitur.

Constantinus filius eius cum matre sua Irene an. x. m. ij. vij. Horum anno octavo celebrata fuit Nicæa secunda Synodus sanctorum patrum. ccccl.

Constantinus (solus) ann. vi. mens. ix. Dieb. viij. Irene mater ipsius anno v. m. ij. d. xij. Nicephorus annis viij. m. ix. cæsus in Bulgaria. Stauratus filius huius mens. ij. Michael gener ipsius annis i. m. ix. d. xj. Leo armenes annis vij. mens. v. d. xv. cæsus in palatio in templo sanctiss. Deiparæ.

Mens. viii Anastas.

Alius Anastas. Pxor eius addit ana. Stasius.

Michael alter annis viij. mens. ix. d. ix. Theophilus huius filius annis xii. mens. iij. d. xx. Theodora vna cum filio Michaelæ annis xiiij. m. i. Dieb. xxv. xx. Anast. Hæc Amplius adduntur ab Anastaso. Michael solus annis xi. mens. i. Diebus ix. occisus est in palatio S. Mamantis.

GENEALOGIA VALENTINIANI MAGNI.

Valentinianus gignit Gratianum Valentinianum Imperatores & Gallianum uxorem Theodosii Magni. Theodosius maior genuit Arcadium & Honorium Imperatores & Placidiam uxorem Constantii. De Arcadio nati sunt Theodosius minor & Pulcheria quæ fuit vxor Martiani Imperatoris. De prædicto Constantio & Placidia natus est Valentinianus tertius. Mater Theodosii Iunioris illa fuit Eudoxia quæ Ioan. Chrysofomum exalauit. Vxor autem ipsius Theodosii Eudocia dicta est.

AD SUPERIVS XIII. CAP. NOTÆ.

Quia totum hoc ultimum caput misere deprauatum mutilum & mendosum est eorum etiam testimonio qui primi in vulgus edidit, paulo diligentius hæc pars ex aliis auctoribus retractanda est.

Tiberius ann. v. Sigebertus manuscriptus annos vi. Hugonis chronica manuscripta annos vij. Armenopolus vero in manuscripta Imperatorum notitia annos 4. ei tribuit. Idem Iustino eius decessori tribuit annos 15. cui hic Nicephorus tantum 12. & Zonaras 13. Sed hanc rem ita consiliat Nicephorus Callistus in si. lib. 17. Eccles. histo. ut Iustinus quidem solus annis 12. mensibus decem cum dimidio, cum Tiberio vero quæ sibi successore viuis assumpsit & collegam annis tribus vno minus mense. De huius quoque Tiberij annis tota quæ subest perplexitatem idem auctor ita definit lib. 18. Eccl. hist. e. Tiberium solum imperasse annis 4. cum Iustino autem decessore annis tribus, sic Paulus Diaconus ei tribuit annos 7. Euzagrius 4. lib. 5. cap. 21. Zonaras annos 3. mens. 10. dies 8. Cedrenus 4.

Hic in monumentis publicis phœnicæ literis inscribitur Tiberius Constantinus. Mauricus ann. xx. mens. iij. hic in publicis instrumentis scribebatur Mauricius qui & Tiberius & 20. annos regnavit Zonara auctore & Chronologia Armenop. scripta manu & Nicephorus hist. Eccl. lib. 18. Sigebertus & Hugo xxii. annos ei dant Cedrenus vero annos 20. mens. 3. dies 2. Phocas ann. 8. sic Nicephorus Callistus lib. 18. Eccl. hist. cap. ult. & Zonaras Cedrenus Sigebertus & alij. Heraclius an. xxxi. vna cum filio Sigebertus an. xxx. Paulus Diaconus ann. xxxi. ut & Nicepho. & Zonaras et Armenop. notitia manuscripta. Constantinus filius huius an. xxv. iij. datum in modum

hoc loco deprauata creduntur Nicephoriana, sic ergo aliunde supplenda sunt Heraclio turpissima ob incestu penam morte extincto succedit Constantinus eius filius imperans ann. 1. quæ veneno extinguit Nouerca eademque consobrina & Heraclio pro eo imperat cum filio Heraclone. Vix annuum integris Zonara teste. at Hugo vtrisque tribuit biennium Paulus Diaconus lib. 18. in fin. Constantino Mauricij filio menses 4. Martine & Heraclone annum vnum quem sequitur Sigebertus & Cedrenus Constantino menses 4. Martine & Heraclone menses duntaxat sex tribuit omnibus non integrum annum. Senatus electus Martine & Heraclone cui & nasus abscissus est, Constantem Constantini veneno sublato filium Heraclij nepotem imperio præstitit cui præfuit an. 27. secundum Zonaram, Paulum Diaconum, & Cedrenum. His ita digestis animaduertere cæpi non addo deprauata hic esse Nicephoriana immo nullo modo esse deprauata si modo hunc Constantinum quem facit Nicephorus imperasse ann. 28. intelligamus eundem esse qui & Constantis ab aliis appellatur. Nam & hunc constantem fuisse quoque appellatum Constantinum scribit Sigebertus in eo tantum mendum erit, quod quem nepotem dicere debuit, filium appellauit, quo modo sublato consentier Nicephorus cum notitia Armenopuli manuscripta, qua Prætermissio Constantini Martine & Heraclone vix integro an. vnum amplius an. Constantino huic. 1. Constanti tribuit nempe annos 28. hunc autem esse Constantinum quem plerique constantem vocant id etiam maximum argumentum est, quod in Sicilia occisum hunc scribit Nicephorus hoc loco quod Constanti huic conuenire ex Zonara discere licet, & ex Paulo Diacono lib. 19. qui huic tribuit duntaxat ann. 27. cum scilicet Martine & eius primigno filioque iam tribuisset annum vnum.

Constantis nepos Heraclij an. xv. hic videtur emendandum Constantinus. Certum est enim hic agi de Constantino Pogonato Constanti filio orthodoxo sub quo facta est 6. Synodus anno eius xij. ut hic adnotatur & Zonaras totidem. 17. annos ei tribuit ut & Diaconus qui an. eius xij. factam Synodum eiusmodi ait, ceteri autem & Graeci anno 13. Iustinus filius huius an. x. Et hic emendandum videtur. Iustinianus. Is autem intelligendus qui Rhinotinetus à præcisè postea naso dictus est. Tiber qui & abfimar an. vij. hic duntaxat ei tribuit Cedrenus Diaconus, Hugo Zonaras, & Sigebertus sicque hoc loco emendandum videtur. Iustinianus secundo an. xi. sex duntaxat annos ei adscribit Hugo, Sigebertus vero septem Cedrenus sex, ut & Graecus Theophanes Armenopolus vero septem, ergo perperam hic legitur xi. & emendandum est vi. Anno huius iterati imperij secundo scribit Theophanes Graecus auctor ut citatur à compilatoribus postrema editionis conciliorum factos fuisse canones, sexta Synodi generalis in Trullo. sane illius Synodi præfatio ad Iustinianum hunc Constantini Pogonati filium manifesto innuit sub eo factam esse eam Synodum annum quaque quo ea facta est appellat ea Synodus canone tertio annum à mundo condito 6199. Indictione quarta, quem annum ita colligo. Anno Iustini iunioris 7. impletus fuit cyclus Paschalis 532. à passione Christi erat ergo annus Christi 565. additio quippe 33. an. quibus vixerat ante passionem & consequenter an. mundi 6073. hic addo reliquos 5. Iustini an. Tiberij 5. Mauricij 20. Phoca 8. Heraclij 31. Constanti Martine Heraclone Constanti 27. Constanti Pogonati 17. huius Iustiniani primi imperij an. 10. Leonij 3. abfimar 7. sunt an. 6205. sex scil. amplius quam oporteret. Sed Iustino forte 4. Tiberio 3. & sequentibus aliquot anni videntur detrahendi.

Philippicus qui & Bardanes an. xi. legendum II. duobus secundum Diaconum Sigebertum Armenopolum & Cedrenum & alios adscribit an. 6. mens. Leo Iaurus hic & Conon Syrigena

Syrigena & Iconomachus nuncupatus est ei dantur hic anni. 25. ab Armenopulo vero 24. mens. 8. d. 25. à Diacono ann. 24. in 2. d. 22. rectius quam alij omnes.

Constantinus filius eius ann. xxxiij. mens. 11. d. xxv. Copronymus dictus est fuitque catulus Leone patre crudelior & Iconomachus nequissimus cui tribuit Armenopolus an. 34. mens. 3. Copronymus ideo dictus, quod dum baptizatur à Patriarcha Germano cacans in sancto lauacro magnum dedit præsigium quod futurus esset Ecclesia Dei in scandalum. Sigebertus ei tribuit an. 35. Zonaras 34. mens. 3. Diaconus an. 55. m. 2. d. 26.

Leo Chazazes an. 5. hic erat filius Constantini Copronymi ex femina Chazaze.

Constantinus filius eius cum matre Irene an. x. m. d. 11. an. 10. præcisè edidit Sigebertus item Harm. horum anno octavo celebrata fuit Nicæa secunda Synodus idem Cedrenus & Paulus Diaconus Sigebertus ait hanc Synodum anno septimo illorum inchoatam. In eius Synodi Græco Titulo notatum factum esse anno mundi 6296. in dictione. xi. in Diegesi vero conciliorum Lutetia edita anno mundi 6293. Christi. 794. Nam quod in editione Nomocanonis Ieremi legitur in eius titulo factam anno mundi 6696. mendosum est & emendandum 6296.

Constantinus solus ann. vi. & Irene mater ipsius ann. v. & c. hæc indubita sunt.

Nicephorus an. 8. m. 9. Cedrenus huic & filio Stauratio adscribit annos nouem hic auxilio Eunuchorum ad imperium est prouectus ut alij saepe apud Romanos & Graecos & plerisque Barbaros, longum esset numerare quot mala publicis imperiorum rebus ab Eunuchis acciderint. Summum & maximum illud fuit quod vnius Aetii Eunuchi pacta iam inter Carolum Magnum & Irenam Constantinopolitanam imperatricem nuptia sint disturbatæ ac proinde vtriusque imperij occidentis & orientis reconciliatio & consolidatio. Scitum est illud Chrysaorii quod recitat Cedrenus eundem ex principibus insurrexerat ei μεν εχευε εδουδου Χου Φουεουου ανει δει εχ εχευε, & γουεουου ηου Φουεουου hunc Nicephorum Seleucenium vocat Armenopolus & addit ο αρο τ ουυυυου ο ουυυυου. Sic sed legendum ο αρο γουυυυου. Id est generalis seu ex generali logotheta ad imperium euectus.

Michael gener ipsius in cognomento Ranchabes γουυεουου Nicephori annum vnum imperat secundum Armenopolum vel duo: secundum Sigebertum & Diaconum an. 1. mens. 9. d. 11. secundum hunc Nicephorum (quod de Leone Armenio & secundo Michaelæ subditur congruit ceteris auctoribus.) Secundi narses Michaelis legatos ait Sigebertus inter cetera munera Ludouico militer tri imperatori & Francorum regi desulisse libros Dionysij Aripagita de hierarchia & petere Ludouico de Graeco in Latinum fuisse translato & Parisius in ipso sacri Martyris festo cum gaudio susceptos seculo repente miraculo sanationis 19. agratorum. Anno huius Michaelis 8. quem facit à Christo Cedrenus 829. & à mundo condito 4788. scribit impletum esse nouum magnum annum ab initio mundi qui est annorum 532. quod etiam ratio diuisionis ostendit.

Theophilus huius filius ann. xij. m. i. idem scribit Zonaras. Idem & Cedrenus sed ei annos quindecim tribuit Sigebertus.

Theodora vna cum filio Michaelæ an. xiiij. m. i. Sigebertus ait Michaelem & Theodoram imperasse annis xi. & postea Michaelem solum anno xiiij. fit summa annorum 24. Nicephorus vero ei cum matre annos 14. & soli 11. tribuit fit summa annorum 25. consentit cum Nicephoro Cedrenus. In hoc igitur Michaelæ desinit Nicephorus quem eo tempore vixisse conuincit licet. Sane narrat Cedrenus hunc ad Michaelum Balbum Theophili patrem Epistolam pro sacrarum magninum instauratione scripsisse. Hinc Michaeli successit Basilius Maace

do regnans an. 19. secundum Armenopolum & Cedrenum & Zonaram qui anno præterea vno cum Michaelæ eam imperasse scribunt. Sigebertus ei 17. an. adscribit. Hic constituerat leges & iura Romana repurgare, sed quod instituerat, & filius eius Leo imperator cognomento Philosophus præstitit & libros sexaginta Basilicorum & multas præterea Nouellas orbi promulgauit.

CAPVT XIII.

Colliguntur anni hoc modo, ut sequitur. Ab Adam vsque ad diluuium anni bis mille ducenti quadraginta duo. A diluuium vsque ad turrin Nembroth anni quingenti viginti quinque. A turrin vsque ad ΑΙΧΩΒΟΥΜΑΤΡΑ dimidiationes. Abraham anni quadringenti viginti quinque. Adimidiationibus vsque ad finem Abraham anno 1xxvi. Vniuersi anni ter mille ducenti sexaginta octo. Ab Abraham vsque ad egressionem Israelitarum anni quadringenti triginta. Ab egressionem vsque ad ædificationem templi domini anni septingenti quinquaginta septem. Ab ædificatione templi vsque ad captiuitatem anni quadringenti viginti quinque. Vniuersi anni quater mille octingenti octoginta. A captiuitate vsque ad Alexandrum anni trecenti decem & octo. Ab Alexandro vsque ad Christum anni tricenti tres. Vniuersi anni quinquies mille quingenti. A Christo vsque ad Constantinum magnum anni trecenti decem & octo. A Constantino vsque ad Theophilum, indictione quinta anni quingenti triginta, Vniuersi anni sexies mille trecenti quinquaginta.

AD SUPERIVS CAPVT XIII. NOTÆ.

Superuacuum reor plura de hac summa collectione (Græci στωομθηου χρονοουδον vocant) differere aut commentari cum nihil in ea collectione fere veri aut superioribus specialibus computationibus coherentis, aut consentanei habeatur. Possè & alia huiusmodi farina multa superaddere synoptica chronica & inter Græcorum Suida. Sed quid erit pretij cum & Suidas aque sit deprauatus & ex Nicephoro ad verbum videatur excerpisse vsque ad Michaelæ, sequentia vero vel ex se vel aliis recentioribus addidisse. Unde quæso annum condita turrin Nembroth discere potuerunt qui profecto ex canonicis libris e-lici non potest nec Hebraicis, nec Græcis aut Latinis. Cetera etiã sunt aliter collecta quæ superius colligi debere demonstratū sit. Sic ergo colligere cepimus prima & addere debemus extrema.

Ab Adam vsque ad Christi Natiuitatem anni 5508. Ab Christi Domini natiuitate vsque ad saluiferam eius passionem resurrectionem & in celos ascensum anni 33. A Christi ascensu vsque ad septimum Iustini Iunioris annum anni 532. id est vni magnum Paschatis cyclus. A septimo Iustini anno vsque ad decimum tertium Theophili imperatoris annum quo fuit indictio quinta, quam nominat Nicephorus (quia Cedrenus ait eū imperij cepisse initio indictionis octauæ) sunt anni vniuersi. 273. vniuersi à Christo nato ann. 828. Ergo vniuersi à condito mundo vsque ad vltimum annum Theophili anni 6336. Perperam igitur hic colligitur in Nicephori deprauata scriptura summa annorum 6350.

Sigebertus 843.

TRIPARTITÆ CHRONOLOGIÆ PARS SECUNDA.

AVGVSTÆ CAP. XV.

Theodora & Helene vxores Constantij patris Constantini Magni. Fausta vxor Constantini magni. Eusebia Constantij. Helena magni Constantini filia vxor Iuliani...

videtur legendum ex aliis locis que consuli que Eudocia. Theodocia Basilij.

Ad superscriptum Augustarum catalogum quanta potimus fide à nobis emaculatum nihil adnotandum arbitratum sum hanc otiosis curam lubenter transmittens...

REGES DECEM TRIBVVM ISRAEL in Samaria à temporibus Roboam filij Salomonis, & que ad translationem in Assyrios tribuum decem sub Ezechia rege Iudee.

CAP. 16.

- 1 IEROBOAN feruus Salomonis, vngitur ab Achia Propheta: quodd dominus ipsius Salomon declinasset ad alienigenas vxores, & externas ceremonias illarum. 2 Nabath filius ipsius: annis 2. 3 Basa: hic deleuit domum Hieroboam. annis 24. 4 Hela filius illius, sub quo Iev Propheta: annis 2. 5 Zamri feruus eius, qui illum interfecit: mensibus 7. 6 Amij: annis 12. 7 Achab filius eius: sub quo Elias Propheta clausit caelum, & interfecit Sacerdotes Baal. annis 22. 8 Ochossias filius huius: annis 2. 9 Ioram frater eius, quem occidit Ieu secundum verbum Domini: subque hoc Propheta fuit Helissæus. annis 12. 10 Ieu: vnctus à discipulo Helissæi ad exitum domus Achab, secundum Prophetiam Eliæ. ann. 28. 11 Ioachaz: quem afflixit vastans regnum ipsius Azazel, Rex Syriæ. annis 17. 12 Ioas: sub quo Helissæus Propheta victoriam de Syris prædixit, & miracula edidit. annis 16. 13 Hieroboam: sub quo Ionas propheta, annis 14. 14 Zacharias: in quo completa fuit prophetia Helissæi:

- 15 Sellum, interfecto Zacharia: mens. 1. 16 Manahem: ann. 10. 17 Phaceas filius Manathemi ann. 2. 18 Phacea filius Romelæ: ann. 20. Sub quo fuerunt Esaias & Naum Propheta. 19 Ofæ filius Eliæ interfecto Phaceæ: annis 9. Huius tempore Salamasser Assyriorum Rex cepit totam Samariam, & regem ipsius & totum Israel, exceptis duabus Iuda tribubus & Benjamin: cum esset Rex Hierosolymis Ezechias. Introduxit autem in terram illam Chutæos, vt vocatur: collocavitque in Samaria, & vrbibus à se vastatis atque captis. Hi suis diis feruebant: & ideo Deus iratus, immisit eis Leones, à quibus illi deorabantur. Hac re & causa cognita Rex Assyriorum misit Israelitas ad eos, cum Sacerdotibus, qui ipsos docerent legem & venerationem Dei æterni. Admiserunt autem tantummodò scripta Moyses: & colentes Deum æternum, non reliquerunt idola. Horum posterii sunt Samaritæ in hodiernum diem, solum Pentateuchos conseruantes, & fugientes consuetudinem Iudæorum.

PONTIFICES IN ISRAEL.

- 1 AARON ab Abraamo septimus, reliquit filios duos, Eleazar & Ithamar. 2 Eleazar, sub quo decessit Moyses, & est diuisa terræ possessio per Iosua, & tabernaculum testimonij fixum in deserto. 3 Phinees Eleazari F. cum omnibus senioribus populum iudicans Abia. Bechi. Ozi. 4 Heli, ex Ithamar. 5 Achitoph, sub quo Samuel. 6 Abiathar, cum Dauide. 7 Zadoc, ex domo Eleazari. 8 Achimas, Axariæ F. filij Amariæ. 9 Azarias, ob ardentem affectionem amoris erga Deum, qui est scilicet φίλος θεός interfectus. 10 Azaria, qui prohibuit Oziam ingressu in loca sacra. 11 Vrias fidelis Esaiæ. 12 Sommas, prauus & libidinofus, tempore Ezechiæ regis. 13 Eliacim, Sellum F. 14 Chelcias, sub Iosia rege optimo. 15 Sareas tempore eo quo Iudæi captiui abducti sunt Babylona à Nabuchodonosore. 16 Iossedech, quem Iezeciel Saduc nominat. Hic fuit Babylone inter captiuos. 17 Iesus, filius eius: qui rediit in patriam, & templum instaurauit cum Zorobabel. 18 Ioacim, Iesu F. 19 Eliasib, filius Ioacim. 20 Iodæ, Eliasibi F. sub quo Neemias instaurauit Hierosolyma, & muros refecit. 21 Ionas. 22 Iaddo, tempore Alexandri Regis Macedonum. 23 Onias. 24 Simon, Dei amans. 25 Eleazar, frater Simonis: sub quo translata fuerunt sacra scriptura, tempore Ptolemæi regis. 26 Manasse. 27 Onias, Simonis F. 28 Simon Oniæ F. cuius meminit Iesus Sirach F. in sapientia

NICEPHORI NOMINA PATRIARCHARUM Hierosolymis post Christi Iesu in caelis ascensionem.

- 1 Iacobus, frater Domini: anni 26. 2 Simeon Cleophae fratris ipsius F. & Martyr. annis 23. 3 Iustus, annis 6. 4 Zacharias, annis 4. 5 Thobias, annis 4. 6 Benjamin, annis 2. 7 Ioannes, annis 2. 8 Matthæus, annis 2. 9 Philippus, annis 1. 10 Seneca, annis 4. 11 Iustus, annis 4. 12 Leui, annis 4. 13 Ephraim, annis 2. 14 Ioseph, annis 2. 15 Iudas, annis 2. 16 Marcus, annis 8. 17 Cassianus, annis 8. 18 Publius, annis 5. 19 Maximus, annis 4. 20 Iulianus, annis 2. 21 Gaianus, annis 3. 22 Symmachus, annis 2. 23 Caius, annis 3. 24 Iulianus, annis 4. 25 Elias, annis 2. 26 Capito, annis 4. 27 Maximus, annis 4. 28 Antonius, annis 5. 29 Valens, annis 3. 30 Dolichianus, annis 2. 31 Narcissus, annis 4. 32 Dius, annis 8. 33 Germanion, annis 4. 34 Gordias, annis 5. 35 Narcissus iterum Martyr, annis 10. 36 Alexander, Martyr, annis 15. 37 Mazabenes, annis 24. 38 Hymeneus, annis 23. 39 Zabdas, annis 10. 40 Hermon, annis 9. Hactenus imperatores alieni à Christiana religione & Christiani afflicti fuerunt.

NICEPHORI, POST QUAM CHRISTIANI fuerunt imperatores, Episcoporum Hierosolymis nomina.

- 1 Macarius, qui in Synodo fuit, annis 20. 2 Maximus, annis 6. 3 Cyrillus, expulsus ab Arianis loco huius constituitur tres, Arsenius, Heraclius, & Hilarius. Et rursus reuocatus tempore Gratiani, in secunda Synodo, inuentus fuit Constantinopoli, annis 62. 4 Ioannes, annis 16. 5 Paulinus, annis 20. 6 Iuuenalis, qui fuit in duabus Synodis, Ephesi & Chalcedone, annis 38. 7 Theod. à expulsis Marciano, & rursus Iuuen. an. 48 Anastasius, annis 18. 9 Martyrius, annis 8. 50 Salustius, cuius tempore separauit se Episcopus Romæ, propter coniunctionis predictum zenonis, annis 8.

C

D

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

- 51 Elias, expulsus ab Anastasio Imperatore, annis.
 52 Ioannes, annis 11.
 53 Petrus, tempore Iustiniani Imperatoris, annis 20.
 54 Macarius expulsus, annis 2.
 55 Eustochius, annis 1.
 56 Macarius iterum, annis 4.
 57 Ioannes, annis.
 58 Amos, annis 8.
 59 Isaacius, annis 8.
 60 Zacharias, ante urbem captam annis 24.
 61 Modestus, annis 1.
 62 Sophronius, annis.

NICEPHORI EXPOSITIO NOMINUM
 Episcoporum Romanorum, post Christum
 & Apostolos.

- 1 Petrus Apostolus annis 2.
 2 Linus, annis 12.
 3 Anacletus, annis 2.
 4 Clemens, annis 9.
 5 Euaerestus, annis 9.
 6 Alexander, annis 12.
 7 Xystus, annis 9.
 8 Telephorus Martyr, annis 10.
 9 Hyginus, annis 4.
 10 Pius, annis 15.
 11 Anicetus, annis 2.
 12 Soterichus, annis 9.
 13 Eleutherius, annis 15.
 14 Victor, qui in Synodo quæ fuit celebrata in Palesti-
 na, die Paschatos, annis 2.
 15 Zephyrinus, annis 19.
 16 Callistus, annis 8.
 17 Urbanus, annis 7.
 18 Pontianus, annis 3.
 19 Anteros, mense vno.
 20 Flavius, Martyr sub Decio, annis 15.
 21 Cornelius, qui remouit Nouatum, euenforem pœ-
 nitentiæ, annis 3.
 22 Lucianus, annis 2.
 23 Stephanus, annis 9.
 24 Xystus, annis 2.
 25 Dionysius, annis 8.
 26 Felix confessor sub Valeriano, annis 5.
 27 Eurychianus, mens. 8.
 28 Caius, annis 15.
 29 Marcellinus, ann. 2. Hactenus Imperatores alieni
 fuere à religione Christiana, & infesti hanc colen-
 tibus. Sub Christianis autem Imperatoribus roma-
 ni Episcopi fuere:
 30 Eusebius, annis 1.
 31 Miltiades, annis 4.
 32 Siluester, cuius tempore Nicæna Synodus celebra-
 tur annis 28.
 33 Marcus, annis 12.
 34 Iulius, annis 15.
 35 Liberius, exterminatus à Constantio Ariano, an. 6.
 36 Felix, annis 1.
 37 Siricius, annis 15.
 38 Anastasius, annis 3.
 39 Innocentius, annis 15.
 40 Zosimus, annis 8.
 41 Bonifacius, annis 4.
 42 Celestinus, sub quo Ephesina Synodus, annis 21.
 43 Xystus, annis 8.

- 44 Leon, sub quo Calcedonia Synodus, annis 21.
 45 Hilarion, annis 6.
 46 Simplicius, cuius sunt Epistolæ scriptæ ad Antio-
 chenos, contra Martium Nestorianum, annis 14.
 47 Felix, qui separauit se ob edictum Zenonis de cõ-
 iunctione.
 48 Gelasius, annis 5.
 49 Anastasius, annis 2.
 50 Symmachus & cum hoc Laurentius, annis 14.
 51 Hormisdas, qui Iustiniani temporibus Chalcedo-
 niam Synodum in sacros codices reulit, annis 10.
 52 Ioannes, annis 3.
 53 Agapetus, annis 1.
 54 Siluerius, annis 2.
 55 Vigilus, annis 5.
 56 Pelagius, annis 8.
 57 Ioannes, annis 5.
 58 Benedictus, annis 4.
 59 Pelagius alter, annis 10.
 60 Gregorius, annis 13.
 61 Sabinianus, annis 1.
 62 Bonifacius mens. 8.
 63 Bonifacius alter, annis 7.

NICEPHORI CATALOGVS EPISCO-
 PORVM Byzantij post Christum & Apostolos.

- C 1 Andreas Apostolus præco Byzantij fuit Euange-
 lij. Extruxit ædem, in qua precibus piis implo-
 raretur Deus, vltra regionem Argyropoli: & ordi-
 nauit Episcopum vrbs illius Stachyn, cuius memi-
 nit Apostolus in Epistola scripta ad Rom.
 2 Stachys, annis 16.
 3 Onesimus, annis 14.
 4 Polycarpus, annis 18.
 5 Plutarchus, annis 16.
 6 Sedecion, annis 9.
 7 Diogenes, annis 15.
 8 Eleutherius, annis 7.
 9 Felix, annis 5.
 D 10 Polycarpus, annis 17.
 11 Athenodorus, annis 4. Hic extruxit alteram ædem
 in tophetha, cui nomen Olea, ibique conuentus
 habebat Ecclesiasticos.
 12 Euzoius, annis 16.
 13 Laurentius, annis 11. mens. 6.
 14 Alypius, annis 13. mens. 6.
 15 Pertinax, vir consularis Senatus Romani, ann. 19.
 mens. 10. diebus 5. Hic aliam eadem extruxit in loco
 maritimo, cui nomen Ficus: eam appellauit Irenæ.
 16 Olympianus, annis 11.
 17 Marcus, annis 13.
 18 Cyriacus, annis 16.
 E 19 Castinus, annis 7. Hic Byzantij, in loco cui nomen
 Petrium ædem ad preces extruxit, sanctæ Euphe-
 miæ titulo, quæ tunc Martyr facta fuit.
 20 Titus, annis 35. mens. 6.
 21 Domitius, frater Probi Imper. annis 24. M. 6.
 22 Probus, filius huius Domitij, annis 12. Hi omnes
 fuerunt Episcopi Byzantij, antequam declararetur
 Imp. Constantinus Magnus Byzantij, propter bellū
 contra Licinium, ob Metrophanem Episcopum.
 23 Metrophanes, filius Domitij paulo antè nominati
 & frater Probi Episcopi, & filius fratris Probi Im-
 peratoris, annis 10.
 24 Alexander, vixit an. 98. & Episcopus fuit annis 63.
 25 Paulus

- 25 Paulus Confessor, ann. 3. eiectus à Constantio.
 26 Eusebius, Arianus declaratus: qui prius fuerat Be-
 rythi, deinde Nicomediæ, annis 12.
 27 Macedonius, Presbyter Ecclesiæ Constantinopo-
 li, oppugnator Sancti Spiritus, an. 12.
 28 Eudoxius Arianus, qui prius fuerat Germaniciæ
 deinde Antiochiæ, an. 10.
 29 Demophilus Arianus, qui prius fuerat Berthææ
 in Thracia, an. 11. M. 5.
 30 Euagrius, manibus impositis factus ab Eustathio
 Antiochiæ, & statim exterminatus à Valente.
 31 Gregorius Naziansi præfuit Ecclesiæ, an. 12. & re-
 diit ad vitam priuatam.
 32 Nectarius axiomatikus, à patribus centum quin-
 quaginta, simul baptisatur, & ordinatur Episcopus,
 annis 16. M. 3.
 33 Ioannes, Presbyter Antiochiæ, cognomèto Chry-
 softomus, annis 5. M. 6.
 34 Ioanne exterminato, Arfacius Presbyter frater
 Nectarij, annis 2.
 35 Atticus, Presbyter Constantinopolita, annis 20.
 36 Sisinus, Presbyter eiusdem Ecclesiæ, an. 2.
 37 Nestorius, denegator hominis Christi, cum Deum
 negaret esse Presbyter Antiochiæ, annis 3. M. 2.
 Hoc Casin in exilium acto,
 38 Maximianus, Presb. Constantinopolita, an. 2. M. 5.
 39 Proclus, à Sisinio factus Episcopus Cyzici: vbi
 non receptus, cum alterum legissent Cyziceni, pri-
 uis studiis operam dedit. Mortuo autem Maxi-
 miano, solium est sortitus Principis vrbs. Hic ab
 Imperatore Theodosio minore impetrauit, vt li-
 ceret Pityunte Constantinopolim transferre reli-
 quias Ioannis Chrysoftomi, annis 12. M. 3.
 40 Flavianus, Presbyter Constantinopolita, an. 1. M.
 10. Hoc deiecto à Dioscoro, in illa infidiosa Sy-
 nodo Ephesi.
 41 Sufficitur Anatolius Presbyter, & à responsis Dio-
 scori, annis 8. M. 8.
 42 Gennadius Presbyter Constantinopolita, an. 13. M. 2.
 43 Acacius Presbyter, curator alendis orbis, hære-
 ticus, annis 17. M. 9.
 44 Phrabitas, Presbyter S. Theclæ Sycis, M. 3. D. 17.
 45 Euphemius, Presbyter Constantinopolita & cu-
 rator pauperibus alendis in noua vrbe, an. 6. M. 6.
 Hoc expulso ab Imperatore Anastasio,
 46 Macedonius, Presbyter Constantinopolita, & va-
 forum custos, an. 6.
 47 Timotheus, Presbyter Constantinopolita, & cu-
 stos vasorum, an. 6.
 48 Ioannes, Cappadox Presbyter, & Syncellus illius
 ann. 1. M. 10.
 49 Epiphanius, Presbyter Constantinopolita, sub Iu-
 stiniano, an. 16. M. 3.
 50 Anthimus Trapezunti Episcopus, mens. 10. Hoc E
 remoto, congregata Synodo aduersus Senerum,
 51 Menas Presbyter, & præfectus hospitio Sampfo-
 rum, an. 16. M. 6.
 52 Eurychius Presbyter, & Monachus in Monasterio
 Amasæ, annis 12. M. 2. Hoc eiecto à Iustiniano,
 Imperij ipsius anno 38. eo quod non reciperet e-
 dictum ipsius de corpore Christi experte omnis
 labefactionis.
 53 Ioannes Presbyter Antiochiæ, ex numero Schola-
 sticorum, an. 12. M. 7.
 54 Eurychius, iterum sub Iustiniano restitutus, con-
 fecit an. 4. M. 6.
 Tom. 2.
 55 Ioannes diaconus Constantinopoli, Ieiunator, tem-
 poribus Tiberij, an. 13. M. 5.
 56 Cyriacus Presbyter Ecclesiæ eiusdem, & œcono-
 mus, an. 11.
 57 Thomas, diaconus Ecclesiæ eiusdem, & Sacella-
 rius, an. 3. M. 5.
 58 Sergius Diaconus Ecclesiæ eiusdem, an. 8. M. 7. D. 21
 59 Pyrrus, Presbyter eiusdem Ecclesiæ, Monachus, &
 Monasteriorum Magister, & præcipuus Chryso-
 poli. Orta autem seditione contra ipsum, secessit,
 an. 2. M. 9. D. 9.
 60 Paulus, Presbyter eiusdem Ecclesiæ, & œconomus
 an. 2. D. 26. Pyrrus restitutus M. 4. D. 23.
 61 Petrus, curator accipiendis hospitibus in eadem
 Ecclesiæ, an. 12. M. 7.
 62 Thomas, Diaconus eiusdem Ecclesiæ, & catarum
 custos, an. 2. M. 7.
 63 Ioannes Presbyter, & custos vasorum Magnæ Ec-
 clesiæ, an. 5. M. 9.
 64 Constantinus, Diaconus Ecclesiæ eiusdem, custos
 vasorum & œconomus, an. 1. M. 11. D. 7.
 65 Theodorus, Presbyter eiusdem Ecclesiæ, Syncel-
 lus & custos vasorum, an. 2. M. 3.
 66 Georgius Presbyter Syncellus & vasorum custos,
 an. 3. M. 3. Theodorus restitutus an. 1. M. 10.
 67 Paulus, ex laicis à secretis.
 68 Callinicus, Presbyter & custos vasorum Blacher-
 nis, an. 12. exterminatus à Iustiniano rhinotmeto
 69 Cyrus Presbyter & Monachus, ex Trogeffo Ama-
 stridos, an. 6. expulsus à Philippico.
 70 Ioannes Diaconus & catarum custos in Oeco-
 nomio, an. 3.
 71 Germanus Episcopus Cyzici & confessor, an. 15.
 eicitur ab impio Leone I sauro.
 72 Anastasius, Presbyter & Syncellus, an. 24.
 73 Constantinus, Monachus & Episcopus Syllæi, an.
 12. Huic caput amputatur.
 74 Nicetas, Presbyter sanctorum Apostolorum, &
 Monasteriorum Magister, Epnuchus, an. 13. M. 4.
 75 Paulus Cyprius Diaconus, orthodoxus & Confes-
 sor an. 5. M. 6.
 76 Tarasius, à secretis, an. 21. D. 2.
 77 Nicephorus, à secretis, Monachus factus, expulsus
 ab impio Leone Armenio, an. 9.
 78 Theodotus Cassiteras, an. 15.
 79 Antonius, ex Syllæo, an. 12.
 80 Ioannes Presbyter & Syncellus, infidiatus sibi ipsi,
 annis 9.
 81 Methodius confessor, an. 4. M. 3.
 82 Ignatius Eunuchus, an. 11. M. 5.

NVMERATI A NICEPHORO
 EPISCOPI ALEXANDRINI
 in Aegypto.

- 1 Marcus Euangelista, annis 2.
 2 Annianus, an. 22.
 3 Abilius, annis 12.
 4 Cerdo, annis 10.
 5 Ptimus, annis 12.
 6 Iustinus, annis 10.
 7 Eumenes, annis 13.
 8 Marçianus, annis 10.
 9 Celadion, annis 10.
 10 Agrippinus, annis 14.
 11 Iulianus, annis 15.
 12 Demetrius, annis 10.

- 13 Heracleas, annis 46.
- 14 Dionysius expulsus ab Imperat. Valeriano, ann. 17.
- 15 Maximianus, annis 8.
- 16 Theonas, annis 19.
- 17 Petrus Martyr, ann. 11. Hactenus ex dinerfis gentibus, & non Christiani Imperatores fuerunt vsque ad Constantinum Magnum. Post Constantinum autem M. Alexandrini Episcopi ita numerantur.
- 18 Achilas, annis 1.
- 19 Alexander, qui fuit in prima Synodo, annis 23.
- 20 Athanasius, saepe expulsus ab Arianis: cui primum eieeto, succerunt Ariani suæ quendam factionis Gregorium.
- 21 Hic expulsus est à Constantio, & rursus factus Athanasius Episcopus.
- 22 Georgius Cappadox, deieeto denuò Athanasio, annis. Athanasius tertio, itémque quarto Episcopus factus. Vniuersi anni huius, sunt 46.
- 23 Petrus, expulsus à Valente, annis 1.
- 24 Lucius Arianus, annis 5.
- 25 Petrus iterum, annis 1.
- 26 Timotheus, qui secundæ synodo adfuit, annis 8.
- 27 Theophilus, annis 28.
- 28 Cyrillus, qui Ephesi in priore synodo fuit, constata contra impium Nestorium, annis 32.
- 29 Dioscorus, in synodo posteriore Ephesi infidiosa & praua, annis 5. Remouetur seu detrahitur à 4. Synodo, coacta Chalcedone.
- 30 Proterius orthodoxus, occisus in lacu sacro seu diuino, annis 6.
- 31 Timotheus Alurus, annis 2.
- 32 Timotheus Albus, annis 15.
- 33 Petrus Mongus, annis 1.
- 34 Ioannes expulsus, annis 3.
- 35 Petrus iterum annis 6.
- 36 Athanasius hæreticus, annis 7.
- 37 Ioannes, annis 9.
- 38 Ioannes alius, annis 11.
- 39 Dioscorus, annis 3.
- 40 Timotheus, tempore Iustiniani imperatoris
- 41 Gaianus, annis 1.
- 42 Theodosius annis 2.
- 43 Paulus, annis 2.
- 44 Zoilus, annis 7.
- 45 Apollinaris, annis 19.
- 46 Ioannes, annis 11.
- 47 Eulogius, annis 27.
- 48 Theodorus Scribon, annis 2.
- 49 Ioannes Cyprius, nominatus Misericors, ann. 10.
- 50 Georgius, annis 14.
- 51 Cyrus, annis 10.
- 52 Petrus annis 10.

**EPISCOPI ANTIOCHIÆ,
NUMERATI ET NOMI-
nati à Nicephoro.**


- 1 Petrus Apostolus, annis 2.
- 2 Eudodius, annis 23.
- 3 Ignatius, Deo plenus, Martyr factus Traiani temporibus, annis 4.
- 4 Heron annis 20.
- 5 Cornelius, annis 13.
- 6 Heros annis 6.

- A 7 Theophilus, annis 13.
- 8 Maximianus, annis 13.
- 9 Serapion, annis 25.
- 10 Asclepiades, annis 9.
- 11 Philetus, annis 8.
- 12 Zebinus, annis 6.
- 13 Babyas, martyr factus temporibus Decij, an. 13.
- 14 Fabius annis 9.
- 15 Demetrianus, annis 4.
- 16 Paulus Samosatensis, annis 8.
- 17 Domnus, annis 2.
- 18 Timæus, annis 10.
- 19 Cyrillus, annis 15.
- 20 Tyrannus, annis 13.
- B Hactenus alieni Imperatores fuere à Christiana doctrina, & hanc colentibus infesti. Postquam autem esse Imperatores Christiani cœperunt, hi nominantur.
- 21 Vitalis, annis 6.
- 22 Philogonius, annis 5.
- 23 Paulus, annis 5.
- 24 Eustathius, qui fuit in prima synodo Nicena primarius. Idem eicitur ab Arianis, annis 18.
- Post quem præfederunt Ariani.
- 25 Eulalius, annis 3.
- 26 Euphronius, annis 8.
- 27 Phacellius, tempore cuius celebrantur Encœnia Ecclesiæ magnæ Antiochiæ, annis 12.
- C 28 Stephanus, annis 3.
- 29 Leontius, annis 8.
- 30 Eudoxius, annis 2.
- 31 Ananius, annis 4.
- 32 Meletius confessor, expulsus à Valente, annis 25.
- 33 Euzoius Arianus, annis
- 34 Meletius rursus, cū affuisset in conuentu secundæ synodi Constantinopoli.
- 35 Flauianus, annis 20.
- 36 Porphyrius, annis
- 37 Alexander, annis
- Theodorus, annis 4.
- D 38 Ioannes, qui fuit in tertia synodo Ephesi, annis 18.
- 39 Domnus, in altera synodo Ephesi infidiosa, an. 8.
- 40 Maximus præfens in synodo Chalcedone, quæ 4. numeratur. hic expulsus fuit ob lapsum annis 4.
- 41 Basilius, annis 2.
- 42 Acacius, quo præfidente vrbs corruit, anno 1.
- 43 Martyrius, annis 13.
- 44 Iulianus, annis 15.
- 45 Petrus Fullo eieetus à Zenone, annis 3.
- 46 Ioannes, eieetus post menses tres.
- 47 Stephanus annis 3.
- 48 Stephanus alius, annis 1.
- 49 Calandion, annis 4.
- E 50 Petrus Fullo rursus,
- 51 Palladius, annis 10.
- 52 Flauianus, expulsus ab Anastasio Imperatore, an. 7.
- 53 Paulus eiusdem tempore, annis 3.
- 54 Euphrasius, oppressus ruina vrbs, annis 5.
- 55 Euphratimus, tempore Iustiniani, annis 18.
- 56 Domnus, annis 14.
- 57 Anastasius, annis 11.
- 58 Gregorius, annis 24.
- 59 Anastasius iterum, annis 6.
- 60 Anastasius alius, annis 9.

**DIVI METHODII PATARENSIS EPIS-
COPI ET MARTYRIS DE REBUS QUÆ AB INI-**

**TIO MVNDI CONTIGERVNT, QUÆQUE DEIN-
ceps contingere debent, Reuelationes per Paraphra-
sin translata incerto auctore.**

De Præuaricatione Angelicæ naturæ, & illius de celo deiectione.



Homo cum in honore esset A non intellexit, comparatus est iumentis, & similis factus est illis; Psal. 48. Cum autem Lucifer inter omnes Angelos esset excellentior à deo creatus, ac speciosissimus, vt de eo scribitur Ezechielis 21. Omne lignum paradisi non est assimilatum pulchritudini eius, quoniai speciosum eum fecit: Etiam inter stantes Angelos non fuit eo dignior. Eminentiam suæ naturæ & profunditatē suæ scientiæ præpendens, in suum creatorem superbiuit in tantū quod Deo voluit se æquare, vt patet secundo sententiarū Distin. 6. dixit enim in corde suo illud Esaie 9. Ascendam in cælum: vbi Magister in supradicto sententiarū libro præfato: Cælum vocat æqualitatem diuinā. Deo enim se parificare volebat in illa parua motula, in qua creatus fuit, vnā cum aliis Angelicis creaturis. mox ergo vt creati fuerunt Angeli quidā, Deo adhererit per charitatem, quidam verò cum Lucifero, Deo resisterūt per superbiam prauitatem: & sic inter vrosque, hoc est inter rationales Dei creaturas & substantias primū bellum factū est in cælo. Vnde scribitur in Apoc. 12. cap. Factum est prælium magnū in cælo: Michael & Angeli eius præliabūt cum dracone, & draco pugnat & Angeli eius, & non preualuerunt, neque locus inuentus est eorū amplius in cælo. Et sequitur: Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus & satanas, qui seducit vniuersum orbē, & proiectus est in terrā, & Angeli eius cū illo missi sunt in abyssū.

De iniqua serpentina persuasionē, & primorum parentum transgressione.

Videns autem diabolus, se expulsū de cælo, in magna tamē potestate relictum, cogitauit quomodo posset displicere Deo, & in omnibus sibi contrariari, & quia vidit primum hominem, Adam scilicet, cum sua vxore in terrestri paradiso collocatum, scilicet in locum voluptatis, innocentia decoratum, ac omnium bestiarum, volatiliū & piscium Dominum, nec non possessurum in cælo sedes, quas ipse cum sibi adherentibus per superbiam amiserat, doluit vehementer: & inuidens eius felicitati, proposuit ipsum debellare & totaliter interficere, Cognoscens quod ex putrida radice, non possunt nisi poma vermiculosa generari. Mouit primum bellum super terram cum primo homine per medium mulieris, & licet miser homo, esset fortior dæmone per innocentiam, proiectis tamen armis innocentia suæ, vt mulieri complaceret, relicto Deo, & tradito paradisi castro sibi commisso, inimico Dei, vtputa diabolo, negata obedientia regi superno videlicet Deo, liberē se tradidit, proditor factus in manibus diaboli. Et sic habita victoria de homine primo, indignatus Deus propter proditorem, & quia sic armis innocentia proiectis captiuum se fecerat cum posteritate sua, Deus eiecit ipsum de terrestri paradiso, vt patet Genesis. 3. & misit eum in exi-

lium, locum bestiarum & lachrimarum vallem. Quare sanctus David memorans exilium primi prothoplasti nostri, prorupit in verba thematis: Homo cum in honore esset, loco & capitulo vbi supra & c.

De primorum parentum prauaricatione, & ex Paradiso expulsionē.

Sciendum namque est, exeuntes Adam & Euam de Paradiso virgines fuisse. Anno autem tricesimo expulsionis eorum de Paradiso, genuerunt Cain primogenitum & sororem eius Chalmaman, & post tricesimum alium annum, pepererunt Abel & sororem eius Debboram. Anno autem tricesimo centesimo vitæ Adæ, occidit Cain fratrem suum Abel, & fecerunt planctum super eum Adam quoque & Eua annis centum. Ducentesimo autem tricesimo anno, primi millenarij, quod est primum seculum, natus est Seth vir Gygas in similitudine Adæ. Quingentesimo verò anno in eadem prima Chiliade, filij Cain abutebantur vxoribus fratrum suorum in fornicationibus nimis. Sexcentesimo autem anno ipsius millenarij, viri magno stupro amoris & fornicationis, & istorum mulieres collapsæ sunt, vel diffusæ, & in velaniam versæ sunt: nam suis viris tanquam pecudes mulieres supergressæ utebantur, & facti sunt homines in vita sua feræ, vt clarius dicam inuerecundi apparentes omnino, & in fornicatione omnibus confusio magna. Octogesimo verò anno vitæ Adæ, dilatatum est super terram fornicationis inquinamentum à filiis fratricidæ Cain. Mortuus est autem Adam nongentesimo & tricesimo vitæ suæ in primo millenario, & tunc distinctæ sunt generationes ab inuicem: vt puta generatio Seth à cognatione Cain, & abstulit Seth suam cognationem sursum in quendam montem, qui erat proximus Paradiso. Porro Cain & huius cognatio in campo habitabant, in quo & nephandum fratris homicidium perpetravit. Quadringentesimo autem anno temporibus Iareth, pertransit primum millenarium seu prima generatio.

Quo tempore inceperint malarum artium inuentiones & exercitia.

Anno autem trecentesimo quadragesimo Iareth, secundi millenarij, surrexerunt viri malæ artis inuentores, iniqui, & omni nequitia pleni, ex filiis Cain: vt Iobeth, Tholucel filij Lamech, qui fuit cæcus, qui & Cain interfecit: quos dominatus diabolus conuertit eos postea in omnem Magicam artem, & omnem speciem Musicam componendi. Anno autem quingentesimo secundi millenarij, adhuc etiam exarserunt in nephadā fornicationem omnes homines in castris Cain: peioresq; sunt facti priori generatione, qui & more animalium in alterutrū conuenientes, insurgebant: quidam in virilem sexum, & mulieribus in mulierem peruertentes naturam, & similiter eisdem turpissimis & incestis actibus, hi qui erant de cognatione Cain utebantur. Septuagesimo autem anno temporis Iareth, scilicet vitæ suæ; id est, in secunda chiliade, apposuit malignus & in-

515

Gygantes.

festus diabolus, bellum fornicationis adiungere filijs Seth, vt concupiscerent filias Cain, & perfusi apparuerunt Gygantes super terram de Seth, qui peccati infoueam lapsi, atrocissimi facti sunt.

Quomodo Deus propter peccata hominum, inundationem miseralem, & diluuium immiserit, & omnia animalia peremit.

ET iratus Dominus Deus, in expletione secundi millenarij, factum est diluuium aquarum. Et omnis creatura prima deleta est vel absorpta, & deperit generatio primi hominis figmenti. Et sexcentesimo duodecimo anno à principio vitæ Adæ, iam trium millium annorum, postquam exiuit Noe de archa, ædificauerunt filij Noe nouam possessionem in exteriora terræ, & appellauerunt nomen regionis illius Tamna, secundum nuncupationem filiorum Noe, & numerum illorum qui exierunt de archa.

Gen. 8.

Quomodo post diluuium homines, turrim Babylonis contra Deum ædificare conati fuerint.

Centesimo autem nono de tertia chiliade, natus est filius quartus Noe, secundum ipsius similitudinem, & vocauit nomen eius Ionithum. Trecentesimo vero anno de tempore trium millium annorum, dedit Noe donationes filio suo Ionitho, & dimisit eum in terram Etham. Et post obitum Noe sexcentesimo & nonagesimo anno, in eisdem trium millium annorum, ascenderunt filij Noe de terra Orientali Etham, & ædificauerunt sibi turrim in terra seu campo Sennaar, & ibi facta est diuisio linguarum, & ex hoc dispersi sunt homines super faciem terræ totius. Ionithus autem filius Noe, tenuit introitum in Etham vsque ad mare, quod vocatur Eliochoza, id est, Regio Solis, in quo Solis ortus fit, & habitauit ibidem. Hic Ionithus accepit à Deo donum sapientiæ ad omnes artes, qui non solum literarum & aliarum artium, verumetiam omnis astronomiæ primus fuit inuentor. Ad hunc descendens Nemroth, qui erat vir Gygæ, & in multis eruditus à Deo, accepit à Ionitho consilium, in quibus influentis astrorum incipiendum esset ei regnare super terram. Hic autem Nemroth natus fuit ex filijs Chus, cui erat pater Cham, & ipse primus regnauit super terram. Septuagesimo vero anno, & nonagesimo tertiæ chiliadis, in quo agebatur nonus annus, de iam dicta chiliade, ædificata est Babylonia magna, & regnauit in ea Nemroth. Et post hæc fecerunt sibi filij Cham, regem ex ipsis, cui nomen Pontipius. Et septuagesimo & nonagesimo anno, temporis trium millium annorum anno tertio regni Nemroth, miserunt viros potentes, ex filijs Iaphet, nimis sapientes & artifices in arte tectoria constructores, & descenderunt in terram Etham ad Ionithum filium Noe, & ædificauerunt ei Ciuitatem, iuxta nominis illius nuncupationem: & pax multa erat in terra Ionithi & Nemroth vsque in præsentem diem. Regnum autem Nemroth & filij Sem, & Pontipij filij Cham & Iaphet, contra se inuicem rebellabat. Scripsit autem Ionithus Epistolam ad Nemroth ita dicens: Quia regnum filiorum Iaphet ipsum incipiet delere regnum Cham. Hæc autem regna primum apparuerunt in terra, & post hæc didicerunt omnes gentes constituere sibi regnum. Post regnum Nemroth, expleta tertia chiliade annorum.

Gen. 11.

De bello inter Cosdron Nemrothiten, contra filios Cham, & destructione regni Cham.

ANNO igitur octauo quarta chiliade, semper pugnant ad inuicem vtroque regna. Et deuictum

est regnum Aegyptiorum à regno Nemroth, & obtinuit potentiam Babylonis in semine Nemroth, vsque ad Cusumiden: hic accepit sibi vxorem de filijs Chæ. Defuncto autem Cusumide. Nemroth sumpsit aliam nomine Eledem, huius neptis suam materteram in vxorem, hæc genuit Elisdem, Elisdem verò genuit Cosdron. Iste congregauit sibi virtutes multas, & surrexit aduersum Cham, & captiuauit & concremauit omnes regiones quæ erant occidentales. In secundo autem anno regni Cosdri filij Elidæ, cõgregati sunt filij Chæ, & descenderunt in terram Etham, vt præliarent cum rege Cosdro. Fuerunt autem trecenta & viginti millia pedum, baculos solummodo in manibus continentes: audiens autem de eis Cosdron, submisit & dimisit eos vsque dum transierunt flumen Tygrum, illic mittens contra eum exercitum suum super Elephanes ascendentes, omnes eos interfecit, & non est relictus ex eis quisquam: & amplius non apposerunt filij Cham, vt pugnent cum eis, & ex tunc amaricata sunt regna contra inuicem. Et in fine quatuor millium annorum, siue in vicesimo quinto anno de super dicta chiliade, descendit Samfabus in Etham, qui fuit de cognatione Ionithi filij Noe, & depopulatus est ab Eufrate fluuio, vsque ad Ebroclan flumen, sexaginta octo Ciuitates ac regiones earum, & pertransiit in tribus regionis Indorum, & incendit & desolauit omnino, & exiit in desertum Saba, & concidit castra filiorum Ismael, filij Agar Aegyptiæ ancillæ Saræ vxoris Abraham, & expulsi sunt & fugerunt omnes in solitudinem, qui erant de tribu Agar.

Quomodo Israhelita enutriti in montibus, innumeraibili multitudine egressi de nemoribus, dominati sunt super regna gentium in terra promissionis.

VM autem in prædicta eremo in generationibus suis multiplicati fuerunt, innumerabili maximaque multitudine annis ducentis & septuaginta, ex Domini Dei permissioe, filij Ismael exierunt Arabicum desertum, & introierunt terram habitabilem, & pugnaverunt cum regibus gentium, & captiuauerunt homines, & dominati sunt super regna gentium, qui erant in terra promissionis, & repleta est ex ipsis & de castris eorum. Erant autem quasi locustæ, & incedebant nudo corpore, & edebant carnes camelorum compositas in vitibus, & bibebant sanguinem iumentorum lacte mixto. Cùmque igitur obtinuissent filij Ismael vniuersam terram, & desolassent vrbes & regiones earum, & dominati essent in omnibus insulis, tunc illo quoque tempore, construxerunt sibi nauigia, & in modum volucrum, his ventibus, aduolabant super aquas maris. Ascenderunt igitur & in regionibus occidentalibus, vsque ad magnam Romam & Illyricum & Aegyptum & Thessalonicam & Sardiniam magnam, quæ est trans illam Romam, & dominati sunt terræ in annis sexaginta, & fecerunt in ea quæcunque voluerunt.

Quomodo Gedeon fortissimus pugnator, liberauerit filios Israel de seruitute Israhelitarum.

POST verò hebdomadas septem & dimidiam, illorum potentia, per quam obtinuerunt vniuersum regnum gentium, superexaltatum est cor eorum, dum se viderunt obtinuisse & damnasæ omnia. In tempore autem illo facti sunt eis Tyranni, principes militiae quatuor, qui fuerunt filij Humeæ, qui ab eis sic vocabantur, quorum nomina sunt hæc: Oreb & Zeb, Zebea, & Salmana,

517

& Salmana, hi pugnaverunt cum Israheliticis. Et quem admodum fecit eis Deus redemptionem de manibus Aegyptiorum per Moysen famulum suum, eodem modo, & tunc illo tempore, operatus est cum eis misericordiam, & redemit eos ab illis per Gedeon, & liberatus est Israel de seruitute filiorum Ismael. Hic enim Gedeon destruxit castra eorum, persequens eiecit eos de terra habitabili in solitudinem & desertum ex quo prodierant, & illi qui relictæ sunt, dederunt fœdera pacis filijs Israel, & exierunt in desertum exteriorum nouem tribus.

Quomodo filij Ismael exiunt de deserto, & obuiant totum orbem.

VTuri sunt autem, vt exeat semel, & deuaſtent terram, & obtineant orbem terræ & regiones in introitu pacis à terra Aegypti, vsque ad Aethiopiã, & à flumine Eufrate, vsque ad Indiam, & à Tygrum vsque ad introitum Nabothi regni Ionithi filij Noe, & ab Aquilone vsque ad Romam & Illyricum, Aegyptum & Thessalonicam & Albaniam & vsque ad mare Ponticum. & in duplum erit iugum illorum, super colla vniuersarum gentium, & non erit gens aut regnum sub cælo, quod possit cum eis in prælio, confliendo superare eos vsque ad numerum temporis octo septimanarum annorum.

Quomodo regnum Romanorum & Christianorum suprimet Israhelitas, hoc est Turcas.

ET post hæc deuincetur à regno cælesti & Romanorum, quod est Christianorum & subiicietur ei, etenim hoc regnum magnificabitur super omnia regna gentium totius mundi, & nequaquam delebitur ab illo in æternum. Habet enim arma inexpugnabilia contra omnes aduersarios suos, hoc ergo regnum desiderate, à circum gyranium temporum regnantium regnorum, & hæc est veritas rerum, quæ se ipsa clarius ostendit, absque illo errore caliginis vel aliqua seductione. à Nemroth enim qui fuit Gygæ & primus fundator Babyloniæ, & à Meradach Rege eiusdem, vsque ad Baltasar filium Nabuchodonosor, qui & Nether nuncupatur, super omnia regna gentium obtinuit regnum Babylonis primatum, quoniam primum regnum super terram. Et tempore Meradach Regis Babyloniæ, regnum Assyriorum in Assadaron Senacherim filium successit, quoniam accepit Senacherim vxorem Gecnac, filiam Theglathalatar Regis Assyriorum, quæ peperit ei Ardemelech & Haralar, & hi interfecerunt patrem suum, & fugerunt in terram Arrarat, & vnus eorum regnauit illic cui nomen Assadaron, etiam filius eiusdem Babylone pro patre suo Senacherib, cum Nabuchodonosor, qui erat ex patre Lacedæmonio & matre regina Saba. Cùmque Assadaron egressus fuisset ad pugnandum cum rege Indiæ, & vsque Saba, & desolasset quàm plurimas regiones, egressus est cum eo Nabuchodonosor. Illo videlicet educente secum, constituit eum principem militiae suæ, & propter sapientiam quæ in illo erat, datum est ei regnum Babyloniæ, & sumpsit sibi vxorẽ de Medis nomine Erudam, & post obitum Nabuchodonosor & Baltasar filij eius, regnauit Darius Medus, habens iam annos sexaginta duos. Darius autẽ duxit vxorẽ Choran nomine, Persam genere, de qua natus est Choris Persa. Audi igitur quomodo commixti sunt hi reges sibi inuicem, siquidem Babyloni Medis, & Medi Persis, & obtinuit & potentius factum est regnum Babylonis quàm Aethiopiæ & Saba & omnia regna gentium, à mare vsque ad Eufratem flumen. Adhuc autem

& Dauidicum regnum, & Arabum & Aegyptiorum per Nabuchodonosor deuictum est. Darius ergo Medus, supergressus regnum Chaldæorum seu Babyloniæ, dominatus est regnum medorum, cum hoc & Aethioplum. Choris autem Persa qui & Cyrus & Sparracus dictus, obtinuit Thracas & redemit filios Israel de captiuitate ipsorum, & remisit eos omnes in terram promissionis, & Hierusalem, cum multis mulieribus & valis aureis & argenteis, reddens eis quæ detulerat inde Nabuchodonosor Rex Chaldæorum, præcipiensque eis reedificare Templum Dei, quod destructum erat ab eodem Nabuchodonosor, Cyrusque remisit omnes ad redeundum in iudæam, & propter hoc factum est secundum imperium Choris regis Persarum.

Quomodo quatuor monarchia Assyriorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum conuulsa fuerunt.

VDi igitur nunc certissime, quomodo hæc quatuor regna conuenerunt in simul. Aethiopes enim Macedonis, & Romani Græcis. Hi sunt quatuor venti commouentes mare magnum. Philippus namque pater Alexandri Magni, cum esset Macedo, accepit in coniugem Chuseth filiam Regis Aethiopiæ nomine Phool, de qua natus est Alexander Græcorum tyrannus. Hic magnam condidit Alexandriam Aegypti, & regnauit in ea annis duodecim. Iste descendens in Etham occidit Darium regem Persarum, & dominatus est multarum regionum & Ciuitatum, & demulauit terram, & descendit vsque ad mare quod vocatur Regio solis, vbi conspexit gentes immundas & aspectu horribiles. Sunt autem ex filijs Iaphet nepotes, quorum immundiciæ vidēs exhorruit. comedebat enim hi omnẽ Caniticorum speciem, omne coinquinabile, id est canes, mures, serpentes, morticinorum carnes, abortiua, infirmitabilia corpora, & ea quæ in aluo nondum per lineamenta coagulata sunt, vel ex aliqua parte membrorum producta. compago formam figmenti possit perficere, formam vel figuram exprimere iumentorum, nec non etiam & omnem speciem fratrum immundarum, mortuos autem nequaquam sepeliunt, sed sæpe comedunt illos.

Quomodo Alexander Magnus, Gog & Magog propter eorum turpitudinem in Cassiis montibus inclusit.

HÆc verò vniuersa contempletur Alexander Magnus, ab eis immunditer & sceleriter fieri, timens, ne quando exilientes in terram sanctam, & illam contaminet à pollutionibus & iniquissimis affectionibus, deprecatus est Dominum Deum, vt coniungeret montes, & præcipiens congregauit eos, omnesque mulieres eorum & filios, & omnia scilicet castra eorum, & eduxit eos de terra orientali, & conclusit, minans eos donec introissent in sinibus aquilonis, & non est introitus nec exitus ab oriente vsque in occidentem, per quẽ aliquis posset ad eos transire vel ipsi exire. Continò ergo supplicatus est Dominum Deum Alexander, & exaudiuit eius obsecrationes, & præcepit Dominus Deus duobus montibus quibus est vocabulum, vbera aquilonis, & adiuncti proximauerunt ad inuicem vsque ad duodecim cubitos, & construxit portas areas inter illas, & superinduxit eas Assurim, vt si voluerint eas patefacere cum ferro, vt non possint aut dissoluere per ignem, nec valeant vtrumque, sed statim ignis omnis extinguitur. Talis est enim natura Assurim, quia neq; ignis suscipit resolutionem. Vniuersas enim adiuuones demonũ & calliditates mortiferas, & superuacuas operatur hæc obscõnissimæ, difformes, & sordide gêtes, vnctas

magicas artes malorum videntur, immunde etiam vivunt in his in quibus sordida & inhumana pollutio est (magis enim & competenter dicitur) Deo odibilis. Destruata sunt maleficia eorum, ita ut non possint neque cum ferro, neque per ignem, vel cum qualibet alia astutia, eandem referare vel aperire portas, & fugere.

Quomodo Gog & Magog, exeuntes de Caspiis montibus obincunt terram Israel.

Ezech. 39

In nouissimis vero temporibus, secundum Ezechielis Prophetiam quae dicit: In nouissimo die consummationis mundi exiet Gog & Magog in terram Israel, qui sunt gentes & reges quos reclusit Alexander Magnus in finibus aquilonis, & in finibus septentrionis, Gog & Magog, Mosach & Thubal, & Anog, & Ageg, & Athenal, & Cephar, & Pothim, Hei, & Libij, & Cunei, & Pharilei, & Ceblei, & Lamarchiani, & Chachamij, & Amahartæ, & Agrimardi, & Alan, & Anufagi, qui dicuntur Cinocephali, & Caribei, & Thafbei, & Philolonici, & Arceni, & Saltarei. Hi viginti quatuor reges constitunt reclusi intrinsecus portarum, in reditu vero de istis gentibus, Alexander à pueris suis extinctus est veneno.

Quomodo mater Alexandri Aethiopiissa, cuiusdam Regi Constantinopolitano desponsata fuerit.

Defuncto igitur Alexandro Magno, qui fuit primus Rex Graecorum, regnauerunt quatuor pueri eius, non enim coniunctus est aliquando matrimonio. Chufeth vero mater eius regressa est in patriam suam in Aethiopia: Bisas igitur, qui & Bisantium condidit, misit per mare ad Phool regem Aethiopiae, Germanicum sui exercitus principem, & pacificauit cum eo, scribens ei de Chufeth matre Alexandri magni, qualiter eam sibi accipiat in uxorem, & regnare faciat eam: Suscipiens ergo Phool Rex litteras à Germanico, & videns quia detulerat largissima dona, accipiens, nimis laetus est: surrexit igitur, & ipse congregans ex omnibus speciebus Aethiopiae, sumensque pariter & filiam suam Chufeth, profectus est in Bisantium, habens secum triginta milia Aethiopum in comitatu, & susceptus est à Byssa, prorinus foris trans mare, in Calcedonia cum multa nimiaque alacritate animi, dedit autem & dona copiosa valde, his qui cum eo fuerant. Et introiit Phool iubilanter, & dedit munera magna, & dona maxima, secundum regiam magnanimitatem.

Quomodo Romulo primo Romanorum Regi, uxor à Constantinopoli per mare nauibus adducta fuerit.

Et accepit Rex Bisas Chufeth filiam Phool Regis Aethiopiae, ex qua nata est filia, quam & nuncupauit nomine ciuitatis Bisantium, cum qua nuptus est Romulus, qui & Armaeleus dictus, Rex Romae, propter nimiam pulchritudinem eius dilexit eam valde. Erat quippe & ipse simplex nimis, & magnanimus, unde & in dotalibus eius, ut sunt matrimonalia, donauit ei Romam. Audientes autem optimates eius, indignati sunt contra eum. peperit vero ei Bisantia filios tres, quos & nuncupauit, primogenitum quidem secundum appellationem patris Armaelum, secundum vero Vrbanum, tertium denominauit Claudium. Regnauerunt igitur hi tres Armaeleo, Vrbanus vero in Bisantia Ciuitate matris suae, Claudius autem in Alexandria: obtrunxit autem semen Chufeth filia Phool Regis Aethiopiae regnum Macedonum & Romanorum, & semen Aethiopiae praeniet manus eius Deo, secundum Pro-

phetiae expositionem. Prouidens autem beatus David spiritualibus oculis, & praenoscens quod Chufeth filia Phool Regis Aethiopiae, incipiens suscitare regnum Romanorum praefatus est dicens: Ab Aethiopia praeniet manus eius Deo.

Quomodo à sancta cruce in Hierosolymis suspensa, totus muniatur orbis.

Quidam igitur inconsulte considerauerunt, dicens: Quia propter Aethiopum regnum compulsus sanctus David haec diceret, sed mentiti sunt veritati, qui haec ita aestimant. Etenim ex semine Aethiopiassa consistente regno, hoc constructum est magnum atque venerabile lignum, sanctae & honorificentissimae & uiuificatoriae crucis, & in medio terrae confixum est, unde fortassis (ut competit) ipse effatus est antiquus pater David, ita praenunciatus: Aethiopia praeniet manus eius Deo. Non est autem gens atque regnum sub caelo, quod praualere possit aut superare regnum Christianorum, sicut iam praefatus sumus superius, quod in medio terrae, uiuificans confixa & solidata est crux sancta, sub qua & orbis terrae munitur, & fines mundi, quare valde sapienter scribitur, constare secundum latitudinem & altitudinem & profundum. Qualis vel quis possit eius virtutem superare, aut vnquam sanctae crucis apprehendere potentiam: sic enim obtinet uenerationem Romani imperij dignitas pollens per eum, qui in ea pependit Dominum nostrum Iesum Christum.

Quid beatus Paulus, de nouissimo die, & Romanorum imperio senserit.

Adiamus igitur quid praedicator diuinorum, qui in caelum raptus fuerat Paulus edocuit, significans de nouissimo die & Romanorum imperio: quibusdam enim in secunda ad Thessalonicenses Epistola, ita inquit: Rogamus vos fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & vero conuentu in ipsum, ut non cito moueamini à sensu vestro, nec terreamini, neque per spiritum, neque per uerbum, neque per Epistolam tanquam per nos missam, quasi instet aduentus Domini. Ne quis vos seducat illo modo.

Quia nisi uenerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo iniquitatis filius qui est perditionis, aduersarius, & extollens se super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita quod in Templo Dei sedeat, ostendens se quali sit Deus. Et post pusillum: Solummodo nunc (inquit) qui tenet teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur iniquus. Quid igitur est de medio tolli, nisi Romanorum imperium? Omnis enim principatus & potestas destruetur absque hoc. Nam ab hoc expugnantur & superantur omnia regna, quia & omnes gentes quae cum eo confingunt, conterentur, & consumentur ab eo, & obtinebit, donec ultima eius hora praeniet manus eius Deo. Etiam secundum Apostolum dicentem:

Cumque destruetur omnis principatus & potestas, & ipse Rex Romanorum tradiderit regnum Deo patri. Quale regnum? scilicet Christianorum. ubi enim vnquam fuit, vel erit, aut est regnum, siue alia potentia, quae super hoc emineat? certe nusquam. Si uolueris enim mecum quod certum est pertractare, accipe, quae te, Mosacum plebem quae tantis signis & portentis, & in profundum maris Aegyptios etiam excutientem. Vide & Iosue, sub quo etiam Sol circa Gabaoth stetit, & luna circa vallem Hiericho, & alia quam plura quaedam stupenda potius quam admiranda miracula, quae facta sunt ipsis, & penè omnem confidera Hebraeorum fortitudinem, quomodo sub Romano-

Romanorum imperio dilata & contrita sit, Titus & Vespasianus conciderunt uniuersos illos. Nunquid templum in aratro expugnans Adrianus non aruit? quod igitur fuit vel erit aliud regnum? sed nullum uidelicet inuenimus. Pro ueritate memoriter curam habeamus: nonne mille annis regnauerunt Hebraei & abscissum est regnum eorum? Aegyptij autem trium millium annorum & ipsi nihilominus perierunt. Babylonij quatuor millium annorum regnum habuerunt, sed & ipsi similiter abscissi sunt. Conciso igitur Macedoniarum regno siue Aegyptiorum, conflixerunt armis aduersus regnum Romanorum seu Barbarorum, id est Thulcorum, & ab armis qui simul uniuersi absorpti ab eo sunt. Ita postquam absorptum fuerit regnum Persarum, confluerunt praesertim aduersus regnum Romanorum. Imperium filij Ismael, filij Agar, quos scriptura commemorans australe brachium appellauit. Daniel quoque hoc praedicens, Et contradicunt regno Romanorum in numero circumuentium temporum. In septimo ipso tempore annorum, hoc est in septimo millenario mundi, eo quod appropinquabit consummatio saeculi, & non erit longitudo temporum amplius. In nouissimo enim millenario, seu septimo, tunc à gente in ipso eradicabitur regnum Persarum, & in ipso septimo millenario, incipiet exire semen Ismael de deserto, & cum exierint congregabuntur vnanimis in magnam Gabaath, & illic coelebitur quod dictum est per Ezechielem prophetam: Fili hominis, inquit, uoca bestias agri, & uolatilia caeli, & exhortare illa dicens: Congregamini, & uenite te eodè magnum sacrificium immolo uobis, mactate carnes fortium, & bibite sanguinem excellentium. In hac itaque Gabaath cadent in ore gladij à semine Ismael, qui appellatur est Onager, eo quod in ira & in furore mittuntur super faciem terrae totius. Super homines quoque & iumenta & bestias syluae & super omnem saltem & plantariam, & super omne nemus, & in omnem speciem fructiferam, & erit aduersus eorum castigatio sine misericordia, & ibunt cum eis super terram, quatuor istae plagae, scilicet captiuitas, interitus, perditio quoque, & desolatio. Dicit enim Deus Israel per Moysen: Nò quia diligit uos Dominus Deus, introducer uos in terram promissionis, ut hereditemini in ea, sed propter peccata habitantium in ea. Sic enim filius Ismael, non quod eos diligit Dominus Deus, dabit eis potentiam hanc, ut obtineant terram Christianorum, sed propter peccatum & iniquitates quae ab eis committuntur, similia eis non sunt facta, & neque fient in omnibus generationibus. Nam induentur uiri tunicis adulterarum mulierularum & meretricum, uiri cum uiris, quae admodum cum mulieribus, & feminae cum foeminabus se ipsas componentes, & stantes in plateis, & foras ciuitatum palam omnibus, & immutant naturalem usum, in eum qui est contra naturam, etiam feminibus abutentes, sicut beatus quoque & sanctissimus Apostolus inquit: Similiter & uolueris, quod & uiri agentes. Similiter & uiri dimittentes naturalem usum, in eum qui est contra naturam. Conueniunt itaque uiri mulieri, pater simul & filius illius, & frater, & uniuersi qui cognatione adiuncti sunt: ignorabant enim hac à meretricibus.

Quomodo Turci & Sarraceni sortem mittent super captiuos Christianos.

Rem. I.

Et propter quod sapientissimus Paulus ante tempus seriem fortassis ex clamans, ait: Propter hoc enim tradidit illos Deus in passionem ignominiae. Nam foeminae eorum commutant naturalem usum, in

eum qui est contra naturam, similiter autem & masculi dimittentes naturalem usum, in eum usum qui est contra naturam. Viri contra naturam exarserunt in desiderijs suis inuicem, & masculi in masculos turpiter operantes, & foeminae in foeminabus, similiter & retributionem ac mercedem erroris sui in seipos recipiunt. Propter hoc igitur tradetur à Deo in manibus barbarorum, à quibus cadet in omni immundicia & faetore pollutionis, & contaminabuntur mulieres eorum à pollutis barbaris, & mittent sortes filij Ismael, super filios & filias eorum, & tradetur terra Persarum in corruptione & perditione, & habitatores eius in captiuitatem & occisionem adducentur. Armenia quoque, & illi qui habitant in ea, in captiuitatem & gladio corruent. Capadocia in corruptione & desolatione erit, & eius habitatores in captiuitate, & iugulatione absorbebitur, Cilicia in tribulatione erit, terra Syria erit in solitudine, & eius habitatores captiui ducentur. Aegyptus quoque, Oriens & Asia sub graui tributo auri & argenti erit. Hispania gladio peribit, captiui ducentur habitatores eius. Graecia tota in occisione gladij & perditione & corruptione ducetur. Gallia, Germania, & Agathonia uarijs praesertim erunt deuoratae, & multi ex eis ducentur captiui. Sicilia similiter & habitatores eius in gladio peribunt, Romani corrumpentur, in occisione quoque gladij erunt, & conuertentur in fugam, in illa Romania. Insulae maris erunt in desolatione, & qui in eis habitant in gladio & captiuitate ducentur. Homines quoque in tribulationes immetas coartabuntur, eritque tribulatio super Christianos, qualis antea non fuit. Angariabuntur enim sine mensura & misericordia, & appetentur super uires animarum suarum pondus auri vel argenti, & erunt habitatores Aegyptij & Syriae, in afflictione temporum maxime. Et replebitur Hierusalem à gentibus, & terra promissionis à facie hominum qui captiui ducentur à quatuor uetis qui sub caelo sunt. Erunt tanquam locustae in multitudine quae congregabuntur à uento, & erit in eis pestilentia & fames, & exaltabitur cor exterminatorum, & in superbiam elabatur, & loquentur excelsa usque ad tempus constitutum eis, & obtinebunt introitum & exitum aquilonis, & Eriam, usque ad occasum & meridiem, & erit Christianorum tribulatio maxima, & erunt omnia sub iugo eorum.

Quomodo Turci & infideles destruent Ecclesias, & altaria, facientes abominabilia in locis sacratissimis.

Homines quoque & iumenta, & uolatilia, & pisces, & natantia in aquis & etiam aquae maris obaudient eis, & destituta ciuitates quae ab habitatoribus populosae fuerunt, uiduatae, erunt illorum. Et scribent sibi terminos per solitudines & ligna syluarum, & puluis terrae & lapides & uertitas terrae, & pisces maris erunt in introitu eorum, & labores vel sudores agriculturalum terrae, & hereditas diuitum, & quae fuerint in ecclesijs sanctorum, siue aurum uel argentum, siue lapides preciosi, & omnia ornamenta eorum & indumenta etiam sacrata, uel praecleara, & ferrum, & metalla, & escae omnes, & quicquid preciosum est, illorum erit, & distribuent misteria Dei, & exaltabitur cor eorum usque adeo, ut mortuos appetant, secundum aequalitatem uirorum, similiter autem ex pupillis & uiduis, & ex sacratissimis locis escas exigentes, & non miserabuntur inopi & pauperi.

Quomodo Christiani deducti ad uiam angustiae & tribulationis, irridebuntur per infideles & deluduntur.

Omnem enim maiorem natu inhonorant & affligunt egenos, & non habebunt viscera misericordiae neque super imbecillos & infirmos, sed illudēt illos, & derident omnes, qui in sapientia fulgebant, & eos qui in rebus reipublica magnificabantur & conticefcunt vniuersi silentio, ex timore non valentes arguere, aut proloqui. Quid est hoc vel illud: & obstupescunt omnes praeter timore qui habitāt terram, & erit sapientia eorum & disciplina prodens nulli, nec semetipfis, & non subterficens aliquid, neque addēdum vel addiciendum, ad eam quicquam, & non erit qui possit immutare aut querulare sermones eorum, & erit iter eorum à mare vsque ad mare, & ab ortu solis vsque ad occasum, & ab aquilone vsque ad desertum, & vocabitur iter eorum Via angustiae, & gradiuntur in ea senes & seniores, inopes & diuites, elurientes, stridentes, compedibus vincti, & manicis ligati, & beatificat eos qui iam mortui sunt.

Quomodo onagri & capra à deserto exeuntes, omnem speciem bestiarum supergredientur rabie, & bestia sylvarum fame interibunt.

Disciplinam enim cum increpationibus quae à Paulo dicta est haec, ait enim: Quia nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius qui est perditionis. Siquidem discessio est disciplina vel correptio, qua corripuntur vniuersi habitatores terrae. Et quomodo onagrum vocauit Dominus Deus Ismaelem patrem illorum. Propter hoc onagri & caprae à deserto exeuntes, omnem speciem bestiarum supergredientur rabie, & ab eis mansueti conterentur, & paustabunt sub eis, & persequuntur omnes, & bestiae omnes sylvarum fame interibunt, eo quod discuffae sunt regiones terrae. Et abscedēt omne lignum saltus, & species montium disperdēt, qui desolabuntur vrbes, & erunt regiones sine via, eo quod diminuta est humanitas, & polluetur terra à sanguine interfectorum, continebit fructus suos. Non enim sunt homines qui tyrannico more ac barbarico nationes simpliciter obtineant, sed filij sunt solitudinis à deserto exilientes, & ideo in desolationem prodeunt, corrupti sunt & in corruptionem mittuntur, & odibiles sunt atque abominabiles omnibus hominibus, & ideo odium ipsis complectantur.

Quomodo mulieres Christianae habentes partus in vtero perfodiuntur, cum infans in suis gremio, ab infidelibus Turcis, & corpora proiecta in plateis, erunt rotantibus in escam, & canibus.

Et in principio exitum eorum incipientes ab extremo, mulieres habentes partus in vtero, gladio perforabunt, & foetum pungent simul cum matribus, & infantes ab humeris nutricum rapiunt, & necant, & multa corpora proiciuntur in plateis, eo quod non sit qui sepeliat. Sapientes interficiuntur, eruntque bestis in escam. Sacerdotes autem intrinsecus sanctorum locorum occiduntur, & concumbent in eis dum cum mulieribus in fornicationibus pessimis, virgines stuprant atque mulieres Deo datas turpant, & violant in ecclesiis in quibus perficitur mysticum sacramentum, & contaminant sacrificium celebrandum, & ex sacris vasibus & calicibus comedent & bibent, sacras stolas induuntur, & ex ornamentis ecclesiarum & lapidibus preciosis adornabunt se & vxores & mulieres eorum, & super filios suos imponunt & super filias suas, & in equis suis, & super lectos suos expandunt ea. Et iumentorum sua ad sepulchra sanctorum alligabunt, tanquam ad praesepia, & reliquias eorum dispergunt, & erunt ho-

micidae & corruptores, & ignis probationis generi Christianorum. Etenim sacratissimus Apostolus inquit: Non enim omnes qui ex Israele sunt & hi Israelitae. Ita non omnes qui dicuntur Christiani, hi sunt Christiani. Septem enim millia sicut scriptum est, saluati sunt filiorum Israel, qui non curauerunt genua sua ante Baal, & omnis populus per eos saluus factus est. Et in ipso tempore dissensionis & persecutionis filiorum Ismael, pauci inueniuntur Christiani veri, quemadmodum ipse Saluator noster in sanctis euangelis dicit: Vtique veniens filius hominis putas inueniet fidem in terra?

Quomodo Christiani abnegabunt fidem, & clerici & monachi res diuinas prophanabunt.

Minuetur in tempore illo spiritus perfectorum, & multi abnegabunt veram fidem & viuificatoriā crucem Christi, & sancta mysteria etiam sine aliqua vi, vel tormento, aut flagellis abnegant Christum & assistunt transgressoribus. Prauidens autem sanctus Apostolus praedicauit dicens: Quia in temporibus illis recedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & daemoniorum doctrinis, in infidelitate & dolo, mendacibus sermonibus attendentes, & cauterizantium suam conscientiam, & continuo adiciens idē dicit: In nouissimis diebus insurgent tempora periculosa, & erunt homines semetipfos amantes, amatores pecuniae, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obediētes, inutiles, immundi, sine affectione, absque fœdere, dilatores, incontinentes, immoderati, malorum amatores, proditores, susurronei, infligati, luxuriosi, amatores mundi magis quam amatores Dei, ingrati, celesti, sine pace, criminatores, adulteri, immites, sine benignitate, proditores, proterui, timidi, voluptatum amatores omnes, imbecilles, & infideles, sacrilegi, excommunicati, nulla correctione meliorati, & semetipfos segregabunt ab ecclesiis sanctorum, etiam propria voluntate. idem enim tempus aduocat eos in errorem. Humiliter verò sentientes, & quieti, suauisque & verissimi cultores Dei, sapientes etiam & conscientiosi scientificique & iusti, boni, morigerati & electi, non quaeruntur in tempore illo: sed pro his inquiruntur, quicumque tales sunt, semetipfos amantes, cupidi pecuniae, elati, superbi, blasphematores, raptores, plurimum possessores, circumuētores, ebriosi, immisericordes, transgressores, sine affectione, sine vinculo charitatis, insuaues, immundi, vt dixi, damnatores, incontinentes, inmansueti, inuerecundi, proditores, susurronei, adulatores, proterui, inflati, luxuriosi, fornicatores, adulteri, lenones, amatores seculi, fures, periuriosi, falsarij, mendaces, plagiarij vt praediximus: habentes quidem pietatis speciem, virtutem eius abnegantes.

Quomodo ex transgressionibus cleri vulgus in eos praeter modum seuiet.

Tales ministri, contra praeccepta Dei erunt dierum illorum, & omnia quae ab ipsis imperantur, facile perficiuntur. Timentes verò Dominum in nullo, sed & omnia mala reputabuntur in conspectu oculorum eorum pro nihilo, sed in vituperatione illorum sunt quemadmodum stercora sub vestigio conculcata. Erunt enim homines in illa correctione filiorum Ismael, & veniet in necessitatibus, vsque dum desperent de vita sua in captiuitatibus & calamitatibus suis. Et tollitur honor à sacerdotibus, & supprimitur mysterium Dei, & quietur omne sacrificium ab ecclesiis, & erunt sacerdotes sicut & populus in eodem tempore, seu in septimo hebdomatico tempore.

Quomodo

Quomodo ex fame & pestilentia plurima pars viuentium morietur.

Cumque igitur complebitur numerus annorum potentiae eorum, quod obtinuerunt terram, multiplicabitur etiam & tribulatio super homines & super iumenta, & erit fames & pestilentia, & corrumpentur omnes, & proiciuntur homines super faciem terrae sicut puluis, & per singulos dies in tempore illo, adhuc plaga vna adicietur hominibus, etiam dormiens accubabit homo ad vesperam, & exurgens mane reperiet ad limen ianuae domus suae, qui ab eo exigat pondus auri & argenti, & angariantes se. Expeditur omnis acceptio auri & argenti, & venundabit homo omnia vtenilia sua, & ferramenta & opertoria & vestimenta & in ipso hebdomatico tempore, vendent homines, natos suos. Cuius itaque rei gratia despexit Dominus Deus fideles, vt sufferant has tribulationes, vt ostententur qui sunt fidelissimi vel infideles, & vt separentur paleae à tritico mundo, eo quod ignis probationis est tempus illud, & longanimitatem fert Deus super tribulationes iustorum fidelium, vt manifesti appareant electi. praedixit enim nobis Saluator noster ita inquit: Beati estis cum exprobauerint vos, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne verbum malum aduersum vos, propter me mentientes, gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Sic enim persecuti sunt prophetae qui fuerunt ante vos: qui autem sustinuerint in finem hic saluus erit.

Quomodo Turci post victoriam lati existentes, & comminantes, à Romano rege inter epulas opprimuntur.

Et post tribulationem, quae fit à filiis Ismael, cumque periclitati fuerint homines à tribulationis pressura, non habentes spem salutis aut redemptionis alicuius de manibus eorum, persecuti & tribulati ab eis afflictique fuerint, in fame, siti & nuditate: Barbarorum verò nationes erunt haec comedentes, bibentes, & iocundantes, in victoriis eorum gloriantes & in desolationibus quibus desolauerunt Persidem & Syriam, quoque & Capadociam & Isauriam, Aethiopicam quoque & Siciliam, & eos qui habitant proxime Romam, & insulas, circumamicti quemadmodum spolijs, & blasphemantes dicunt: Ecce vicimus terram in fortitudine nostra, & omnes qui habitant in ea, & nequaquam habebunt Christiani ereptionem de manibus nostris. Tunc subito insurger super eos rex Graecorum sive Romanorum in furore magno, & expurgiscetur tanquam homo à somno vini, quem assimabant homines tanquam mortuum esse, & in nihilo vtilem profecisse. hic exiet super eos à mari Aethiopicum, & mittet gladium & desolationem in tribu quae est in eorum patria, & captiuabit mulieres eorum & filios illorum.

Quomodo quidam filius regis Romanorum, Turcos eorum vxores & pueros captiuos abducat & varijs paenis afficiet.

Super habitates autem Terram Promissionis, descendet filius regis cum gladio, & cōcidet omnes à terra, & cadet super eos timor & tremor vndique, & ipsi & vxores & filij eorum lugebunt infantes suos, flentes super eos, & omnia castra eorum quae sunt in terra patrum illorum, in manu regis Romanorum tradentur in gladio & captiuitate, & morte & corruptione, & erit rex Romanorum imponens iugum suum super eos, septies ultra quam erant iugum eorum super terram, & comprehendet eos angustia magna, fames sitis, & tribulationes. & erunt seruientes ipsi & mulieres & filij eorum, & seruientes his qui sibi seruiebant, & erit

seruitus eorum amarissima centuplum, & durissima ultra hanc quam Christianis imposuerunt, & tunc pacificabuntur terrae quae ab eis fuerant destructae, & rediet vnusquisque in terram suam, & in hereditatem patrum suorum Armenia, Cilicia, Isauria, Africa, Graecia, Sicilia, & omnis qui de captiuitate relictus est, reuertetur in propria & in paterna sua, & multiplicabuntur homines super terram quae desolata fuerat sicut locustae in multitudine.

Quomodo rex Romanorum, post gloriosam Christianorum victoriam, eos condemnabit & punit qui veram fidem abnegauerunt.

Agyptus verò desolabitur, Arabia igni concremabitur, & maritimae pacificabuntur, & omnis indignatio & furor regis Romanorum super eos qui abnegauerunt Dominum nostrum Iesum Christum, exardescet. Et sedebit terra in pace, & erit pax & tranquillitas magna super terram, qualis nondum est facta, neque fiet similis illi, eo quod nouissima est & in fine seculorum. Erit enim laetitia super terram, & commorabuntur homines in pace & reedificabunt ciuitates & mansiones hominum, & liberabuntur sacerdotes de necessitatibus suis & requiescent homines in tempore illo à tribulationibus suis.

Quomodo Christiani nimium gaudentes de victoria, & obliuiscuntur beneficiorum Dei, à repente supervenentibus Gog & Magog opprimuntur.

Et haec est pax, quam beatus Apostolus exposuit dicens: Cum autem dixerint pax & securitas, tunc eis superveniet interitus. Et continuo Dominus in Euangelio sic inquit: Sicut enim in diebus Noe, erant homines manducantes & bibentes & nubentes & nuptias contrahentes, ita erit in nouissimo die. In hac igitur pace sedebunt homines super terram, cum gaudio & laetitia comedentes, & sese potantes, nubentes & dantes ad nuptias, exultantes & gaudentes, et edificantes, construentes, et non erit timor eorum vel sollicitudo: tunc referabuntur portae Aquilonis, et ingredientur virtutes gentium illarum, quas cōcluserat intus Alexander Magnus, et concutietur omnis terra à conspectu eorum, et expavescent homines, et fugientes conterriti, abscondent se in montibus, et speluncis, et in monumentis, et mortificabuntur à timore, et corripientur praeter pauore quam plurimi, et non erit qui corpora sepeliat.

Gentes namque qui exiunt ab Aquilone, comedent Turcari, carnes hominum, et bibent sanguinem bestiarum sicut aquam, et comedent immunda, serpentes, scorpiones et vniuersa abominabilia et horribilia bestiarum, et reptilia quae reptant super terram, iumentorum autem et corpora mortuorum et abortiuam mulierum, et necabunt pueros, et largientur eos matribus suis vt comedant eos, et corrumpent terram, et contaminabunt eam, et nullus erit qui possit stare contra eos.

De naturate Antichristi.

Post hebdomadam verò temporis, cum comprehenderit ciuitatem Ioppen, mittet Dominus Deus vnum ex principibus militiae suae, et percutiet eos in vno momento temporis. Et post haec descendet rex Romanorum, et demorabitur in Hierusalem septimana temporum et dimidia, quod est 10. anni et dimidiū. Et cum complebuntur 10. anni et dimidiū, et apparebit filius perditionis. Hic nascetur Chorosaim, et natrietur in Bethsaide, et regnabit Capharnaum. Et legabitur Chorosaim eo quod in eo est, et Bethsaïda propter quod nutritus est in ea, et Capharnaum eo quod

regnauerit in ea. Propter hanc causam in Euangelio Dominus tertio sententiam dedit dicens: Vae tibi Chorozaim, vae tibi Bethsaida, & tibi Capharnaum, si vique in caelum exaltaberis, vsque ad infernum descendes. *Quomodo Ninius rex Romanorum in monte oliueti, coronam & regnum offeret Deo, & illic morietur.*

Et cum hic apparuerit filius perditionis, ascendet tunc rex Romanorum sursum in Golgorba, in quo confixum est lignum sanctae crucis, in quo loco pro nobis Dominus mortem sustinuit, & tollet rex coronam de capite suo, & ponet eam super crucem, & expandet manus suas in caelum, & tradet regnum Christianorum Deo patri, & assumetur crux in caelum, simul cum corona regis, propter quod suspensus est in ea Dominus noster Iesus Christus, propter communem omnium salutem, ipsa crux incipit apparere ante eum in aduentu ipsius, ad arguendam perfidiam infidelium, & complebitur prophetia David dicentis: In nouissimis diebus Aethiopia praeueniet manus eius Deo, ex eo quoddam ex semine filiorum Chuseth filiae Phool regis Aethiopiae ipse nouissimè praeuenit manus suas Deo, & cum exaltata fuerit crux in caelum sursum, etiam tradet continuo spiritum suum Romano- rum rex, tunc destruetur omnis principatus & potestas, cum apparuerit filius perditionis. Est autem hic de tribu Dan, secundum prophetiam patriarchae Iacob, quae dicit: Dan cerastes in via, & coluber, accubans in semita, mordens calcaneum equi, & cadet ascensor eius retrorsum, salutare tuum sustinens. Equus igitur est veritas & pietas iustorum, calcaneum verò nouissima dies, & sancti hi, qui in illo tempore super equum, id est super veram fidem ascendent, & piissimè equitabunt, persequentur à serpente siue filio perditionis, in calcaneo, id est, in nouissimo die. In omnibus enim phantasiis & mendacibus sermonibus & operibus suis quae fiunt ab eo.

De miraculis factis per Antichristum.

Faciet enim tunc signa & prodigia multa, super terram inertia: vel imbecilla sophistica & falsa. Caei enim respiciet, claudi ambulabunt, surdi audient, & demoniaci curabuntur, conuertet solè in tenebras, & lunam in sanguinem apparenter. In omnibus suis signis fallacissimus, & falsissimus deceptionum prodigiis se-

ducet, si potest fieri, etiam electos, sicut & Dominus explanauit in Euangelio. Aspiciens ergo patriarcha Iacob cordis oculis, considerauit quae ventura essent in nouissimis diebus, à venenoso serpente, vel filio perditionis facienda, quoniam etiam in hominibus tribulatio & angustia per eum fieret. Exposuit sicut ex persona generis humani condolens & vocem emittens dixit: Raro expectabo salutare tuum domine. Dominus autem de Antichristo praefatus est dicens: Si fieri potest etiam in errorem inducere electos. Ingredietur enim hic filius perditionis in Hierusalem, & sedebit in templo Dei sicut Deus, cum homo sit carnalis, ex semine viri & vtero mulieris de tribu Dan. Nam & Iudas Scariothis, qui & traditor Domini extitit, de tribu Dan descendit.

De praedicatione Enoch & Helia contra Antichristum.

Cumque multiplicata fuerit tribulatio dierum illorum à filio perditionis, non sinet diuinitas aspiceret perditionem generis humani quod redemit proprio sanguine, continuo mittet suos famulos sincerissimos atque charissimos, Enoch & Heliam, ad redarguendum eum, & palam omnibus gentibus corripient eius seductionem, & ostendent eum mendacem coram omni homine, & nihil esse. Et quia propter interitum & perditionem multorum exiit de templo: gentes ergo videntes eum confusum, seductionemque eius obiurgationibus multis increpatà à famulis Dei, dimittent eum, & fugient ab illo & adharebunt iustis illis. Videns ergo seductor sese durissimè increpatum, ab vniuersis contemptum, furore & iracundia calefcens, interficiet illos sanctos Dei.

De extremo iudicij iudicio.

Tunc apparebit signum aduentus filij hominis, & veniet in nubibus caeli cum gloria caelesti, & interficiet eum Deus spiritu oris sui, secundum expositionem Apostolicam. Tunc fulgebunt iusti, tanquam stella in mundo, verbum vitae in se continentis. Impij autem proiciuntur in infernum, ex quo eripiamur per gratiam & humanitatè domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, in quo est Patri vna cum Spiritu sancto, omnis honor, & gloria, & magnitudo, & imperium, nunc & in sempiternum & in saecula saeculorum, Amen.

DE MELITONE EPISCOPO SARDENSI
EX TRITHEMII SCRIPTORVM ECCLESIASTI-
CORVM CATHALOGO.

Melito Aelianus, episcopus Sardenis, vir in diuinis scripturis eruditus, & non minus sanctitate quam doctrina venerabilis, inter catholicos praedicatorum clarus effulsit. Scripsit ad vtilitatem Ecclesiae fidelium multa egregia volumina, de quibus ista feruntur.

De pascha	lib. 2.		
De vita prophetarum	lib. 1.	De ecclesia	lib. 1.
De lapsis.	lib. 1.	De dominica	lib. 1.
De corpore & anima	lib. 1.	De sensibus	lib. 1.
De baptisate	lib. 1.	De fide	lib. 1.
De veritate	lib. 1.	De philoxenia	lib. 1.
De generatione Christi	lib. 1.	Liber qui clausis inscribitur,	1.
De prophetia	lib. 1.	De diabolo	lib. 1.
Eclogarum	lib. 6.	De Apocalypsi Iohannis	lib. 1.
De transitu S. Mariae	liber 1.	Cuius initium est:	Melito seruus Christi. &c.

Alia etiam opuscula edidit, quae ad nostram memoriam vetustas venire non permisit. Huius elegans & declamatorium ingenium Tertullianus in quodam loco commemorans, vti prophetam à nostris habitum fuisse asserit. Notandum sane, quod liber de S. Mariae transitu illi adscriptus, inter apocrypha reputatur, s. dist. Sancta Romana. Clarus autem sub Marco Antonino Vera principe, Anno domini 160.

*opus apocryphum
et falso inscriptum
Melitoni*



Melito seruus Christi, Episcopus Ecclesiae Sardenis, venerabilibus in Domino fratribus Laodiceae constitutis, in pace salutè. Sape scripsisse me memini de quodam Leucio, qui nobiscum cum Apostolis conuersatus, alio sensu, & animo temerario discedens à via iustitiae, Plurima de Apostolorum actibus in libris suis inseruit: & de virtutibus quid em eorum multa varia dixit, de doctrina verò eorum, plurima mentitus est, asserens eos aliter docuisse, & stabilitos quasi ex eorum verbis suam nefanda argumenta. Nec hoc solum sibi sufficere arbitratus est: verum etiam Transitum beatæ semper virginis Mariae genitricis Dei, ita impio deprauauit, sicut in Ecclesia Dei, non solum legere, sed etiam nefas sit audire. Nos ergo vobis petentibus, quae ab Apostolo Ioanne audiimus, haec simpliciter scribentes, vestrae fraternitati direximus, credentes non aliena dogmata ab haereticis pullulata: sed Patre in filio, filium in Patre deitatis, & indiuisè substantiae Trinae manente Personae, neque duas hominis naturas conditas, bonam scilicet & malam, sed vnâ naturam bonam, à Deo bonè conditam, quae dolo serpentis, est viciata per culpam, & Christi est reparata per gratiam.

CAP. 2.

Igitur cum Dominus noster, & saluator Iesus Christus pro totius seculi vita confixus clauis crucis penderet in ligno: vidit circa crucem, matrem suam stantem, & Ioannem Euangelistam, quem praeter ceteris Apostolis peculiarius diligebat: eo quod ipse solus ex ipsis virgo degeret in corpore. Tradidit igitur ei curam sanctae virginis matris Mariae dicens ad eum, (Ecce mater tua.) Et ad illam, inquit, (Ecce filius tuus.) Et ex illa hora sancta Dei genitrix in Ioannis specialius cura permansit, quando vita istius incolatum transegit. Et dum Apostoli Mundum suis scribus in praedicatione sumpsissent, ipsa in domo parentum illius iuxta montem Oliueti confedit.

CAP. 3.

Secundo itaque, & vicesimo anno postquam Christus deuicta morte caelum conscenderat, dum die quadam desiderio Christi succensa Maria, sola intra domus istius recepraeculum, lacrymaretur: ecce Angelus magni luminis habitu resplendens ante eam astitit: & salutationis verba persoluit, dicens: Ave benedicta à Domino: suscipe illius salutem, qui mandauit salutem Iacob per Prophetas suos. Ecce, inquit, ramum palmae de Paradiso Dei attuli tibi, què portare facies ante foretrum tuum: cum in die tertia assumpta fueris de corpore: Ecce enim expectat te filius tuus, cum Thronis & Angelis, & vniuersis caeli virtutibus. Tunc Maria dixit ad Angelum: Peto te ergo vt congregentur ad me omnes Apostoli Domini mei Iesu Christi. Qui Angelus dixit: Ecce, inquit, hodie per virtutè Domini mei Iesu Christi omnes Apostoli assumpti, huc ad te venient. Et ait illi Maria: Rogo vt mitras super me benedictionem tuam, vt nulla potestas Inferni occurrat mihi in illa hora qua anima mea fuerit egressa de corpore, & ne videam principem tenebrarum, ait autem Angelus ad eam: Potestas quidem Inferni non nocebit tibi: benedictionem autem aeternam dedit tibi Dominus Deus tuus, cuius ego seruus sum, & nuncius: Non videndi

autem principem tenebrarum, effectum non à me tibi dandum existimes: sed ab illo quem tu in tuo sancto vtero baiulasti, ipsius est enim potestas omnium in secula saeculorum. Et haec dicens Angelus cum magno splendore discessit. Palma autem illa fulgebat nimia luce. Tunc Maria exuens se prioribus indumentis, induit meliora. Et accipiens Palmam quam susceperat de manu Angeli, egressa est in montem Oliueti, & cepit orare, & dicere. Non ego fueram digna domine, suscipere te: nisi tu miserus fuisses mei, Sed tamen ego custodiui thesaurum tuum quem commendasti mihi. Ideoque peto à te rex gloriae, vt non noceat mihi potestas Gehennae. Si enim caeli, & Angeli ante te tremunt quotidie: quanto magis homo de terra conditus, Cui nihil refidet boni, nisi quatum acceperit à tua bonitate? Tu es enim Dominus Deus semper benedictus in secula. Et cum haec dixisset, reuersa est in hospitium suum.

CAP. 4.

Et ecce subito dum praedicaret beatus Ioannes in Epheso die Dominica hora diei tertia, tetragemotus factus est magnus. Et nubes eleuauit eum, & suscepit eum ab oculis omnium, & adduxit eum ante ostium domus, vbi erat virgo deipara Maria. Et pulsans ostium statim ingressus est. Cum videret autè eum sanctissima virgo Maria, exultauit in gaudio, & dixit: Rogo te fili Ioannes, memor esto verborum Domini mei Iesu Christi magistri tui, quibus me commendauit tibi. Ecce enim die tertio decessura sum de corpore: Audiui autem consilium Iudaeorum dicentium. Expectemus diem quando moriatur quae portauit illum seductorem, & corpus eius igni comburamus. Vocauit ergo sanctum Apostolum Ioannem, & introduxit eum in secretarium domus, & ostendit ei vestimentum sepulturae suae, & Palmam illam luminis quam acceperat ab Angelo, praemonens eum, vt illam faceret ferri ante lectum suum, cum duceretur ad sepulturam ad monumentum.

CAP. 5.

Dum beatus & dilectus Apostolus Ioannes ait: Quomodo ego solus parabo tibi domina exequias, nisi venerint fratres mei discipuli, & coapostoli Domini nostri Iesu Christi ad reddendum honorè corpusculo tuo? & factum est, & ecce subito per imperium Dei, omnes Apostoli de locis in quibus praedicabant verbum Dei, eleuati in nube rapti sunt, & depositi ante ostium domus in qua habitabat Maria Domini mater, & salutantes se inuicem mirabantur, dicentes. Quae causa est ob quam Dominus nos hic in vnum congregauit? Aduent autem cum eis Paulus non habuit, ex circumfusione conuersus, qui assumptus fuerat cum Barnaba in ministeriū gentium. Cumque inter eos esset pia contentio, quis ex eis prior oraret ad Dominum, vt ostenderet illis causam ipsorum, & Petrus Paulum hortaretur, vt prior oraret. Paulus respondit dicens. Tuum est istud officium, primus inchoate, maxime cum sis electus à Deo colurama Ecclesiae, & tu praecedis omnes in Apostolatu, meam autem ministerium. Nam ego minimus sum omnium vestrum, & tanquam abortiuus vicius est mihi Christus nec me vobis aequare praesumo, tamè gratia Dei sum id quod sum.

CAP. 6.

PRATVM SPIRITVALE, CVM ADDITIONIBVS D. ALOYSII VERON. EPIS: OMNES HERESSES CONTRA ALOYSIIVS. I. B. Q. M. ANVS. EPISCOPVS. VERONENSIS SYNERG. L. G. P. P. P.

LIBER hic quem in terra hu- manis... in Paradisi delictis... et in Paradisi delictis...

In eodem antequam monachorum, & aliorum patrum... constantia, in ieiuniis, vigiliis, & orationibus...

O si tales modo inuenirentur milites Christo ser- uientes, quam illustres, quam splendida, quam deco- ra esset Ecclesie nostrae facies...

Quod autem libro huic integra fides praestari possit, nec inter apocrypha censetur, facit duorum am- plissimorum Patrum Graecorum testimonium...

Ioannes praeterea Diaconus, postea Romanus Pontifex, in quarto libro, quem de beatissimo Gregorio vita scripsit, caput 63. huius voluminis mentionem fecit...

Sed quod his omnibus maius est, in secunda Ni- caena synodo, quae pro cultu venerabilium imaginum contra Iconoclastas celebrata est, Actioe quarta ita legitur: Eustachius venerabilis monachus, presby-

ter, & Praeses mansionis Maximi dicitur... sancti Sophronij patris librum assero continentem multorum sanctorum vitas...

Verum, scio statim mouebris, & dices: Quae adduxisti pro libri commendatione, magnum scrupulum in eum incutit...

Quomodo ergo haec conuenire possunt inter se? Dabitur sane haec commendatio, & quod ipse scripsit...

Vel quia ad ipsum per charissimum socium inferri- bitur, ut quemadmodum & Rhetoricorum Cicero- nis ad Herennium, & eiusdem ad Atticum epistole...

Stetit in hoc libro dicta, & gesta ipsius Sophro- nij praeterea parte continentur...

Quare etiam haec verba sapienter dixerat videbis: Venimus ego, & Dominus meus Sophronius scripsit ad Abbatem...

Per quae omnia conspici datur, scriptorem nunquam fuisse in his, quae narrat, perquirendis. Sicut ergo Platonem...

fitans, operans, interrogans, & respondens, ubique ferè asseratur? Aut demum ex illa causa Sophronio ascribitur, quoniam una cum Ioanne praedicto con- scriptor (vt ita dicam) forte eiusdem libri fuit.

Deinde in fine eiusdem capituli hoc modo scriptum legitur: Ita cum audiuius, innuit mihi Dominus meus Sophronius, & recessimus, & dixit mihi: Verè, Abba Ioannes, hodie nihil ultra studeamus...

Nec te moueat, quod in hoc libro Sophronius hic non appellatur Hierosolymorum Patriarcha. Sed Sophista. Nam vocabulum hoc non in malam o- lim partem, sicut fit modò passim, sed in bonam accipiebatur...

Quo autem tempore viri hi, qui librum conscripserunt, clauerint, pro certo non habetur. Verum cum magni Gregorij Romani Pontificis huius nominis primi factum narrent, & synchoronorum Caesarij, videlicet Anastasij, Tyberij, Mauricij, & Zeno- nis mentionem faciant...

Legere ergo lubenti animo, & fide certa opus istud, candidè lector, cuius exemplum ex Apostolica Bi- bliotheca accepimus, & ita mores, & vitam tuam ad eius lectionem compone, vt talium, tantorumque vi- rorum, quos hic descriptos inuenies, dignus amula- tor existas...

Quod tibi, & mihi Dominus prestare dignetur, & omnibus, qui Dominum Iesum diligunt in syn- crite. Vale.

IOANNES EVIRATVS DILECTO SVO IN CHRISTO SOPHRONIO Sophista.

Ratorum faciem verno maximè tem- pore esse incandissimam, fili charissi- me, perspicuum omnibus est, quam scilicet omnigenum florum grata va- rietas efficit, intruentium in se pronocans aspectum, ac praetereuntes detinens, ipsosque variè pascens. Namque aridet oculis, ac mulcet ol factum. Huius verò patri pars rosarum rubore ver- nat, pars item albescens lilii, ab aspectu roseo tuen- tes ad se faciliè aduocat. Alia item ex parte violæ ru- rilant, colorèque suo purpuram Regis imitantur. Prorsusque varius, ac differens florum innumerabili aspectus, atque fragrantia, vndique gratiam pullu- lat. Huiusmodi praesens quoque opus arbitrare, san- Tom. 2

etc, ac fidelissime fili Sophroni. Quippe reperies in eo virtutes sanctorum virorum, qui temporibus no- stris claruere, ac iuxta Psalmistae sententiam, Secus decursus aquarum plantati sunt. Qui cum omnes Deo accepti maximè, gratique fuerint, alius tamen alio virtutis genere magis decoratur, atque ex hac suavi varietate virtutum, grata venustas, amœnaque facies surgit. Ex his ego flores pulcherrimos decer- pens, coronam tibi ex immarecessibili, ac perenni præ- to contexui, fidelissime, eamque tibi, ac per te omni- bus offero. Quam obrem praesens quoque opus Pra- tum appellare placuit, propter oblectationem, suau- uolentiam, & utilitatem, haec ex eo legentes cap- pient. Virtus enim, vitæ, morumque honestas est, ad quam non sola diuinarum rerum meditatio, fidesq; recta ducit, verum & aliorum conuersatio, vitæque virtutibus plena in scriptis tradita.

Quocirca hoc mihi negocium assumpsi confidens in Domino, fili charissime, idque vestrae charitati persuasum esse cupiens, quia apud in morem, vtilia quæque, ac verè profecutus, sanctorum patrum re- cte facta pro animarum lucro descripsi.

VITA SANCTI SENIS IOANNIS, ET DE SPELVNCA SAPSAS. CAPVT I.

Rat senex quidam habitans in monaste- rio Abbatis Eustorgij, Ioannes nomine, quem sanctus Elias Archiepiscopus Hierosolymorum voluit Ducem mona- sterij constituere. Ille verò non acquiescebat dicens: In montem Sina orationis causa pergere volo. Archiepiscopus autem cogebat eum, vt prius Abbas fieret, & postea pergeret, quòd vellet. Cum verò se- nex non acquiesceret, dimisit eum spontentem, se postquam reuersus esset, susceptorum regiminiis cu- ram. Et ita, salutato Archiepiscopo, iter arripuit, vt ad Sina montem proficisceretur, assumpto secum & discipulo suo. Transuadatoque Iordane fluuii, cum vix vno lapide processissent, cepit senior rigo- re detineri, ac post paululum inuasis eum febris.

Cum verò in tantum excreueret ardor febris, vt am- bulare non posset, inuenerunt speluncam paruulâ, in quam ingressi sunt vt requiescerent. Cum verò febris ita inualesceret, vt se vix mouere posset, in ip- sa spelunca tres dies comorati sunt. tunc senex in som- nis aspexit quendam astantem sibi, & dicentem: Dic senex. Quo ire vis? Respondit: In montem Sina. Di- cit ei: Ne, quæso, ne recedas hinc. Cum verò seni id i- persuadere non posset, abiecit. Febris verò seni a- Si (seni) cius infesta erat.

Rursus nocte sequenti idem seni asstitit eodem habi- tu, & ait: Quid, senior, affligi vis? Audi me, & nul- quam hinc proficiscaris. Ait illi senex: Tu quisnam mor- tuus es? Respondit is, qui apparuerat: Ego sum Iosaphat Baptistæ, & ideo tibi iubeo, vt nusquam recedas. dicit, sed Nam spelunca ista breuis, maior est monte Sina. maxime Quippe in hanc sapius Dominus noster Iesus, cum coram deo me uisitare, ingressus est. Pollicere ergo mihi, quod uiuam. hic habitabis, & ego mox tibi sanitatem restituo.

Quod senex audiens, libenter spondit, se in eadem spelunca permanurum. Et continuò sanus effectus perseuerauit ibidem to sanitate to vitæ suæ tempore. Speluncam verò illam fecit ceclestiam, congregauitque fratres. Appellatur autem illo- locus ille Sapsas. des, quod xx ij

Sancti in virtute Dei miracula faciunt
De Seno, qui in propria spelunca pascebat leones.
 CAPVT II.

Vita Cononis Presbyteri Monasterij Penthucula.
 CAPVT III.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Vit in eodem loco Sapsa, commorans in spelco senex alius tantæ virtutis, vt leones secum in eadem spelunca fusciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet.

Relatio Abbatis Polichronij De tribus Monachis.
 CAPVT V.



Abbas Polichronius eiusdem nouæ Lauræ presbyter, narrauit mihi, dicens: Cùm sederē aliquando in monasterio Turrium Iordanis, vnum illic ex fratribus animaduerti sui ipsius negligentem, & nunquam sanctæ diei Dominicæ i Canonem implentem, post modicum verò temporis eundem aspexi cum omni studio, & alacritate se exercentem. Tunc ego dixi ei: Nunc optimè facis, curam tu gerens, frater. Qui ait mihi: Domine pater, modo mortuus sum. Et post dies tres mortuus est.

Rursum idem Abbas Polichronius narrauit mihi dicens: Cùm in eodem monasterio defunctus esset quispiam fratrum, dixit mihi dispensator: Fac charitatem, & veni, vt fratris vasa in locum dispensationis deferamus. Cùm ergo ferre cõpissimus, aspicio dispensatorem stentem, cui dixi: Quid, quæso, ita ploras, Abba. Quia, inquit ille, hodie fratris vasa fero, & post duos dies alij portabunt mea. Tertiaque die requieuit frater ille, sicut prædixerat.

Idem etiam Abbas hoc narrauit, quod cùm esset in monasterio Abbatis Constantini Ducis Monasterij sanctæ Mariæ Dei genitricis, quæ Noua dicitur, audiuit quendam fratrum in Xenodochio Hiericuntino requieuisse, quem cùm accepissent fratres vt ferrent ad monasterium Turrium, & sepelirent, ex quo iter agere cum corpore cœperunt, stella supra defuncti caput quasi 2. comes itineris apparere non destitit, donec ipsum sepultura traderent.

Vita & mors cuiusdam senis, qui reclusus abbas fuit in Monasterio Turrium.
 CAPVT VII.

Alius quidam senex sedebat in eodem monasterio Turrium. Patres igitur eiusdem monasterij ipsum, vt magnum, & virtutibus clarum, voluerunt sibi constituere Abbatem. Senex verò orabat dicens: Ignoscite mihi, Patres, & permitte me flere peccata mea: Ego enim talis meriti non sum, vt possum animarum curam gerere. Negocium istud magnorum, & excellentium patrum est, Antonij, Pachomij, sanctique Theodori.

Cùm verò fratres illi non acquiescerent, ipsumque diebus singulis orarent, videns se ab eis nimium videri, dixit eis: Permite, me tribus diebus orare, & quicquid me Deus facere iusserit, faciam. Erat autem Parasceue dies. Dominica verò die manè requiuit.

Vita Abbatis Myrogenis Hydropici.
 CAPVT VIII.

Senex quidam erat in eodē monasterio Turrium, Myrogenes nomine, qui ob nimiam i austeritatem vitæ hydropicus effectus fuerat. Dicebat autem iugiter his senibus, qui ad eum conueniebant visitandi gratia. Orate pro me, Patres, ne interior homo hydropicus fiat. Ego enim, vt in hac infirmitate diutius durem, Deum oro.

De hoc Abbate Myrogene cùm audiuisset Hierosolymitanus Archiepiscopus Eustochius, voluit ad eum mittere quæcunque erant necessaria, sed ille nunquam ab eo quicquam accepit.

Hoc autem solum illi significabat: Ota pro me, Pater, vt liberer ab æterno cruciatu.

De miraculis sancti patris charitate.
 CAPVT IX.

Nipso monasterio turrium senex quidam erat sanctæ i nuditatis, & eleemosynæ valde studiosus amator. Quadam ergo die venit pauper ad eius cellulam eleemosynam petens. Senex verò cùm non nisi vnum panem haberet, proferens ipsum, dedit pauperi. Tunc dicit ei pauper: Nolo panem, sed indumentum. Volens autem senior curare illum, apprehensa manu eius, introduxit in cellulam suam. Pauper autem cùm illic nihil omnino inuenisset, nisi solum quod induebat, tanta lenitate compunctus, soluit sacculum suum, & in medio cellula, quæcumque habebat euacuans, dixit: Sume ista, senior optimè, & ego alibi quæram, quæ mihi sunt necessaria.

Vita Barnabæ Anachoreta.
 CAP. X.

Anachoreta quidam erat in speluncis Iordanis, Barnabas nomine. Hic die quadam cùm descenderet bibere aquam de Iordane, infixus est pedibus ex arundine festuca.

Permanitque stimulum pedi infixum tenens iugiter, neque passus est, vt eum medicus videret. Itaque computruit pes eius. Coactus verò est ascendere ad monasterium Turrium, sibi que vnam cellulam accipere. Porro pes eius indies putrescebat magis.

Dicebat autem his, qui ad eum veniebant, quod quantò magis homo exterior patitur, tantò amplius interior viuet.

Postquam verò ascendit Abbas Barnabas ex spelunca sua ad Turres, cùm fuisset ibi aliquantulum quoque al tempore, Anachoreta quidam alius abiit ad speluncam ipsius, ingressusque vidit Angelum Dei stantem super altare, quod fecerat senior, atque i sacrauerat.

Aitque ad Angelum Anachoreta: Quid hic agis? Cui angelus ille: Ex quo sanctificata sunt ista, à Deo ipso mihi credita sunt.

Vita Abbatis Agioduli.
 CAP. XI.

Abbas Petrus presbyter monasterij sancti Patris nostri Sabæ, narrauit nobis de Abbate Agiodulo, dicens: Cùm is esset Dux monasterij beati Gerasimi, contigit fratrem quendam de illic residentiibus mori.

Quod cum senex ignoraret, pulsaretque presertus Canonis signum, quo fratres conuenientes mortuum efferrent, vt vidit senex cadauer in ecclesiæ medio iacere, contristatus est valde, quod non illum salutasset, priusquam migraret à seculo. Profectusque secus lectulum, vbi iacebat, ait defuncto: Surge frater, & da mihi osculum. Qui protinus surgens, osculatus est senem. Tum dixit senex: Dormi iam, quousque veniat Christus filius Dei, & resuscitet te.

Idem Abbas Agiodulus cùm transiret iuxta Iordanis ripas, secum animo, & cogitatione voluebat, quid actum fuisset de lapidibus iniectis à Iesu Naue pro his, quos inde sustulerat. Cumque ista cogitaret, confestim hinc, & hinc diuisæ sunt aquæ. Tunc vidit illos duodecim lapides, prostratusque i humis Deo gratias egit, & recessit.

Tom. 2.

Prisca Monachi sancti patris pauperis amatores semper fuerunt.

tutes operatur.

vide rem miram pro Aluarium consecratione, & quomodo ea anti-

quis quoque patri bus fuit in visu.

Eccle diem dominicū sanctū qui etiam apud antiquos patres obseruabatur.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

2. Hæc miracula, que post sancti obitus contingunt, sanctitati vitæ eorū testimoniū seruit.

Dictum Abbatis Olympij.
 CAP. XII.
Rater interrogauit Abbatem Olympium presbyterum monasterij sancti Gerasimi, dicens: Dic mihi verbum. Qui dixit ei: Ne sedas cum hæreticis, & contine linguam, & ventrem, ac vbicumque sederis, dic affidue: Peregrinus sum.

Vita Abbatis Marci anachoreta.
 CAPVT XIII.

Dicebant de Abbate Marco Anachoreta, qui morabatur prope monasterium Penthucula per annos sexaginta tres, quod hanc habuerit virtutem, hebdomadas integras ieiunandi, ita vt putarent quidam, eum sine carne esse.

Operabatur i. autem die ac nocte, & distribuere pauperibus omnia, neque ab aliquo quippiam accipiebat. De hoc audientes fideles viri, venerunt, vt darent ei agapem & ait ad eos, non accipio, quia manus meæ nutriunt me, & eos, qui propter Deum ad me veniunt.

De fratre, qui à spiritu fornicationis impugnabatur, & leprosus effectus est.
 CAP. XIII.

Abbas Polichronius rursum nobis narrauit, quod in cœnobio Penthucula frater quidam erat sibi ipsi valde intentus, & continens. Cum autem aliquando impugnaretur à spiritu fornicationis, non valens hanc pugnam sustinere, egressus de monasterio, profectus est Hierico, vt concupiscentiæ suæ satisfaceret. Moxque vt meretricis cellam ingressus est, leprosus i factus est totus. Videns autem lepram, continuò rediit ad monasterium, Deo gratias referens, & dicens: Idcirco Deus hac me castigatione percussit, vt anima mea salua sit, & magnificè glorificabit Deum.

Factum mirabile Abbatis Cononis.
 CAPVT XV.

Dicebant de Abbate Conone Duce monasterij Penthucula, quod die quadam cùm iret Betamarim, obuios habuit Hebræos. Qui cùm eum occidere vellent, districtis gladiis occurrerunt contra senem. Cumque appropinquassent, vibrarentque in eum gladios, manus eorum in sublime suspensæ perstitērunt immobiles. Facta verò i. oratione, soluit eos senex, & dimisit. Et abierunt gratias agentes Deo.

Relatio Abbatis Nicolai de seipso, & sociis.
 CAPVT XVI.

Senex quidam sedebat in monasterio Abbatis Petri iuxta sanctum Iordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narrauit, dicens: Cùm essem aliquando in Raythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cum ergo per desertum iter faceremus, errauimus de via, ferebamurque per eremi latam vastitatem. Deficiente verò nobis aqua per aliquot dies, siti aerecere cœpimus. Cumque iam & siti, & æstu deficientes, progredi vltèrius non valeremus, inuentis per desertum myricis, iactauimus nos singuli sub umbra arborum, expectantes mori præfati. Prostratus verò in vmbra ego factus sum in extasi, vidi que piscinam aqua plenam, & circumfluentem, duos autem supra piscinæ labiū assistere, vaseque vni ligneum. Tunc cœpi vnum ex illis rogare, dicens:

Dicebant de Abbate Conone Duce monasterij Penthucula, quod die quadam cùm iret Betamarim, obuios habuit Hebræos. Qui cùm eum occidere vellent, districtis gladiis occurrerunt contra senem. Cumque appropinquassent, vibrarentque in eum gladios, manus eorum in sublime suspensæ perstitērunt immobiles. Facta verò i. oratione, soluit eos senex, & dimisit. Et abierunt gratias agentes Deo.

Senex quidam sedebat in monasterio Abbatis Petri iuxta sanctum Iordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narrauit, dicens: Cùm essem aliquando in Raythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cum ergo per desertum iter faceremus, errauimus de via, ferebamurque per eremi latam vastitatem. Deficiente verò nobis aqua per aliquot dies, siti aerecere cœpimus. Cumque iam & siti, & æstu deficientes, progredi vltèrius non valeremus, inuentis per desertum myricis, iactauimus nos singuli sub umbra arborum, expectantes mori præfati. Prostratus verò in vmbra ego factus sum in extasi, vidi que piscinam aqua plenam, & circumfluentem, duos autem supra piscinæ labiū assistere, vaseque vni ligneum. Tunc cœpi vnum ex illis rogare, dicens:

Senex quidam sedebat in monasterio Abbatis Petri iuxta sanctum Iordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narrauit, dicens: Cùm essem aliquando in Raythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cum ergo per desertum iter faceremus, errauimus de via, ferebamurque per eremi latam vastitatem. Deficiente verò nobis aqua per aliquot dies, siti aerecere cœpimus. Cumque iam & siti, & æstu deficientes, progredi vltèrius non valeremus, inuentis per desertum myricis, iactauimus nos singuli sub umbra arborum, expectantes mori præfati. Prostratus verò in vmbra ego factus sum in extasi, vidi que piscinam aqua plenam, & circumfluentem, duos autem supra piscinæ labiū assistere, vaseque vni ligneum. Tunc cœpi vnum ex illis rogare, dicens:

Senex quidam sedebat in monasterio Abbatis Petri iuxta sanctum Iordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narrauit, dicens: Cùm essem aliquando in Raythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cum ergo per desertum iter faceremus, errauimus de via, ferebamurque per eremi latam vastitatem. Deficiente verò nobis aqua per aliquot dies, siti aerecere cœpimus. Cumque iam & siti, & æstu deficientes, progredi vltèrius non valeremus, inuentis per desertum myricis, iactauimus nos singuli sub umbra arborum, expectantes mori præfati. Prostratus verò in vmbra ego factus sum in extasi, vidi que piscinam aqua plenam, & circumfluentem, duos autem supra piscinæ labiū assistere, vaseque vni ligneum. Tunc cœpi vnum ex illis rogare, dicens:

Senex quidam sedebat in monasterio Abbatis Petri iuxta sanctum Iordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narrauit, dicens: Cùm essem aliquando in Raythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cum ergo per desertum iter faceremus, errauimus de via, ferebamurque per eremi latam vastitatem. Deficiente verò nobis aqua per aliquot dies, siti aerecere cœpimus. Cumque iam & siti, & æstu deficientes, progredi vltèrius non valeremus, inuentis per desertum myricis, iactauimus nos singuli sub umbra arborum, expectantes mori præfati. Prostratus verò in vmbra ego factus sum in extasi, vidi que piscinam aqua plenam, & circumfluentem, duos autem supra piscinæ labiū assistere, vaseque vni ligneum. Tunc cœpi vnum ex illis rogare, dicens:

Senex quidam sedebat in monasterio Abbatis Petri iuxta sanctum Iordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narrauit, dicens: Cùm essem aliquando in Raythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cum ergo per desertum iter faceremus, errauimus de via, ferebamurque per eremi latam vastitatem. Deficiente verò nobis aqua per aliquot dies, siti aerecere cœpimus. Cumque iam & siti, & æstu deficientes, progredi vltèrius non valeremus, inuentis per desertum myricis, iactauimus nos singuli sub umbra arborum, expectantes mori præfati. Prostratus verò in vmbra ego factus sum in extasi, vidi que piscinam aqua plenam, & circumfluentem, duos autem supra piscinæ labiū assistere, vaseque vni ligneum. Tunc cœpi vnum ex illis rogare, dicens:

Senex quidam sedebat in monasterio Abbatis Petri iuxta sanctum Iordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narrauit, dicens: Cùm essem aliquando in Raythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cum ergo per desertum iter faceremus, errauimus de via, ferebamurque per eremi latam vastitatem. Deficiente verò nobis aqua per aliquot dies, siti aerecere cœpimus. Cumque iam & siti, & æstu deficientes, progredi vltèrius non valeremus, inuentis per desertum myricis, iactauimus nos singuli sub umbra arborum, expectantes mori præfati. Prostratus verò in vmbra ego factus sum in extasi, vidi que piscinam aqua plenam, & circumfluentem, duos autem supra piscinæ labiū assistere, vaseque vni ligneum. Tunc cœpi vnum ex illis rogare, dicens:

Senex quidam sedebat in monasterio Abbatis Petri iuxta sanctum Iordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narrauit, dicens: Cùm essem aliquando in Raythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cum ergo per desertum iter faceremus, errauimus de via, ferebamurque per eremi latam vastitatem. Deficiente verò nobis aqua per aliquot dies, siti aerecere cœpimus. Cumque iam & siti, & æstu deficientes, progredi vltèrius non valeremus, inuentis per desertum myricis, iactauimus nos singuli sub umbra arborum, expectantes mori præfati. Prostratus verò in vmbra ego factus sum in extasi, vidi que piscinam aqua plenam, & circumfluentem, duos autem supra piscinæ labiū assistere, vaseque vni ligneum. Tunc cœpi vnum ex illis rogare, dicens:

Senex quidam sedebat in monasterio Abbatis Petri iuxta sanctum Iordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narrauit, dicens: Cùm essem aliquando in Raythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cum ergo per desertum iter faceremus, errauimus de via, ferebamurque per eremi latam vastitatem. Deficiente verò nobis aqua per aliquot dies, siti aerecere cœpimus. Cumque iam & siti, & æstu deficientes, progredi vltèrius non valeremus, inuentis per desertum myricis, iactauimus nos singuli sub umbra arborum, expectantes mori præfati. Prostratus verò in vmbra ego factus sum in extasi, vidi que piscinam aqua plenam, & circumfluentem, duos autem supra piscinæ labiū assistere, vaseque vni ligneum. Tunc cœpi vnum ex illis rogare, dicens:

Senex quidam sedebat in monasterio Abbatis Petri iuxta sanctum Iordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narrauit, dicens: Cùm essem aliquando in Raythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cum ergo per desertum iter faceremus, errauimus de via, ferebamurque per eremi latam vastitatem. Deficiente verò nobis aqua per aliquot dies, siti aerecere cœpimus. Cumque iam & siti, & æstu deficientes, progredi vltèrius non valeremus, inuentis per desertum myricis, iactauimus nos singuli sub umbra arborum, expectantes mori præfati. Prostratus verò in vmbra ego factus sum in extasi, vidi que piscinam aqua plenam, & circumfluentem, duos autem supra piscinæ labiū assistere, vaseque vni ligneum. Tunc cœpi vnum ex illis rogare, dicens:

Senex quidam sedebat in monasterio Abbatis Petri iuxta sanctum Iordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narrauit, dicens: Cùm essem aliquando in Raythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cum ergo per desertum iter faceremus, errauimus de via, ferebamurque per eremi latam vastitatem. Deficiente verò nobis aqua per aliquot dies, siti aerecere cœpimus. Cumque iam & siti, & æstu deficientes, progredi vltèrius non valeremus, inuentis per desertum myricis, iactauimus nos singuli sub umbra arborum, expectantes mori præfati. Prostratus verò in vmbra ego factus sum in extasi, vidi que piscinam aqua plenam, & circumfluentem, duos autem supra piscinæ labiū assistere, vaseque vni ligneum. Tunc cœpi vnum ex illis rogare, dicens:

Fac mecum charitatem, domine, & da mihi pusillum aquae, quoniam deficio. Ille vero volebat. Tunc dicit ad eum alter: Da illi modicum. Qui respondit ei, dicens: Non demus ei, valde enim desidiosus est, & negligens fui. At alter: Vtique sanè negligens est, ac desidiosus, propter hospitalitatem tamen demus ei. Atque ita praebeuerunt mihi, & his, qui mecum erant. Mox autem ut bibimus, confortati sumus, & iter agētes tribus diebus aliis sine potu, peruenimus ad loca habitabilia.

Vita Magni Senis. CAP. XVII.

I Vino non
vtebatur,
et panem
sursureū
comede-
bat.

DIcebant de quodam magno senē, qui in eodem monasterio Abbatis Petri morabatur, quod quinquaginta annos egisset in spelunca sua, neque i. vinum bibens, nec panem comedens, nisi tantum sursureum. Tertio autem singulis hebdomadibus communicabat.

Vita alterius senis monasterij Laurae, qui cum leonibus dormiebat.

CAP. XVII.

Arrauit nobis Abbas Policronius presbyter de alio senē, qui sedebat in eadem Laurae Abbatis Petri, quod plerumque abiens in ripa Iordanis commanabat, & vbi cubile leonis inuenisset, & illic dormiebat. Die vero quadam tulit duos leonis i. carulos intra pallium suum in Ecclesiam, & dicebat fratribus: Si mandata Domini nostri Iesu Christi custodiremus, ista animalia profecto nos timerent, sed propter peccatum serui effecti, nos illos timere comprobamur. Quare magnificè aedificati fratres, ad mansiones suas recesserunt.

I Vnde San-
ctos etiam
immansi-
simis be-
stis in vi-
tute Dei
imperare.

Relatio Abbatis Eliae de seipso. CAP. XIX.

Arrauit nobis Abbas Elias, dicens, Cum aliquādo morarer in partibus sancti Iordanis in spelunca iuxta Eunuchorum monasterium, ideo quod non communicarem Machario Archiepiscopo Hierosolymitano, die quadam circa horam sextam, aestu vehementissimo coeque desuper (erat enim Augustus mensis) pulsauit quidam ostium speluncae meae. Egressus vero vidi mulierem, & dixi ad illam.

Quid tu hic facis? Et respondens dixit mihi: Et ego, mi pater, eiusdem, quo tu, instituti sum, & quasi vno lapide distat à te spelunca mea. Ostendebat autem & locum quasi ad Austrum. Et ait: Lustravi hanc eremum, & prae aestu nimio siti fatigata sum, fac ergo charitatem, Pater, & da mihi pusillum aquae. Itaque protuli vrceum, & dedi ei. Quae cum sumens bibisset, dimisi illam. Cum autem abiisset, coepit diabolus impugnat me, immittens cogitationes sordidas in eam. Superatus igitur, neque ferens libidinis ardorem, sumpta virga mea, cellam egressus sum in feruore aestus, cum lapides ignescerent, profectusque sum ad illam, ut implem turpem concupiscentiam.

I Ecce quā
mirabili
visione
voluit
Deus san-
ctum vi-
rū à pecca-
to seruare
omnesque
monachos
edocere,
non debe-
re eos insti-
tuti sui
deserere
carnis co-
cupiscentia
remotos.

Cum vero feruē vno stadio ab eius adhuc speleo distarem, vrentē me grauitē aestu libidinis, repente factus in exstasi, vidi apertam terram, & me hiaturā terrae absorptum. Aspicioque illic i. cadauera putrida iacentia, & resoluta, & incredibili foetore plena, quendamque reuerendi habitus virum ea mihi demonstrantem, ac dicentem: Ecce istud mulieris est, istud viri, istud pueri, fruere iam ut vis, & quantumlibet concupiscentia tua: Huius tamen voluptatis gratia vide quot labores amittere voluisti. Vide propter quod peccatum vos ipsos priuare vultis Regno caelorum, & humanae miseriae. Propter vnius horae

voluptatem tanti laboris mercede frustramini. Ego autem praenimio foetore in terram corruui. Tunc accedens vir ille venerabilis, qui mihi apparuerat, erexit me. Et gratias agens Deo reuersus sum in locum meum.

Conuersio cuiusdam Militis ad Miraculum Dei in se factum, cuius etiam vita compendiosè describitur.

CAP. XX.

Arrauit nobis quidam Parrum, accepisse se à quodam milite, quod cum bellum in Africa gererent Romani cum Mauritaniis, victique fugarentur à Barbaris, ac plurimi illorum passim caederentur, ipsum quoque vnus ex Barbaris nactus, hastam, & cetera illud feriret, vibrare coepit. Quod ille cum cernebat, orare Deum coepit, ac dicere: Domine Deus, qui apparuisti ancillae tuae Theclae, & scripsisti eam de iniuriis quorum manibus, libera & me de hac necessitate, & priscos apud salua ex hac acerba morte, mox i. ibo in eremum, & tres, & agam vitam solitariam. Conuersus autem neminem post emisit ex Barbaris vidit. Itaque continuo venit ad hanc Laurae Cupatha. Manseratque iam in spelunca, Dei se protegente gratia, annos triginta quinque.

Mors Anachoretæ, & eius intersectoris. CAP. XXI.

Abbas Gerontius Prepositus monasterij sancti Patris nostri Euthymij, narrauit mihi, & Sophista Sophronio dicens: Tres simul eramus trans mare mortuum, ambulantiibusque nobis in montem, Anachoreta quidam alius circa maris ripam deambulabat: Contigit autem Sarracenos transire per loca illa, & occurrere ipsi. Cum ergo preterissent illum, reuersus vnus ex eis Anachoretæ caput abscidit, nobis de longinquo spectantibus. Jam enim conscende ramus montem. Cum vero lachrymaremur tristis propter Anachoretæ casum, repente cernimus i. aeuem superne venientem, raptū sarracenum in sublimē tulisse, atque inde in terram illum dimisisse, ex quoque lapsu sarracenum interiisse.

Vita alterius senis cononis. CAP. XXII.

Senex quidā erat in Cœnobio sancti patris nostri Theodosij, nomine Conō, Cilix genere, hanc vitam normā per triginta annos i. custodiens. Semel comedeat in hebdomada panem, & aquam, & sine intermissione operās, nūquam de ecclesia egrediebatur.

Vita Theoduli Monachi. CAP. XXIII.

Alium vidimus senem in eodem monasterio, Theodulum nomine, qui miles antea fuerat. Is dies i. omnes ieiunans, nunquam in latius dormiebat.

Vita senis cuiusdam habitantis in cellis cuziba.

CAP. XXIII.

Erat Senex quidam habitans in cellis Cuziba, a quo narrabant nobis loci eius seniores, quod dum in vico suo esset, hanc habebat consuetudinem, ut si quem vidisset in vico praenopia non valentem riuicium agrum suum seminare, noctu ibat, ignorante agri domino, semenque secum ferens, pauperis illius ferebat agrum. Cum autem venisset in eremum, & moraretur in cellis Cuziba, eadem miserationis faciebat opera. Ibat i. enim per viam, quae ducit à Iordanem ad sanctam ciuitatem, ferens panes, & aquam. Et si quando videret aliquem lassescerentem, portabat onus eius, & ascendeat usque ad sanctum montem Oliueti, rursumque per eandem cum ceteris redibat viam, ferens illorum onera usque Hierico. Vidisses senem aliquando ferentem onus ingens, sudan-

I Ecce lon-
giorum
monacho-
rum ieiunia
Vide quā
ta charita-
tate in pro-
bat batur san-
ctus pater:
qui mona-
chi in le-
sudan-

praecepto-
rum Dei
obserua-
tione. hu-
ius vite
beatitudi-
nem con-
stituit.

Ecce Christi-
anū mo-
rem sepe-
tūdi mor-
tuos, cum
psalmis
videlicet,
& oratio-
nibus su-
per eos di-
ctis.

De fratre monasterij cuziba, & sanctae oblationis verbis, necnon de Abbate Ioanne.

CAP. XXV.

Frater quidam erat in cœnobio Cuziba, ut nobis Abbas Gregorius Scholasticus retulit qui sanctae oblationis verba, ritumque didicerat. Die ergo quadam missus ut benedictiones ferret, cum iam rediret ad monasterium, verba sanctae oblationis, quasi verus aliquos caneret, dixit. Easdem vero benedictiones imposuerunt Diaconi sancto altari. Quas eum Abbas Ioannes presbyter offerret, qui postea Cæsareæ Palaestinae Episcopus fuit, non vidit, ut solitum erat, sancti i. Spiritus aduentum. Contristatusque valde, & cogitans, ne quid forte peccasset in mysterio Spiritus sanctus auertisset, ingressus est sacrarium plorans, corruitque in faciem suam. Apparuit autem ei Angelus Domini dicens: Quoniam frater ille, qui oblationes attulit, verba sanctae oblationis in via dixit, sanctificata i. iam, ac perfecta sunt. Ex tunc igitur statuit senior, ut nullus deinceps addisceret sanctae oblationis verba, nisi qui ordinatus ad hoc esset, neque passim ea quispiam diceret.

Aduerte quod non nisi ex peculiari diuino privilegio hoc accidit, cum ille non esset sacerdos.

Vita fratris Theophanis, cuiusque mirabilis visio, & de communicatione cum haereticis.

CAP. XXVI.

Senex quidam sedebat in Laura Calamonis iuxta Iordanem fluium, Cyriacus nomine, magni apud Deum i. meriti. Ad hunc profectus est frater peregrinus ex regione Dora, Theophanes nomine, ut interrogaret senem de cogitationibus fornicationis. Quem senior hortari coepit, atque virgere verbis de pudicitia & castitate. Frater itaque magnificè aedificatus ait seni: Verè, mi pater, ego nisi in regione mea Nestorianis communicarem, tecum mansissem. Cum vero audisset senex Nestorij nomen, aspicuus de perditione fratris, corripiebat eum, & orabat, ut recederet ab hac pessima, & perniciofa haeresi, accederetque ad 2 sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, dicens, non 2 esse aliam salutis spem, nisi rectè sentiamus, & credamus (ut reuera est) sanctam Mariam Dei genitricem esse. Dixit autem frater ille seni: Profectò, domine pater, omnes haereticos sic dicunt: Nisi nobiscum communices, saluus esse non poteris. Quid ergo faciam, infelix, nescio. Deprecare igitur Dominum, ut reipsa me certum faciat, quænam sit vera fides. Senex autem cum gaudio fratris verba suscepit, dixitque illi: Sede in spelunca mecum, & omnino spem in Deo habeto, quia reuelabit tibi ipse benignitas, quae sit verum fidei. Dimissoque fratre in spelunca sua, egressus est senior prope mare mortuum, orans Deum pro fratre. Circa autem horam nonam diei sequentis, aspexit frater quendam astantem sibi aspectu terribi-

I Nota quod haereticos omnes sunt extra greuem fidei. Et a Catho-
Apostoli-
spexit frater quendam astantem sibi aspectu terribi-

lem, ac dicentem: Veni, & vide veritatem. Assumentesque cum, duxit in locum tenebrosū, ac foetidum, ignes euaporantem. Atque in ipsis ignibus vidit Nestorium, Eutychem, Apollinarem, Dioscorum, Scuerum, Arium, Origenem, & alios quosdam. Dixitque illi is, qui apparuerat. Locus iste praeparatus est haereticis, & blasphemantibus, & his, qui illorum dogmata sequuntur. Si ergo placet tibi locus, perstite in tuo dogmate. Si autem supplicium istud experiri nō vis, accede ad sanctam Catholicam, & Apostolicam, rectè sententiam te senex docet. Dico enim tibi, quia si omnes virtutes homo operetur, nec rectè credat, in hoc loco cruciabitur. Atque in hoc verbo venit frater in semetipsum, & redeunt seni narrauit omnia, quae viderat, accessitque ad communionem sanctae Catholicae Ecclesiae. Remansit autem cum senē, impletisque quatuor cum illo annis, dormiuit in pace.

Vita Presbyteri Villae Mardandos. CAP. XXVII.

Decem fere millibus passuum ab vrbe Ciliciae Aegina, villa quaedam est, nomine Mardandos, in qua templum est sancti Ioannis Baptistae. In hac absque merito, magnarumque virtutum. Quadam vero die villae ipsius habitatores accesserunt ad Episcopum accusantes senem, ac dicentes: Tolle à nobis senem nam molestus nobis est. Dicit eis Episcopus: sine rebus. Quid vobis facit? Dicunt ei: Accedit Missam celebrare die Dominico, nunc hora tertia, nunc autem hora nona, ut sibi visum fuerit, neque seruat solennem, ac legitimum ordinem 2 sanctae oblationis. His compertis, Episcopus assumens senem seorsum ait illi: Quid ita facis, senior? An ignoras sanctae Ecclesiae statuta? Ait senex: Vera profectò profeceris, & rectè dicis. Verum quid agam, ignoro. Die enim Dominico post nocturnos hymnos, prope sanctum altare sedeo, & quousque videam 3 Spiritum sanctum altari obumbrantem, sancta Missarum solennia non incipio. Cum autem aduenisset Spiritus sanctus, tunc ego sacra officia consummo. His auditis, Episcopus admiratus virtutem senis, conuocat habitatores villae, satisfaciensque illis, dimisit eos in pace.

Huic seni misit Abbas Iulianus Stylites salutationem, mittens ei etiam pannum inuolutum, habentem intus tres 4 carbones ignis. Senex vero suscipiens salutationem, & carbones arduos, remisit eidem Abbati ipsum pannum inuolutum aqua plebilibus passuum.

Factum mirabile Abbatis Iuliani Stylitae. CAP. XXVIII.

Arrabat Abbas Cyriacus discipulus praedicti Abbatis Iuliani Stylitae, dicens: Venimus ego, & pater meus, & frater à regione nostra ad Abbatē Iulianum, audita eius fama. Ego enim habebam passionem insanabilem, quam nullus hominum curare potuerat. Venientem igitur senex protinus me curauit, & abrenūciauimus saeculo. Constituitque senior patrem meum super frumentum. Quadam vero die venit pater meus, & ait Abbati Iuliano: Frumentum non habemus. Senex autem de columna respondens ait: Vade, frater, & ipsum, quod inueneris, collige hodie, & de crastino Deus nostri curam habebit. Ille vero in hoc verbo turbatus (sciebat enim

I Ecce non sufficit solus operis meritum, sed nec omnia bo-
na opera
sine recta
fide.
summi a-
bitur Deū
meriti.
2
Vide misit
san voca-
sancti
oblationē.
3
Eccē quo-
modo or-
ditur Spi-
ritus san-
ctus olim
visibiliter
apparuit
sancti
circum
4
Aduerte,
quod san-
cti viri e-
tiam irra-
tionabilibus
creaturis
dominā-
tur.
I
Oratione
sancti vi-
ri proxi-
mum cura-
tus est in-
zz iiiij

firmus. Magna ergo res oratio.

se nihil dimisisse) abiit ad cellam suam. Necessitate autem urgente misit ad eum senex dicens: Accede huc. Ille cum vix venire acquiesceret, dicit ei senior: Frater Conon, vade, & quod inuenieris, fac in cibum fratrum. Ille præ iracundia sumptis horrei clauibus abiit, volens terræ puluerem ferre. Cum autem amotis claustris ostia vellet aperire, non poterat. Erat enim totum horreum frumento plenum. Quo ille viso perterritus, seni veniam prostratus petiit.

Miraculum sanctissime Eucharistie. CAP. XXIX.

I si in sancta Eucharistia uerum Christi corpus non fuisse, ualde probabile est, quod nequaquam hac duo miracula prouenissent.

Q Vasi triginta milliariibus ab Ægina ciuitate Ciliciæ Stylitæ duo erant separati ab inuicem sex uilibus passuum. Ex his alter sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ communicabat, alter autem, qui etiam plus temporis in columna egerat, Seuerianæ impietatis erat. Variisque modis hæreticus Catholicum criminabatur.

Ille uero diuinitus inspiratus, petiit ab eo, ut partem sibi mitteret communionis suæ. Qui gaudio elatus, quod quasi illum seduxisset, protinus misit nihil hæsitans. Suscipiens itaque Catholicus missam sibi ab hæretico Seueriani sectatore particulam, in feruentem ollam iniecit, moxque resoluta est. Sumptam quoque Catholicæ Ecclesiæ sanctam & communionem in eam coniecit. Statimque feruens olla refrigerata est, & sancta communio permansit integra, neque madefacta est. Quam & diligenter seruauit, & ostendit nobis, cum ad illum uenisset.

Vita Isidori Monachi Melitenensis, alterumque miraculum circa sanctissimam Eucharistiam. CAP. XXX.

D Ade Cyprî emporium est. In eo monasterium est, quod dicitur Philoxeme. Ad id cum uenisset, inuenimus ibi monachum genere Melitenensem, Isidorum nomine. Hunc uidimus sine ulla intermissione cum seculatu stentem. Cum autem rogaretur ab omnibus, ut aliquantulum quiesceret, & a stetu temperaret, nulli penitus acquiescebat, dicens omnibus: Nimum peccator sum ultra omnes, qui ab initio sæculi fuerunt. Cum autem illi diceremus: Nullus certe sine peccato est, nisi vnus Deus: respondit dicens: Veraciter, fratres, nullum inueni inter homines similem mihi peccatorem, nullumque maius delictum, quam meum. Et ut cognoscatis, me uera prosequi, audite peccatum meum, ut & vos oretis pro me. Ego cum essem in sæculo, uxorem habui. Eramus autem ambo Seueriani dogmatis. Cum ergo die quadam uenisset domum, non inueni uxorem meam. Audiui autem, quod abiisset ad vicinam mulierem, ut illi communicaret (erat autem illa catholica religionis, & fidei) cucurritque protinus uolens prohibere. Profectus autem domum, inueni illam iam communicasse. Quare indignatione concitatus, apprehendi guttur eius, fecique illam euomere sacram communionem. Sumptam deinde particulam sanctam huc, illucque iactabam, donec in lutum cecidit. Mox autem uidi & conuersionem in eodem loco sanctam assumpsisse communionem.

I Et hic in sacra Eucharistia demòstratur, quomodo agant hæretici hac de causa a stetu temperate non possunt.

Post biduum uero aspicio uirum quasi Ethiopem, semicinctis uestitus, dicentemque mihi: Ego, & tu simul in vnum supplicium condemnati sumus. Et estratur, go ad eum; Tu, inquam, quis es? respondit: Ego sum, qui conditorem omnium Dominum Iesum Christum in maxilla percussi passionis tempore. Atque hac de causa a stetu temperate non possunt.

Conuersio & Vita Mariae meretricis.

CAP. XXXI.

D Vo senes abierunt ab Ægis in Tharsum, uenientesque in stabulum, ut requiescerent (erat enim æstus) per dispensationem dei inueniunt in stabulo tres adolescentes habentes secum vnam meretricem. Senes ergo seorsum sederunt. Vnusque ex eis accipiens sanctum Euangelium legebat. Meretrix uero, quæ erat cum adolescentibus, ut uidit legentem senem, relictis illis, accessit ad senem, seditque iuxta illum. Senex autem illam reiciens dixit: Multum, ô infelix, impudens es, quæ uerita non fuisse accedere ad nos, ac sedere. At illa: Ne, quæso, pater, ne abomineris me, neque abiicias. Etsi enim omni peccato plena sum, non tamen repulsi uenientem ad se meretricem Dominus, & saluator omnium Christus Deus noster. Respondit ei senex: Sed meretrix illa non permansit meretrix. Tum ipsa: Spero in filium Dei uiui, quia ab hodierno die neque ego permanebo in peccato hoc. Relinquens igitur adolescentes, & sua omnia, secuta est senes illos. Miserunt autem illam in monasterium prope Ægas ciuitatem. Hanc & ego iam antum uidi magnæ prudentiæ feminam, & illa ex eius ore didici. Erat autem illi nomen Maria.

Conuersio, & Vita Babilæ mimi, necnon Cometa, & Nicofæ concubinarum eius. CAP. XXXII.

M Imus quidam erat in Tharsu Ciliciæ, nomine Babilas. Erant autem illi duæ concubinae. Nomen vni Cometa, nomen alteri Nicofa. Viuebat autem luxuriose, agens omnia, quæ illi demon suggestisset. Die uero quadam ingressus Ecclesiam, audiuit per dispensationem Dei sanctum Euangelium legi. Erat autem ista lectio: Penitentiam agite, appropinquauit enim Regnum cælorum: Compunctusque & cæpit cum lachrymis horrere, ac se miserum dicere pro his, quæ peccauerat. Confestim igitur egressus extra Ecclesiam, uocauit duas amicas suas, dixitque illis: Scitis quomodo uobiscum luxuriose uixerim, ut quæ nunquam alteram plus quam alteram dilexerim? Itaque uestra sunt omnia, quæcunque ego acquisiui. Accipite insuper & mea omnia, & diuidite inter uos. Ego enim exnunc abrenuncio sæculo, & efficior monachus. Illæ autem ex uero ore responderunt ei cum lachrymis: Ad luxuriam, & firmum animarum nostrarum interitum communicauimus propostum tibi, nunc uero, quando hoc Deo placitum opus factum est, ita erit, sed etiam in bono communicabimus tibi. Atque ita Mimus quidem inclausit se in vna turrium ciuitatis. Illæ uero, venditis omnibus suis, erogatisque pauperibus, accipientes & ipsæ 2 religiosum habitum, fecerunt sibi prope turrem cellulam, & se ipsas pariter incluserunt. Hunc & ego uidi, & ab eo ualde edificatus sum. Est enim uir ualde humilis, & clemens, atque misericors. Scripsi autem & hoc pro uilitate legentium.

Vita sancti Episcopi Theodoti. CAP. XXXIII.

N Arrauit nobis quidam patrum, quod fuerit in sancta ciuitate Episcopus quidam, nomine Theodotus, tantæ benignitatis, ut cum in vna solennitate inuitallet quosdam de clericis suis ad conuiuium, unusque ex eis uenire nolisset, neque inuitationi acquiesceret,

rum communionem fugientes, Ecclesiæ que catholice communicationes

I Habes in hac uersione uera penitentia formam, que est peccatis condonatio, & firmum de non committendis in futurum. Vna cum assumptione noua uita. Ecce quomodo enim olim qui Monachi, uel sanctissimi uiales fuerunt, noui religionis habitum inducunt.

quiesceret, tunc quidem Patriarcha siluerit, alias uero ipse ad eum profectus sit rogans, ut ueniret, mensæque communis particeps fieret.

Dicebat autem rursus de ipso Episcopo Theodoro, quod ita fuerit mitis, atque humilis, ut cum semel iter ageret cum vno clerico, & ipse quidem lectica ueheretur, clericus uero equo insideret, dixerit clerico suo Patriarcha: Mutemur uehicula nostra: & tu quidem lectica uehere, ego autem eques ibo. Cum uero clericus id facere recusaret omnino, dicens id dedecus fore Patriarchæ, si quidem clericus lectica portaretur, & Episcopus equo insidens ingrederetur, non quiescit sanctus, & humilis Theodorus, donec ministro persuasit, non esse rem istam iniuriosam, cogitque illum ita facere.

Vita diui Alexandri Patriarchæ Hierosolymitani. CAP. XXXIII.

A lium habuit ciuitas ipsa Dei Patriarcham, Alexandrum nomine, aded pium, & misericordem, ut cum illi quidam ex notariis suis furatus esset aurum, & metu perterritus fugiens in Thebaidem Ægypti incidisset uagus, & errans in latrone, ac ductus fuisset ab eis captiuus ad extremas Ægypti partes, hoc comperto, diuus Alexander redemerit eum uinctum, ac captiuum octogintaquinque numismatibus. Quo reuerso ita piè, misericorditerque usus est, ut quidem ex Urbis habitatoribus dixerit aliquando, Nihil esse uilius, quam in Alexandrum peccare.

Alio quoque tempore vnus ex Diaconis eius, coram clericis omnibus iniuriis affectus diuum Alexandrum. Qui mox prostratus humi veniam petiit dicens: Ignotice mihi, domine frater.

Vita Elie Hierosolymorum Archiepiscopi, & de Flauiano Antiochie Patriarchæ. CAP. XXXV.

D icebat Abbas Polichronius de sancto Elia Hierosolymorum Archiepiscopo, quod sicut cum esset monachus, uinum non bibebat, ita nec Patriarcha quidem factus bibit, sed eandem seruauit regulam.

I Vno non est vnus sanctus pater.

Dicebant de eodem Archiepiscopo, Elia, & de Flauiano Antiochiæ Archiepiscopo, quod ab Anastasio Imperatore ambo fuerint exilio relegati propter sanctam Calcedonensem Synodum, Elias quidem in Hæta, Flauianus uero apud Petram. Die uero quadam significauerunt sibi ambo Patriarchæ mutuo dicentes: Anastasius hodie mortuus est: eamus igitur & nos, ut cum illo iudicemur. Et post duos dies ambo migrauerunt ad Dominum.

Vita Ephrem Antiocheni Patriarchæ, & quomodo Stylitem monachum a Seueriana hæresis impietate conuerterit. CAP. XXXVI.

N Arrauit nobis quidam Patrum de sancto Ephrem Antiocheno Patriarcha, quod ualde zelans fuerit, & feruens circa fidem. Cum enim audisset de Stylite illo, qui erat in partibus Hierapolis, quod Seuerianæ esset hæresis, abiit ad illum, ut impietatem diffunderet illi. Cæpit ergo diuus Ephrem corripere Stylitem, & orare, ut accederet ad sanctum Apolliticam thronum, & communicaret sanctæ hæresis, & Apostolicæ Ecclesiæ. Respondens uero Stylites ait: Ego synodo prorsus non communico. Dicit ad eum sanctus Ephrem. Et quomodo uis, ut curem te, & satisficiam pro gratia Domini nostri Iesum Christum? Sancta Ecclesia libera est ab omni forde

prauitatis hæreticæ. Dicit ad eum Stylites: Accendamus ignem, domine Patriarcha, & ingrediamur simul, & quem flamma non læserit, ille orthodoxus erit, illumque sequi debemus. Hoc autem dixit, ut terreret Patriarcham. Respondit sanctus Ephrem Stylitæ: Oportebat quidem te, fili mi, tanquam patri obtemperare, nihilque a nobis amplius quaerere. Quoniam uero rem postulasti excedentem quidem uires infelicitatis meæ, confido tamen in miserationibus filij dei, quia tuæ salutis causa & hoc faciam. Tunc ait diuus Ephrem astantibus omnibus: Benedictus Dominus, afferre huc ligna. Cum uero allata essent ligna, succendit illa Patriarcha ante columnam, dicitque Stylitæ: Descende nunc, ut iuxta decretum tuum ingrediamur ambo. Stupefactus ille ad Patriarchæ constantiam, descendere noluit. Tunc dixit ad eum Patriarcha: Nonne tu hoc fieri petisti? Et quomodo id nunc facere non uis? Tunc exiit se qua indutus erat stola Patriarcha, cum accessisset prope ignem, orauit dicens: Domine Iesu Christe Deus noster, qui propter nos dignatus es de sancta Domina nostra Dei genitrice, sempiternæ uirgine Maria incarnari, & nasci, ostende nobis ueritatem. Et completa 2 oratione, iactauit stolam suam in mediis ignibus. Cum autem ignis quasi per tres horas durasset, lignaque iam igne consumpta essent, tolerunt inde stolam integram, ita ut nulla ignis indicia in ea deprehendi possent. Tunc Stylites uidens, quod factum fuerat, certior de ueritate factus, anathematizauit Seuerum, & eius hæresim, accedensque ad sanctam Catholicam Ecclesiam, de manibus sancti ephrem communicauit, & glorificauit Deum.

Vita Episcopi, qui cathedra relicta uenit in sanctam ciuitatem, & mutato habitu ministrat archiepis. CAP. XXXVII.

Q Vidam Patrum enarrauit nobis de quodam Episcopo, quod relicto Episcopatu suo, profectus sit ad sanctam ciuitatem, ibique sumpto operarij habitu, ministrauerit Archiepiscopi. Eo uero tempore uir clemens, & misericordiæ operibus deditus Ephremius, Comes Orientis erat, ac per ipsum ædificia publica reparabantur. Ciuitas enim terramotui ceciderat. Die autem quadam uidit per uisum Ephremius dormientem Episcopum, columnamque ignis super eum ad cælum usque pertingentem. Hoc autem cum non semel, nec bis, sed sæpius cerneret, obstupuit Ephremius (erat quippe uisio ipsa terribilis, & plena stuporis) cogitabatque apud semetipsum quidnam hoc esset, neque agnoscebat, quis esset ille mercenarius, uidens illum coma neglecta, veste sordida, uili, & abiecto habitu, & nimia exercitatione, & continentia, iugisque laboris fatigatione afflictus, & squalidum toto corporis cultu. Accersitum autem operarium eiusmodi Ephremius percussit, quoniam esset: cæpitque seorsum agere cum illo, quo uocaretur nomine, & cuius ciuitatis esset oriundus. Qui ait ad illum: Ego vnus pauperum istius ciuitatis sum, cumque non habeam, unde me ipsum sustentare ualeam, operor, ut possim, & Deus de laboribus meis pascit me. Motus ergo diuinitus Ephremius, respondit illi, & ait: Crede mihi non te dimittam, donec mihi omnia de te ueraciter profectus fueris. Cum uero ita constringeretur, neque se ulterius posset abscondere, dixit illi: Pollicere mihi, quia quandiu fuero in uita hac, nemini dices, quæ circa me sunt, & ego, suppresso tantum nomine, uera tibi

Apolliticam Ecclesiam reuertitur

Mirabilem orationem sancti

peregerunt

de me annuncio. Iuravitque illi Comes, nulli se ea dicturum, quandiu esset in vita. Tunc ait illi: Ego Episcopus sum, & propter Deum dimisi Episcopatum meum, & veni huc, quasi ad ignotum locum. Affligens autem carnem meam, & operas, ex labore meo modicum panis mihi acquiro. Tu vero, quantum potes, adice ad eleemosynam. His enim diebus deus promovebit te ad Apostolicum thronum huius civitatis, ut pascas populum suum, que acquisiuit per proprium sanguinem Christus verus Deus noster. Ut igitur dixi, eleemosynis insiste, & pro recta fide iugiter sta, & decerta. Talibus enim sacrificiis maxime delectatur Deus. Ita ut praedixerat, contigit. Diuifque Ephremius, his auditis, glorificavit deum, dicens: Quantos habet occultos famulos, & soli sibi cognitos Deus!

Mors Anastasii Imperatoris impij.

CAP. XXXVII.

Narravit nobis vir quidam fidelis de Anastasio Imperatore, quod cum eiecisset Euphemium, & Macedonium Patriarchas Constantinopolitanae Ecclesiae, ac propter sanctam Chalcedonensem synodum illos Caitan in Pontum exilio relegasset, vidit in somnis idem Imperator, virum quendam insignem vestitum amictu candido, contra se stare, codicem scriptum ferentem, ac legentem. Evoluens autem quinque folia codicis, legensque Imperatoris nomen, ait illi: Ecce propter perfidiam tuam deleo quatuordecim: & digito suo illos deleuit. Ac post duos dies, facto fulgore magno, atque tonitruo, pauore turbatus reddidit spiritum in summa angustia, pro eo quod impius fuit in sanctam Christi Dei nostri Ecclesiam, cuiusque pastores exilio damnauit.

Vita Monachi Monasterij Abbatis Severiani, & quomodo a puella iusticia prudenter retractus fuerit ne cum ea peccaret.

CAP. XXXIX.

Cum venissem Antiochiam, audiui quendam de presbyteris Ecclesiae ista narrantem. Dicebat, inquit Patriarcha Anastasius: Cum Monachus quidam monasterij Abbatis Severiani missus fuisset in ministerium in partes Elutheropoleos, & diuertisset ad rusticum quempiam fidelem, habentem filiam vnicam, defunctam iam matre illius, maneretque in domo eius dies aliquot, is, qui semper impugnat homines, diabolus, immisit fratri sordidas cogitationes, impugnatatque de puella, & quarebat opportunitatem opprimedi eam. Igitur qui illum oppugnatat demon, opportunitatem quoque illi procuravit. Patre enim puellae proficiscente Afcalonem necessitate vtilitatis gratia, frater ille sciens neminem in domo esse, nisi se solum, & puellam, accessit, ut illam vi opprimeret. Illa vero vidit ipsum totum perturbatum ad nefarium actum properare, dixit ei: Noli turbari, neque scedum quid contra me moliaris. Pater meus neque hodie, neque cras veniet. Audi primum, quid dicam. Ego enim (nouit Deus) prompte quicquid volueris faciam. Caepit autem illum ita alloqui: Quantum temporis habes, frater, in monasterio? Dicit ei frater: Decem, & septem annos. Dicit ei iterum: Habes experimentum mulieris? Ait illi: Non. Ergo tu, inquit puella, vis propter vnam horam amittere tot annorum labores? Quoties fudisti lachrymas, ut carnem tuam Christo Domino pura, immaculatamque ser-

1 Vides quod etiam antiqui monachi

uares? Et nunc totum laborem illum breuissimam voluptatis gratia tibi perire vis? Veruntamen si, ut vis, perpetuum audiero te, peccesque mecum, habesne quo assumas, & enutrias me. Dicit ei frater: Non. Tunc illa: In veritate non mentior, si humiliaueris me, multorum malorum causa eris. Dicit ei monachus: Quomodo? Puella respondens: Primum quidem, inquit, quia perdis animam tuam. Secundo quoniam & anima mea abs te requireretur. Hoc enim tibi iuramento protestor per eum, qui dixit: Noli me mendacem facere: quia si humiliaueris me, continuo mihi ipsi laqueo vitam extorquebo, inuenierisque homicidij reus, atque in iudicio ut homicida iudicaberis. Igitur antequam tot malorum causa fias, reuertere in pace ad monasterium tuum, & ora pro me. Rediens igitur in semetipsum frater, ac respiciens, statim reuersus est ad monasterium suum, prostratusque Abbati, & veniam postulans, orauit, ut vltra iam de monasterio non egrederetur. Et cum in contritione cordis egisset tres menses, migravit ad Dominum.

Vita Abbatis Cosmae Eunuchi.

CAP. XL.

Narravit nobis Abbas Basilus presbyter Bicanthiorum, dicens: Cum essem Theopoli apud Patriarcham Gregorium, venit ab Hierosolymis Abbas Cosmas Eunuchus Laurae Pharan, vir singularis religionis, & fidei, rectorumque dogmatum valde tenax, & zelator, ac diuinarum scripturarum scientia non mediocriter instructus. Cum ergo fuisset ibi senex dies paucos, defunctus est. Et iussit Patriarcha pretiosas illius reliquias in monasterio suo sepeliri, ubi & positus erat quidam Episcopus. Die igitur quadam profectus sum, ut salutarem sepulchrum senis. Erat autem supra sepulchrum eius iacens homo quidam pauper, eleemosynam petens ab ingredientibus in templum. Cum ergo conspexisset me pauper tertio prostratum, & seni orationem facientem, dixit mihi: Abba magnus profecto eras senex ille, quem sepelitis hic ante hos duos menses. Tunc ego ad illum: Vnde hoc tu nosti? Qui respondit: Verè, domine Abba, ego paralyticus fui annis duodecim, & per ipsum curauit me Deus. Et quoties in tribulatione sum, venit ad me consolationem afferens, & si famihique refrigerium praestat. Sed & aliud audi de illo miraculum. Ex qua die ipsum sepelitis vsque ad diem hanc, audio illum singulis noctibus clamatem, ac dicentem ad Episcopum: Noli me tangere, haeretice: ne appropinques mihi, inimice sanctae Dei Catholicae Ecclesiae. Hanc ego audiens ab eo, qui sanatus fuerat, perrexi, & omnia ex ordine Patriarchae retuli, orabamque ipsum sanctissimum Patriarcham, ut sumptum ex eo loco senis corpus in sepulchro alio recondremus. Tunc ait Abbas Gregorius Patriarcha: Mihi, filij, credite: nihil ab haeretico laeditur Abbas Cosmas: sed hoc totum factum est, ut senis virtus, zelusque fidei nobis innotesceret, qualis scilicet fuerit, qualisque sit etiam post carnis occubum, utque episcopi nobis proderetur opinio, ne illicum arbitratemur orthodoxum fuisse, atque Catholicum.

Dicebat item de eodem sene Abbas Basilus, quia cum perrexisset ad eum commorantem in Laurae Pharan, ait illi senex: Venit mihi cogitatio aliquando, quid sit, quod ait Dominus Discipulis suis: Qui habet vestimentum, vendat illud, & emat gladium: illisque

1 Nota pretiosas sancti viri reliquias.

illisque dicentibus: Ecce gladij duo hic: responderit: Satis est. Haerebamque in verbo isto, neque quid si bi vellet, intelligebam. Itaque sic cogitabundus exiui de cellula mea, in ipso meridiano Solis astu, ut ire ad Lauram Turrim, ad Abbatem Theophilum, & interrogare eum. Cumque per deserta pergerem, effemque prope Calamonem, aspicio draconem mirae magnitudinis de monte descendere in Calamonem. Erat autem adeo ingens, ut cum se moueret, curuaretur in modum camerae, vestigiaque terrae altius impressa relinqueret. Ego vero per vestigia illius illatus ingressus sum: agnouique, quia diabolus studium meum impedire vulerit. Orationes autem senis iuauerunt me. Perueniens igitur ad Abbatem Theophilum, exposui illi haeritationem meam. Qui dixit mihi: Duo gladij duas vitas significant actiuam, & cotè platinam. Si quis ergo has duas virtutes habeat, hic perfectus erit.

Ad hunc ipsam Abbatem Cosmam perrexi ego, dum esset in Laura Phara. Mansi enim in illa annos decem. Cumque mihi loqueretur de salute animae, & quoddam ex dictis sancti Athanasij Alexandriae Archiepiscopi allegaret, ait ad me senex: Cum inuenis aliquem ex opusculis sancti Athanasij, nec habueris chartas ad scribendum, in vestimentis tuis scribe illud. Tanto, talique studio flagrabat erga sanctos Patres nostros, & Doctores sanctus senior. Dicebat autem & hoc Abbas Cosmas de seipso: Quod nocte sanctae & Dominicae à vespere vsque matutino, stare & psallens, & legens, & in cella sua, & in tres ante Ecclesiam, neque omnino sedens. Orto autem sole, cum impleisset Canonem, sedebat legens in sanctis Euangelij vsque ad collectam.

Vita Abbatis Pauli Nazarenensis.

CAP. XLII.

Vidimus & alium senem in eadem Laura, Abbatem scilicet Paulum, virum i sanctum, ac Deo hodie fadeditum, iustissimum, atque abstinentissimum. Neminem huiusmodi memini me vnquam vidisse tanta conuolationis, ac lachrymarum gratia ornatum. Stillabat enim ex oculis eius iugiter lachrymae. Impleuit ergo sanctus iste senior in vita solitaria annos fere quinquaginta, contentus sola panis eleemosyna, quam nem diei Ecclesia dabat, nullique omnino colloquens. Erat Dominica autem ex Nazarbo.

Vita Abbatis Anaxanontis Serui Dei.

CAP. XLIII.

Vidimus in eodem loco Abbatem Anaxanontem virum misericordem, & continentissimum, vixeritque, tamque solitariam in cellula sua agentem tanta disciplina, ut per quatuor dies vnquam tantum oblationem manducaret minorum viginti. Saepè vero & tota hebdomada eam i solam comedebat. Circa extremum vero vitae suae, venerandus hic vir dolorem incurrit ventris, & viscerum. Tulimus itaque illum in sanctam Ciuitatem in domum infirmorum, quae sub patriarchae erat cura. Die vero quadam cum prope illum essemus, misit ad illum Abbas Conon Dux Laurae sancti patris nostri Sabae sudarium, vnaque habens benedictionem, & numismata sex, ita illi significans: Ignosce mihi, quia non permittit me aegritudo ascendere, & te salutare. Senex autem benedictionem quidem retinuit, nummos vero remisit discens: Si quidem voluerit Deus, ut in hac vita durem, Pater, habeo nummos decem. Cum vero eos expensim deero, significabo vobis, & mittetis istos. Ut autem

noueris, Pater, post duos dies saeculum istud derelinquo. Quod & factum est. Derulimus autem cum in eandem Lauram Pharam, & ibi cum sepelimus. Fuit autem beatus iste, & beati Eustochij contubernalis. Ambobusque relictis, in cremo consummatus est. Erat autem ex Aucyra Galatae ciuitate.

Deuersabilis mors impij Thallaei Archiepiscopi Thessalonicensis.

CAP. XLIII.

Fuit quidam Thessalonicae Archiepiscopus, Thallaeus nomine. Hic neque Deum timens, neque paratam retributionem ex pauescens, conculsansque Christianum dogma, ac sacerdotalem honorem, & dignitatem spernens, inuentus est pro pastore lupus. Abnegans quippe sanctam, & substantialiorem Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, idola infelix adorabat. Quem ij, qui tunc Ecclesiae praerant, communi decreto damnarunt, ac de sede sua deturbarunt. Pauco post tempore nequam ille omni scelere, & impietate plenus, voluit ad sacerdotalem dignitatem remeare. Quia ergo iuxta sapientissimum Salomonem, omnia obediunt auro, reuocatus est in regionem suam, erat autem Constantinopolis: sed omnipotens sancta Ecclesia sua non desepxit. Cum enim quadam die ille processurus esset cum superbo ornatu, ut ad Imperatores pergeret, sacerdotiumque decretis illorum iterum relumeret, pupugit illum venter ut pergeret ad necessaria naturae. Cum vero secretum locum ingressus esset exonerandi ventris causa, mansissetque intus duas iam vel tres horas, neque reuerteretur ad suos, ingressi sunt quidam ex his, qui illi assistebant, ut illum iam debere progredi monerent, inuenieruntque infelicem illum capite deorsum, ubi egrebantur stercorea, demersum, pedibusque sursum erectis. Erigentes autem illum, inueniunt extinctum horribili, & aeterna morte.

Vita Senis Monachi prope ciuitatem Antinouum commorantis, & de oratione pro mortuis.

CAP. XLIII.

Senex quidam enarravit nobis cum Thebaidem venissemus, quod senex vnus morabatur extra ciuitatem Antinouum magnae virtutis vir, qui in cellula sua egerat annos Lxx. Erant autem illi discipuli decem, ex quibus vnus erat valde negligens sui. Senex ergo saepius illum corripiebat, & hortabatur dicens: Frater, sollicitudinem gere pro anima tua: habes enim mori: & nisi te emendaueris, in supplicium tendes. Frater autem ille semper seni inobediens erat, nec ea, quae ab ipso dicebantur, admittebat. Contigit autem post aliquantulum temporis, ut iste moreretur. Contristatus vero senior super illo valde (Sciebat enim quod in magna desidia, & negligentia de saeculo exiisset) coepit orare, ac dicere: Domine Iesu Christe verax Deus noster, reuela mihi, quid sit circa fratris animam. Aspexit autem in excessu mentis effectus, fluium ignis, ingentemque in ipso igne multitudinem, ac medium fratrem illum ad collum vsque demersum. Tunc ait illi senior: Nonne te propter hanc poenam orabam, ut curam animae tuae ageres, fili? Respondit frater, & ait seni: Gratias ago Deo, pater, quod vel caput meum requiem haber. Per 2 orationes enim tuas supra caput Episcopi isto.

Vita Monachi inclusi in monte oliuarum, & de adoratione imaginis sanctissimae Dei genitricis Mariae.

CAP. XLV.

1 Vide num antequam moreretur cella perpetua

2 Ecce defunctorum animas orationibus viuunt adiunari

Vidi ego illic senes, qui nisi quis ad eos venisset, nūquam sumebant cibum. Inter quos erat senex quidam, Ammonius nomine, iuxta me manens. Cuius ego sciens consuetudinem, per omne sabbatum ad illum veniebam, ut propter aduentum meum sumeret cibum. Habebant hoc omnes generaliter, quod quacuq; hora accederent ad eos aliqui, permittebant illos orationem facere, illisque orantibus, ipsi mensam apponebant, & continuò cibum sumebant.

Viso cuiusdam Senis commorantis in Sciti, & de Abbate Irenæo.
CAP. LV.

Abbas Irenæus narravit nobis de sene quodam commorante in Sciti, quod diabolus viderit noctu sarculos, rastro, & cophinos præbetem fratribus. Dixitque diabolo senex: Quid ista sunt? Respondit diabolus: Distractionem fratribus præparo, ut his occupati, fiant negligentiores ad orandum, & glorificandum Deum.

I Vides, occupati, fiant negligentiores ad orandum, & glorificandum Deum.

Idem Abbas Irenæus narravit nobis, dicens iterum: Cum venissent barbari in Scitum, recessi inde, & veni in partes Gazæ, accepique mihi cellulam in monasterio. Abbas verò ipsa die dedit mihi librum ad legendum, in quo senum gesta scripta erant. Moxque ut aperui librum, occurrit oculis capitulum istud, Deo iuxta: Quod venerit quidam frater ad senem, dixeritque illi: Ora pro me pater: dixerit autem illi senex: Cum non esses nobiscum, orabam pro te: nunc autem, ex quo in propria abiisti, non iam oro pro te. Ut ergo legi seruire, ego capitulum istud, plicui librum, & dixi in me ipso: Væ tibi, Irenæe, quia in propria venisti, nec iam orant pro te patres. Moxque librum Abbati restituit recessi, & veni in loca ista. Et hæc mihi causa fuit, filioli, veniendi in hunc locum.

Vita Ioannis discipuli Senis Magni, qui morabatur in vico Caparsima.
CAP. LVI.

Tolomais ciuitas est Phœnicis. In hac vicus est, qui dicitur Caparsima. In eo vicus senex quidam erat magnus, habebatque discipulum, Ioannem nomine & ipsum magnum, singularisque obedientia. Quadam ergo die misit senex discipulum suum in ministerium, dans ei & modicos panes pro victu suo. Profectus est autem discipulus, & complero ministerio rediit, retulitque panes. Videns autem senior panes ait ei: Fili, quare nō comedisti panes, quos dedi tibi? Prostratus ille coram sene dixit ei: Ignosce mihi pater: Quia non benedixisti mihi, cum mitteres me, ut cibum sumerem, idcirco non sumpsi. Admiratusque senex discretionem fratris, benedixit eum.

I Miraculo la qua post sanctorum mortem per eos ad illorum memorias operatur. Dem. splendorem vix illorum aperit cōsuetur.

Ad hunc fratrem post dormitionē senis, cum ieiunasset x l. diebus, vox facta est diuinitus dicens: Super quencunque morbum imposueris manus, curabitur. Mane autem facto, per dispensationem dei ecce homo quidam cum vxore veniebat cuius millam cancri morbus consumebat. Rogabat ergo illum vir eius, ut vxorem suā curaret. Qui cum peccatorem se diceret, & indignum ad tale attendendū opus, vir ille persistebat orans, ut annueret sibi vxorisque suæ miseretur. Cum verò imposuisset illi manū, mamillamque signasset, continuò sanata est. Et ex tunc plurima iam per illum signa Deus operatus est, nō tantum in vita sua, verum etiā post mortem.

Mors Symeonis Stylite, & de Iuliano Abbate etiam Stylite.

CAP. LVII.

Quadragesima ferè milliariibus ab Aegis ciuitate Ciliciæ Stylites erat, nomine Symeon. Hic fulgare percussus interit. Abbas ergo Iuliano Stylites presbyter præter consuetudinem suam insolito tempore dixit discipulis suis: Mittite thymiam in thuribulum. Qui dixerunt ei: Dic nobis causam, pater: orabantque, ut diceret eis. Senex autem dixit: Quia modò frater meus Symeon ad fulgure deiectus interit, & ecce transit anima eius cum tripudio, & exultatione. Distabant autem ab inuicem milliariibus ferè viginti quatuor.

CAP. LVIII.

Abbas Stephanus monasterij sancti Patris nostri Sabæ Dux, & hoc de memorato Abbate Iuliano Stylite narravit, quod leo iuxta eum locum, in quo morabatur, apparuerit, plurimisque peregrinos, & indigenas necare solitus fuerit. Die ergo quadam aduocans discipulum suum senex, Pancratium nomine, dixit ei: Vade ferè duo millia passuum ad Austrum, inueniesque illic leonem iacentem, cui dices: Humilis Iulianus in nomine Iesu Christi filij Dei viuificans omnia tibi præcipit, ut recedas ab hac prouincia. Profectus verò frater inuenit leonem iacentem. Cumque verba senis illi dixisset, continuò recessit leo.

Vita Abbatis Thallelei Ciliciæ.

CAP. LIX.

Abbas Petrus presbyter eiusdem monasterij narravit nobis de Abbate Thalleleo Cilice, quod lx. annos transegerat in vita monastica nunquam flere & desistens, dicensque iugiter: Tempus hoc nobis ad penitentiam indultum est, & valde requiritur a nobis, si illud neglexerimus.

Factum egregium sanctimonialis famina, per quod compunctus adolescens eius amator, Monachus effectus est.

CAP. LX.

Quidam vir fidelis narravit nobis, cum in Alexandria essemus, tale quiddam. Sanctimonialis (inquit) quædam sedebat in domo sua, vitam solitariam ducens: salutisque suæ valde sollicita, & ieiuniis, ac vigiliis vacabat iugiter, multaque faciebat eleemosynas. Sed bonorum omnium semper inuidus diabolus, tantas in virgine virtutes non ferens, contra illam puluerem excitauit. Immisit enim adolescenti cuidam turpem de illa diabolicamque cupidinem. Manebat autem extra limen eius adolescens. Cum ergo virgo illa domo sua vellet egredi, atque ad Ecclesiam orationis gratia occurrere, ingerebat se illius oculis improbus & impurus adolescens, nec illam egredi sinebat; amatoria quædam verba procacibus nutibus illi insusurrans, adeò ut iam præ nimia molestia adolescentis cogere tur virgo domo sua nusquam progredi.

I Ecce quomodo vera penitentiæ habet secum dolorem de peccatis commissis & non tantum nouam vitam.

I Vide sanctimonialis famina, per quod compunctus adolescens eius amator, Monachus effectus est.

Die igitur quadam misit ancillam suam virgo ad illum ut ei diceret: Veni, vocat te domina mea. Abiit ergo ad illam gaudens, & stuprum committere gestiens. Sanctimonialis sedebat in cubili suo. Ingresso igitur adolescenti ait: Sede. Cumque sedisset, Dic oro te frater, inquit,

quit illa, cur ita mihi molestus, nec permittis me domo mea egredi? Respondit adolescens: Verè, domina, te multum amo, & quando te inspicio, totus in tui concupiscentiam inflammor. Quæ ait ad illum: Quidnam in me pulchrum vidisti, quia sic amas me. Ait adolescens: Oculos tuos: ipsi enim seduxerunt me. Virgo verò ut audiuit, quia oculi eius illum seduxissent, sumpto gladio mox oculos eruit. Hoc autem cum vidisset adolescens, eruisse scilicet sibi Virginem oculos, compunctus corde abiit in Scitum, ibique saculo renuncians, effectus est probatissimus monachus.

Vita Abbatis Leonij Ciliciæ.

CAP. LXI.

Dicebant quidam patrum de Abbate Leotio Cilice, quod in obsequio Domine nostræ sanctæ Dei genitricis fuerit feruentissimus, ac per xl. annos nunquam de illius templo recesserit. Erat autem semper miræ grauitatis, & sibi iugiter intendens.

I Nota in qui dicitur anti-quos monachos gyronagos fuisse, & non yfocella perpectua.

Dicebant & hoc de illo, quod si vidisset pauperem venientem ad se, si quidem ille esset cæcus, per manū illi porrigebat eleemosynam, si autem videns, ponebat ante illum, aut in columnæ basi, aut in scamno, aut in sanctuarij gradibus, atque inde illam tollebat pauper. Interrogatus autem a sene: Quare, pater, per manus non das eleemosynas? Respondit: Ignosce mihi, pater: neque enim ego sum, qui illam præbeo, sed Domina mea sancta Dei genitrix, quæ & me, & illos nutrit.

Vita Abbatis Stephani Monasterij Acliotarū presbyteri.

CAP. LXII.

Narravit nobis vnus ex senibus de Abbate Stephano presbytero monasterij Acliotarū, quod cum sederet in cella sua, immisit illi cogitationes dæmon dicēs: Recede, nihil enim hinc proficis. Senex autē dicebat dæmoni: Non audio te. Scio enim, quis es. Ferre non potes, ut aliquis saluetur. Sed Christus filius Dei viui ipse te conteret.

I Considera quod monachus qui instruit suum deservit, diabolo rem gratam facit.

CAP. LXIII.

Dicebant de eodē Abbate Stephano, quod cum sederet, & legeret, venit iterum diabolus visibiliter, dixitque ei: Recede, nihil enim hinc proficis. Tunc ille dæmoni: Si vis vt recedam, fac, vt id, in quo ego sedeo, ambulet. Sedebat autem in sella viminea. Quo audito, dæmon confestim sellam illam per totam cellam ambulare fecit. Senex autem aspiciens versutiam dæmonis, ait illi: Nempe quoniam ita velox, & astutus es, non hinc recedo. Factaque ab eo oratione, dæmon euauit.

2 Exemplo sancti huius patris instruitur, non debere monachum de religione despicere.

CAP. LXIII.

Tres senes venerunt ad Abbatem Stephanum presbyterum, & cum persequerent loquentes de utilitate animæ, tacebat senior. Dicit ei senes illi: Nihil nobis respondes, pater? Utilitatis gratia venimus ad te. Tunc ait illis, Ignoscite mihi, vsque modò non animaduerti quid locuti sitis. Veruntamē quod habeo, hoc dico vobis. Ego die, noctūque nihil aliud aspicio, nisi Dominum nostrum Iesum Christum in ligno pendentem. Quod cum audissent, multum ædificati recesserunt.

CAP. LXV.

Abbas Ioannes cognomento molbas, narravit nobis de venerato sene isto beato Stephano presbytero, quod cum aliquando iecur illius grauer in firmaretur, ex qua infirmitate sancta illa anima migravit ad corpore, coegerunt illum medici

3 Ami-

Tom. 2.

nem manducare. Erat autem illi frater secularis quidam, sed valde religiosè, & secundum Deum viues. Factum est autem, cum carnes comederet presbyter centem carnibus, scandalizatus est, & valde contristatus, quod ex tanta abstinentia, atque continentia in extremo vitæ suæ tempore ad comedendum carnes deuoluitus esset. Mox ergo in extasi factus, vidit quendam dicentem sibi: Quare sic de presbytero scandalizatus es? Quia illum vesci carnibus vidisti? Nescis, quia necessitate compulsus, & propter obedientiam id fecit? Nempe propterea scandalizari non debuisti: Nam si merita, & gloriam fratris tui videre cupis, retro conuertere, & vide. Conuersusque vidit fratrem suum crucifixum cum Domino. Aitque ad eum is, qui illi apparuerat: Ecce in qua gloria frater tuus est.

Vita Abbatis Theodosij solitarii.

CAP. LXVI.

Abbas Antonius Dux monasterij Acliotarum, qui etiam illud ædificauit, narravit nobis de Abbate Theodosio, quod senex ipse hæc de seipso narrabat: Priusquam ad vitam solitariam transissem, factus in extasi aspexi virum quendam, cuius species claritatem Solis vinceret. Hic tenens manum meā: Veni, ait, quia pugnare, & luctari te conuenit, & induxit me in theatrum infinitæ magnitudinis. Aspexi autem theatrum plenum viris ex vna parte candido amictu: ex alia verò nigro vestitis. Cum ergo iniesset me in theatrum, aspicio virum miræ magnitudinis Aethiopem, cuius caput turpissimum penetrabat nubes. Tunc ait ad me iuuenis ille, qui mihi apparuerat. Cum hoc luctari te oportet. Ego, qui aspectu viri illius proceri territus eram, tremere, ac paucere cœpi, orabamque iuuenem illum splendidū, qui me induxerat in theatrum, dicens: Quis hominum mortali conditione, & infirmitate circundatus, cum hoc luctari posset? Non ipsum vnuerfum genus humanum, si in vnum confluat, huic resistere præualeat? Ait autem ad me inuenis illæ præclarus: Profus cum illo te luctari opus est. Ingredere igitur cum omni alacritate, & fiducia. Mox enim vt tu illum adorulus fueris, ego adiutor adero, tibi que victoriæ coronam reponam. Vt ergo ingressus ad certamen sum: luctarique inuicem cœpimus, continuò præclarus ille Iudex nostri certaminis affuit, mihi que coronam dedit. Atque plebs illa obscura, Aethiopumque multitudo ingens ciuitates euauerunt. Pars verò reliqua candidatorum gratias illi, & laudes referebant, qui me iuuerat, ac præclara victoria donauerat.

CAP. LXVII.

Hoc Abbate Theodosio solitario narravit nobis Abbas Cyriacus eius discipulus, quod xxxv. annos egerit in solitudine, semper post biduum comedens, & iugiter silentium seruans, neque ad aliquem loquens. Cæterum si loqui voluisset, signo potius, quàm verbo utebatur. Hoc & ego vidi. Mansi enim in eodem Acliotarum monasterio annis decem.

I Vide sancti patris aliam secessionem, loga ieiunij, & iuge silentium. 2 Ecce beati viri paupertatem.

CAP. LXVIII.

Abbate Theodosio cum audisset Abramius Dux sanctæ Mariæ nouæ: quod non haberet pallium, quo hyeme uteretur, emit illi. Quod postquā senior accepit, quadā die cum obdormiret

2 aa ij

1 *Contra heretici* (dormiebat autē in cella senex) ascenderūt latrones, & exuerunt illum pallio, abeuntēque fecū illud tu-
nostrū lerunt. Quo facto, nihil omnino locutus est senex.
poris nil *Vita Abbatis Palladij, & Senis Theſſalonicenſis*
horum ſa *includit, nomine David.*
 CAP. LXIX.

Perreximus vnā ego & dominus Sophronius Sophista, priusquam ſæculo renunciaret, in Alexandria ad Abbatem Palladium, virum ſanctum, & verum ſeruum Dei, qui monaſterium ſuum habebat in Thelazomeno. Cūque illum pariter deprecaremur, vt verbum nobis ædificationis impenderet, cœpit ſenex ita ad nos loqui: Filioli, tempus iam abbreviatum eſt, & certemus hic modicum, atque laboremus, vt immortalibus bonis in æternum perfruamur. Videte martyres, videte pugiles cœleſtes, quomodo viriliter, & fortiter cuncta ſuperarunt.

Quos præteritum quidem tempus agnouit, viuunt autem ſemper in memoria noſtra, vixque ſatis illorū tolerantiam admirari poſſimus. Atteſtantur audientium ſinguli, ſupentes ad tantam beatorum martyrum patientiam, quæ verè naturam excedit humanā. Quorum aliis quidem effoſſi ſunt oculi, aliis exciſa crura, illis amputatæ manus, iſtis abſciſci pedes. Et illos quidem ignis repetendè conſumpſit, iſtos autem lenitiùs adurens, diu cruciauit. Atque alios nimirum profundum maris excepit, alios flumina abſorbuerunt. Alios item ferarum dentes, veluti malefactoris quodam, & ſceleratos, viuos acceperunt: alios variis exquiſitiſque ſuppliciiſ præmortuos in cibum acceperunt. Cæterum omnia contra illos bellatores Dei tormentorum genera excogitata dicere nõ poſſumus, quæ ſuggellit humani generis inimicus dæmon, inuidia martyrum ipſorum, & liuore tabeſcēs. O quam fortiter ſuſtinerunt. O quanto fidei ardore pugnauerunt, imbecillitatem corporis animæ virtute ſuperantes, & quæ ſperauerunt præmia, præſentibus laboribus digniora, & longè excellentiora capientes. Quæ proſectò omnia firmiſſimam illorum in vtranque partem fidem ostendebant. Hinc quidem, quia laborantes modicum, eximiis bonis in æternum perfruuntur: inde verò, quia horrenda corporibus illorum inueſta ſupplicia, quæ inimicus noſter diabolus induxit, fortiſſimè ſuſtinerūt. Si igitur tribulationes toleremus, & cū Dei gratia vincamus, verè Dei amatores inuenimur, Deusque nobiſcū eſt, pugnans ipſe in nobis, & vincens, laboreſque, nobis, ac ſudores dignationis ſuæ gratia allucians. Scientes igitur, filioli, quali operatione, & expectatione tempus indiget, dignoſcamus nos ipſos per quietem, & ſilentii. In hoc em̄ indulto nobis tēpore, neceſſe eſt nos vti bona, & præclara ope pœnitentiæ, vt Dei tēpla eſſe mereamur. Neque enim modicus, & breuis honor nobis in futuro ſæculo recompenſabitur.

Dixit iterum: Memores ſemper illius ſimus, qui non habuit, vbi caput reclinaret. Ait ruruſ ipſe ſenior: Quoniam iuxta Paulum Apoſtolum, tribulatio patientiam operatur, faciamus mentem noſtram a pacem Regni cœlorum. Ait iterum: Filioli, non diligamus mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt. Dixit iterum: Obſeruemus cogitationes, quod medicamentum ſalutis eſt.

Idem Abbas Palladius rogatus à nobis, vt ædificationis noſtræ cauſa diceret nobis, qua ratione, quibūſque cogitationibus ad monaſticum ſtatum acceſſiſſet, narrauit nobis, dicens: In prouincia mea

Theſſalonicenſi ſenex quidam extra muros ciuitatis quaſi ſtadiis tribus incluſus erat ex Meſopotamia, nomine David, virtutibus valde ornatus, miſericors, & continens. Tranſegit autem in cellula incluſus ferè annos 2 octoginta. Quoniam verò propter merum barbarorum nocte muri ciuitatis cuſtodiebantur à militibus, hi qui illam muri partem obſeruabant, quæ ſenex cellulam reſpiciebat, nocte quadam aſpexerunt, quia ex fenestris cellulæ ignis egrediebatur. Putauerunt autem milites barbaros in cellam ſenex ingeſſiſſe ignem. Manè autem facto, ingreſſi milites inuenerunt & ſenem illaſum, & cellam omnino incombuſtam, & obſtupuerunt. Ruruſ igitur ſequenti nocte eundem aſpicientes ignem admirabantur. Non ſolum autem ſequenti nocte ignis in cella ſenex apparuit, verum & multo tempore, ita vt vniuerſa ciuitati manifeſtum factum fuerit, plurimique nocte in muro ſapè vigilarint, inſpiciendi ignis gratia. Viſus eſt autem ignis ille vſque ab obitu ſenex. Hoc ego miraculo non ſemel, & bis, ſed ſæpius inſpecto, dixi in me ipſo: Si in hoc ſæculo tantam gloriam ſeruis ſuis largitur Deus, quantam putas eis reſeruaui in futuro, quando & illorum facies fulgebunt vt ſol? Iſta mihi, filioli, cauſa exitit arripienti monaſticum habitum, & hanc conuerſationem eligendi.

Vita Monachi Addas Meſopotamienſis includit.
 CAP. LXX.

Dicebat & hoc nobis ſenex, quod poſt hunc Abbatem David venit & alius monachus, nomine Addas, & ipſe de Meſopotamia, & ſeipſum incluſit ad aliam partem ciuitatis, in quadam magna Platano, fecitque ſibi fenestram, ex qua etiam cum aduenientibus colloquebatur. Cū ergo veniſſent barbari, & omnem prouinciam prædati eſſent, contigit eos per locum illum tranſire. Cūque vnus ex eis, conſpecto ſenex, gladium eduxiſſet, vt illum occideret, ſublata in ſublime manum vt feriret, demittere nequiuit, ſed ea ſuſpenſa immobilis perſiſtit. Quod cū cernerent barbari cæteri, admirati rogabant ſenem, vt ſocium eorum curaret. Senex igitur, facta i oratione, curauit eum, & ita dimiſit in pace.

Pulchrum dictum homicida ad Monachum, qui eum ſequatur, dum duceretur ad decollandum.
 CAP. LXXI.

Narrauit nobis iterum idem Abbas Palladius, dicens, quod in Arſenoite, quæ ciuitas Thebaidis eſt, tentus fuerit quidam homicidij reus: qui cū diu cruciatus eſſet, tandem ſententiam decollationis accepit. Cū ergo duceretur extra ciuitatem ſex millibus paſſuum, illic enim etiam perpetraratur homicidium: Monachus quidam retro ſequabatur, vt illum decollari conſpiceret. Qui autem ad decollandum ducebatur, cū vididiſſet Monachum ſequentem, ait illi: Nunquid, Abba, non habes cellulam, & opus manuum? Reſpondit Monachus: *lam, & Parce mihi, frater, & i cellam enim, & opus habeo.* Qui reſpondens ait illi: *Quare ergo non reſides in cella, & deſtes peccata tua?* Dicit ei Monachus: *Verè, frater mi, valde me ipſum negligo, monachi compunctionem que anima mea non habet, & idcirco non erant co venio, vt aſpiciam te, dum morieris, vt vel ſic in compunctionem veniam, Tunc ait illi reus: Vade, frater, per Dominum, ſede in cella tua, & gratias age Saluatori noſtro Ieſu Chriſto: Ex quo enim ille hominibus.*

mo

mo factus eſt, & pro nobis peccatoribus mortuus eſt, homo non iam moritur.

Relatio Abbatis Palladij de ſene homicida, qui adoleſcentem falſo de eodem crimine accuſabat.
 CAP. LXXII.

Et hoc item narrauit nobis ipſe Abbas Palladius dicens: Senex quidam, qui homicidium fecerat, detentus eſt à magiſtrato in Alexandria. Qui cū cruciaretur, dicebat, & alium fuiſſe ſecum cordis illius ſocium. Is autem, de quo ſenex dicebat, adoleſcens erat viginti ferme annorum. Multis ergo ſuppliciiſ ambo aſſecti ſunt. Et ſenex quidem dicebat: Mecum fuiſti, quando perpetravi homicidium. Adoleſcens verò denegabat, nihil ſe conſcium eſſe homicidij, neque cum illo ſe fuiſſe aſſerens. Cū ergo cruciati fuiſſent, ſententiam ambo acceperunt, vt furcis ſuſpenderentur. Abierūt ergo quinto extra urbem miliario, illic enim huiuſmodi reos punire conſueuerant. Diſtabat autem ab eo loco ferè vno ſtadio Saturni tēplum euerſum. Cū igitur ad locum veniſſent, & populus, & milites, adoleſcentem primò ſuſpendere in ligno voluerunt. Adoleſcens autem proſtratus in ſolo milites orabat dicens: Per dominum facite charitatem, & ad Orientem me ſuſpendite, vt illum videam, quando ſuſpenſus ero. Dicunt ei milites: *Quam ob cauſam?* Quibus adoleſcens: *Verè, domini mei, non habeo inſelix ego pluſquam ſeptē menſes, ex quo ſanctum baptiſma ſuſcepi, & Chriſtianus factus ſum. Cū hoc audiſſent milites, lachrymati ſunt ſuper adoleſcente. Senex autem cū hoc audiſſet, fremens grauiter dixit militibus: Scrupim facite, vt ego aſpiciam cōtra Saturnum. Cū verò audiſſent milites blaſphemiā ſenex, omiſſo adoleſcente, ſenem primò ſuſpenderunt. Cū verò illum in ligno ſuſpenderent, ecce eques ab Auguſtali ceſtiter miſſus, ait militibus: Adoleſcentem nolite interficere, ſed reducite illum. Factum eſt autem ingens gaudium militibus, & cunctis aſſiſtentibus. Et reducentes eum, introduxerunt in prætorium. Abſoluitque illum Auguſtalis. Adoleſcens verò præter ſpem ſaluus factus, abiens monachus effectus eſt. Hoc autem ad noſtram, & legentium vtilitatem ſcripſimus, vt ſciamus, quia nouit Dominus pios à tentatione liberare.*

Vita Ioannis militis Alexandrini. CAP. LXXIII.

Hoc etiam nobis idem Abbas Palladius narrauit dicens: Erat in Alexandria miles quidam, Ioannes nomine, hunc habens ordinem vitæ. Diebus ſingulis à mane vſque in horam nonam ſedebat in monaſterio ſolus iuxta gradus ſancti Petri, cilicio indutus, & ſportellas textēs, tacēs omnino, & nulli quicquam loquens. Sedebat autem laborans manibus ſuis, atque hoc ſolum canebat dulciter: *Domine, ab occultis meis munda me, vt non confundar orans.* Hunc verſum cū dixiſſet, vna fermè hora tacebat, & ruruſ eundem reſumebat verſum, ipſumque ſepries per totam diem repetebat, nihil omnino aliud dicens. Hora autem nona exuebat cilicium, induebatque militare habitum, id eſt, indumenta ſua, atque ita ad propria ſigna properabat. Cū hoc & ego annos octo manſi, multumque ædificatus ſum in ſilentio, & inſtituto ſuo.

Viſum dem Palladij verax dictum de hæreſibus.
 CAP. LXXIII.

Corripiens nos aliquando ſenex ipſe ita nobis dicebat: *Credite mihi, filioli, nihil aliud ſchiſmata.*

Tom. 2.

ta, & hæreſes introduxit in ſanctam Eccleſiam, niſi quod i nõ Deum, & nos inuicem valde diligimus. *Miraculum Domini erga vxorem, & filiam viri fidelis, qui hoſpitiuſ ſuſcipere monachos conſueuerat.*

CAP. LXXV.

Idem Abbas Palladius cū aliàs ad ipſum veniſſemus, tale quiddam enarrauit nobis. Erat (inquit) in Alexandria vir quidam fidelis, religioſus valde, & miſericors, & hoſpitiuſ ſuſcipiens monachos. Habebat autem vxorem, & ipſam humilem valde, & ieiunantem quotidie. Erat autem illis & filiola quaſi annorū ſex. Quadam verò die vir ille pius proſectus eſt Conſtantinopolim. Erat enim negociator. Reſtitit ergo domi vxorem, & puella, & vno ſeruo, abiit vt nauigaret. Cū verò iret ad nauem, ait ad illum vxor: *Cui nos commendatos relinquis, domine. Reſpondit vir eius: Domina noſtra 2 ſanctæ Dei genitrici. Die verò quadam cum ſederet vxor, & oſtendebat ſuggeſtione diabolica, voluit necare dominam, & eius filiam, & diſperere quicquid haberent, & fugere. Sumpto igitur ex coquina cultro, perrexit in triclinium, vbi erant ambæ. Cū verò veniſſet ante nauam, comprehenſus eſt cæcitate, ita vt neque triclinium ingredi, neque ad coquinam reuerti poſſet. Cū autem vna fermè hora perſiſtiſſet, fruſtraque conaretur ingredi, cœpit vocare dominam ſuam dicens: *Veni hucufque. Illa admirans, quod in medio ianuæ perſiſtens, ad illam non ingrederetur, ſed clamaret, ait illi: Tu magis huc veni: ignorans, quia cæcitate teneretur. Puer autem cœpit illam adiutare, vt iret prope illum. Illa verò iurauit, non ſe ituram. Tunc ait illi: Mitte vel puellam. Quæ noluit, ſed ait: Si quid vis, ipſe potius veni. Videns autem ſeruus, quod nihil potuiſſet agere, ſe ipſum gladio percuffit, & corruit. Domina verò illius cū vididiſſet, quid egerat, clamauit, & continuoque vicini accurrerunt. Ingreſſi ſunt autem & ex officio Prætorij nonnulli, puerumque reperientes adhuc viuum, didicerunt ab ipſo omnia, & gloriſicauerunt Dominum, qui oſtendat miracula, & matrem ſaluauerat cum filia.**

Submerſio Maria mulieris peccatricis.
 CAP. LXXVI.

Et hoc item Palladius ipſe narrauit nobis. Audiuit, inquit, nauclero quodam enarrante, tale aliquid. Quod die quadam cū nauigaret, veſtores habens viros, & mulieres, veniſſetque in altum, cæteris omnibus benè nauigantibus, aliis quidem Conſtantinopolim, aliis verò Alexandriam, & aliis aliò, vento illis flante proſpero, ipſe ſolus nauigare non poterat. Et manſimus (inquit) quaſi dies quindecim, nihil ex eo loco, vbi eramus, moti. Verſabamur igitur in magna mœſtitia, & deſperatione, neſcientes, quidnam iſtud ſibi vellet. Ego verò, vt Nauclerus, cui cura nauis incumberebat, & omnium, qui in ipſa erant, cœpi rogare Deum pro hac re. Quadam verò die venit ad me vox dicens: *Mitte foras Mariam, & benè nauigabis.* Cœpi ergo cogitare, quidnam hoc eſſet, & quæ eſſet Maria. Cū autem hæſitarem de hoc, venit vox do nouo dicens: *Dixit tibi, Mitte foras Mariam, & ſalui eritis. Tunc ego cogitans, quid iſtud eſſet, exclamaui cōtinuò, o Maria. Neſciebam enim, quæ eſſet Maria. Illa verò iacens in loco ſuo, vt audiuit, reſpondit dicens: *Quid iubes, domine? Tunc aio ad illam: Fac charitatem: veni hucufque.* Exurgens autem continuò venit. Cū ergo ve-*

2 a a iij

nisset ad me, accepi eam seorsum, & dixi ei: Vides Maria soror, quot peccata mea sunt, vt propter me vos omnes pereatis? Illa verò altiùs ingemiscens, ait: Verè, domine mi Nauclere, ego peccatrix sum. Et dixi illi: Quæ peccata habes, mulier? Et illa: Væ mihi, inquit, quia non est peccatum, quod ego non egerim, & propter peccata mea vos omnes in periculo constituti estis. Tunc enarrauit mihi mulier, quæ circa se erant, dicens: Profectò, domine Nauclere, infœlix ego virum habui, ex quo duos filios genui. Cùmque ad ætatem peruenissent, vnus annorum nouem, alius quinque, mortuus est vir meus, & remãsi vidua. Miles autem quidam habitabat iuxta me, quem ego maritum accipere volui, misique ad ipsum quosdam. Ille autem non acquieuit, dicens: Non accipio vxorem, quæ habeat ex altero viro filios. Ego autem videns quòd propter filios nollet me accipere vxorẽ, inducta amore eius, occidi duos filios meos, indicauique illi dicens: Ecce modò nullum habeo filium. Miles verò cùm audisset, quid e-gisssem de filiis ait: Viuit Dominus, qui in cœlis habitet, quia te non accipiam. Vnde ego metuens, ne hoc manifestum fieret, & moreretur, fugi. Hæc ego audiens ex ore mulieris, ne sic quidem illam in mare proi-cere volui, sed differens dixi ad illam rursus: Ecce ego ascendo in carabum, & si ambulauerit nauis, scito, quia peccata mea in nauis operantur. Vocauique continuò scapharium, & dixi: Produc scapham. Cùmque ascendissem in illam, nihilo magis vel nauis, vel scapha mota est. Tunc ascendens nauim, dixi mulieri: Descende & tu in scapham. Quæ mox vt descendit, scapha se continuò quinquies girans, in profundum cù muliere submersa est. Nauis autem post hæc tanta velocitate cucurrit, vt tribus diebus, ac dimidio, nauigationem peregerimus, quam diebus quindecim peracturi eramus.

Relatio trium pauperum cæcorum, quomodo excæcati fuissent. CAP. LXXVII.

EGo, & dominus meus Sophronius perreximus ad Philosphi Stephani domum, doctrinæ gratia. Erat autem meridianum tempus. Morabatur hic apud sanctam Dei genitricem, quam ædificauit beatus Papa Eulogius ad Orientem, iuxta magnum Tetraphylum. Cùm ergo pulsaremus Philosphi ostium, puella respiciens ait nobis: Dormit ille, oportet expectare pusillum. Tunc aio domino meo Sophronio: Eamus ad Tetraphylū, & illic maneamus. Est autem locus ille Alexandrinis venerabilis. Dicunt enim Hieremæ Prophetæ ossa ex Aegypto sumpta ab Alexandro conditore vrbs illic fuisse reposita. Cum ergo illuc venissemus, neminem inuenimus, nisi cæcos tres. Erat enim merities. Perreximus ergo iuxta illos cæcos quietè, ac silenter, sedimulque habentes libros nostros. Loquebantur autem cæci ad inuicem multa. Dixitque vnus ad alium: Tu quomodo effectus es cæcus? Respondit & ille: Nauta erã, cùm essem adolescens, & cùm ab Aphrica nauigarem, in mari oculis repente captus sum, nec valès ambulare albuginem in oculis habui. Dixit autè hic alij cæco: Tu verò quomodo effectus es cæcus. Respondit & ille dicens: Vitri ad vsus varios fundendi artifex fui, & ex igne amisi duos oculos meos, & cæcus effectus sum. Aiunt autem ambo hi, qui interrogati fuerant ad tertium: Dicis & tu quomodo factus es cæcus. Respondit: Verè ego vobis dicam: Cùm essem adolescens, valde oderam, & recusabam, luxu-

riolulque factus sum. Cùmque non haberem necessaria victui, furari iam ceperam. Die verò quadam cùm mala multa perpetrasset, stabam in quodam loco, vidensque mortuum efferti optimè indutum, secutus sum funus, vt viderem, vbi poneretur. Venerunt autem retro sanctum Ioannem, & ibi posuerunt illum in monumento, peractisque officiis, recesserunt. Ego mox vt illos recessisse vidi, ingressus monumentum, exai ipsum, nihil ei relinquens, præter vnum linteamen. Cùm ergo progredi inciperem de monumento, multis onustus pannis, dicit mihi improba mea cogitatio: Accipe & linteum, quia bonus est. Redij autè infœlix ego, vt sumpto etiam linteo, nudam illum relinquerem. Tunc resedit coram me mortuus, extendensque super me manus suas, digitis suis eruit oculos meos. Ego igitur miserabilis, dimissis omnibus, cum magna tribulatione, & periculo exiui de monumento. Ecce & ego dixi vobis, quomodo cæcus factus sum. Ita cùm audissemus, innuit mihi dominus meus Sophronius, & recessimus. Et dixit mihi: Verè Abba Ioannes, hodie nihil vltra studeamus. Satis enim ædificati sumus. Hæc ergo scripsimus, vt & vos pariter ædificemini. Nullus enim malè faciens Deum latere potest.

Suspendum miraculum puellæ mortuæ, quæ expoliatorem detinuit, nec eum relaxare voluit, donec in promitteret se monachum futurum.

CAP. LXXVIII.

ET istud quidem, quod diximus, nos ipsi ab eo qui passus fuerat, audiuius. Aliud autem huic simile Abbas Ioannes monasterij Gigantum pater, cùm Theopolim venisset, narrauit nobis dicens: Antè modicum temporis venit ad me adolescens quidam, & ait mihi: Amore Dei suscipe me: volo enim pœnitere. Dicebat autem hoc cum multis lachrymis, & singultibus. Ego autem cùm illum cernerem valde contritum, & cum magna mœstitia, dixi illi: Dic mihi causam tantæ compunctionis, neque me cæles quicquam. Potens est enim Deus adiuuare te. Et ait mihi: Vere, domine Abba, magnus peccator sum. Ad quem ego rursus: Crede mihi, sicut multa, & varia sunt vulnera, ita plurima quoque sunt, & varia medicamenta. Sed tu si curari vis, dic mihi in veritate opera tua, vt ego congrua illis adhibeam medicamenta. Aliter enim curatur fornicator, aliter homicida. Aliudque est auari remedium, alia mendacis medicina. Atque alio iracundus, alio fur, alio adulter medicamine sanatur. Et ne tibi plurima vitia enumerem: quemadmodum in corporalibus infirmitatibus variis varia quoque remedia adhiberi conspiciuntur, ita & animæ vitis, quæ plurima sunt, medicina quoque variè succurrit. Ille autem altius ingemiscens, & pectus suam percutiens, lachrymis, ac singultibus confundebatur, & præ nimia perturbatione & mœstitia animo deficiebat, neque vocem liberam emittere valebat. Ego verò vt illum animaduerti ad desperationem, tristitiãque intolerabilem lapsus, & neque quid passus esset, neque quid egisset mali, neque calamitatem suam enunciare valentem, aio ad illum: Fili, audi me, & aliquantulum vim fac cognitioni tuæ, & enuncia mihi quid à te factum sit.

Potest enim Dominus noster præbere tibi auxiliū suum. Nam qui propter ineffabilem clemẽtiã suã, & immensas miserationes omnia pro salute nostra passus est, quique cum publicanis conuersatus est, & meretricem

meretricem ad se venientem non repulit, latronemque suscepit, & amicus peccatorum appellatus est, ipse, fili, te quoque pœnitentem, conuersumque suis manibus suscipiet gaudens. Non enim vult mortè peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Tunc ille vim sibi faciens, & à singultibus, & lachrymis modicum temperans, ait mihi: Ego, Domine mi Abba, plenus omni scelere, & nec cœlo dignus, nec terra, cùm ante hoc biduum audissem, diuitis cuiusdam ex primariis ciuitatis huius filiam virginem esse defunctam, & cum multis, ac preciosis vestibus sepultam in vno extra ciuitatem monumento, ex consuetudine pessimi istius operis, abij noctu ad tumulum, ingressusque cepi expoliare illam. Et cùm omnibus iam ipsam exuissem, quibus erat induta, nec camisiæ quidem ipsius parcens, sed eam quoque illi auferens, nudamque ipsam, vt nata fuerat, relinquens, & sepulchro egredi volebam. Tunc illa resedit coram me, sinistramque manum suam extendens, apprehendit dexteram meam: & ait ad me: Ne quissime hominū, ita ne decuit te nudare me? An tu non times Deum, neque metuis damnationem vltimæ retributionis? Nonne vel saltè mortuæ misereri debuisti? Sed Christianus existens, ita me nudam assistere Christo honestum fore iudicasti? Neque sexum muliebrem reueritus es? Nonne hic sexus te peperit? Nonne matrè quoque tuam hac in me iniuria violasti? Quam, infœlissime hominum, rationem redditurus es Christo de scelere in me perpetrato ante ipsius tribunal tremendum, quod viuente me, nullus extraneus vnquã vidit faciem meam, & tu post mortem, & sepulturã denudasti me, & nudum aspexisti corpus meum? Væ humanæ miseris, ad quam infelicitatem deuoluta est? Quo corde, homo, quibus manibus accedens, sumis sanctum & preciosum corpus Domini nostri Iesu Christi? Ego autem, vt ista conspexi, & audiui, pauore, & formidine totus comprehensus, tremens, ac metuens, vix aio ad illam: Dimitte me, & istud vltra non faciam. Quæ ait, profectò non ita e-rit. Tu enim vt voluisti, huc intraisti: sed non ita vt luertis, hinc egredieris. Nam sepulchrum istud commune erit amobus. Neque putes te confestim moriturum, sed cùm hic plures dies cruciatus fueris, ma-lam malè animam perditus reddes. Ego autem orabam illam cum lachrymis, vt dimitteret me, multum illam per omnipotentem Dominum adiurans, spondensque, & iuramento confirmans, me iniquum istud, ac nefarium opus vltra non facturum. Tandem post multas preces, & lachrymas, crebroque meos singultus, respondens illa dixit mihi: Si vis viuere, & ab hac necessitate liberari, promitte mihi, quia si te dimisero, non solum ab his nefariis, & profanis actibus tuis recedes, sed statim pergens, & seculo renuncians efficiaris monachus, ægesque pœnitentiam pro his, quæ malè gessisti, seruens Christo. Ego autem iuravi dicens: Per Deum, qui suscepturus est animam, non solum quæ dixisti faciam, sed ab hodierna die non ingrediar in domum meam: sed hinc abiens, in monasterium proficiscar. Tunc ait puella ad me: Indue me, sicut inuenisti prius indutam. Cùm verò illam induissem, rursus se collocans, mortua est. Hæc ego cùm ab adolescente audissem, refouens eum, ac erigens verbis, & pronocans ad pœnitentiã, & continentiam, totundè illum, indutumque monastico habitu inclusi in spelunca in monte, magnificè gratias Deo agentem, certantemque viriliter

Vides in Eucharistia esse verum domini nostri Iesu Christi corpus?

pro anima sua. *Maximum & stupendum miraculum sacratissime Eucharistia sub Dionisio Ecclesie Episcopo. CAP. XXXIX.*

Cum venissemus Seleuciam, conuenimus Abbatem Theodorum Episcopum eiusdem ciuitatis. Ille autem narrauit nobis, dicens: Sub sanctæ memoriæ Dionysio huius ciuitatis Episcopo prædecessore meo, tale quiddam contigit. Vir quidam erat in hac ciuitate negociator valde religiosus, & diues, sed hæreticus. Erat enim de Seueri sectatoribus. Habebat autem seruum fidelem quemdam, sanctæ & Apostolicæ ecclesiæ communicantem. Hic prouincia consuetudinem, die sancto i cœnæ dominicæ sumptam communionem inuoluit in linteò mundissimo, & in armario reposit. Contigit autem, vt post sanctum Pascha vir ille fidelis mitteretur Constantinopolim, negocij cuiusdam gratia, dimissa per obliuionem sancta communionem in armario. Dedit autem eius clauem domino suo. Quadam verò die aperiens armarium dominus, inuenit linteolum, inuolutaque in eo sanctas particulas communionis. Contristatus est autem in hoc, & hæstabat, quidnam de illis faceret. Nam ex ipsis communicare nolebat, eo quod essent sanctæ 3 Catholicæ Ecclesiæ, ipse verò Seuerianæ heretis. Et tunc quidem dimisit eas in armario, vt erat, cogitans quia rediturus esset seruus, & sumpturus eas. Cùm autem venisset cœna domini, neque seruus ille fidelis rediisset, voluit eas dñs ipsius cõburere, ne rursus & in secundum annum seruarentur. Aperitque armario, vidit omnes sanctas particulas culmos & spicas germinasse. Vnde ingenti timore comprehensus in nouo, admirandòque spectaculo, stans mens sanctas particulas, & cum omni domo sua clamans Kyrie eleison, cucurrit ad sanctam ecclesiam, ad sacrosanctum, & venerabilem Dionysium Episcopum. Hoc autem magnum, & terribile, & omnem rationem, omnemque mentem, & omnem cogitationem excedens miraculum, non vnus, aut duo, aut tres, vel pauci aliqui viderunt, sed omnis ecclesia, ciuesque, & rustici, indigenæ, & hospites, quique continentem ambulant, & qui mare nauigant, viri, & mulieres, senes, & impuberes, iuuenes, & seniores, domini, & serui, diuites, & pauperes, principes, & subditi, sapientes, & simplices, virgines, & monachi, viduæ, ac nuptæ, qui in potestate sunt constituti, & qui illorum reguntur imperio. Et illi quidem clamabant Kyrie eleison, ceteri autem aliter Deum laudabant, omnes verò pariter Deo gratias agebant pro ineffabilibus eius mirabilibus. Plurimi igitur ex hoc miraculo credentes adiecti sunt sanctæ Catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ.

De fonte concessò à Deo fratribus monasterij in scopulo ad orationes Abbatis eorum Theodosij. CAP. LXXX.

Peruenimus ad monasterium Abbatis Theodosij in scopulo. est autem mons inter Seleuciam, & Rosum Ciliciæ, patresque loci illius duxerunt nos supra monasterium, quantum est iactus sagittæ, & ostenderunt nobis fontem magnum valde, ac speciosum, dixeruntque nobis: Fons iste, fratres, naturalis non est, sed nobis diuinitus indultus est. Sanctus enim pater noster theodosius multum ieiunauit, lachrymarum fudit, ac multis orationibus, & genuflexionibus obtinuit, vt Deus nobis aquam istius solatium, & vsum præstare dignaretur. An

Dies cœnæ dominicæ
Sanctus
Vir hic nullam scientiam de alio specie quia eum tunc vigebat consue-tudo communitatis
diuitos
sub vna specie rationum, de qua mentio non fit in concilio Constantiense.
Quæ hereticus est, non est communionis sanctæ catholicæ ecclesiæ.
ieiunium oratio, lachrymae, & genuflexiones
2 aa iiii

multum ad impetrandum aliquid a Deo. **te** enim ex torrente patres nostri aquam hauriebant. Sed Deus, qui facit voluntatem timentium se, sua in finita bonitate prestitit nobis aquam istius refrigerii per orationes sancti patris nostri. Verum ante hoc biennium, quidam ex fratribus petierunt a patre monasterij, ut lauachrum edificarent in monasterio. Abbas autem grauer id quid emerebat, cessit tamen, fratrum infirmitati condescendens. Edificatum est igitur lauachrum in monasterio, semelque tantummodo lauatum est in eo, cum statim exsiccatus est talis, tantisque a Deo nobis prestitus fons. Et in veritate vobis dicimus, Christiani, multum ieiunauimus, multum orauimus, multas genuflexiones egimus, ut aquam reciperemus, nihilque profecimus. Annus ergo integer sine aqua fontis impletus est, eramusque in magna tribulatione. Statim vero ut pater noster bonus, & mitis destruxit lauachrum, Deo aquam iterum reddidit.

De puteo aqua impleto, submissa imagine eiusdem Abbatis Theodosij. CAP. LXXXI.

Narrauerunt nobis patres ipsi & istud dicentes: Mulier quedam fidelis in partibus Apamie his diebus puteum fodit. Cumque plura expendisset, in gentesque labores tolerasset, & effosso puteo in magna altitudine, aquam non inuenisset, in mero- re, & afflictione multa erat, & propter laborem, & propter impensas. Apparuit autem ei sic afflicta mulier quedam in somnis dicens: Mitte in scopulum, & adduci tibi fac i imaginem Abbatis Theodosij, & per ipsum tibi Deus aquam prestat. Mulier autem protinus duos homines misit ex suis, accepitque imaginem sancti. Quam cum in puteum submisisset, statim aqua manauit, ita ut dimidium putei impleretur. Tulerunt autem nobis ex eadem aqua, & bibimus, & glorificauimus Deum.

Vita Iohannis Senis Monasterij Scopuli. CAP. LXXXII.

Iohannem quendam senem in eodem monasterio vidimus, de quo dicebant nobis eiusdem loci patres. Verè, Christiani, magnus est senex, demomibusque terribilis. Quicumque enim huc venerit vexatus ab immundo spiritu, curat eum continuo senior.

CAP. LXXXIII.

Dicebant nobis & hoc de illo ipse loci Patres, quod ad vigesimum quartum miliarium monasterij emporium est, quod Exile promontorium dicitur. In eo emporio nauclerus quidam, constructa naui triginta miliarum modiorum, volens eam in mare deducere, duas hebdomadas cum operariis plurimis egit (habebat autem quoridie trecentos operarios) nec potuit illam de loco suo mouere, aut in mare deducere. Fuerat enim à pessimis hominibus incantata nauis. Erat igitur in magna tribulatione, & angustia Dominus nauis, & quid ageret, omnino ignorabat. Per dispensatorem autem Dei abiit senex ad partes illas. Nauclerus autem, conspecto senex, agnoscentem sanctum virum, ait illi: Ora, Domine abba, pro nauis ista, per artes enim magicas in mare descendere non potest. Dicit ei senior: Vade, fac ut cibum sumam, & Deus iuuabit te. Hoc autem dixit senex, ut nauclerus abiret domum. Cum vero ille abiisset, accessit senex solus ad nauem, & tertio se in terram prosteruens, & orans Deum, tertio signauit nauim signo sancte Crucis in nomine Domini nostri Iesu Christi. Veniens deinde senex in domum naucleri, dixit illi: Vade ad nauem tuam, & deduc illam

Ecce oratio cum profatione.

in mare. Nauclerus autem credens verbis senis, abiit cum paucis, illisque trahentibus, mox in mare deducta est nauis.

Vita, & mors Anachoreta eiusdem monasterij serui Dei. CAP. LXXXIII.

Eiisdem monasterij patres narrauerunt nobis, dicentes: Anachoreta quidam in his montibus erat, magnus valde secundum Deum, plurimos annos vitam solitariam ducens. Mortuus est autem in parua quadam spelunca, nobis nescientibus. Arbitrabamur enim omnes, quod ad aliam eremum migrasset. Nocte vero quadam venit in somnis, & apparuit ei, qui nunc est patri nostro, bono, & optimo pastori, Abbati Iuliano, dicens: Sum tecum aliquos, & veni, tollens me de loco, vbi iaceo, in monte, qui vocatur seruus. Sumpsit igitur quosdam ex nobis pater noster, & ascendit in montem, quem ille dixerat. Cumque per plures horas quassissemus, non inuenimus Anachoretæ reliquias. Erat enim speluncæ ingressus pro tempore niuibis, & lignis cooperatus. Cum ergo non inuenissemus, dixit senior: venite, descendamus, filij. Cumque descendere inciperemus, ecce caprea venit, & stetit non longe à nobis, cepitque pedibus suis humum fodere. Quod cum pater noster aspiceret, dixit nobis, Credite mihi, filij, illic sepultus est seruus Dei. Fodientes igitur inuenimus corpus eius integrum: quod sublatum in monasterium cum honore sepeliuimus.

Quomodo triticum eiusdem Monasterij germinauerit propter cessationem consueta elemosynæ. CAP. LXXXV.

Narrauerunt autem nobis rursus & hoc dicentes: confuerudo fuit, ut in cœna Domini pauperes novem septem omnes, & pupilli regionis huius confluere huc, & acciperent medium tritici sextarium, benedictiones tredecim, & sextarium vini, mediumque sextarium mellis pro quolibet. Ante hoc autem triennium, magna tritici sterilitas fuit, vendebaturque triticum in regione hac, sextarii xii vno numismate. Cum ergo venissent ieiunij dies, dicitur Abbati nostro quidam ex patribus: Noli, domine pater, secundum consuetudinem dare pauperibus triticum, ne desit monasterio. Triticum enim non inuenitur. Abbas autem cepit dicere fratribus: Non infringamus, filij, benedictionem Patris nostri Theodosij. Videte, mandatum senis est, non expedit nobis illud transgredi. Verè ipse est, qui curam nostri gerit. Fratres autem in sua persistiterunt sententia, dicentes Abbati: Nō suppetit nobis, quod dare possimus. Tunc Abbas contristatus ait illis: Ite, & secundum quod vultis facite. Non itaque, ut consuetum erat, dederunt benedictionem in die i sancto cœnæ, & parasceues. Profectus postmodum qui præerat horreis, aperuit ostia, & reperit triticum totum germinasse. Quare coacti postea sumus illud in mare proficere. Tunc cepit Abbas noster dicere fratribus: Qui patris nostri monita irrita facit, ista patitur. Labores nunc inobediencie metite. Quingentos modios daturi eramus, & patri nostro Theodosio per obedientiam placuissemus, nunc vero quinque ferè millia modiorum tritici perdidimus. Quid lucrati sumus, filij? Quantum nobis ipsis nocuimus? Duo profectò mala egimus. Vnum, quia mandatum patris nostri preterimus, alterum quia spem in deum non habuimus, sed in horreo nostro. Vel ex hoc dicamus, fratres, quia Deus est, qui disponit omne humanum

Ecce dies sanctus cœnæ Domini, & parasceues.

Nota, manum genus, quodque sanctus Theodosius inuifibiliter pro nobis filiis suis curam sollicitè gerit. *Theodosij De altero eiusdem Monasterij anachoreta, qui stetit in communionem sacram sumpsit, consummatus est. CAP. LXXXVI.*

Abbas Egarius narrauit nobis, dicens: Cum existis ex Agis post solennitatem, hyemsque acrior inhorruisset, veni in monasterium Scopuli. Cumque illic essem, tale aliquid contigit. Anachoreta quidam in partibus illis erat solitarius, veniebatque i sancto die Dominico, & sumebat veneranda mysteria. Semel autem scandalizatus Anachoreta, quinque ferè hebdomadas mansit, nunquam iuxta consuetudinem in monasterium veniens.

Nota facta eucha-ristia ap-neranda mysteria. *Quapropter fratres monasterij contristabantur. Cum ergo in illo monasterio essem, venit dominico die. Quem cum vidisset fratres monasterij, gauisunt, prostrati que petebant veniam, & ille similiter prostratus veniam petiit, feceruntque charitatem. Anachoreta vero cum accepisset 3 corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, posuit se ipsum in ecclesiæ medio, statimque consummatus est, cum prorius antea non agrorasset. Cognouerunt ergo monasterij patres, quia præciseret die obitus sui anachoreta, & idcirco venisset, ut nihil habens aduersus aliquem migraret ad Dominum.*

Inuentio corporis Iohannis Anachoreta nuncupati humilis. CAP. LXXXVII.

Venimus in quendam vicum sex miliaribus à Roso distantem, & duo senes seculares hospicio nos susceperunt in ecclesia fundi sui. Vicus autem ad radices montis erat. In ecclesia igitur ipsa ostendebat nobis marmoream tabulam, dicentes: Christiani, magnus in hoc monumento Anachoreta iacet. Diximus autem eis: Hoc vnde notis? Et dixerunt nobis: Antea annos septem aspiciebamus nos vicum huius habitatores per noctem in vertice montis lucem quæ vi virorum si igne. Nos ergo putabamus, quod igne aliquis illic fuisset, & accessisset. Cuique per dies plurimos istud aspiceremus, fuerunt ascendimus die quadam, & nulla ignis indicia vidimus. Rursum sequenti nocte vidimus eadem luminaria. Tribus igitur continuis mensibus ignem hunc vidimus. Nocte vero quadam assumentes quosdam ex vicis percipimus cum armis propter feras, ascendimus in monte ad lucem, quæ apparuerat, mansimusque vbi lux erat. Nunc usque ad diem sequentem. Mane vero facto, aspici- verò post mus modicam speluncam in eo loco, vbi lumina vide illa consue ramus. Ingressi autem inuenimus Anachoretam derudinem sumctum. Erat autem indutus cilicio, & pallio, tene iure ab ec batque in manibus 2 argenteam Crucem. Inuenimus clesia im etiam chartam ita scriptam: Defunctus sum ego Iohannes humilis in diectione quintadecima. Computatis altera ego annis, inuenimus eum ante septem annos defunctum esse. Ita verò erat integer, ac si die eadem obisset, ac san biisset. Sublatum ergo in ecclesia cum 3 honore sepeliuimus.

Vita Abbatis Thomæ apocryphij canobij apamiensis, & de miraculo corporis eius post mortem. CAP. LXXXVIII.

Cum venissemus Theopolim, presbyter quidam ipse ecclesiæ narrauit nobis de Abbate Theopoli, quod Apocryphus fuerit cœnobij, quod est in partibus Apamie. Venit ergo senex Theopolim pro vititate monasterij, & cum hic remoraretur, defunctus est in Daphne in templo sanctæ Euphemie. Cle

rici autem ipsius loci sepelierunt eum quasi peregrinum inter peregrinorum sepulchra. Sequenti vero die humauerunt & mulierem, & imposuerunt illam super eum. Erat autem hora secunda: Circa horam tertiam vero sextam i euomuit illam terra. Loci verò illius accolæ videntes quod factum fuerat, mirati sunt. Deinde rursus vespere sepelierunt ipsam in eodem tumulo, & sequenti die inueniunt corpus supra sepulchrum. Accipientes ergo corpus, in alio monumento ipsum posuerunt. Post paucos autem dies, iterum sepelierunt aliam mulierem supra Abbatem Thomam, non cogitantes loci ipsius clerici, quia non permittit quempiam super se sepeliri. Et illam ergo rursus euomuit terra. Tunc agnouerunt, quia non permittit senex mulierem super se humari, ab eo tunc nunciata Patriarchæ Domino. Qui omnem simul ciuitatem cum cæteris ascendere fecit in Daphne, & cum psalmodia sancti viri reliquias in venterium ferre. Deposuerunt autem sancti corpus in cœmeterio, vbi multa martyrum corpora condita sunt. Feceruntque supra ipsum breue oratorium.

Inuentio corporis sancti Anachoreta in monte Amanio. CAP. LXXXIX.

Narrauit nobis quidam patrum, cum Theopoli essemus, quod ascenderit quadam die in monte Amanum cuiusdam necessitatis causa, inuenitque speluncam. Ingressus autem in illam reperit Anachoretam genibus flexis, manibusque in cælum extensis, cuius crines capitis vsque in pauimentum extendebantur. Cum autem putaret eum viuere, prostratus ante illum ait: Ora pro me, pater. Ipse verò nihil respondente, surgens prope illum accessit, ut saluaret eum, & amplexaretur 3 sed tenens ipsum, inuenit mortuum. Itaque illo dimisso, exiuit. Et cum paulum processisset, vidit aliam speluncam. Ingressusque inuenit senem. Qui ait ad illum: Bene venisti, frater, ingressusne es aliam speluncam? Et respondens ait illi: Vtique pater, Rursum dixit ei: Nam aliquid inde accepisti? Respondit: Non. Et ille: Verè frater, quindecim anni iam elapsi sunt, ex quo consummatus es: Ita vero erat, ac si ante vnam horam obdormisset. Cumque fecisset senex orationem pro ipso, recessit.

Mors duorum Anachoretarum montis Phterigij. CAP. XC.

Duo Anachoretæ erant supra Rosum in monte, qui dicitur Phterigius prope Piapen fluium, & iuxta monasterium Abbatis Theodosij in scopulo. Erat autem ex his alter senex, alter iunior, senisque discipulus. Cum verò defunctus esset senex facta oratione discipulus sepeliuit eum in monte. Post dies verò paucos descendens de monte Anachoretæ discipulus, venit iuxta loca habitabilia, inuenitque hominem quendam exercentem terram, & ait illi: Fac charitatem, frater, accipe fossorium, & sarculum, & veni mecum. Rusticus verò continuo secutus est eum. Cumque venisset in montem, ostendit Anachoretæ seculari sepulchrum senis sui, & dixit ei: Fode hic. Cum autem effodisset sepulchrum, Anachoreta stetit ad orationem. Finita verò oratione, osculatus est secularem dicens: Ora pro me, frater. Descendensque collocauit semetipsum supra senem suum, & continuo reddidit spiritum. Secularis autem rursus orationem sepulchro, Deo gratias egit. Cum autem descendisset de monte, quantum iactus est lapidis, ait in terra semetipsum. Verè debui accipere benedictionem

sanctorum. Reuerfusque illorum sepulchrum inuenire non potuit.

Vita Abbatis Gregorij Anachoretae, & Thallelai eius discipuli. CAP. XCI

Dicebant quidam ex patribus de Abbate Gregorio Anachoreta, quod triginta quinque annos egisset nudus deserta circumiens.

Dicebant item de illo, quod cum esset in motibus monasterij Abbatis Theodosij in scopulo, habebat discipulum: quo defuncto, cum non haberet senex instrumenta, ut humum foderet, & sepeliret corpus fratris, descendit de monte prope mare, inuenit que applicantem nauem. Orauit autem nauclerum, & nauas, ut ascenderent secum in montem, & sepelirent fratrem. Illi autem prompto animo obediunt seni, sumentesque instrumenta necessaria, ascenderunt cum eo, & fodientes humauerunt corpus fratris. Vnus autem ex nauis, nomine Thallelaus compunctus in virtute senis, orabat eum, ut cum illo moreretur. Senex autem dixit ei: Non potes ferre penitentiae laborem. Ait ille: Ita sane tolerare possum. Mansitque cum sene annovno, nimium in sacra exercitatione laboras. Post peractum autem annum prostravit se frater Thallelaus seni dicens: Ora pro me, pater. Nam per orationes tuas Deus abstulit a me laborem, neque enim iam fatigor, neque me aeris inclementia affligit, non aestu vrer, non hyeme rigesco, sed in multa requie sum. Senex vero benedixit eum, peractisque cum sene duobus aliis annis cum dimidio frater Thallelaus praescriuit obitum suum, orauitque senem dicens: Duc me, quae so, i Hierosolymam, gratia - vt adorem sanctam Crucem, & sanctam Christi Domini ad lo mini, & Dei mei resurrectionem. His enim diebus ea sancta, Dominus assumpsit me. Senex autem, eo sumpto, proadoratio - fectus est in sanctam ciuitatem. Itaque cum adorans gratia, sent sacra, & venerabilia loca, descenderentque in sanctam Jordaniem, & ibi lauisent, post dies tres obdormiuit in Domino frater Thallelaus, sepeliuitque illum senex in monasterio Copratha. Post aliquantulum vero temporis requieuit & Abbas Gregorius Anachoreta, sepelieruntque illum eiusdem monasterij patre n ecclesia.

Ecco peregrinatio - vt adorem sanctam Crucem, & sanctam Christi Domini ad lo mini, & Dei mei resurrectionem. His enim diebus ea sancta, Dominus assumpsit me. Senex autem, eo sumpto, proadoratio - fectus est in sanctam ciuitatem. Itaque cum adorans gratia, sent sacra, & venerabilia loca, descenderentque in sanctam Jordaniem, & ibi lauisent, post dies tres obdormiuit in Domino frater Thallelaus, sepeliuitque illum senex in monasterio Copratha. Post aliquantulum vero temporis requieuit & Abbas Gregorius Anachoreta, sepelieruntque illum eiusdem monasterij patre n ecclesia.

Vita fratris Gregorij cappadocis, & inuentio corporis petri solitarij sancti iordanis. CAP. XCII.

Arrauit nobis venerabilis pater noster Abbas Gregorius Archimandrita monasterij sancti patris nostri Theodosij, quod possum est in eremo sanctae Christi Domini nostri ciuitatis, mihi scilicet, & fratri Sophronio Sophistae dicens: Habui hic fratrem nomine Gregorium Cappadocem: habebat autem ministerium suum in Phaselide.

Die vero quadam cum fratres facerent panes, succendebat clibanum frater Gregorius. Sed cum succendisset illum, non inuenit, cum quo deberet extergere furnum, fratres enim ipsum pannum absconderant, ut tentarent eum. Ingressus est ergo furnum, vestimentoque suo illum detexit, nihil omnino ab igne laesus. Ego autem, hoc audito, corripui fratres, quod ita ipsum tentassent.

Arrauit nobis & hoc idem Abbas Gregorius pater noster de eodem fratre Gregorio dicens: Die quadam pascebat porcos in Phaselide. Veneruntque duo leones, ut porcum raperent. At ille sumens virgam suam, persecutus est eos usque ad sanctum Iordanem.

Vrsus idem pater noster narrauit nobis, dicens: Cum edificare inciperem templum i sancti iordanis in Phaselide, effodiens templi fundamenta apparuit mihi in somnis monachus quidam magnae, ut videbatur, abstinentiae, indutus palma, ferensque in humeris paruulum collobium de psathio, dixit mihi voce mitissima. Dic, Abba Gregori, nunquid post tantos labores, tantamque abstinentiam, debuisti me extra templum, quod edificas, dimittere? Ego autem senis vocem, habitumque reueritus, aio ad illum: Non domine. Absit a me, ut hoc faciam. Et ille: Verum hoc fecisti. Dixi autem ad illum: Quisnam es tu, domine? Ego, inquit, sum Petrus solitarij sancti Iordanis. Itaque surgens mane, perrexi, & quaesui fodiens circa templum. Cumque foderem, inueni corpus eius ita iacens, sicut in somnis illum videram. Constructoque oratorio, feci monumentum praclarum in dextera templi parte, & illic eum deposui.

Vita Abbatis Sismij, qui Episcopatum renunciauit, & eius discipuli. CAPVT XCIII.

Arrauit nobis idem pater noster Gregorius dicens: Quadam die profectus sum ad Abbatem Sismium Anachoretam. Erat autem hic senex, qui relicto Episcopatu suo propter Christum, venerat prope Castellum, quod appellatur Bethabara, & a sancto Iordane sex ferme milliariibus distat, ibique vitam solitariam agebat. Cum ergo venissem ad senem, & diu pulsarem, post multam horam aperuit discipulus eius, & ait mihi: Verum, domine Abba, infirmatus est senex usque ad mortem, orauitque Deum, ne de hoc seculo migraret, donec audiret aduenisse te in hanc regionem. Iueram enim Constantinopolim pro necessitate caenobij ad piissimum Imperatorem Tyberium. Cum ergo profectus es ad senem, annunciassetque illi meum aduentum, post prolixam horam descendit, dicens mihi: Ascende, pater. Ascendentes autem inuenimus senem obdormisse in pace. Cognoui igitur, quia mox ut didicid me esse, qui pulsaueram, migravit ad Dominum. Et cum illum amplexarer, ait mihi defunctus leni, ac miti voce: Bene venit Abbas meus. Rursumque obdormiuit. Nunciavi igitur in locis illis, ut venirent, & i sepelirent senem. Cum ergo venissent, & monumentum foderent, ait discipulus senis fodientibus sepulchrum. Facite charitatem, & aliquantulum latius fodite, ut duos capiat. Et cum illi foderent, posuit se ipsum in psathio, & requieuit in pace. Sepeliuimusque duos simul, senem scilicet, & discipulum eius.

Vita Abbatis Iuliani Episcopi Bostrensis. CAPVT XCIII.

Idem Pater noster Gregorius Archimandrita narrauit nobis de Abbate Iuliano Episcopo Bostrensi, quod sepe se, quod cum recessisset de caenobio, & factus esset Bostrensis Episcopus, quidam ex habitatoribus ipsius ciuitatis odio nominis Christi, voluerunt eum veneno occidere, corrumpentesque pecuniis ministrum eius, qui ipsi porrigebat poculum, dederunt illi venenum, ut cum porrigeret Metropolitae poculum, venenum in calicem mitteret. Puer autem ita ut dictum fuerat, fecit, deditque calicem veneno infectum sancto Iuliano. Suscepit vero illum sanctus vir, ac diuinitus agnouit insidias. Suscepit ergo calicem ante se posuit, nihil omnino dicens puero: mittereque accersit omnes primates ciuitatis, inter quos erant & qui illi insidias parauerant. Vir autem beatissimus nolens eos publicare, qui hoc fecerant, voce mitissima

Vides quod etiam antiquus in honore sanctorum te pla adificabantur?

Si sancti viri tanta cura semper habuerunt in mortuis sepeliendis, pater, quod sepe tuos pietatis opus est, & deoplaceat

Vide magnum miraculum ad signum sanctissimi ma crucis peccatum.

mitissima omnibus dixit: Si arbitramini humilem Iulianum veneno occidere, ecce coram vobis pestiferum calicem bibo. Signansque i ter digito suo calicem, & dicens: In nomine Patris, & filij, & spiritus sancti, bibo hunc calicem: bibit illum coram omnibus totum, atque illaesus perstitit. Quod illi cum vidissent, prostrati veniam petierunt.

Vita Patricij senis Monasterij in scopulo. CAP. XCV.

Rat quidam senex in eodem caenobio Abbatis Theodosij sancti patris nostri, genere quidem Sebastensis, nomine autem Patricius, senex valde dicitur enim se esse annorum centum & tredecim) mitis, & quietus.

Narrauerunt ergo nobis de illo ipsius loci patres, quod fuisset pater monasterij Abbatis Cani, dimississetque prioris officium, periculum, & iudicium metuens (magnum enim virorum esse dicebat, pascere rationales oues) ac venisset illuc, ut sub obedientia uiceret, hoc iudicans animae utilius esse.

De eodem, & de Iuliano arabo caeco. CAP. XCVI.

Dicebant autem nobis & hoc de ipso: Cum alius hic fuisset senex, genere Atabs, Iulianus nomine caprus oculis, ipse aliquando scandalizatus est in macharium Archiepiscopum Hierosolymitanum, nolensque communicare illi. Quadam ergo die Abbas Iulianus significauit Abbati Symeoni, qui erat in motu mirabili (distat autem a Theopoli mons ipse milliariibus nouem) dicens: Caecus sum & quod abeam, nescio. Neque vero habeo, qui possit auxiliari mihi, & communicare Machario detrecto. Indica mihi, pater, quid agere debeam de fratre, qui fornicatus est, & de illo, qui se cum eo iuramento constrinxit. Respondit autem Abbas Symeon Abbati Iuliano, dicens: Ne recedas, neque te ipsum a sancta Ecclesia separe. Neque enim illa male habet, gratia Domini nostri Iesu Christi filij Dei. Sed & hoc scito, frater, quod si quis in haeresim incidit, in caenobio vestro, habetis senem magnum, nomine Patricium. Hic autem senex iuxta sacrarium infra omnes moratur, prope occidentalem Ecclesiam murum, dicitque & ipse pro omnibus sanctam orationem oblationis, & ipsius oblatio sancta existimatur.

Vita, & mors duorum fratrum Monachorum, qui nunquam ab iniuicem separari iurauerunt.

CAPVT XCVII.

Dicebat autem Abbas Ioannes Anachoreta, cognomero Rutilus, audisse se ab Abbate Stephano Moabita referente, quia cum esset in caenobio sancti Abbatis Theodosij magni monachorum principis, erant illic duo fratres, qui sibi iniuicem iurauerant quod neque in vita, nec in morte ab iniuicem separarentur. Cum ergo cunctos in caenobio edificarent, vnus ex eis impugnatus a fornicatione, dixit fratri suo: Dimitte me frater, quia impugnor a fornicatione, & ferre non praualeus volo ad seculum reuerti.

Vide qua Frater autem rogare cepit eum dicens: Noli, quae so tum pecca frater mi, noli i perdere laborem tuum.

Tu sit Mo Tuis dicit ei: Aut dimitte me abire, aut tu veni mecum, ut voluprati satisfaciam. Frater autem ille cum fornicari, nollet eum dimittere, abiit cum illo in ciuitatem. Ingressus igitur est in meretricis diuersorium is, qui iter illud impugnabatur. Frater autem ille foris stans, pulcre perdat om 2 de terra super caput suum iaciebat, & semetipsum nes labo affligebat. Postquam vero ille, completo seruo opere suos, re, e lupanari egressus est, dixit ad eum frater. Quid 2 ecce pul lucratus es ex peccato, frater mi? Quantum inde de-

trimentum cepisti. Eamus rursus in caenobium.

Qui ait: Non iam possum in eremum venire. Vade a me. Ego enim in seculo maneo. Cum igitur multum rogaret eum, nihilque proficeret, neque se ille sequi iam ad eremum vellet, mansit & ipse cum illo in seculo. Laborantque ambo manibus suis, ut uiuerent. Per idem tempus Abbas Abramius, qui postmodum factus est episcopus Ephesi, bonus, ac mitis pastor, edificabat monasterium suum, quod dicitur Bicaniorum. Abeuntes autem duo fratres laborabant in opere, ministrantes cementariis. Sumptam vero mercedem operis amborum frater ille, qui in fornicationem lapsus fuerat, quotidie pergens in ciuitatem consumebat in luxuria. Alius vero quotidie ieiunans, & psallens, cum omni quiete faciebat opus, nemini aliquid loquens. Videntes autem illum artifices debus singulis, neque comedentem, neque aliquid loquentem, sed semper cogitanti similem, retulerunt de illo, & de conuersatione eius sancto Abbati Abramio. Tunc magnus re vera Abramius accessit operarium de cella sua, & interrogauit dicens: Vnde es, frater? & quod est opus tuum? Ille autem omnia illi per ordinem confessus est, & quia fratris sui gratia sustineret omnia, ut Deus (in quiens) meam tribulationem videns saluet fratrem meum.

His auditis, Abramius dixit fratri: Et Dominus donauit tibi animam fratris tui. Cum ergo dimisisset eum sanctus Abramius, exissetque de cellula, ecce frater ille aduenit clamans: Mi frater, assume me in eremum, ut saluus fiam. Continuo autem assumpsit eum, & abierunt ad Iordanis speluncam, & incluserunt se. Post modicum vero temporis, cum magnifice secundum Deum profecisset frater ille, qui in fornicationem incidit, migravit ad Dominum. Mansit autem superstes frater, in eadem spelunca iuxta iuramentum, quousque & ipse in ore extur.

CAPVT XCVIII.

Ad hunc fratrem post mortem alterius fratris veniens senex quidam ex monasterio Calamonis, ait illi: Dic mihi, frater: In tanto tempore solitariae vitae, spiritalisque exercitij, quid lucratus es? Dixit ei frater: Vade, & post decimum diem veni ad me, & dicam tibi. Senex autem abiens, & post decimum diem rediit, inuenitque fratrem migrasse ad Christum, & testam, in qua sic scriptum erat: Ignosce, pater, quia nunquam, dum opus Dei agerem, aut horis constitutis psallerem, mentem meam dimisi in terra.

Vita Antonij senis Monasterij in scopulo.

CAPVT XCIX.

Narrauerunt nobis patres eiusdem monasterij sancti patris nostri Theodosij, dicentes: Ante hos annos defunctus est hic senex quidam, Antonij nomine. Is in vita sua maxime ieiuniis operam dans, profectus est in locum, qui Cotulas dicitur. Quadam ergo die cum esset in eremo, ecce Sarraceni in partes illas venientes viderunt senem. Vnusque ex eis, educto gladio, venit contra senem volens necare illum. Senex autem ut vidit Sarracenum contra se venientem, intuens in caelum ait: Domine Iesu Christe, voluntas tua fiat. Statimque aperta est terra, & absorbit Sarracenum illum, senexque saluatus est.

Vita Petri Pontici Monachi. CAP. C.

Vrsus narrauerunt nobis praedicti loci patres, quod illic fuerit quidam senex, Petrus nomine, genere Ponticus, multis praclarisque virtutibus ornamentum cepisti. Eamus rursus in caenobium.

natus. De hoc sene Theodorus, qui fuit Episcopus Rosensis, dicebat nobis, quod die quadam conuenit illum ad Iordanem in monasterio Turrium, illic enim ipse morabatur, cuique dixit: Fac charitatem, frater Theodore, veni mecum in montem Sina, quia illic proficisci i votum habeo. Qui cum nollet non obedire, dixit ad eum: Eamus. Cum verò transisset Iordanem, dixit ad Theodorum senior: Veni, frater Theodore, oremus, ut vsque ad montem Sina nullus nostrum comedat. Ad quem ille: Verè, pater, ego hoc facere non possum. Prostravit autem se senex, & oravit, & vsque ad Sina nihil comedit. Sumptis igitur illic sancti myseris, tunc & cibum sumpit. Similiter & à Sina vsque Alexandriam ad sanctum Menam peruenit, nihil omnino comedente sene. Ibi quoque denno communicans, post communionem cibum sumpit. Et à sancto Mena vsque in sanctam ciuitatem venerunt, cum nihil omnino gustasset senior in via. Cum verò in sancta Christi Dei nostri Resurrectione perciperet veneranda mysteria, tunc deum accepit & cibum. In hoc ergo toto, tali, tantoque itinere, nisi tertio non comedit senex semel in Sina monte, semel in Alexandria, & semel in sancta Ciuitate.

Vita Pardi Monachi Romani. CAP. CI.

Natruerunt etiam nobis de alio sene Patres eiusdem monasterij, dicentes: Erat hic senex quidam, qui ante modicum tempus defunctus est, Pardus nomine genere Romanus: Hic dum esset iunior, multo fuerat. Die igitur quadam abiit Hierico cum mulis. Et cum esset in Xenodochio, inuentus est illic puer paruulus, quem agente Diabolo, mulus calcis percussit, & occidit, ignorante hoc Abbate Pardo. Afflictus verò super hoc multum Abbas Pardus, abiit in Arnonem, & effectus est Anachoreta, lugens semper, & dicens: Ego feci homicidium, & vt homicida in iudicio damnatus sum. Erat autem illic prope torrentem leo.

Diebusque singulis ibat Abbas Pardus ad cubile leonis, stimulans, & prouocans leonem, vt exurgeret, & deoraret eum. Leo autem nihil omnino illum lædebat. Videns autem senex, quia nihil proficeret, ait in seipso: Dormiam in via, per quam leo pergit ad fluiuium, nam cum transibit, vt eat ad bibendum, deorabit me. Cum ergo iaceret, ecce leo post paululum venit, & quasi ratione prædicus esset, cum omni quiete transfiliuit senem, neque omnino illum tetigit. Tunc senior certior factus est, quod Deus remississet illi peccatum, & veniens rursus in monasterium suum, vixit in magna continetia edificans omnes vitæ suæ exemplo vsque ad diem obitus sui.

Relatio Sophronij Sophisti de eo, quod sibi in via comigerat. CAPVT CII.

Cum interrogatus esset Abbas Sophronius Sophista frater meus, assistebamus prope illum ego, & Abbas Ioannes Scholasticus, & Abbas Quiricus, & alij quidam ex patribus, dixitque nobis: Pergibam modo in via, & ante me adolescentulæ choream agebant, tripudiabantque dicentes: Benè veniat Sophronius, coronatus est Sophronius.

Vita, & virtutes Abbatis Stragitij.

CAPVT CIII.

Diebant de Abbate Stragitio patre insignis monasterij sancti patris nostri Theodosij, monasterij ipsius patres, quod tres istas virtutes possederit

supra ætatis nostræ monachos, ieiunium, vigiliis & iuge opus.

Vita Abbatis Nonni Presbyteri.

CAPVT CIIII.

Narravit nobis in cœnobio sancti patris nostri Theodosij, Abbas Theodosius, qui fuit Episcopus Capituliadis, de Abbate Nonno presbytero, quod nocte quadam, antequam pulsaret nocturnum signum, dum iaceret ipse in lectulo suo: audiuit quendam leni voce dicentem: Kyrie eleison. Cumque quinquaginta vicibus hoc ille iterasset, voluit ipse scire, quis esset, qui hoc dicebat. Et aspiciens inquit, in ecclesiam per cellulæ meæ fenestram, vidi senem procumbentem genibus suis, & stellam lucidissimam super caput eius ostendentem, mihi quis esset senex.

Alius autem quidam de senibus ipsius cœnobij narravit nobis de eodem Abbate Nonno, dicens: Noctē quadam priusquam pulsaret signum, egressus de cellula mea, ibam ad ecclesiam. Et aspicio senem ante ecclesiam stantem, & i extensis in cœlum manibus orantem. Lucebant autem manus eius quasi lampades ignis. Quare metu perterritus recessi.

Vita sancti senis Christophori, genere Romani.

CAPVT CV.

Um in Alexandria essemus, accessimus ad Abbatem Theodorum, qui erat in sancta Sophia prope Pharum. Et narravit nobis senex dicens: Ego in cœnobio sancti patris nostri Theodosij, quod est in eremo sancte Christi Dei nostri ciuitatis, sæculo renunciaui, inuenitque illic senem magnū valde, nomine Christophorum, Romanum genere. Die igitur quadam prostratus ante illum dixi: Fac charitatem, pater, & dic mihi quid in intentione tua operaberis. Cumque multum à me rogatus fuisset senex, agnito, quod propter utilitatem animæ illum rogassem, enarravit mihi dicens: Quando sæculo renunciaui, filii, magnum habui feruorē, summamque desiderij alacritatē ad monasticam vitam. Ac diebus quidem exercebam in regulari psalmodia, noctibus verò pergebam in speluncam, in qua & sanctus Theodosius, & sancti patres reliqui orare consueverant, descendensque in speluncam, centies fletebam genua, & proci-debam Deo per gradus singulos: suat autem numero decem & octo. Cumque per omnes gradus descendissem, permanebam illic, donec pulsaret signū. Tunc ibam ad synaxim cum patribus. Cum autem opus istud vnde decem annis absque intermissione fecissem, cum ieiuniis multis, & continentia, & nuditate rerum omnium, & obedientia, & labore corporali, veni nocte quadam secundum consuetudinem, vt in speluncam descenderem. Cumque impleissem orationem per singulos gradus, venturusque essem in speluncā pauimentum, factus in extēsi, video totum speluncæ pauimentum cædelis plenum, ex quibus aliæ quidem accensæ erant, aliæ non. Aspicio autem & duos viros chlamyde indutos, candidoque habitu amictos, easdem candelas præparantes. Ego autē dixi illis: Vt qui posuistis hic candelas istas, nec permittitis nos descendere, & orare? Qui respondentes dixerunt mihi: Patrum candelæ sunt. Dixi autem ad eos rursus. Cur aliæ ex illis ardent, aliæ non? Respondunt: Qui volunt, candelas suas accenderunt, & qui nollunt, non accenderunt. Aio ad illos iterū:

Nota senē stantem, & extensis ad cœlum manibus orantem.

Facite charitatē: Candela mea ardet, an non ardet: Illi autem dixerunt: Ora, & accendimus illam. Tunc dico illis: Adhuc oro: Et quid vsque modò faciebam. Atque in hoc verbo ad me ipsum reuersus sum, conuersusque ultra iam neminem vidi. Tunc dixi in me ipso: Christophore, maiori labore opus est. Et mandē factō, recessi de monasterio, & profectus sum ad montem Sina, nihil ferens mecum, nisi quo induebar tantum. Cumque illic egissem annos quinquaginta, venit mihi vox dicens: Christophore, Christophore, redi in cœnobium tuum, vbi etiam benè certasti, vt illic consumeris cum patribus tuis. Et modico tempore posteaquam mihi ista dixerat, sancta illius anima in pace requieuit.

Vidit enim enarrauit nobis idem Theodorus de eodem Abbate Christophoro. Dicebat, inquit, senex: Die quadā ascendi in sanctā Ciuitatē, vt adorarem sanctam Crucem. Et cum adorassem, & iam exitum, aspicio fratrem quendam in limine atrij pretiosæ Crucis, neque intrantem, neque exeuntem. Aspicio item & duos coruos impudenter ante illius faciem volantes, & alis suis oculos eius impotentē impetentes, nec illum intrare permittentēs. Intellexi verò eos demones esse, & dixi illi: Dic, frater, cur stas in medio ianuæ, nec intras? Qui ait mihi: Ignosce mihi, pater mi. Cogitationes habeo, ex quibus vna mihi dicit: Ingredere, & adora pretiosam crucem: alia dicit: Non, sed vade, & fac responsum, & alia vici adorabis. Ego autem vt audiui, tenui manum ipsius: & introducti in templum: & continuo fugerunt corui. Cumque fecissem illum adorare sanctam Crucem, & sanctam Christi Domini resurrectionem, dimisi eum in pace. Hæc autem, inquit Theodor⁹, mihi senex enarrauit, quia vidit me multum in ministerijs distentum, & orationis negligentem.

Relatio Abbatis Theodori de Monacho Syro Seueriano

CAPVT CVI.

Narravit iterum nobis idē Abbas Theodorus, dicens: Xenodochium est hic prope Pharum, inter sanctam Sophiam, & sanctum Faustum. Qui autem illi præerat, die quadam orauit me, vt irem in Xenodochium, & ibi morarer paucis diebus: Abiēs igitur inueni illic monachum quendam hospitio susceptum, Syrum genere, nihil habentem præter cilicium, & pallium, & panes paucos. Stabat autem in vno angulo semper die, noctūque psallens, & nemini loquens. Veniente verò die i sancta Dominica, abij ad illum dicens: Veni, frater, ad sanctam Sophiam, vt communices 2 sanctis, venerandisque mysterijs. Qui ait: Non venio. Ad quem ego: Cur, oro te? Ait mihi: Quia Seuerianus non 3 communicaret sanctæ & Apostolicę ecclesię, simulque videns illius optimam conuersationem, sancta, vt vitamque virtutibus plenam, abij lugens in cellam meam, & clausa ianua, prostravi me ipsum in faciem mysticam coram Domino per dies tres, & orabam illum cum lachrymis multis dicens: Dominator Christe 3 Quis es? Deus noster, qui propter ineffabilem tuam, immensamque clemētiam inclinasti cœlos, & descendisti propter salutem nostram, qui incarnatus es ex sancta Domina nostra Dei genitrice semperque virgine Maria reuela mihi qui sint, qui benè, & rectè credunt, nos sanctæ ecclesię iungimur, an qui Seuerico conuincat. Sentiant. Die verò tertia venit mihi vox inuisibiliter

Tom. 2

dicens: Vade, Theodore, inspicere fidem ipsius. In crastinum igitur profectus, sedi ante illum, expectans videre aliquid, iuxta quod mihi vox dixerat: Er cum mansissem sedens quasi vna hora, & intuerer in ipsum stantem, & voce Syria psallētē, vidi teste Deo, filij columbam super caput eius stantem fuliginosam veluti ex coquina venientem, squalidam, ac fetidam. Tunc agnouicam quę mihi apparuerat, caliginosam, fetidamque columbam, ipse esse fidem. Hæc autem nobis narrauit in veritate cum multis lachrymis, & singultibus, sancta ipsius anima.

Vita Abbatis Gerasimi. CAP. CVII.

No ferè miliario distat ad Iordanem monasterij, quod Abbatis Gerasimi dicitur. In hoc monasterium aduenientibus nobis narrauerunt, qui illic morabatur, senes, de Abbate Gerasimo, quod die quadam ambulans super Iordanis ripam, obuuium habuit leonem valde rugientem, suspensio pede, cui infixus erat ex calamo aculeus, aded vt ex hoc pes ipse intumuisset, & sanie plenus effectus esset. Cum igitur vidisset leo senem, & ostendebat illi vulneratum ex infixo aculeo pedem, sēs quodammodo, & obsecrans, vt illi curam adhiberet. Cum ergo vidisset eum senex tali necessitate constrictum, sedens apprehendit eius pedem, aperientisque vulnus eduxit aculeum infixum, cum magna putredinis copia, diligenterque depurgato vulnere, & panno alligato, dimisit eum. Leo autem cum se curatum vidisset, noluit senem deserere, sed vt charus discipulus, quocumque pergeret, magistrum sequebatur, ita vt admiraretur senex tantam feræ gratitudinem. Igitur extunc senex nutrebat eum, mittens ante illum panem, & infula legumina. Habebat autem ipsum monasterij asinum vnum, ad ferendam aquam pro necessitate fratrum de Iordane. Consuetudinem autem fecerat, senex, vt i curam pascendi asini leo haberet. Itaque abiens cum illo iuxta Iordanis ripas, pascentem obseruabat. Quadam autem die dū pasceretur asinus, leo se ab illo longiusculè auertit, cum ecce Camelarius ex Arabia veniens, inuentum asinum accepit, & secum duxit. Leo verò, amisso asino, rediit in monasterium tristis valde, & deiecta facie, ac ceruice, ad Abbatem suum. Abbas igitur Gerasimus putauit quod asinum comēdisset leo, & ait illi: Vbi est asinus? Ille verò, quasi homo, stabat tacens, & deorsum aspiciens. Dicit ei senex: comēdisti eum. Benedictus Dominus. Quicquid faciebat Asinus, amodò facies tu. Extunc igitur leo, iubente sene, portabat canthelium capientem amphoras quatuor, ferebatque aquam in monasterium. Die verò quadam venit miles quidam ad senem benedictionis gratia. Qui cum videret leonem baiulantem aquam, didicissetque causam, miseratus est eius, proferensque tria numismata dedit senibus, vt emerent asinum, ad ipsius aquæ ministerium, & liberarent ea necessitate leonem. Breui autem transacto tempore, postquam liberatus à labore fuerat, Camelarius ille, qui asinum abstulerat, veniebat ferens triticum, vt vendaret illud in sancta Ciuitate, habens & asinum secum. Et cum transisset Iordanem, accidit, vt occurreret leoni. Quo viso, dimisit camelos, & fugit. Leo autem, cognito asino, cucurrit ad eum, & ore, vt solebat eipsum mordens, traxit eum cum tribus camelis, & gaudens simul, & rugiens, quod perditum asellū reperisset, venit ad senem. Senex autem putabat, quod

2 bb

Mirabile, & suspensum opus leonis. Vnde etiam quos sancti in virtute Dei vel irrationalibus bestis dominantur.

asinum leo comedit. Tunc verò didicit, quia infidias passus fuisset leo. Imposuit autem nomen leoni Iordanem. Egit itaque leo in monasterio cum fratribus plusquam quinque annos, nunquam recedens à senex. Cum autem migrasset ad Dominum Abbas Gerasimus, & à patribus sepultus esset, per dispensationem Dei leo tunc in monasterio inuentus non est. Post modicum verò venit leo in monasterium, & querat senem suum. Abbas autem Sabbatius Cilix, qui & discipulus fuerat Abbatis Gerasimi, viso illo, dixit ei: Iordane, senex noster dimisit nos orphanos, & migravit ad Dominum: sed accipe, & comede. Leo autem comedere nolebat, sed iugiter huc, atque illic se vertens circumspiciebat, querens videre senem suum, ac rugitu magno ipsius absentiam se ferre non posse significans. Abbas autem Sabbatius, & senes reliqui fricantes eius ceruicem, dicebant ei: Migravit senex ad Dominum, & dimisit nos. Sed ista dicentes non poterant tamen illius voces, & ciulatus mitigare, sed quantum amplius ipsum verbis fouere, ac solari se existimabant, tanto ipse magis ciulabat, maiorisque rugitu utebatur, & lamenta adiciebat, ostendens ex voce, facie, & oculis merorem, quem habebat non videns senem. Tunc ait illi Abbas Sabbatius: Veni mecum, ex quo non credis, & ostendam tibi, ubi positus est senex noster. Sumensque eum duxit, ubi illum sepelierant. Distabat autem ab Ecclesia quasi passibus quinque. Et stans abbas Sabbatius supra sepulchrum Abbatis Gerasimi, dixit leoni: Ecce hic senex noster sepultus est. Et inclinavit genua sua Abbas Sabbatius supra sepulchrum senis. Cum ergo id leo audisset, & vidisset prostratum super tumulum Abbatis Sabbatium, & flentem, tunc & ipse prostravit se, percutiens in terram caput suum vehementer, & rugiens atque ita continue defunctus est super sepulchrum senis. Hoc autem totum factum est, non quia animam rationalem habuisse leo putandus sit, sed quod Deus voluerit glorificantes se glorificare, non solum in vita hac, sed etiam post mortem, & monstrare nobis qualem primo homini habuerint subiectionem bestiarum, priusquam inobediens esset mandato, & antequam excideret à paradiso delictiarum.

Vita Presbyteri Virginis, eiusque uxoris iidem virginis.
CAPVT CVIII.

Cum in Samum insulam venissemus, vidimus in cœno bio, quod Charixeni appellatur, Abbatem Isidorum ipsius monasterii patrem, virum i eximia virtutis, & magnæ ad omnes charitatis, simplicitate, & humilitate maxime ornatum. Quem etiam post aliquantulum temporis Episcopum in eadem regione constitutum scimus. Hic enarrauit nobis dicens: Est in octavo huius ciuitatis milliario vicus habens etiam ecclesiam. In hac Presbyter quidam fuit valde mirabilis, quem parentes inuitum, & renitentem vxorem accipere compulerunt. Verum ille non solum, voluptatis illecebra captus non est, quamvis rate dicitur iuuenis existeret, & legitima coniunctus uxori, sed esse impos: & ipsam induxit castè tecum, ac pudicè viuere. Didicibile? Hic cerunt igitur ambo psalterium, ambòque simul in Ecclesia psallebant, seruantes se ipsos 2 virgines vsq; ges, ambo in sinem. Hic itaque Presbyter die quadam falsa carissimam, Iuniam apud Episcopum accusatus est. Quem Episcopus ignorans institutum eius, accessit ex vico, & misit in carcerem, in quem solebant peccantes vsque in clericis includi, & custodiri. Cum igitur esset in car-

cere, adueniente sancto die dominico, apparuit ei iuuenis formosus valde, dixitque ei. Surge, Presbyter, & de in ecclesiam tuam, ut sanctam oblationem offeras. Ait illi Presbyter: Non possum, quia inclusus sum. Dixit ei is, qui apparuerat. Ego tibi aperio carcerem. Veni, sequere me. Aperiensque ianuam, ante illum exiit. Cum verò egressi essent, ambulauit ille vsque dum mille passibus distaret à vico Presbyteri. Facta autem die, qui custodiebat carcerem, ingressus est requirens eum, ubi clausus fuerat. Et non inueniens perrexit ad Episcopum dicens: Effugit Presbyter, me habente clauem. Putans igitur Episcopus, quia effugisset, misit vnum de seruis episcopatus dicens: Vade, & vide, si Presbyter in vico suo est, nihilque illi interim dicas. Profectus ergo puer illum inuenit in Ecclesia sanctam oblationem offerentem. Reuersusque dixit Episcopo, illic esse Presbyterum, ac cum se reperisset offerentem sacrificium. Episcopus autem magis, ac magis contra illum indignatus, iurauit, quod in crastinum eum cum summa ignominia reduceret. Sequenti autem nocte apparuit Presbytero is, qui primo apparuerat dicens: Veni, ut camus, ubi te Episcopus incluserat in ciuitate. Assumenque illum adduxit rursus, & reposuit in carcere, ignorante custode carceris. Mane verò diei sequentis didicit à carcerario Episcopus, quia in custodia Presbyter, se ignorante, inuentus esset. Mittens igitur Episcopus sciscitabatur à Presbytero, quomodo de carcere exisset, & quomodo rursus abique carcerarij notitia ingressus esset. Qui respondit: Iuuenis quidam speciosus valde, & optimè vestitus, Episcopatus vestri (ut dicebat) minister, aperuit mihi ostium, & præcedebat me vsque ad vnum milliari prope vicum nocte Dominicæ, idemque rursus sequenti nocte veniens reduxit me. Episcopus igitur accessit omnes seruos Episcopatus, sed nullum ex ipsis recognouit presbyter. Tunc intellexit Episcopus, quod Angelus Dei fuerat, qui hoc egisset, ne virtus Presbyteri prorsus occultaretur, sed ut omnes discerent, & glorificarent Deum, qui glorificantes se glorificat. Et de ipso valde edificatus, dimisit illum à se in pace, multa contra eos clamans, qui illum iniuste accusauerant.

Vita Abbatis Georgij, qui nunquam turbabatur.
CAPVT CX.

DE Abbate Georgio patre monasterij Abbatis Theodosij, narrauit nobis Abbas Theodosius eius discipulus, bonus ac mitis, & humilis, qui fuit Episcopus Capitoliadis, quod duodecim annos obseruasset eum, si vel semel turbaretur, & nunquam turbatum vidit, idque in hoc tempore, quando omnis desidia, & negligentia, & mollietas, & inobediencia regnat. Quis autem, aiebat, ita frenauit i oculum, sicut pater noster sanctus Georgius: Quis ita posuit ianuam auribus, sicut beatus iste? Quis ita continuit linguam, sicut pater noster: Quis nam solaris radius ita illustrauit terram, sicut pater noster nostrum omnium corda radiauit.

Vita egregia sancti cuiusdam senis Aegyptij.
CAPVT CXI.

Asumpsi dominum meum Sophronium, & perrexi in monasterium, quod ab Alexandria decem, & octo passuum milibus distat, ad senem quendam magnæ virtutis, Aegyptium genere, dixitque seni: Dic nobis verbum, pater, quò debem simul habitare, quia Dominus Sophista voluit seculo renunciam habere. Ait senex: Bene facis, fili, renunciam seculo, saluasque animam tuam. Sed te igitur

Ite igitur in cella, ubi vultis, sobriè, & vigilanter, quietem, ac silentium seruantes, & sine intermissione orantes: & spem habeo in Deum, filij, quod mittet vobis scientiam suam ad illuminandas animas vestras. Dixit iterum: Si saluari, filij, cupitis, fugite homines. Hodie enim nos non desistimus omnium terere limina, omnemque ciuitatem, ac regionem circuire scubi possimus auaritia, vel inanis gloriæ nobis ipsi stipendia acquirere, & animas nostras implere vanitate. Dixit iterum senex: Fugiamus iam, filij, quoniam appropinquat tempus. Dixit iterum: Væ væ quantum flebimus, quantumque penitebimus pro eo, quod modo penitere nolimus. Dixit iterum: Neque cum laudamus, nos ipsos continemus sub humilitate, neque rursus cum vituperamus, toleramus. Aliud quippe nobis inanam gloriam suggerit, aliud cœlestium nobis miseris facit. Vbi verò tristitia, & inanis gloria est, nihil boni reperitur. Dixit iterum: Patres nostri, ut magni, atque mirabiles, pascebant multos: ego autem humilis vnus ouem regere non valeo, sed semper ferarum morsibus pateo. Ait rursus: Dæmonum opus hoc est, ut cum animam in peccatum deiecerint, tunc nos in desperationem precipitent, ut perfecte nos perdant. Semper enim dæmones dicunt animæ: Quando morietur, & peribit nomen eius: Si igitur sobria fuerit anima, & ipsa ad eos econtra clamabit, & dicit: Non moriar, sed viuum & narrabo opera Domini. Quoniam igitur magnam habent impudentiam dæmones, & ipsi rursus clamant dicentes: Transmigra in montem, velut passer, idcirco & nos ad illos dicere debemus, Nam & ipse Deus meus, & saluator meus, adiutor meus, non emigrabo. Dixit iterum senex: Esto ianitor cordis tui, ne intret peregrinus dicens: Noster es, an aduersarium?

Vestium cuiusdam viri Calui, & sacco induti.
CAPVT CXII.

Ego, & sodalis meus Sophronius cū in Alexandria effemus, die quadam perreximus ad Theodosij ecclesiam, obuiumque habuimus inuicovirum quendam caluum, indutum sacco vsque ad genua. Videbatur autem quasi fatuus, & amens. Dixit igitur mihi Abbas Sophronius: Da mihi nummos, & videbis virtutem venientis. Dedi ergo illi quinque nummos. Qui acceptos dedit illi, qui videbatur ut amens. Accipit autem eos ille, nihil omnino loquens. Nos autem clam illum secuti sumus euestigio. Ille verò cum flexisset à via, extendit in cœlum manum suam dexteram habentem nummos, & post hæc prostravit se coram Deo, positusque in terra nummis, abiit.

Vita, & mors Leonis Monachi, genere Cappadocis.
CAPVT CXIII.

Temporibus imperij Tyberij fidelissimi Cæsaris, ascendimus in Oasum, vidimusque illic magnam in diuinis rebus monachum, genere quidem Cappadocem, nomine autem Leonem. De hoc multi multa digna admiratione narrabant nobis. Nos autem ad illius pertingentes familiare colloquium, magnū que experientum capientes sancti huius viri, magnificè edificati sumus, & maxime in i humilitate eius, & silentio, & nuditate rerum omnium, & charitate, quam ad omnes habuit. Dicebat ergo semper venerabilis hic senex: Credite mihi, filij, quia regnare habeo. Nos autem dicebamus ei: Crede nobis, abba Leo, quia nullus ex Cappadocia vnquam regnauit. Impertinam ergo habes istam cogitationem.

Ille verò rursus dicebat: Veraciter, filij, regnare habeo. Nemo autem poterat eum ab hac cogitatione remouere. Cum igitur venissent Mazices, & vniuersam prouinciam illam deaustassent, ac diripuissent, venerunt & in Oasum, & monachos quidem plures occiderunt, plurimòque captiuos duxerunt. Inter quos acceperunt & abbatem Ioannem (erat autem hic Lector magnæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ) & abbatem Eustathium Romanum, & abbatem Theodorum Cilicem. Erant autem tres infirmantes. Cum ergo vincti fuissent, ait Abbas Ioannes Barbaris: Ducite me in ciuitatem, & faciam, ut Episcopus det pro nobis numismata viginti quatuor. Accipit ergo illum vnus ex barbaris, & duxit prope ciuitatē, ingressusque est Abbas Ioannes ad Episcopum. Inuentus est autem in vrbe & Abbas Leo, & alij quidam patrum, atque ideo tenti non fuerant. Ingressus igitur Abbas Ioannes cepit orare Episcopum, ut barbaro numismata daret. Episcopus autem non plura, quam octo numismata habere inuentus est. Voluerunt ergo dare barbaro octo numismata, & noluit accipere dicens: Aut viginti quatuor numismata præbere mihi, aut monachum dare. Coacti igitur sunt, qui erant in ciuitate, rursus abbatem Ioannem barbaro dare flentem, & ciulantem. Adduxit autem illum in sua tabernacula barbarus. Post tres ergo dies, supris octo numismatibus, abbas Leo in cremum exiit, ubi erant barbari, orauitque illos dicens: Accipite me cum octo numismatibus, & tres istos dimittite, qui infirmi sunt, neque pergere per eremum possunt, nā interficietis eos, & detrimentum patiemini. Ego verò sanus sum, & seruiam vobis. Tunc Barbari acceperunt abbatem Leonem, & octo numismata, & dimiserunt illos tres. Abiit ergo Abbas Leo vsque ad quandam locum, & cum præ debilitate pergere ultra non posset, barbari decollauerunt eum. Impleuitque Abbas Leo scripturam dicentem: Ut ponat quis animam suam pro amicis suis. Tunc nos quocumque cognouimus, quidnam esset, quod dixerat, quia regnare habeo. Veraciter enim regnauit, qui posuit animam suam pro amicis suis.

Admonitio Abbatis Ioannis de Petra.
CAPVT CXIII.

AD abbatem Ioannem de Petra perrexi, sumpto mecum, & sodali Sophronio, rogauimusque illum dicens: Dic nobis verbum. Senex autē ait amate munditatem rerum omnium, & continentiam. Credite dicenti mihi. Cum adolescens moraretur in Sciti, quidam senem splene indoluit, & modicum aceti quantum est in quatuor eius loci monasteriis, & inuentum non est. Tanta erat apud eos paupertas, & nuditas, & continentia. Erant autem ibi patres quasi tres mille & quingenti.

Vita Abbatis Danielis Aegyptij.
CAPVT CXIII.

Narrauit autem nobis sanctus senex de Abbate Daniele Aegyptio, dicens: Ascendit senex ipse die quadam in Thernutiū, vbi opus manuum suarū vederet. I Opera adolescens autē quidam precabatur senē, dicens: Per bantur deū senior veni in domū meā, & fac orationē super manibus vxorē meā, quia sterilis est. Senex autem cōpulsus à antiqui iuene abiit cum illo in domū suā, fecitque orationē monachi super vxorem eius, & 2 volente Deo, mulier in vtero conceptit. Viri ergo quidam non timentes Deum, valere ad ceperunt seni detrahere, & dicere. Verè iuuenis iste obinendū infecundus est, sed mulier à senex prægnans facta est. omnia à Venit igitur hæc fama ad senis aures, & scripsit se Deo.

nex marito mulieris dicēs? Cūm pepererit vxor tua, nuncia mihi. Cūm ergo peperisset vxor illius, seni significauit iuuenis dicēs: Per Deum, & orationes tuas, pater, genuit vxor mea. Tunc Abbas Daniel ingressus ait iuueni: Fac prandium, & voca cognatos, & amicos tuos. Cūm igitur pranderent, sumens senex puerulum in manibus, coram omnibus dixit infans: Quis est pater tuus, infans? Ait autem infans, Hic ostendens digito manus suæ iuuenem. Erat autem infantulus dierum viginti quinque.

Admonitiones Abbatis Ioannis Cilicis.

C A P V T C X V .

Dicebat Abbas Ioannes Cilix dux Raythu fratribus: Filij, sicuti i fugimus mundum, fugiamus concupiscentias carnis. Dixit iterum: Imitemur patres nostros, qui cum tanta austeritate vitæ, & silentio sederunt in loco isto. Dixit iterum: Ne sordidemus locum istum, filij, quem patres nostri à dæmonibus emundauerunt. Ait rursus: Locus iste monachorum, non negociatorum est. Dixit iterum: Inueni hic senex, qui septuaginta annos hoc eodem in loco egerant, herbis solum, & palmarum fructibus viucentes. Dixit iterum senex: Septuaginta, & sex annos habeo in hoc loco, multa mala, & horrenda perpessus à dæmonibus.

De fratre, cui falso obiciebatur, subtraxisse numisma.

C A P V T C X V I .

Narrauit nobis Abbas Andreas Messenius, dum essemus in Raythu, dicens: Cūm essem adolescens, recessimus ego, & Abbas meus de Raythu, & venimus in Palaestinam. Mansimus autem apud senem quendam. Senex ergo, qui suscepit nos, habebat vnum numisma, quod vbi posuisset, per errorem oblitus, suspicatus est quod iunior ego furatus illud essem. Dicebat ergo senex patribus loci ipsius, quia frater Andreas numisma accepit. Quod cūm audisset Abbas me, vocauit me, & ait mihi: Dic, Andrea, tu numisma senis accepisti? Ad quæ ego: Ignosce abba, ego nihil accepi. Habebam autem palliū quod abies vendidi numismate, & accipiens numisma profectus sum ad senē, & prostratus illi veniam petij, & dixi: Ignosce mihi, Abba, quia satanas decepit me, & accepi numisma tuum. Erat autem illic & secularis quidā. Ait ad me senex: Vade fili, nihil perdidisti. Iterū igitur prostratus veniam petebam dicens: Per Dñm, Abba, accipe numisma: ecce hoc est: & fac mihi orationem, quoniā satanas immisit mihi, vt furarer illud, & affligerem vos. Dixit iterū senex: Fili, non perdidisti quicquam. Cum verò illi non acquiescerem, tūc ait mihi secularis ille: Verè, domine frater, hesternò die cūm huc venissem, inueni senē plorantem, & prostratum, petentem quæ veniam in magna afflictione animi, dixi quæ illi: Fac charitatem. Quid est, quod habes? Et dixit mihi senex: Quia fratrem iniusta calūnia exagitaui dicens, quod numisma furatus esset, & ecce inueni illud. Tunc senex edificatus est in me, quod cūm non accepissem numisma, detulerim illud ad eum dicens, Ego illud accepi.

De fratre damoniaco ab abbate Andrea sanato.

C A P V T C X V I I .

Frater quidam demonium habens accessit ad abbatem Symeonem Stylytem in admirabilem mortem, rogans, vt pro se oraret, & effugaret ab eo dæmonem. Dixit ei Abbas Symeon. Vbi moraris? Qui ait: In Raythu. Ad quem senex: Miror, inquit, frater, cur tanto te labore fatigaueris, tantumque itineris

pergeris, vt venires ad me peccatorem hominē, cū tales, ac tantos partes habeas in monasterio tuo. Vnde igitur ad abbatem Andream, & roga illum, vt oreret pro te, & statim i curabit te. Venit igitur frater in Raythu, & sicut sibi mandauerat beatus Symeō, prostrauit se illi rogans, & dicens, Ora pro me, pater. Dixit ei abbas Andreas: Accepit gratiam huiusmodi san- curatio nis abbas Symeon. Cum quæ fecisset orationem, continuò mundatus est frater, & gratias red- dit Deo.

Vita Mena diaconi in Monachi Raythu. CAP. CXVIII. conferunt

Narrauit nobis abbas Sergius in Raythu de fratre quodam illic diacono, Mena nomine, & ait: Cūm exisset aliquando Menas ad ministerium, reuerfus est ad seculum. Quid autem illi contigerit, nescimus, nisi quia reliquit monasticum habitum, & secularis effectus est. Post multum verò temporis profectus est Theopolim, & cūm rediret Seleuciam vidit monasterium sancti abbatis Symeonis Stylytæ de longè, & ait intra se: Ascendam, & videbo magnū Symeonem, nunquam enim eum viderat. Euntem verò, & iam cœnobio appropinquantem vt vidit abbas Symeon, diuinitus agnosceus quod esset monachus, & quia diaconus ordinatus fuisset, vocauit ministrum suum dicens: Affer huc forficem. Cum quæ attulisset, ait illi: Benedicte Dominus: Tonde illum ostendēs eū digito. Erant enim ibi multi circa columnam. Admiratus autem ille in verbo senis, simulque timore magno comprehensus, suscepit tonsuram nihil omnino loquens. Intellexit enim, quia Deus reuelasset seni de se. Cūm minister ergo totondisset illum, ait ei magnus Symeon: Fac orationem diaconi. Et cūm orasset, ait illi iterum, Perge in Raythu, vnde etiam existi. Dicente autem illo, se verecundari, patrumque aspectus ferre non posse, rursus ait illi abbas Symeon: Crede mihi, fili, quia vereri omnino non debes: hilari enim facie, & grato animo te suscipient Patres, gaudiumque illis fiet, & exultatio in conuersione tua. Et hoc autem scito, fili, quia Deus signū in te facturus est, vt agnoscas, quoniam ignouit tibi illius immensa, & ineffabilis bonitas peccatū istud. Venientem igitur in Raythu supinis manibus excepere patres, miseruntque ipsum in sanctum factarium. Quadam igitur die Dominica cūm ferretur ad sanctum, & viuificum sanguinē magni Dei, & saluatoris uatoris nostri Iesu Christi, contiuò exiit oculus eius vnus. Atque ex hoc signo cognouerunt Patres, quia ignouisset illi Deus peccatum istud, iuxta verbum magni Symeonis.

De damone, qui in habitu Monachi profectus est ad cellam cuiusdam senis in Raythu. CAP. CXIX.

Dicebat nobis abbas Eusebius Presbyter eiusdem monasterij Raythu, cūm ad illum venissemus, quod dæmon in habitu monachi profectus fuit ad cellam senis, & cūm pulsasset ianuam, aperuit senex, & dixit illi: Ora. Dæmon autē ait: Et nunc & semper, & in secula seculorum. Amen. Senex autem rursus dixit: Ora. Et dæmon similiter ait: Nunc, & semper, & in secula seculorū. Amē. Tunc senex: Ora, & dic: Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, etiā nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen. Hoc autem cū dixisset senex, dæmō quasi passus ab igne, euauit.

De tribus monachis mortuis inuentis à piscatoribus Pharonitis. CAP. CXX.

Narrauerunt nobis Pharonitæ piscatores, dicentes: Die quadam iuimus in Buehrin trans mare rubrum,

rubrum, & cūm plurimos pisces cepissemus, reuersi sumus, & venimus prope Percelem. Volentesque transfretare in Raythu, prohibiti sumus à ventis contrariis, ac maris tempestare detenti sumus per dies nonaginta. Venientes autem in quoddam maximum desertum, inuenimus subter vnum saxum tres Anachoretas defunctos, indutos collobiis de sibino, melotisque illorum iuxta eos erant positæ. Accepimus itaque illos, & duximus ad nauem, cōtinuòque æstuanans mare tranquillum factum est, & venti contrarij in opportunos conuersi sunt. Et transfretauimus secundis ventis, & venimus in Raythu. Patres autem sepelierunt eos cum antiquis senibus.

Vita, & mors Abbatis Gregorij Byzantini, & alterius Gregorij Pharonitæ eius discipuli. CAP. CXXI.

Narrauerunt nobis ipsius loci patres de Abbate Gregorio Byzantino, & discipulo eius Abbate Gregorio Pharonite, quod in insula quadam maris rubri manserint. Illa verò insula aquā non habebat. Sed ex continenti afferēbat aquam sibi in vsum suum. Habebant enim ratem, cum qua exibant, & afferēbant. Quadā autē die aquā miserunt ratē in mare, ligantes illam ad saxum quoddam. Noctē verò illa facta est vnda vehemens, ruptoque fune perit ratis. Manserunt autem patres illi non habentes, vnde sibi aquam deferrent. Post octo itaque menses venerunt monachi de Raythu, & inuenerūt ambos mortuos. Inuenerunt autem & in dorso restudinis ita scriptum: Abbas Gregorius Pharonites viginti & octo diebus aquam non bibens defunctus est, ego autem dies triginta septem transegi, ex quo non bibi. Inuenimus verò ambos integros, sumentesque illos i sepeliuimus in Raythu.

De duobus Monachis, qui nudi ingressi sunt ecclesiam, vt communicarent, nec vixissent ab aliquo, nisi ab Abbate Stephano. CAP. CXXII.

Venimus ad Abbatem Stephanum Cappadocem in Sina monte, narrauitque nobis, dicens: Cūm essem ego in Raythu ante hos annos, quinta feria cœnæ Domini eram in Ecclesia. Cum quæ consummaretur i sancta oblatio, patresque omnes assisterent, ecce video duos quosdam Anachoretas Ecclesiam ingredi, erant autem nudi, nullisque patrum alius animaduertit, quod nudi essent, nisi ego solus. Cūm igitur communicassent Dominico corpori, & sanguini, exierunt de Ecclesia, & abibant. Ego autem vnā cum illis exiui. Cūm ergo egressi essemus, prostrati me illis dicens. Facite charitatem, accipite me vobiscum. Cognouerunt autem, quia videram illos nudos, & dixerunt mihi: Benè sedes, quiesce. Rursus ego rogabam illos, vt acciperent me secum. Tunc dixerunt mihi: Non potes nobiscum esse. Sede, bona enim tibi sedes est. Facientes autem mihi orationem videntē me, super aquas rubri maris pedibus ingressi sunt, & trans mare abierunt.

Vita Abbatis Zosimi cilicis. CAP. CXXIII.

Perreximus ad Abbatem Zosimum Cilicem in monte Sina, vbi morabatur. Renuerat enim Episcopatum senex, & redierat in cellulam suam: Erat autem vir magnæ abstinentiæ, narrauitque nobis, dicens: Cūm essem iunior, exiui de Sina, & abij in Ammoniaccm, vt illic morarer, inuenique ibi senem vestitum collobio de sibino. Senex autem, vt vidit me, priusquam illum salutare, ait mihi: Quid huc aduenisti, Zosime? Vade, non potes hic sedere. Existimans autem, quia cognouisset me, prostrati me an-

te illum dicens: Fac charitatem, pater. Vnde me nosti? Senex autem dixit mihi: Ante duos dies apparuit mihi quidam dicens: Ecce veniet ad te monachus quidam, nomine Zosimus. Non permittas eum hic manere. Volo enim ecclesiam Babylonis, quæ in Ægypto est, illi credere. Tacuitque senex, & dimisso me, abiit ad me, quantum est iactus lapidis. Et cūm duas horas in oratione compleisset, venit ad me, & osculans faciem meam ait mihi, Fili charissime, benè venisti. Deus enim te huc adduxit, vt commēdes terræ corpus meum. Dixit autē ei: Quot annos in hoc loco habes, Abba? Dixit ad me: Quadraginta & quinque annos impleo. Et apparuit mihi facies tanquam ignis. Et ait mihi: Pax tibi, fili, & ora pro me. Et hæc dicens, collocauit se ipsum, & requieuit. Ego autem, effossa humo, sepeliui eum, & post duos dies recessi glorificans Deum.

C A P V T C X X I I I .

Narrauit autem nobis & hoc senex, dicens: Ante annos viginti duos ascēdi in Porphyrcem, volens illic morari. Accepi autem & discipulum meum Ioannem mecum. Cūm ergo illuc venissemus, inuenimus duos Anachoretas, mansimusque prope illos. Erat autem alter quidem ex his Galata, nomine Paulus. Alter verò Melinus, nomine Theodorus, ex monasterio fuerat Abbatis Euthymij. Ferrebant autem i collobia ex pellibus bubalorum. Mansi autem illic ferme duos annos, distabamusque ab inuicem quasi duobus stadiis. Die autem quadam cūm sederet Ioannes discipulus meus, percussit eum serpens, statimque defunctus est, sanguinem ex omnibus partibus fundens. In multa igitur angustia existens, abij ad Anachoretas. Qui statim vt viderunt me turbatum, & afflictum, antequam aliquid dicerem ad eos, dicunt mihi: Quid est, Abba Zosime? Mortuus est frater? Dico illis: Ita sanè mortuus est. Venientes igitur mecum, videntēque ipsam in terra iacentem, dicunt mihi: Noli contristari, abba Zosime. Adest diuinum adiutorium. Vocatēque fratrem dixerunt: Frater Ioannes, surge: quia senex te opus habet. Cōtinuòque surrexit frater de terra. Querentes autem bestiam, & inuenientes, tenuerunt eā, & in conspectu nostro, illam in duas partes distruerunt. Tūc dicunt mihi: Abba Zozime, vade in Sina. Deus enim tibi committere vult ecclesiam Babylonis. Continū itaque recessimus nos. Cum quæ venissemus in Sina, post paucos dies abbas misit me, & duos alios in ministerium in Alexandriam. Tenentēque nos Papa Alexandrinus beatissimus Apollinaris, omnes tres fecit episcopos, vnum quidem Heliopoleos, aliū Leontopoleos, me verò in Babylonē misit.

Factum pulchrum abbatis Sergij anachoretæ.

C A P V T C X X V .

Narrauerunt nobis quidā patrum in Sina de abbate Sergio anachoretæ, quod cū moraretur in Sina, constituebat illū dispensator super burdones. Cūm ergo die quadā properaret, ecce leo iacebat in via. Porro burdonarij, burdonēque, viso leone, timore correpti, recesserūt. Tunc abbas sergius sumēs de pera vnā benedictionē, profectus est ad leonem, dixitque ei: Accipe benedictionem patrum & i recessis de de via, vt trāscamus. Sumptaque leo benedictione recessit.

Eggegria responso abbatis Oreni montis Sina. CAP. CXXVI. te Dei sancti

lago suo, ita vt foris villosus esset. Stante igitur eo in choro, venerunt quidam de dispensatoribus loci, & dixerunt seni. Cur ita, pater, ingressus conuerso lago tuo in Ecclesiam ad derisionem nostram coram peregrinis. Respondit ei senex: Vos eueristis Sina, & nemo vobis dixit aliquid, & ego quia conuerri sagum meum, dicitis mihi: Quare conuertis sagum tuum? Ite, corrigite, quæ eueristis, & ego corrigam quæ euerit.

Vita Abbatis Georgij sancti montis Sina, & anas cuiusdam ex Galatia phrygia. CAP. CXXIII.

N Arrauit nobis Abbatisa Damiana solitaria, mater Abbatis Athenogenis Episcopi Petrensis, dicens: Erat quidam Abbas in sancto monte Sina, nomine Georgius, magnæ virtutis, & abstinentiæ vir. Huic abbati Georgio magni sabbati die sedenti in cellula suauiter desiderium facienti sacrum diem resurrectionis in sancta ciuitate, & sumere veneranda 2 myteria in sancta Christi Dei nostri Resurrectione. Per totam ergo diem senior huiusmodi cogitatione sollicitabatur, & orabat. Cùm itaque sero factum esset, venit discipulus eius dicens ei: Iube pater, vt eamus ad synaxim. Senex autem respondit ei: Vade, & tempore sanctæ communionis veni ad me, & pergam. Mansit itaque senex in cellula. Cùm autem aduenisset tempus sanctæ communionis in sancta Resurrectione, inuentus est senex prope Archiepiscopum beatum Petrum, qui præbuit illi cum presbyteris sanctam communionem. Videns igitur eum Patriarcha, dixit Menæ: Assessori suo: quando venit Abbas montis Sina? Respondit ille: Per orationes vestras, Domine, non vidi illum nisi nunc solummodo. Tunc ait Patriarcha: Dic illi, vt nō recedat. Volo em̄, vt mecum sumat cibum. Ille verò profectus id dixit seni. Qui ait: Voluntas Dei fiat. Cùm ergo senex salutasset synaxes adorare 3 sancto monumento, inuentus est in cellula sua. Ecce discipulus ipsius pulsauit, & dixit: Pater, veni, vt communices. Senex verò profectus in ecclesiam cum discipulo suo, iterum sumpsit 4 veneranda myteria. Petrus autem Archiepiscopus contristatus, quod illi inobediens fuisset, post solennitatem misit ad Episcopum Phari Abbatem Photinum, & ad patres Sina, vt Abbatem ad se mitterent. Cùm ergo uenissent, qui attulerat literas, dedissetque illas, misit & senex tres Presbyteros, Abbatem scilicet Stephanum Cappadocem magnum illum virum, cuius & supra meminimus, & Abbatem Zosimum, cuius etiam superius mentionem fecimus, & Abbatē Dulcitium Romanum ad Patriarcham, purgavitque se ipsum senior scribens, ac dicens: Absit ad me, mi domine sanctissime, vt sanctum Angelum vestrum contempserim. Scripsit autem & hoc ad eum: Vt sciat beatitudo vestra, post sex menses Christo Domino, ac Deo nostro simul occursumus, & illic adorabo vos. Egressi itaque Presbyteri dederunt Patriarchæ literas. Dixerunt autem & hoc ei, quoniam senex multos annos habebat, ex quo nō venerat in Palæstinā. Ostendebant item & literas Episcopi Phari simul contestantes, quod 4 ferme septuaginta annos haberet senex, ex quo de sancto monte Sina nō exierat. Sanctus verò, ac mitissimus Petrus afferebat restes eos, qui tunc affuerant, Episcopos, & clericos dicentes: Verè nos senem vidimus, & omnes oculo sancto illum salutauimus. Postquam igitur impleti sunt sex menses, requieuerunt in pace senex, & Pa-

1 Nota sacri diem resurrectionis.

2 Sacra Eucharistia appellat veneranda myteria.

3 Adorato sancto Monumento.

4 Veneranda myteria sumpsit, id est sanctam communionem.

triarcha, iuxta scilicet ipsius senis prophetiam.

N Arrauit nobis eadem Abbatisa Damiana & hoc dicens: Die sancto 5 parasceue, antequam includeret, abij ad sanctū Cosmā, & Damianū, & illic totam 6 noctē peregi. Venit itaque serò anus quædam ex Galatia Phrygiæ, & dabat omnibus, qui in templo erant, duo minuta. Die igitur quadā neptis mea, & fidelissimi imperatoris Mauritij, veniens in sancta ciuitatem orationis gratia, egit ibi annum integrum. Assumpsi ergo eam, & adduxi ad sanctos Cosmam, & Damianum. Cum igitur in oratorio essemus, aio cognata meæ: Vide filia, quia venit anus quædam dans duo minuta (ea enim mihi sæpius dederat.) Summe illa, ne superbias. Illa autem indignans dicebat: **M**andatum habeo accipere: Tunc dixi ei: Etiam, accipe. Mulier enim sancta est, & magnæ virtutis. **T**ota enim hebdomada ieiunat & quicquid in hebdomada laborans lucratur, erogat his qui in templo inueniuntur. Est autem vidua quasi annorum octoginta. Sume igitur duo minuta, & da illa tu quoque alteri. Tantum ne respuas anus istius sacrificium. Ista nobis loquentibus, ecce anus veniens duo minuta erogabat. Veniensque dedit mihi cum omni silentio. Dedit autem & nepti meæ dicens: Accipe ista, & comede. Cùm ergo abiisset, agnouimus, quod Deus illi reuelasset, quod dixerat ei, vt acciperet, & alteri pauperi daret. Misit igitur vnum ex pueris suis, & de duobus minutis emit lupinos, & comedit. Assuebat autem coram Deo dicens, eos tanquam mel dulces fuisse, ita vt miraretur, & glorificaret Deum, qui dat gratiam seruis suis.

Vita Adelphy episcopi arabesi, & de beato Ioanne Chryostomo. CAPVT CXXVIII.

P Erreximus ad Abbatem Athanasium in monasterio sancti patris nostri Sabæ, narrauitque nobis, dicens: Audiui referente Abbate Athenogene Episcopo Patre, filio Abbatisæ Damianæ tale aliquid. Fratrem habuit ania mea Ioāna, nomine Adelphium Episcopum Arabesi, sororem quoque Abbatissam monasterij mulierem. Quadam verò die abiit Episcopus ad monasterium visitanda sororis gratia. Et cùm intraret atrium monasterij, vidit vnā de fororibus à dæmone correptam, & in paucissimo projectam. Conuocans igitur episcopus sororem suam, ait illi: Placetne tibi, vt soror illa pertrahatur à dæmone, & dehonestetur? An ignoras, quia iudicium portas omnium fororum, vt abbatissa? Quæ dixit ei: Et ego quid possum facere aduersus dæmonem? Episcopus autem rursus dixit ei: Et quid hic tot annis facis? Factaque oratione, episcopus i mundauit à dæmone sororem illam.

R Virus idem Abbas Athanasius narrauit nobis bilem Ioannam sororem ipsius ita referentem audivisse: Cùm sanctissimus Episcopus Constantinopolitanus Ioannes Chryostomus in Cucufum in exilium missus esset, in domo nostra mansit. Ex hoc igitur ingentem confidentiam, & charitatem habuimus ad Deum.

Dicebat ergo frater meus adelphius, cùm in exilio mortuus esset beatissimus Ioannes: Dolorē pertuli incredibilem, quod talis, ac tantus vir, orbisque magister, lætificans ecclesiā Dei, à throno suo exul defunctus est. Deprecabat ergo, inquit, Deū cū multis lachrymis, vt ostendere mihi dignaretur, in quo statu esset, & an cum Patriarchis adnumeratus esset.

Cùm

5 Etiam 6 lim Dies parasceue sanctus erat. 6 Ecce peregrinatio nes ad loca sancta. 6 Pernotationes apud illa.

1 Oratione episcopus mundauit monialem à dæmone

Cùm ergo diutius orassem, in extasi effectus sum, aspexique virum nimis speciosum, qui tenens manū dexteram meam, adduxit me in locum quendam illustrem, & gloriosissimum, ostendebatque mihi Ecclesiæ doctores. Ego verò circumspiciebam, videre quærens, quem cupiebam, magnum Ioannem dilectissimum meum. Cùm ergo ostendisset mihi omnes, & vnus cuiusque proprium nomen expressisset, rursus tenens me per manum, eduxit me foras. Ego autem sequebar illum tristis, quod non vidissem cū patribus, & Ecclesiæ magistris beatum Ioannem. Cùm itaque egredere, is, qui præerat ianuæ, apprehendens me dixit mihi: Quid habes, cur tristis es? Nemo vnquam huc ingressus, tristis exiit. Tunc dixi illi: Hæc mihi causa mæroris est, quæ amantissimum mei Ioannem Episcopum Constantinopolitanum vnā cū cæteris doctoribus non vidi. Rursus dixit mihi: Ioannem dicis pœnitentiæ ducem? Aio ego: Illum sanè. Respondens autem dixit mihi: Ipsum homo in carne viuens videre non potest. Illic enim 2 assistit, vbi thronus est Domini.

2 Ecce quomodo animi beatissimi Ioanis est in celo ante thronū Dei.

Vita cuiusdam stylite. CAP. CXXIX.

A bbas idem Athanasius narrauit nobis audisse se Anarrætē Abbatem Athenogenem Episcopum Petræ, quod in prouincia sua fuerit Stylites quidam, ad quem omnes, qui veniebant, inferiūs stantes loquebantur, eò quod non haberet scalam. Si quando igitur dixisset illi frater: Volo tibi dicere cogitationem: dicebat & ipse illi leni voce: Veni ad gradus columnæ: ibatque ipse ad aliam columnæ partem, & ita loquebantur mutuo, Stylita quidem superiūs stante, fratre autem inferiūs. Cæterorum verò, qui assistebant, nullus ea, quæ dicebantur, audire poterat.

Dicebat & hoc Abbas Athenogenes de eodem Stylita, quod duo seculares se mutuo valde diligentes, pergebant ad eum multis annis ambo simul, & nunquam vnus sine altero proficiscentes. Quadam ergo die venit, nesciente socio suo, alter ad illum. Cùmque plures horas pulsaret ianuam, noluit illi senex aperire, ita vt ille tædio deuictus reuerteretur. Reuertenti autem occurrit amicus eius, pergens & ipse ad Stylitem, rursusque rediit cum secum, vt ambo simul ingrederetur ad senem. Cùm ergo pulsarent ianuam, mandauit senex, vt qui posterior venerat, ingrederetur solus. Ingressusque posterior cepit rogare senem, vt & alius introiret. Senex autem dixit ei, se non posse illum suscipere. Perseueranti verò, & per multam horam deprecanti ait senex: Deus illum auerfatur, fili, & ego illum suscipere non possum. Cùmque ad propria rediissent, post duos dies ille defunctus est.

Admonitiones Abbatis Athanasij, & mirabilis eius visio. CAP. CXXX.

D icebat idem Abbas Athanasius: Patres nostri continentiam, & 1 paupertatem, ac nuditatem rerum omnium vsque ad mortem seruauerunt: nos autem ventres nostros, & crumenas dilatauimus. Dixit iterum senex: Sed patribus nostris in studio erat distractiones animi vitare, nostris verò temporibus olla obtinuit, & opus manuum. Narrauit nobis & istud Abbas Athanasius de se: Venit, inquit, mihi aliquando cogitatio, dicens: Quid putas erit certantibus, & nōn certantibus? Et cùm factus essem in extasi, venit ad me quidam dicēs

mihī, Sequere me. Adduxitque me in quendam locum plenum luminis, & gloriæ, statūque me iuxta vnā ianuam, cuius species enarrari non potest. Audiebamus autem interius quasi multitudinem innumerabilem laudantium Deum. Cùmque pulsarem, audiuit quispiam intus, & dixit: Quid vultis: Ait dactor meus: Ingredi volumus. Respondit ille: Non huc ingreditur quispiam in negligentia degens. Sed si intrare vultis, abite, certate, nihil æstimātes vanitates seculi.

Vita Abbatis Zachari sancte Sion. CAP. CXXXI.

N Arrauit nobis Procopius Scholasticus Forphyreonites de Abbate Zachæo, dicens: Duo filij mei in Cæsarea degebant. Facta est autem in Cæsarea magna mortalitas, egoque affligebar propter filios meos, ne morerentur: & ignorabam, quid agerem. Dicebam enim in me ipso: Si mittam, & accipiam eos inde, iram dei fugere possibile non est. Sed si dimittam eos illic, morientur, & non videbo illos. Nesciens itaque quid agere deberem, dixi: Vadam ad Abbatem Zachæum, & quod dixerit mihi, hoc faciam. Perrexi igitur in sanctam Sion, illic enim semper morabatur, & non inueni eum. Veni autem in atrium sanctæ Mariæ Dei genitricis, & inueni illum stantem in angulo arrij, dixique illi de filiis meis. Cùm ergo me audisset, ad Orientem conuersus est, & intendit in cælum quasi per horas duas nihil omnino loquens. Tunc verò conuersus ad me, dixit mihi: Confide, ac noli affligi. Filij tui non morientur in hac peste. Sed & post duos dies cessabit de Cæsarea mortalitas. Quod & factū est iuxta verbū senis. Et ista quidem Procopius Scholasticus, vt dixi enarrauit nobis.

CAP. CXXXII.

A bbas autem Cyprianus, cognomento Cucula, cuius monasterium est extra portam Cæsareæ, narrauit nobis, cùm ad illum venissemus, dicens: Cùm iustaret vrbem istam sœna illa, & horrenda mortalitas, inclusi me ipsum in cella mea, deprecans clementiam Domini, vt nostri misereretur, & auerteret imminentem iram. Venitque mihi vox dicens: Abbas Zachæus accepit hanc gratiam.

De sancto Monacho, qui Sarracenum Venatorem per duos dies immobilem reddidit. CAP. CXXXIII.

N Arrauit Sarracenus gentilis ex his, qui in Clyfmo morabantur, hæc nobis dicens: Cùm abissem ad montem Abbatis Antonij, vt venar, perges aspicio monachū in monte sedentem, tenentem quæ librum, & legentem. Ascendi igitur ad eum volens illum cedere, fortassis autem etiam necare. Cùmque venissem prope illum, extendit contra me manum suam dexteram, dicens: Sta. Egique illic duos dies, & duas noctes, nullo modo moueri præualens ex eo loco, vbi eram. Tunc dixi illi: Per deum, quem colis, dimitte me. Ille autem dixit mihi: Vade in pacē. Et ita recedere potui de loco, in quo eram.

Vita Theodori Anachorete. CAP. CXXXIII.

A nachoreta quidam erat in partibus sancti Iordani, nomine Theodorus. Hic venit ad cellam meam dicens: Fac charitatem, Abba Ioannes, & quære mihi librum, qui continet totum Testamentum nouum. Quærens igitur inueni, quia Abbas Petrus, qui postea fuit Chalcedonē, Episcopus, talem ha-

2 bb iiii

beret. Abij itaque, & dixi ei. Et ostendit illum mihi in membranis valde pulchrum. Et dixi ei: Quantum valet? Qui respondit: Tria numismata. Dixit iterum mihi: Tu illum emere vis, an alius? Et aio illi: Crede mihi, Anachoreta ipsum vult. Tunc ait mihi Abbas Petrus: Si Anachoreta ipsum vult, gratis illum accipe. Sume autem & tria ista numismata, & si quidem placet illi liber, teneat illum: sin autem illi non placet, ecce habet tria numismata, eme illi iuxta votum suum. Sumens ergo librum detuli Anachoretæ. Qui, sumpto libro, abiit in eremum. Cum autem duos ferè menses egisset, rediens Anachoreta venit in cellam meam dicens: Scito, Abba Ioannes, quia cogitatio mea me affligit, eò quòd gratis habeo librum. Aio autem ad illum: Noli pro hoc affligi. Abbas Petrus dives est, & bonus, gaudetq; in hoc. Ait mihi rursus anachoreta: Verè non requiesco, nisi pretiũ do. Dico illi. Et habes pretium, vt des? Dicit mihi: Non. Sed da mihi saccum, vt me induam. Erat enim nudus. Dedi ergo illi saccum, & palliolum, & abiit, operariũque factus est in eo lacu, quẽ fecit Patriarcha Hierosolymorum Ioannes in Sigma, accipiebátque quotidianum stipẽdium nouem minuta. Veniebat ergo prope me in monasterium Heliotarum, comedebátque lupinos, & die tota laborabat. Cum itaque fecisset de mercede sua minuta numismatum trium, ait mihi: Accipe pretium, & librum, & vade ad dominum suum, & si quidem vult minuta, da illi, sin autem non vult, redde illi librum. Ego igitur veniens nunciaui hæc Abbati Petro. Qui neque pretium, neque librum accipere volebat. Perfuasi tamen ei, vt pecuniam acciperet, neque repudiaret Anachoretæ laborem. Quam tandem accipit. Et pergens ego dedi librum Anachoretæ: qui gaudens remeavit in eremum.

De quinque Virginitibus, qua exire voluerunt è Monasterio, & à dæmonio correptæ sunt.
CAP. CXXXV.

Accertimus ad Eunuchorum monasterium iuxta sanctum Iordanem ego, & frater meus Sophronius. Narrauit que nobis Abbas Nicolaus ipsius monasterij presbyter, dicens: In regione mea (erat autem ex Lycia) monasterium virginum est fermè quadraginta. In hoc ergo monasterio, quinque virginis sibi inuicem condixerunt, vt nocte de monasterio fugerent, & acciperent viros. Nocte verò quadam cum dormirent sanctimoniales omnes, illis consultantibus, vt vestimenta sua acciperent, & fugerent, continuò quinque i omnes à dæmonio correptæ sunt. Quo facto, non ampliùs exierunt è monasterio, sed confessæ peccata sua, gratias egerunt Deo dicentes: Gratias agimus magnorum indultori munerum Deo, qui flagellum hoc nobis induxit, vt animæ nostræ non perirent.

Magni exemplis, quo docetur omnes religiosæ femine non debere institutum suũ deserere.

De Charitate Abbatis Sisinij erga mulierem Sarracenam.
CAP. CXXXVI.

Narrauit autem nobis & Abbas Ioãnes eiusdem monasterij Presbyter, dicens: Audiui ab Abbate Sisinio Anachoreta referente, ac dicente: Die quadam eram in spelunca mea prope sanctũ Iordanem: & cum psallerem i Tertiam, ecce Sarracena quædam ingressa in speluncam meam, posuit se coram me nudans semetipsam. Ego verò turbatus non sum, sed impleta psalmodia mea cum omni quiete, & ti-

more Dei, dixi ad illam Syriace: Sede, vt loquar tibi, & tunc faciam, quod vis. Quæ vt recessit, dixi illi: Christiana es, an gentilis? Quæ ait: Christiana. Dixi etiam ad illam iterum: Et nescis, quia qui fornicantur, in supplicium eunt? Quæ ait: Scio planè. Tunc dixi illi: Cur ergo fornicari vis? Respondit: Quia esurio. Et aio: Noli fornicari, sed veni quotidie, & vt Deus disponuerit, dabo tibi cibum tuum. Ex illa ergo die veniebat ad me diebus singulis, & si quid Deus mittebat mihi, præbebam illi cibum, quousque recessi de illis locis.

Relatio Abbatis Ioannis de Abbate Callinico.
CAP. CXXXVII.

Dixit iterum idem abbas ioannes: Cum essem iunior, cupiebam pergere ad magnos, & nominatissimos patres, vt ab eis benedicerer, & ædificarer. Audiens igitur de Abbate Callinico magno illo, qui in monasterio Abbatis Sabæ inclusus erat, orauit quendam ex familiaribus illius, vt me ad illum duceret. Abij itaque ad illum. Assidens verò is, qui me adduxerat, frater ad fenestram senis, per multam horam loquebatur cum eo. Ego verò in me ipso cogitabam, quia nunquam viderat me senior, ne fortè nõ gratè susciperet me. Cum verò frater ille recederet, permisit me ingredi, & salutare senem, & benedici ab eo, dicens ad eum: Ora & pro isto seruo tuo, pater, quia inter primos huc venit. Senex autem dixit: Agnosco illum, fili. Nam ante viginti dies descendit ad sanctum Iordanem, & occurrit mihi in via dicens: Ora pro me. Et ego interrogauit eum: Quod est nomen tuum? Atque mihi, Ioannes. Extunc igitur agnosco eum. Hoc audiens ego cognoui, quia quando cogitauit accedere ad illum, reuelauit illi Deus & nomen meum, & quis essem.

De Abbate Sergio Anachoreta, & de Monacho Genili, qui baptizatus est.
CAP. CXXXVIII.

Narrauit autem nobis & hoc idem senex, dicens: Cum esset Abbas Sergius Anachoreta in Romanis, postquam recesserat de Sina, misit huc in monasterium monachum quẽdam iuuenem, vt baptizaretur. Interrogantibus autem nobis causam, cur nunc baptizaretur, ait nobis minister ipsius Abbatis Sergij: Abbas Sergius quando ad nos venit, volens in eremo manere nobiscum, hunc mihi instituendum tradidit. Ego autem illum plurimum admonui, ne se huic instituto inconsideratè, ac sine probatione addiceret. Cum autem illum, cuiusque constantiam peruidissem, sumens eum abij ad senem. Senex autem mox vt vidit illum, antequam quicquam illi loqueretur, ait mihi scorsum. Quid vult frater iste? Dixi autem ei: Orat manere nobiscum. Tunc dixit mihi: Crede, frater, iste baptizatus non est, sed adduc illum in monasterium Eunuchorum, & fac illum baptizari in sancto Iordane. Ego autem ad verba senis stupens, interrogauit fratrem, quis esset, & vnde esset. Ille autem ex Occidente se esse ait, parentisque habere gentiles, ac nescire, vtrum baptizatus esset, an non. Tunc itaque i catechizantes eum, fecimus in Iordane baptizari, permansitque in monasterio Deo gratias agens.

Predicatio Abbatis Sergij de Gregorio Duce Monasterij Pharan.
CAP. CXXXIX.

De hoc

De hoc Abbate Sergio Anachoreta narrauit nobis Abbas Sergius Armenius eius discipulus, quòd plurimum sibi molestus fuerit Abbas Gregorius, qui erat dux monasterij Pharan, vt illum duceret ad senem. Die ergo quadam adduxit illum ad ipsum. Erat autem senex tunc circa regionem maris mortui. Cum igitur vidisset eum senex, libentissimè salutauit, allataque aqua lauit pedes eius, ac per totam diem collocutus cum eo de ædificatione animæ, die alia dimisit eum. Postquam verò abcessit Abbas Gregorius, dixi, inquit, ego seni. Scis, pater, quia scandalizatus sum, quod cum plurimos i Episcopos, Presbyteros, & alios duxerim ad te, nullius vnquam illum pedes lausti, nisi tantum Abbatis Gregorij? Tunc ait ad me senex: Fili, ego quis sit Abbas Gregorius, nescio, hoc tantum scio, quia Patriarcham ex cepi in speluncam meam. Nam & pallium sanctum illum ferentem vidi, & Euangelium. Quod ita factum est. Post sex enim annos ipsum Abbatem Gregorium, ita ordinante Deo, Patriarcham Theopoltanum factum vidimus, sicut prædixerat senex.

i Si plus vimos Episcopos, ac Presbyteros, & alios duxerit ad senem, ergo non omnes fideles sunt ex æquo Episcopi, non omnes Presbyteri, vt nunc quidam mentium viri. Virtutes, quæ sanctum Patrem reddebant commendabilem.

Vita eiusdem Gregorij Patriarchæ Theopoltani.
CAP. CXL.

Dicebant quidam senè de hoc Patriarcha Theopoltano Gregorio, quod his maximè i virtutibus fuisset insignis, eleemosynis scilicet, iniuriarũ obliuione, & lachrymis. Habebat autem & compassionem maxime ad eos, qui peccabant. Quorum omnium rerum nos sæpè experientia cepimus.

Prudens Responsio Abbatis Olympij.
CAP. CXLI.

Frater quidam venit ad Abbatem Olympium in monasterium Abbatis Gerasimi prope Iordanè, & dixit ei: Abba, quomodo sedes in spelunca ista propter æstus magnitudinem, & cyniphe? Respondit ei senex: Fili, ista idcirco tolero, vt futuris cruciatibus liberer. Ideo cyniphe patior, vt immortalem effugiam vermem: similiter & æstus hunc perfero, sempiterni ignis supplicia metuens. Hæc enim temporalia sunt, illa verò finem nullum habent.

Alia prudens Responsio Abbatis Alexandri.
CAP. CXLII.

Frater alius perrexit ad Abbatem Alexandrum ipsius monasterij Abbatis Gerasimi ducem, & ait illi: Abba, volo ex eo loco, vbi habito, discedere. Valde enim accidia, & tædio animi laboro. Respondit ei Abbas Alexander: Istud, fili, signum est, quia nec regnum celorum, nec æternum cruciatum in mente habes. Nam si ista sollicita intentione cogitares, nullam in cella tua accidiam sentiret.

Vita Dauid latronum principis, postea monachi effecti.
CAP. CXLIII.

Cum venissemus in Thebaidem, conuenimus Sophistam Phybamonem in vrbe Antinoo. Narrauitque nobis vtilitatis nostræ gratia de latrone quodam, nomine Dauid, qui apud Hermopolim plurimos expoliabat, plures etiam interficiebat, & innumera perpetrabat mala, ita vt nullus ei in his crudelitatis operibus cõferri posset. Eratque famosissimus inter omnes. Die verò quadam cum exerceat latrocinia cum sociis plusquam triginta, rediens in semetipsum, compunctusque in his, quæ perpetrauerat, sceleribus, relictis sociis abiit ad monasterium. Cumque psalleret monasterij ianuam, exiit ostiarius, & dixit ei: Quid vis? Princeps autem latro-

num ait: Monachus fieri volo. Ingressus verò ostiarius nunciauit Abbati de illo. Egressus ad illum Abbas, & videns, quia iam senex esset, dixit ei: Non potes hic manere. Multum enim laborem tolerant fratres, abstinentiaque magna est. Et tu cum aliter affuctus sis, distractionem monasterij ferre non prauales. Ille autem orabat dicens: Vtique faciam omnia: tantummodo suscipe me. Porro Abbas in sententia sua persistebat, dicens: Non potes ferre. Tunc ait illi latronũ princeps: Vt scias, ego sum Dauid princeps latronum, & idcirco veni huc, vt deseam peccata mea. Si autem me suscipere nolueris, sub iurisdictione tibi protector per eum, qui in celo habitat, quia rursus ad priorem statum remeabo, & assumptis meo sociis meis, vos omnes interficiam, rotumque monasterium euertam. His auditis, Abbas suscepit eum intra monasterium, condensque illum i tradidit ei religiosum habitum. Cœpit igitur in spiritali militia veteranus tyro pugnare, & i abstinentiæ, ac obedientiæ, humilitatisque studiis cunctos, qui erant in monasterio, transcendere. Erant autem ferè septuaginta Monachi cunctos ædificans, omnibusque exhibens forma virtutis, & sanctitatis exemplum. Die vero quadam sedens illo in sua cellula, missus est ad eum Angelus Dei, dicens: Dauid, Dauid, remisit tibi deus tuum peccata tua, & eris ex nunc signa faciens. Qui respondens dixit: Credere non possum, quòd omnia peccata mea illa plura, quàm arena maris, atque grauiora, tam breui tempore mihi remisit Deus. Cui Angelus ait: Si sacerdoti Zachariæ non crederi mihi, cum illi filium polliceret, non peperci, sed eius vixi linguam, docens illum nõ debere esse incredulum his, quæ à me dicebantur, nec tibi quidem parciturus sum. Idcirco eris amodò non loquens. Dauid autem prostratus humi ait: Cum essem in sæculo nefaria scelera faciens, & humanum sanguinem fundens, loquebar, modò quando seruire Deo volo, laudèque illi offerre, tu ne linguam meam, ne loquar, ligas? Respondit illi Angelus: Cum implebis psalmodiæ canonem, loqueris, præter canonem verò penitus tacebis. Quod & factum est: plurimamque per illum Deus miracula ostendit. Psallebat igitur psalmos, nullum verò verbum aliud omnino loqui poterat: Qui verò nobis ista narrauit, se illum vidisse assererat.

Admonitiones vnius ex senibus, qui erant in cellis.
CAP. CXLIII.

Dicebat quidam è senibus fratribus, qui erant in cellis: Non appetamus Aegyptiis seruire voluptatibus, quæ Pharaoni pernicioso tyranno obnoxios faciunt. Dixit iterum: Vtinam quantum studij circa mala habent homines, tantum haberent circa bona: & ingens ad spectacula studium, & ad vanas, turpèsque solenitates, necnon auaritiã, & inanem gloriã, atque iniustitiam, transferent ad affectum pietatis. Nunquam profectò ignorassemus, quantum à Deo honorati sumus, & cõtra dæmones possumus. Dixit iterum senex: Deo inaius nihil est, sed neque par, neque quod nõn maximè infestus sit. Quid ergo illis fortius, ac beatius, qui Deum habent adiutorem? Dixit iterum: Vbi que quidem Deus est, pius autem, & in spiritali exercitio sudantibus propinquat: non his, qui professione sola honestantur, sed his, qui illustrantur operibus. Vbi verò Deus est, quos infidari valet, aut nocere, poterit: Dixit iterum: Minimum virtus nõn in natura consistit, hæc enim va-

1 Ex hoc loco vide re potes, num an- tiqui mo- nachi ha- berent cel- lam per- petuam.

2 Psalmo dia no- Eturna y- rebatur etiam pri- ci mona- chi.

non accipit. Et Christi gratia ista cogitatio fecit, vt de I Scitino egredere per annos triginta quinque, donec venientes barbari apprehenderunt me, & ven- diderunt Petropoli, Scitumque desolauerunt. Idem Abbas Marcellus quasi de alio senec morate in Sciti (ipse autem erat) narrauit dicens, quod no- ste quadam surrexerit, vt 2 psalmos ex morte caner- ret. Cumque psallere cepisset, audiuit vocem bucci- nae quasi bellicu clangentis: turbatusque senex cogi- tabat dicens: Vnde hoc in loco vox buccinae perstre- pit? Milites hic non sunt, bellum hinc abest. Et cum ista secum vuleret, daemnon prope illum veniens di- xit ei: Vtique bellum est. Si ergo oppugnari, ac re- pugnare non vis, vade, dormi, & non oppugnaberis. Dixit iterum senex: Credite mihi, filioli, nihil ita per- turbat, & concitat, & irritat, & vulnerat, & perdit, atque contristat, & contra nos commouet daemones, ipsamque perditionis auctorem satanam, sicut perpetua psalmorum meditatio. Nam omnis qui- dem diuina scriptura utilis nobis est, contristatque non mediocriter daemones, non tamen ita sicut psal- terium. Sicut enim in plebe, si vna pars laudet Imperato- rem, alia pars ob id non contristatur, neque moue- tur contra laudantes: cum vero ad iniurias, & contu- melias non laudantium conuersi fuerint, tunc aduer- sus eos excitantur: ita & daemones non ita commo- uentur, neque contristantur in aliis scripturis, quem- admodum in psalmis. Nam cum psalmos medita- mur, partim quidem nobis ipsis Deum laudando o- ramus, partim vero maledictis insequimur daemones. Vt cum dicimus: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: Et secundum multi- tudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam: & iterum: Ne proicias me a facie tua, & Spi- ritum sanctum tuum ne auferas a me: & Ne proi- cias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me: nobis ipsis oramus. Tunc vero persequimur daemones, cum dicimus: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui ode- runt eum a facie eius. Et rursus: Vidi impium super exaltatum, & eleuatum, sicut cedros Libani: & trasi- ui, & ecce non erat, quae in eum, & non est inuentus locus eius. Et illud: Gladius eorum intret in corda ipsorum. Et iterum: Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Conuertatur dol- or eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Dixit iterum senex: Credite mihi, fi- lii, dicenti. Quemadmodum 3 magna laus, & magna gloria, & regnum est abrenunciati saeculo, & mona- sticum arripienti institutum, quia pretiosiora sunt diuina, intellectuاليا, quam sensibilia, ita magna confusio, & ignominia est Monacho, qui 4 relinquit mona- sticum habitum, etiam si efficiatur Imperator. Dixit iterum: Homo similitudo Dei fuit ab initio: factus est autem similitudo bestiae, postquam a Deo exci- dit. Rursus ait: Etiam natura excitat concupiscen- tias, fratres, sed iugis, & intenta 5 abstinentia has e- bet Monachiam extinguit. Dixit iterum senex: Agnosce experi- entiam mento bonam vitam, neque iam vt inualidus timeas, tunc sibi Ait rursus: Noli mirari, si homo cum sis, Angelus fie- relinque- ti possis. Proposita enim tibi est par Angelis gloria, re, etiam xit iterum senex: Nihil ita Deo Monachos familia- tur Imper- res efficit, vt pulchra, & honesta, & Deo gratissima castitas, quae sicut sanctus & diuinus Spiritus arre- statur per beatum Paulum, honestatem, & perseue-

rantiam iugiter vacandi Domino sine distractione praestat. Dixit iterum: Filij, dimittitramus nuptias, procreationemque liberorum his, qui terrena respi- ciunt, & praesentia desiderant, nec futura meditan- tur, atque ad aeternorum bonorum acquisitionem non attendunt, & a temporalibus, & momentaneis cripi nequeunt. Dixit iterum: Festinemus a carnali vita migrare, sicuti carnalis Israel ab Aegypto serui- tute. Ait rursus: Praeclara, & dulcia Dei munera ha- bemus proposita, fratres, pro saeculari molesta volu- ptate. Dixit iterum senex: Fugiamus matrem omnium malorum auaritiam.

Responsio Monachi monasterij Raythu ad fratres saeculares. CAP. CLIII.

D Vo fratres saeculares erant Constantinopoli, multu religiosi, multumque ieiunantes. Vnus igitur ex his veniens in Raythu, saeculo abrenunciatur, & factus est Monachus. Post aliquantulum vero temporis venit & saecularis frater eius in Raythu, vt videret fratrem suum Monachum. Cum ergo moraretur apud eum, vidit saecularis fratrem suum Monachum se reficien- tem nona hora, scandalizatusque dixit illi. Frater, cum esses saecularis, nunquam ante Solis occasum sumebas cibum. Tunc ait illi Monachus: Profecto, frater, quando era in saeculo, aures meae nutriebant me. Vana enim hominum gloria, & laus, non mediocri- ter me reficiebant, ieiuniumque laborem leuiorem reddebant.

Vita Theodori saecularis hominis Dei. CAP. CLIIII.

D Icebat Abbas Iordanes solitarius: Tres simul A- nachoretarum perreximus ad Abbatem Nicolaum in torrentem Betasimum (Inter sanctum enim Elpi- dium, & monasterium, quod dicitur peregrinorum, in spelunca morabatur) inuenimusque cum illo saecularem quendam. Loquentibus autem nobis de animae salute, dixit Abbas Nicolaus saeculari: Dic nobis & tu aliquid. Respondit saecularis, & ait: Quid vobis prodesse possunt? Vtinam vel mihi ipsi prodesse valerem. Dicit ei senex: Profrus aliquid dicitur es. Tunc ait saecularis. Habeo viginti duos annos, ex quo praeterquam sabbato, & Dominico die nunquam sol comedentem vidit. Eram autem mercenarius in villa diuitis hominis, iniqui, & auari, cum quo ma- si annis quindecim, die, noctuque operans, neque mercedem mihi reddere volebat, sed per annos singulos affligebat non mediocriter. Itaque dixi in me ipso: Theodore, si toleraueris hunc virum, pro mer- cede, quam tibi debet, caelorum Regnum tibi praeparabit. I Seruaui autem & corpus meum mundum a muliere vsque in hodiernum diem. Haec nos cum audiuissimus, magnifice edificati sumus.

Relatio Abbatis Iordanis de tribus Sarracenis, qui se inuicem interfecerunt. CAP. CLV.

D Icebat & hoc nobis de Abbate Nicolao Abbas Iordanes. Narrabat, inquit, senex, quia impera- te fidelissimo Imperatore Mauritio, quando Nama- nes Sarracenorum nationis Dux praedam egit, cum circumiret ego prope Arnonem, & Aidonem, aspicio Sarracenos tres habentes secum vnum adolescentem valde formosum, annorum ferme viginti vin- ctum, atque captiuum. Vt ergo vidit me adolescens, flere coepit, & orare, vt ab eis illum acciperem. Ego autem Sarracenos rogare coepi, vt dimitterent eum. Vnus autem illorum Graeco sermone respondit, & ait: Non dimittimus eum.

Et ego

diuina co- rra carnis concupis- centias est, iugis, & inuenta abstinentia.

I O ma- gnanim orationis cum pro- stratione.

I Quid dicit ha- rretice, qui seruare virginita- tem re- dicit esse impossi- bilem.

Et ego rursus illis dixi: Accipite me, & huc dimittite, quia fatigatione non sustinet. Ait mihi & ipse rursus: Non dimittimus eum. Dixi eis tertio: Vel pretium pro illo non accipitis? Date mihi illum, & quicquid petieritis, ego offeram vobis. Respondit: Non possumus tibi dare illum. Sacerdoti enim nostro promissimus, quia si quid pulchrum ceperimus, offeremus illud ei, vt ipsum in sacrificium offerat. Sed vade iam. Nam si moram feceris, caput tuum in terram proiciam. Tunc i profertus ego humi dixi. Saluator noster Christe Deus, saluum fac seruum tuum. Et continud tres Sarraceni daemone repleti, euaginatibus gladiis se inuicem conciderunt. Assumensque ego adoles- centem in speluncam meam, refovi illum, & iam noluit recedere a me, sed renuncians saeculo, cum se- prem annos in habitu monastico impleisset, requie- uit. Erat autem genere Tyrius.

Responsio cuiusdam senis ad duos Philosophos. CAP. CLVI.

D Vo Philosophi venerunt ad senem, & orabant eum, vt eis verbum aedificationis diceret. Senex vero tacebat. Rursus Philosophi dixerunt: Nihil respondes nobis, pater? Tunc senex dixit eis: Quod studeo discere, scio, quod autem non veri sitis Philosophi affirmo. Quamdiu enim loqui discitis, quasi loqui nesciatis? Sit ergo Philosophiae vestrae opus, semper meditari mortem, silentioque, & quieti vos assuefacite.

Relatio duorum Monachorum monasterij Subeuorum Syrorum de cane, qui fratri viam ostendit. CAP. CLVII.

P Erreximus ego Sophista Sophronius in mona- sterium Calamonis iuxta sanctum Iordanem, ad Abbatem Alexandrum, inuenimusque apud eum duos Monachos monasterij Subeuorum Syrorum. Narrauerunt autem nobis dicentes: Ante hos decem dies venit quidam peregrinorum susceptor elemo- synas erogans, & veniens in Subiba Besorum, dedit benedictionem. Rogauit igitur Abbatem monaste- rij, dicens: Fac charitatem, & mitte in proximum mo- nasterium Syrorum, vt accipiant & ipsi venientes be- nedictionem, & nuncient monasterio Charembes vt veniant & ipsi. Tunc misit Abbas fratrem ad Abbatem Subeuorum Syrorum. Profectus itaque frater dixit ei: Veni vsque ad monasterium Besorum, nun- cia vero & monasterio Charembes, vt veniant & ipsi. Respondit senex: Frater, ignosce, quia nullum habeo, quem mittam, sed fac perfectam charitatem, & per- gens ipse nuncia eis. Ait autem frater: nunquam illuc perrexi, nec via scio. Tunc ait senex carulo suo: Vade cum fratre isto vsque ad monasterium Charambe, vt nunciet ei quod vult. Abiit ergo canis cum fra- tre, donec statuit illum iuxta monasterij ianuam. Ostenderunt autem nobis & canem ipsam, qui ista narrauerunt. Habebant enim illum secum.

De Asino, qui Monasterio nuncupato Mardes inseruiebat. CAP. CLVIII.

M Ons est circa mare mortuus, quod Mardes vo- catur, excelsus valde. In eo monte Anachoretarum commorantur. Est autem illis & hortus ad radicem montis, sexto ferme lapide ab eis distans, circa maris labium. Proinde habet Anachoretarum & illic ministrum. Quacunque ergo hora voluit ad hortum pro ole- ribus mittere, sternunt asinum, & dicunt ei: Vade in hortum ad ministrum, & affer nobis olera. Qui mox ad hortulanum solus vadit, stansque ante ianuam capite pulsat. Statim igitur egressus hortulanus ipsum

Tom. 2.

oleribus onerat, onustumque dimittit. Viderique est Asinum quotidie solum ascendentem, & descendentem, & ministrantem senibus tantum, alij vero nulli obsequentem.

Vita Abbatis Sophronij solitarij, & admonitiones Menae Ducis caenobij Seneriani. CAP. CLIX.

D Icebat Abbas Menas dux caenobij Abbatis Senueriani de Abbate Sophronio solitario, quod circa mare mortuum innotatus sit i nudus per annos ferme septuaginta, herbas in cibum sumens. Et hoc rursus de illo dicebat, audisse se narrantem senem, & dicentem: Oraui Dominum, ne daemones speluncae meae propinquarent. Aspiciebam vero daemones venientes, stantesque a longe tribus ferè stadiis, neque ulterius appropinquare valentes. Idem Abbas Menas dicebat caenobij fratribus: Fugiamus, filij, saecularium colloquia. Solent enim nocere iunioribus monachis. Dicebat iterum senex: Omnis aetas praenitentiam agere debet, iuuenes simul, ac senes, vt aeterna vita frui cum gloria, & laude mereamur: iuuenes quidem, quia in flore aetatis, cum feruet concupiscentia, ceruicem suam sub iugum pudicitiae miserunt: senes vero, quia inolitam sibi ex multis temporibus malorum anticipationem transferre ad meliora potuerunt.

Quomodo demon apparuerit cuidam Seni in forma pueri nigerrimi. CAP. CLX.

N Arrauit nobis Abbas Paulus dux caenobij Abbatisthae cognositi, quia dixerit senex quidam: Cum die quadam fecissem in cellula mea, i operareturque manibus meis (tacebam autem canistrum, & psalmos repetebam) ecce per fenestram ingressus est quasi puer Aethiops, & stans coram me saltare coepit, psallentique mihi dixit: Senex, nonne bene salto? Ego autem nihil respondi. Rursus ait mihi: Non tibi placet haec saltatio mea: Nihil autem respondenti mihi, ait: Ecce putas te, male senex, magnum aliquid agere. Dico tibi, quia & in sexagesimo quinto, & in sexagesimo sexto psalmo errasti. Tunc surgens ego procubui ad orationem, & ille euauit.

Vita Abbatis Isaac Thebaei, & quomodo etiam ei apparuit demon in figura Adolescentis. CAP. CLXI.

Vcos Thebaidis ciuitas est. Ab hac mons quidam sex millibus passuum distat, habitantque in eo monachi, alij quidem in speluncis, alij autem in cellis. Profecti ergo nos illuc conuenimus Abbatem Isaac, Thebaeum genere. Narrauitque nobis senior, dicens: Ante annos quinquaginta duos cum operarer conopionem, in I laborando erraui, affligebaturque, quia errorem nec reperire, ne emendare valebam. Totum ergo diem consumpsi, me frustra con- cidens, & quid agerem, ignorabam. Et cum ferè desperare, ecce per fenestram ingressus adolescens ait mihi: Errasti, sed da mihi opus, vt illud corrigam. Aio autem ad illum: Vade hinc. Abiit hoc a me. Respondit mihi & ipse: Certè damnum tibi est, si malè opus facias: Tunc dixi ei: Noli de hoc ipse curam gerere. Ait ad me denuo: Misereor tui, quia laborem tuum perdis. Et respondi illi: Malè huc venisti & tu, & qui te adduxerunt. Dixit autem mihi: Verè tu me huc adduxisti, & meus es. Aio ad illum ego: Cur hoc? Respondit ille mihi: Quia tres dies dominicos egisti comunicas & inimicus es vicini tui. Dixi autem illi: Mentiris. Tunc ipse mihi: Non mentior. Nam propter lenticulam iratus es illi. Et ego sum, qui praesum irae, & memorie iniuriarum. Es amodo meus. His ego au sitis: mox

I Vide sancti patris delicias. Nudus fuit eius vestitus, herbas cibum.

I Opera manuum, & psalmodiae exer- cicia am- quoru mo- nachoru.

I Ecce es hic opus manus.

2 cc

egressus cellulam, abij ad fratrem, & prostratus illi veniam petij: reconciliatque sumus. Reuersus autē inueni illum destruxisse & conopionem, & p̄siathiū, vbi orabam.

Responso Abbatis Theodori Pentapolitani super solutione abstinentie vini.

CAP. CLXII.

Qvintodecimo ab Alexandria milliario monasterium est, quod vocatur Calamon, inter Ochaum & decimum, & Maphora. In hoc vidimus Abbatem Theodorum Pentapolitanum. Erat autem nobiscum Sophista Sophronius. Et interrogauimus eum: Bonum est, pater, quoties vel ipsi ad aliquem pergimus, vel si quis venit ad nos, vini abstinentiam soluere? Respondit nobis senior, & ait: Non aio autem ad eum: Et quomodo antiqui patres soluebant? Respondit senex: Antiqui patres, vt magni, & potētes, & soluere poterant, & iterum ligare: nostra verò generatio, filij, soluere, ac ligare non sufficit. Nam si soluamus ritum abstinentie nostrae, nos ipsos iam continere non possumus.

Vita Abbatis Pauli Telladic.

CAP. CLXIII.

Icebat Abbas Alexander monasterij Calamonis, quod est prope Iordanem. pater, Die quadam cum essem apud Abbatem Paulum Telladicū in speleo ipsius, ecce quidam veniens pulsauit, egressusque senior aperuit ei, & proferens panem, & cicer infusum, posuit ante illum, & manducabat. Ego autem putabam, quia peregrinus essem, & aspiciens per fenestram, vidi, quia leo erat. Dixi itaque seni: Cur, pater, praebes illi māducare? Qui ait mihi: Quia illum monui, vt neminem lederet, neque hominem, neque iumentum, dicens: i Veni quotidie, & dabo tibi cibum tuum. Et ecce iam septimus hic mensis est, ex quo bis quotidie aduenit, & do illi manducare. Rursum post paucos dies perrexi ad eum, volens ab illo emere vas vinarium, id quippe erat fenis opus, & dixi ei: Quid est pater? Quomodo se habet leo? Et ait mihi: Male. Et dixi ad eum: Quare? Respondit: Praeterita die venit huc, vt darem illi manducare, videns verò eius mentum sanguine infectum, dixi illi: Quid est? Inobediens fuisti mihi, & carnes manducaisti? Benedictus Dominus, non iam tribuo tibi, vt comedas cibum patrum, qui carnes comediti. Recede. Ille verò discedere volebat. Tunc accepto funiculo, triplicans illum, tres illi plagas cum eo dedit, & recessit.

Responso Abbatis Victorij Solitarij ad Monachum pusillanimum.

CAP. CLXIII.

Rater venit ad Abbatem Victorem solitarium in monasterium Elusae, & dixit ei: Quid faciam, pater, quia dominatur mihi passio pusillanimitatis? Respondit senex: Morbus animae est. Sicut enim capiti oculis quanto magis patiuntur, plus sibi videntur lumen intueri, qui vero sanos habent oculos, modicum: ita & pusillanimes ex modica tentatione cito perturbantur, & magnā illam esse existimant: qui verò anima sani sunt, magis in tentationibus gaudēt.

Vita latronis nuncupati Cyriaci.

CAP. CLXV.

Narrauit quidam vir fidelis de latrone quodam, Cyriaco nomine, qui latrocinia exercebat circa Emaus, quae est Nicopolis. Qui ad eò truculentus, & immanis fuit, vt lupus vocaretur. Hic secum habuit alios latrocinij socios non solum Christianos, verum & Iudaeos, & Samaritanos. Quadam ergo die profe-

sti sunt quidam ex agro Nicopoleos in sanctam ciuitatem i magna hebdomada, vt per baptismum illuminarent filios suos. Quod cum fecissent, & reuerterentur in agrum suum, vt celebrarent sanctum Resurrectionis diem, occurrerunt illis latrones, antiquis principe suo absente. Et viri quidem fuga euaserunt. Mulieres autem, proiectis nuper baptizatis filiis, tulerunt Hebraei, & Samaritani, & habuerunt eas. Fugientibus igitur viris obuus fuit latronum princeps, & ait illis: Cur fugitis? Illi autem dixerunt, quid sibi contigisset. Sumens ergo illos venit ad socios suos, inueniensque infantem in humum proiectos, cum sciscitatus esset quinam hoc fecissent, secleris diem decollauit auctores, reddensque viris filios (nam uxores, quia inquinatae fuerant, recipere passu non sunt) saluauit eos latronum princeps, & reduxit vsque ad agrum suum. Post modicum verò temporis tentus est latronum princeps, egitque in carcere decem annos, nullūque principum illum occidit, ad postremū verò etiam absolutus est. Dicebat ergo semper, quia propter infantem illos amaram effugit mortem. Aspiciebam enim illos frequenter in somnis dicentes mihi: Noli timere nos pro te satisfacimus. Locuti autē postea cum illo sumus ego, & Abbas Ioannes presbyter monasterij Eunuchorum, & haec eadem nobis ipse narrauit glorificans Deum.

Vita latronis Monachi effecti, & postea in seculari habitum decollati.

CAP. CLXVI.

Icebat Abbas Sabbatius: Cūm sederem in monasterio Abbatis Firmini, venit latro quidam ad Abbatem Zosimum Cilicem, & rogabat senem dicens: Fac charitatem, per Deum te precor, quia multis homicidiis obnoxius sum. Fac me monachū, vt iā tandem desistam à sceleribus meis. Senex verò exhortans illum, fecit monachum, & sanctum ei habitum dedit. Post modicum verò temporis dixit ad illum senior: Crede mihi, fili, non potes hic habitare. Nam si audierit princeps, tenebit te. Similiter autem & aduersarij tui necabunt te. Sed audi me, & ducam te in caenobium Abbatis Dorothei prope Gazam, & Maiumam. Illuc igitur iuit. Vbi cūm moratus esset annis nouem, didicissetque psalterium, & cunctā monasticam obseruationem, rediit rursus in Firmini monasterium ad senem, & ait illi: Fac misericordiam mecum, pater, & da mihi vestimenta mea secularia, & recipe monastica. Senior autem tristis effectus ait illi: Cur fili? Qui respondens ait: Ecce nouem (vt nosti, pater) annos egi in caenobio, & quantum porui ieiunauit, & continenter vixi, & cum omni quiete, & timore Dei fui in subiectione, & scio, quia illius infinita bonitas multa peccata mea remisit mihi. Verūtamen aspicio saepius puerulum astantem, & dicentem mihi: Cur me occidisti? Hunc autem aspicio in somnis, & in Ecclesia, & cūm ad cōmunionem pergō, & in refectorio haec eadem mihi dicentem: & vel vna hora non sinit me quietere. Ideo itaque, pater, abire volo, vt pro puerulo moriar. Frustra enim, & sine vlla causa occidi puerulum ipsum. Sumptis ergo vestimentis suis, exiit. Et cūm sic indutus pergeret Diospolim, tentus est, & sequenti die decollatus.

Vita, & mors Abbatis Pemenis Solitarij.

CAP. CLXVII.

Icebat Abbas Agathonicus dux caenobij castelli sancti patris nostri Sabae: Descendi die quadā in ruba, vt pergeret ad Abbatē Pemenē solitariū. Cūm ergo reperisset eū, & dixisset illi cogitationes meas, serō dimisit

dimisit me in vnam speluncam. Erat autem hyems. Fuitque nocte illa frigus maximum, ac nimia vigoris obrigui. Veniens ergo ad me manē senior, ait mihi: Quid est, fili? Aio ad illum: Ignosce mihi, pater, duram pertuli noctem ex frigore. Dixit autem mihi: Ego, fili, frigus nullum sensi. Miratus sum valde hoc audiens. Erat quippe nudus. Et dixi ad eum: Fac charitatem, quomodo tantam frigoris asperitatem non sensisti? Dixit autem mihi: Venit leo, & obdormiuit iuxta me, & ipse me calefecit. Veruntamen dico tibi, frater, quoniam à feris deuorandus sum. Aio ad illū: Cur quæso? Et dixit mihi: In provincia nostra cūm essem (erant autem ambo Galatæ) pastor ouium erā, & contempsi transire cum peregrinatus, & à canibus comestus est: cūm enim illum saluare possem, non feci, sed dimisi eum, & à canibus discerpitus est, sciōque, quia & ego ita mori debeo. Quod & factū est. Post tres enim annos à bestijs, vt dixerat, & ipse discerpitus est.

Dicta Abbatis Alexandri Senis.

CAP. CLXVIII.

Icebat Abbas Alexander senex fratribus: Patres nostri deserta, & tribulationes persequebantur: nos autem ciuitates, & requiem sequimur. Dixit iterum senex, Sub patribus nostris virtutes ista vigeant, i nuditas, & humilitas: in nobis autem auaritia, & superbia regnat. Ait rursus: Patres nostri nunquam facies suas lauabāt: nos autem lauachra publica, balneaque frequentamus. Dixit iterum senex: Heu mihi, filij, quia conuersationem verē Anglicam destruximus. Ait autem ad illum Abbas Vincentius discipulus eius: Infirmi profectū sumus, pater. Dicit ei senex: Quid dicis, Vincenti, quia infirmi sumus? Crede mihi, fili, Olympici corpore, & robusti sumus, sed anima nostra imbecilla est. Dixit iterum: Multum comedere, & bibere, & bene vestiri possumus, abstinere autem, & humiliari non valemus. Rursus dixit: Vae tibi Alexander: vae tibi: quanta erit confusio tua, quando ceteri coronabuntur.

Vita senis cuiusdam capti oculis in monasterio Abbatis Sisci.

CAP. CLXIX.

Rat senex quidam in Sciti captus oculis in monasterio Abbatis Sisci. Distabat autem cella ipsius à puteo ferē mille passibus, & nunquam passus est, vt sibi alius afferret aquam: sed factū fuit, vnum ipsius caput ad puteum ligauit, & alterum in cella sua, iacebat autem funis in terra. Quando ergo pergebat haurire sibi aquam, supra funem ambulabat. Hoc autem faciebat senex, vt inueniret puteum. Cūm autem arena propter ventum operuisset funē, tenebat ipsum manu, & excutiebat, & rursus illum in terra ponebat, & super eum ambulabat. Frater autem quidam rogabat senem, vt se permitteret illi afferre aquam. Cui respondit senex: Fili viginti iam & duo anni sunt, ex quo mihi semper ita hausi aquā, & labore meum tu modo ad auferre vis?

Vita cuiusdam sanctae mulieris in eremo defunctae.

CAP. CLXX.

Ecce Istabat ab Hierosolymis ferē viginti passuum millibus monasterium quoddam, quod Sampsonis dicitur. Ex hoc monasterio duo patres abierunt sancta O ad montem Sina orationis gratia, reuersique in monasterium narrauerunt nobis dicentes: Cūm adorauissemus in sancto mōte, & iam reuerteremur, contigit nos eremi deuia errando sequi. Ferēbaturque sicut in pelago per mediam solitudinem dies Tom. 2.

plurimos. Die verò quadam aspiciamus de longinquo speluncam breuem, ad quam tendentes, cūm iam spelunca propinquarem, cernimus exiguum fontem, & circa fontem herbas modicas, & vestigia hominis. Dicebamūque apud nos ipsos: Verē hoc in loco seruus Dei est. Ingressi igitur neminem vidimus. Solummodo autem cuiusdam vagientis vocē audiebamus. Cūm ergo diu quæsissemus, inuenimus veluti praesepium, & in eo iacētem quendam, appropinquatēque seruo Dei, rogabamus, vt loqueretur nobis. Cūm verò nihil responderet nobis, tunc accedentes tenuimus eum, & corpus quidem ipsius adhuc erat calidum, anima autem ad Dominum migrauerat. Tunc verò agnouimus, quia in ingressu nostro intra speluncam requieuerat. Fodimus ergo in ipsa spelunca, vnūque ex nobis pallium, quo erat indutus, accepit, vt in ipso fenis corpus inuoluermus. Sumētes autē illud de loco, in quo iacebat, cūm ipsum ex more curarem, inuenimus esse mulierē, & glorificauimus Deum. Completōque super illud officio, sepelimus.

Vita duorum mirabilium virorum, Theodori Philosophi, & Zoili Lectoris.

CAP. CLXXI.

Rant in Alexandria duo viri mirabiles, magnaeque virtutis, Abbas scilicet Theodorus Philosophus, & Zoilus Lector: Fuit autem nobis cum vtroque summa familiaritas, cum altero quidem disciplina, & studiorum gratia, cum altero verò, quod communis nobis esset patria, & educatio. Atque Abbas quidem Theodorus nihil possidebat, nisi penulam, & paucos libros, dormiebat autem in scabello, ac in quancunque Ecclesiam ingrediebatur. Ad vltimum verò etiam saeculo renunciauit in caenobio Salcime, ibique vitam glorioso sine conclusit. Lector autem Zoilus, & ipse aequalem praeferebat paupertatem. Nihil enim ipse quoque possidebat praeter vestitam penulam, & paucos libros. Exercebat autem se in scribendo libros. Et ipse autem consummatus in Domino, sepultus est in monasterio Abbatis Palladij.

De duobus istis, Theodoro scilicet Philosopho, & Zoilo Lectore, pergentes quidam patrum ad domum Cosmae Scholasticum, interrogauerunt eum dicentes: Quis eorum magis in spiritali exercitio laborauit? Qui ait ad illos: Similia quidem fuerunt vtriusque & alimenta, & stramenta, & indumenta, rerūque omnium superfluarum abstinentia, & nuditas, & humilitas, & frugalitas. Sed Abbas Theodorus Philosophus discalciatus in magna imbecillitate oculorum vetus omne, nouūque testamentum didicit. Habuit tamen consolationem fratrum, contubernium, & visitationes amicorum, abuocationemque multam, cūm doceret, & cūm operaretur: Zoili verò Lectoris non solum hospitalitas laudanda, verum etiam solitudo eius & immensa fatigatio, orisque custodia, digna commendatione est. Ille enim omni amicorum, familiariumque contubernio, atque commercio, ab omni secularium rerum actione feriat, nulli se ipsum refrigerio, & oblectationi permittit, ne minimum quidem ab vilo ministerium admittens. Ipse enim coquebat, ipse lauabat: nulla lectionum capiens solatia, paratus semper alijs obsequi, nullamque habens curā aestus, aut frigoris, aut corporeae infirmitatis, mundus semper à risu, & tristitia, & effusione, & angore existens, qui

Colligis ex hoc loco, quod antiqui monachi perpetua vtebantur vini abstinentia.

Et ex fine capituli habes quae ea vitilitatis sit.

Etiam bestis im perantiam est viri.

Vide opus maximum.

Magna hebdomada etiam in obserua tione erat.

2 Vt celebrarent sanctum Resurrexerunt.

2 Vt celebrarent sanctum Resurrexerunt.

2 Vt celebrarent sanctum Resurrexerunt.

2 Vt celebrarent sanctum Resurrexerunt.

2 Vt celebrarent sanctum Resurrexerunt.

2 Vt celebrarent sanctum Resurrexerunt.

2 Vt celebrarent sanctum Resurrexerunt.

2 Vt celebrarent sanctum Resurrexerunt.

2 Vt celebrarent sanctum Resurrexerunt.

2 Vt celebrarent sanctum Resurrexerunt.

2 Vt celebrarent sanctum Resurrexerunt.

2 Vt celebrarent sanctum Resurrexerunt.

Vide in hoc capitulo virtutum caualogum, que duos sanctos viros valde commendabiles reddiderunt.

præter indumenti asperitatem, etiam à multitudine pediculorum indefinenter consumebatur. Habuit tamen & iste plusquam prior ex processibus nò medio cre refrigerium, habès facultatem liberam quocunq; veller, die, noctuq; procedere, quamuis hanc libertatem, & laboris magnitudo retundebar, & raro processu secularium familiaritate excluder. Vnusquisque igitur mercedem propriam accipier, & secundum labores proprios, & iuxta resurrectionis mensuras, & intellectualis, spiritalisque munditiæ, & ministracionis, & timoris Dei, ac charitatis, & compunctionis, & iugis psalmodiæ, & orationis, & intensissimæ fidei, & occultæ hominibus, latèntisque virtutis.

Vita prædicti Cosma Scholastici.

CAP. CLXXII.

Iste vir D^E isto domno Cosma Scholastico, multi quidè multum or multum, & alia alij, & plurimi plurima nobis re- namentis namentis car affectu sumus, ea tantum pro legentium vtilitate nis concu- scribimus. Erat enim vir iste i humilis, misericors, abstiniens, virgo quietus, sine ira, socialis, peregrinorum susceptor, amator pauperum. Plurimum di blandi- itaque nobis vtilitatis contulit vie iste mirabilis, nò mèta vni- solum ex aspectu, sed etiam ex doctrina sua, & quòd ceabant. magnam haberet librorum copiam super omnes, qui erant in Alexandria, eòsque promptè, ac libèter volentibus accommodaret. Erat autem & nihil possidens. In tota nanque domo eius nihil vidisses aliud, quàm libros, & scabellam, & lectulum, & mensam.

Licebat verò omnibus ingredi, & interrogare, quæ ad vtilitatem pertinerent, & legere. Diebus autem singulis intrabam ad eum ipse, & teste veritate, nunquam ad illum ingressus sum, quin ipsum aut legentem, aut scribentem contra Iudæos inuenirem. Magno enim feruebat zelo conuertendi gentem illam ad veritatem. Ideo & sæpè misit me ad Hebræos quosdam, vt per literas illis colloquerer. Non enim facilè domo egrediebatur ipse.

Ad hunc domnum Cosinam Scholasticum die quadam profectus sum, cumque mihi magna ad illum esset fiducia, interrogavi eum dicens: Fac charitatem, dic mihi, quantum temporis habes in hoc instituto. Tacenti verò, & nihil respondentem, rursus dixi illi: Per Dominum dic mihi. Cum autem se ille paululum sub silentio continuisset, ait mihi: Triginta, & tres annos habeo. Quòd ego audiens glorificavi Deum.

Lias iterum accessi ad illum, & interrogavi eum, dicens: Fac perfectam charitatem sciens, quia propter vtilitatem animæ interrogo te. Dic mihi quæso. In tanto tempore instituti tui, quietis, & continentiæ, quid adeptus es? Ille verò ingemiscens, & ex intimo corde suspirans, ait mihi: Quid potest secularis homo virtutis adipisci, & maximè residens in domo sua? Ego autem rursus illum rogabam dicens: Per Dominum dic mihi, vt ipse quoque proficiam. Tunc verò multum coactus à me, dixit, Ignosce mihi. Tria ista consecutus sum, non iurare, non mentiri, non videre.

Factum mirum Theodori Anachoretae, qui oratione sua in mari dulcem aquam effecit. CAP. CLXXIII.

Anachoreta quidam erat in partibus Iordaniæ, nomine Theodorus, eunuchus. Hic necessitate quadam compulsus est Constantinopolim pergere, ingressusque est nauem. Cum verò nauis diutius

detineretur in pelago, defecit aqua, erantque nauæ, & vectores in magna anxietate, & desperatione. Surgens autem Anachoreta, & i expandens in cæ- lum manus suas ad Deum, qui saluat de morte ani- mas nostras, facta oratione, signauit mare signo Cru- cis, & ait nauitis: Benedictus Dominus, haurite quan- tum aquæ opus habetis. Impleueruntque omnia va- sa sua de mari aqua dulci. Et oēs glorificauerunt Deum.

Factum aliud Naucleri viri religiosi, qui pluuiam à Domino impetrauit. CAP. CLXXIII.

Abbas Gregorius Anachoreta narrauit nobis, dicens: Cum ex Byzatio descenderè, ingressus sum nauim. Intrauit autem & scriba quidam cum vxore sua i profecturus ad sanctam Ciuitatem orationis causa. Erat autem nauclerus religiosus valde, multumque ieiunans. Cum ergo nauigarem, scribæ serui frustra consumebant aquam. Postquam verò in medium pelagus venimus, defecit nobis aqua, erantque in magna tristitia. Et erat miserabile spectaculum, videre mulieres, & pueros, & infantes siti arescentes, & veluti mortuos iacentes. Cum ergo dies tres in hac necessitate fecissemus, scriba ipse tribulationem non sustinens, educto gladio, & nauitas, & nauclerum volebat occidere. Dicebat enim: Hi sunt nostræ perditionis auctores, quia non sumpserunt aquam ad sufficientiam. Ego autem orabam scribam dicens: Noli hoc facere, sed magis deprecemur Dominum nostrum Iesum verum Deum, qui facit magna, & mirabilia, quorum non est numerus. Ecce enim & nauclerus, vt vides, tertium hunc agit diem, ieiunio, & orationi vacans. Cumque acquiescisset scriba, quarta die circa sextam horam surgens nauclerus clamauit voce magna dicens: Gloria tibi, Christe Deus noster, vt omnes miramur in voce ipsius. Dixitque nauitis: Submitte membranas. Et cum explicuissent eas, ecce nubes supra nauem veniens, tantum pluit aquæ, donec impleuerunt vasa ad necessitatem nostram. Erat autem miraculum grande, & terribile, quòd velificæ nautæ, nubes illa conue- retur nos, & extra nauem non plueret.

Relatio de Zenone Imperatore viro elemosynario.

CAP. CLXXV.

Narrauit nobis quidam parum de Zenone Imperatore, dicens, quòd mulierem quandam in filia ipsius iniuriosè tractauerit. Hæc autem vacabat in templo dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis, oras i eam, & deprecas, & cum lachrymis dicens: Vindica me de Zenone Imperatore. Cum ergo multis diebus hoc faceret, apparuit ei sancta Dei genitrix, dicens: Crede mihi, mulier 2 vltionem tuam sæpè facere volui, sed manus eius prohibet me. Erat enim valde misericors, & elemosynas faciens.

Pulchra relatio Abbatis Andreae de decem viris peregrinantibus, inter quos fuit & adolescens Hebræus.

CAP. CLXXVI.

Abbas Andreas Octauus decimus, cum essemus in Alexandria, narrauit nobis dicens: Cum essem iuuenis indisciplinatus valde, & inquietus fui. Die ergo quadam persecutione passi pro nostra inquietudine, fugimus in Palestinam ego, & nouè alij: inter quos vnus quidam erat industrius, alius autem hebræus. Cum ergo venissemus in eremum, infirmatus est hebræus vsq; ad mortem: & deo teste, in magno mærore constituti eramus, nescientes, quid illi facerem. Veritatem vt est consuetudo socialis charitatis, nò illi deseruimus, sed vnusquisque nram p̄vritib⁹ tolerabat eum, volentes vel in ciuitate, vel

in emporiū illum ducere, ne moreretur in eremo. Cum verò adolefcens ex inedia, & vehementissima febre, immoderatè que labore, & siti præ Solis aestu totus iam ferè resolutus esset, atque deficeret, propinquans ad exitum, neque portari posset, decreuimus eum multis lachrymis illum dimittere in eremo, & abscedere, metuentes ne nos ipsi quoque siti deficeremus. Cum igitur illum in arena plorates posuissemus, videretque nos abire velle, cepit nos adiurare dicens: Per Deum, qui fecit cælum & terram, per Deum qui inclinavit cælos, & descendit pro salute humani generis, per Deum, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, nolite pati, vt Hebræus moriar, sed tanquam Christiani facite mecum misericordiam, & baptizate me, vt Christianus de hac vita exeam, & ad Dominum pergam. Nos verò dicebamus ei: Verè, frater, non licet nobis hoc facere, seculares enim sumus: hoc autem Episcoporum, & Presbyterorum opus est: sed neque aqua hæc est. Ille verò persistebat similiter adiurans nos, & plura etiam cum lachrymis adiciens, ac dicens: Nolite, Christiani, me priuare hoc diuinitus indulto munere. Cum ergo in magna hæsitacione essemus, industrius ille diuinitus inspiratus ait nobis: Erigite illum, & exiite. Erexi- mus itaque cum magno labore illum, erectumque tenentes exuimus. Industrius autem ille implens ambas manus suas arena, tertio effudit super caput eius dicens ita: Baptizatur Theodorus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nobis verò per singula respondentibus, Amen (Dominus Deus testis est, fratres) ita continuò sanauit, & corroborauit eum Christus Deus noster, vt nullum iam in eo pristinæ infirmitatis remaneret indicium, vel qualiscunq; passionis sanus, & valens cum omni alacritate, & florido aspectu, quod reliquum erat itineris per eremum ambulauit semper nos præcedens, ita vt admirantes talem, & tam subitam mutationem, omnes laudauerimus, & glorificauerimus ineffabilem maiestatem, & benignitatem Christi Dei nostri. Venientes autem Afcalonem, adduximus eum ad beatum, ac sanctum Dionysium eius vrbs Episcopum, nar- rantes, quæ fratri in via contigissent. Quibus auditis, sanctus, admirandusque Dionysius, stupens ad tam nouum, inauditumque miraculum, conuocato cle- ro exposuit ei totum negocium, vt decernerent, vtrum effusio illa arenæ reputanda esset fratri in baptismum, an non. Et alij quidem dicebant, debere reputari illi in baptismum propter inauditam miraculi magnitudinem: alij verò dicebant: Non. Theologus quippe Gregorius omnia baptismata dinumerat: Baptizabat, in quiens, Moyses, sed in aqua, & antea in nube, & in mari. Baptizauit & Ioannes, non iam quidem Iudaicè, non enim in aqua solum, sed & in penitentia. Baptizat autem & Iesus, sed in Spiritu sancto. Istud perfectio est. Scio & quartum baptismum per martyrium, & sanguinem. Scio & quintum, lachrymarum scilicet. Hæc ille. Quo igitur horum, illi inquebant, iste baptismus est, vt etiam ipse baptismum roboremus, maximè cum Dominus ad Nicodemum dicat: Nisi quis natus fuerit denuo ex aqua, & spiritu, non intrabit in regnum Dei: His alij contradicebant sic: Quid ergo? Quia scriptum de Apostolis non est, quòd baptizati sunt, idcirco non intrant in regnum Dei? Alij rursus econtra inferebant dicens: Ita sanè illi baptizati sunt, sicut & Clemens Stromatheus meminit in quinto Hy-

potyposeon. Apostolicum enim illud dictum exponens, quo dicitur: Gratiar ago, quia neminem vestrum baptizauit: Christus, inquit, dicitur Petrum solum baptizasse, Petrus Andream, Iacobum, & Ioannem, illi autem reliquos. Hæc igitur & alia plurima cum dicta essent, visum est beato Dionysio mittere fratrem illum ad sanctum Iordanem, illicque i baptizari. Industrius autem illum ordinauit diaconum.

Mala mors Monachi Aegyptij, qui habitare voluit in cella Euagrii heretici.

CAP. CLXXVII.

Dicebat Abbas Ioannes Cilix commorantibus nobis in Nono Alexandria: Venite ad nos Aegyptius monachus, narrauitque nobis dicens: Ad monasterium cellularum frater ex longinqua regione peruenit, volens ibi habitare, prostratusque Presbytero orabat, vt in Euagrii cella moraretur. Presbyter autem dicebat non posse eum illic habitare: recedensque Presbyter ait fratri: Fili, dæmon acerrimus illic habitat. Qui enim seduxit Euagrium, & à vera fide remouit, immisitque illi scelerata dogmata, ille non permitit alique ibi morari. Frater autem persistebat dicens: Profectò si hæc maneo, in illa moraturus sum. Tunc Presbyter coactus dixit ei: Iudicio tuo vade, & eam accipe. Sedit igitur frater in cellula vna hebdomada. Venienteque Dominico die, perrexit ad sanctam Ecclesiam. Videns autem illum Presbyter consolatus est. Sollicitus enim pro illo erat. Veniente autem alio die Dominico, non venit ad Ecclesiam. Cumque illum non videret Presbyter, misit duos fratres, vt viderent, cur non venisset ad Ecclesiam. Qui venientes ad cellulam, inuenerunt fratrem iniecto fene seipsum suffocasse.

Vita Senis Canobij Scholarii viri simplicis.

CAP. CLXXVIII.

Narrauit nobis Abbas Gregorius Presbyter canobij Scholarius, quòd ibi senex magnus, magnaque abstinentiæ moratus sit. Erat autem simplex circa fidem, & vbicumque eum esse contigisset, indiscretè communicabat. Quadam igitur die apparuit ei Angelus Dei, dicens: Dic senex, si mortuus fueris, quomodo vis sepeliarum te? Vt Aegyptij monachi faciunt, an vt Hierosolymitarum? Senex autem respondit ei: Nescio. Tunc ait Angelus: Cogita, & libera. Post tres autem hebdomadas veniam, & dicces mihi. Pergens ergo senex ad alium, narrauit ei, quæ sibi dixerat Angelus. Quod cum audisset senex, stupefactus ex auditu, diutiusque intendens in eum, ac diuinitus inspiratus dixit ei: Vbi sumis sancta i mysteria? Respondens ille ait: Vbi cūque inuenio. Tunc ait illi senex: Non tibi vltra contingat, vt extra sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam communices, vbi nominantur sanctæ quatuor synodi, charistia Nicæna trecentorum decem & octo patrum, Constantinopolitana centum & quinquaginta, Ephesina prima ducentorum, Calcedonenis sexcentorum & tri triginta. Cum autem venerit Angelus, dic ei: Sicut in re sepeliam Hierosolymitarum sepeliri volo. Post tres igitur hebdomadas venit Angelus, & dixit seni: Quid est, senex? Cogita! Dixit autè illi senex: Sicut Hierosolymitarum sepeliam, volo. Dicit ei Angelus: Benè benè. Et continuò redidit spiritum. Hoc autem totum factum est, ne laqueum hereticos suos perderet, & cū hereticis condemnaretur.

Vita sanctimonialis feminae, quæ erat ex sancta ciuitate.

CAP. CLXXIX.

c 6 iij

Oratione serui Dei cum expone ma- num in cælum, & signatione Crucis, aqua maris dulcis effecta est.

Vide hic peregrinationem ad loca sancta orationis causam.

Oratio cū lachrymis.

2 Ecce quomodo sancti in Dei lumine nesciunt que circa nos aguntur.

Perreximus ad Abbatem Ioannem Anachoretam, qui appellatus est Rutilus, narrauitque nobis dicens: Audiui Abbatem Ioannem Moabitam narraui rem, ac dicentem: Sanctimonialis quaedam erat in sancta ciuitate, religiosa valde, & secundum Deum proficiens. Inuidit ergo diabolus Virgini, immisitque iuueni cuidam impurum, & diabolicum in amorem. Virgo autem illa mirabilis, cum diaboli sensisset insidias, perditionem adolescentis miserata, sumpto cilicio vno: paucisque infusus cibariis, venit ad eremum, adolefcenti ex recessu suo quietem à tentatione, ac salutem parans, & sibi ipsi ex solitudine securitatem, & augmenta meritorum. Post multum verò temporis per dispensationem Dei, ne ipsius excellens conuersatio maneret incognita, vidit eam Anachoreta quidam in solitudine Iordanis, & ait illi: Quid, mater, in hac solitudine facis? Illa verò latere Anachoretam cupiens, ait illi: Ignosce mihi, quia erraui de via. Sed per Dominum, pater, fac charitatem, & ostende illam mihi. Ille verò dignitatis de illa admonitus, ait ei: Crede mihi, mater, non tu errasti de via, neque viam requiris. Itaque sciens, quia mendacium de diabolo est, dic mihi veritatem causæ, propter quam huc venisti. Tunc ait illi Virgo: Ignosce, mihi, Abba: Adolefcentis quidam scandalizatus est in me, & propterea veni in hanc eremum, melius existimans hinc mori, quam offendiculum cuiquam fieri, iuxta Apostoli vocem. Dicit illi iterum senior: Et quantum temporis hinc habes? Quæ ait illi, Habeo gratia Christi annos decem & septem. Rursum ait ad illam Anachoreta. Et vnde nutritis? Illa verò cilicium, & infusa proferens, dixit Anachoreta: Ecce cilicium istud, quod vides, mecum de ciuitate exiit, & ista pauca infusa. Talè que dispensationem in me humilem ostendit Deus, vt tunc victus sum tempore istis nutriar, neque imminuta sint. Et hoc timonia autem scito, pater, quia sic me ipsius benignitas protexit, vt per istos decem & septem annos nullus homo me viderit, nisi tu solus hodie. Ego autem aspicebam omnes. Et hæc audiens Anachoreta, magnificè glorificauit Deum.

Vita Ioannis Anachoretae, qui in spelunca villæ Sochus morabatur. CAP. CLXXX.

Narrauit nobis sanctissimus Dionysius presbyter sanctæ Ecclesiæ Aiscalonitarum, & sacrorum vasorum custos, de Abbate Ioanne Anachoreta, dicens: Quasi verè magnus in generatione ista fuit: atque ad commendationem summorum illius apud Deum meritorum, hoc de ipso miraculum narrabat: In spelunca, inquit, morabatur senex, in partibus villæ, quæ dicitur Sochus, viginti ferè milliariis ab Hierusalem. Habebat autem senex in spelunca 2. imaculatæ ginem immaculatæ Dominæ nostræ Dei genitricis, etiam sum- sempèrque virginis Mariæ, in vlnis ferentem Christum apud stam Dominum, & Saluatorem nostrum. Quoties Deum. igitur abire volebat ad locum aliquem, vel per vna. 2. Ex hoc stam solitudinem, siue 3. Hierosolyman, ad 4. ad capite randam sanctam Crucem, & venerabilia loca, vel in multa col. Sinai montem orationis gratia, siue ad Martyres diligis cõtra stantes ab Hierosolyms multis, prolixisque inter- nos hõ- uallis (Erat enim senex Martyrum reuerentiæ mirabiliter deditus, & nunc quidem pergebat Ephesum, Primum, ad sanctum Ioannem, nunc autem Euchaitam ad sanctum Theodorum, nunc verò ad sanctam Theclam in Seleuciam Iauriæ, nunc ad sanctum Sergium in Saraphas, & modò ad istum, modò ad illum sanctum)

I. Ecce quomodo sancti me vita habet etiam sum- ma apud stam Dominum, & Saluatorem nostrum. Quoties Deum. igitur abire volebat ad locum aliquem, vel per vna. 2. Ex hoc stam solitudinem, siue 3. Hierosolyman, ad 4. ad capite randam sanctam Crucem, & venerabilia loca, vel in multa col. Sinai montem orationis gratia, siue ad Martyres diligis cõtra stantes ab Hierosolyms multis, prolixisque inter- nos hõ- uallis (Erat enim senex Martyrum reuerentiæ mirabiliter deditus, & nunc quidem pergebat Ephesum, Primum, ad sanctum Ioannem, nunc autem Euchaitam ad sanctum Theodorum, nunc verò ad sanctam Theclam in Seleuciam Iauriæ, nunc ad sanctum Sergium in Saraphas, & modò ad istum, modò ad illum sanctum)

reficiebat candelam, & accendebat, vt sibi consueto do erat, at que ad orationem stans, & Deo vt suu iter dirigeret, supplicans, dicebat ad Dominam, intendens in imaginem ipsius: Sancta domina nostra Dei genitrix, quia longu iter iturus sum diebus multis perficiendum, candelæ tuæ tu curâ habe, eamque ne extinguatur iuxta propositum meum serua. Ego enim adiutorio tuo comitante, iter arripio. Hisque ad imaginem dictis, egrediebatur, peractòque proposito itinere, reuertebatur, aliquando post mensem, sæpè etiã post duos, vel tres menses, nonnunquã post quinque, vel sex, & ita reperiebat integram candelam, & ardentem, sicut eam, cum iter arripere, dimiserat: & nunquam hanc à se ipsa extingui vidit, neque de somno surgens à peregrinatione rediens, neque ex eremo in speluncam pergens.

3 secundum, fuis se etiã in usu peregrinationes ad loca sancta, & ad sanctos martyres. 4 Tertiu, quod sancta Crux adorari debet.

Dicebat nobis & hoc de ipso idem venerabilis Dionysius Presbyter, quod die quadam ambulabat senex in finibus villæ Sochus, vbi erat spelunca ipsius, ambulansque leonem vidit ingrem in regione venientem. Pergebat autem in via valde angusta inter duas sepes posita, quibus agricola: rura sua munire consueverunt, spinosas frutices plantâtes. Tantam verò semita illa præ sentibus angustiam habebat, vt vix vnum aliquem vacuum, & expeditum pedibus incedentem suscipere, & ne illum quidem sine impedimento liberè transire permitteret. Cum ergo sibi inuicem appropinquassent senex, & leo, neque senex retro rediit, vt leoni transitum liberum daret, neque propter nimias semicæ angustias leo reuerti poterat, neque vtrunque simul transire omnino possibile erat. Videns igitur leo Dei seruũ procedere volentem, & nequaquam retro redire sustinentem, crexit se in posteriores pedes, erectusque stans ad leuam senis, pondere, ac viribus corporis repulsa maceria, modicam seni latitudinem præstitit, iter sine impedimento iusto viro præbens. Atque ita transiit senior dorso leonis perficans. Post cuius transitum exurgens de sepi leo peregit & ipse iter suũ.

D ad hunc Abbatem Ioannem pergens frater quidam, cum nihil in spelunca illius inuenisset, ait seni: Quomodo hinc moraris, pater, non habens quæ sunt necessaria? Respondit senex, & ait: Spelunca ista, fili, spiritualis mercatura est. Dat, & accipit.

Vita Abbatis Alexandri Cilicis, qui prope mortem à dæmone arreptus est. CAP. CLXXXII.

Prope sanctam Bethleem monasterium est sancti Sergij. In hoc pater fuit Abbas Eugenius, qui postmodum Episcopus Hermopolis factus est in Aegypto. Hic, cum ad eum venissemus, narrauit nobis de Abbate Alexandro Cilice, quod cū in spelunca sancti Iordanis tenuisset, accepit illum in monasterio suo. Qui circa finem vitæ suæ lectulo decubuit quasi menses tres. Ante decem verò dies, quàm migraret ad Dominum, à dæmone arreptus est. Et cepit senex ad dæmonem dicere: Ad vesperam venisti, miser, hoc magnum non est. Quoniam in lectulo deunctus sum, & moueri non possum, ostēdisti, miserime, imbecillitatē tuam. Nam si potēs, & valens esses, ante hos quinquaginta, vel sexaginta annos debueras appropinquare mihi, ego enim per confortatē me Christũ ostendissem tibi infirmitatē tuã, ac deiecissem rugitum tuũ, atque cõtruissem rigidã illam tuam, inflexã que ceruicem. Nunc autē non mea est imbecillitas, sed infirmitas est, quæ præmit me.

pud sanctos patres veteres. 3 secundum, fuis se etiã in usu peregrinationes ad loca sancta, & ad sanctos martyres. 4 Tertiu, quod sancta Crux adorari debet.

mo. Gratias tamen ago Deo, ad quã proficiscens, ostendam iniuriam, quam abs te passus sum, quia post tot annorum labores, & fatigationem circa extum sic atrociter in me inuastisti. Ista, & alia plurima horis singulis dicens, decima die cum omni quiete Domino Christo spiritum in pace reddidit.

Mirabile factum senis Aegyptij, nomine Dauid. CAPVT CLXXXIII.

Dicebat Abbas Theodorus Cilix. Cum adhuc morarer in Sciti, erat illic senex Aegyptius, nomine Dauid. Qui die quadam ad merendum profectus est. Habent enim consuetudinem Scitiotæ, vt abeat ad villas, & i metant. Ascendit ergo senex in villam, & sub mercede operabatur. Conduxit autem illum agricola quidã: Cum itaque mereret senex, die quadam circa horam septimam æstus magnus factus est, & abiit senex in quoddam tugurium, & sedit. Veniens autem agricola, & videns sedentem senem, dicit ei cum iracundia: Cur non metis, senex? Nescis, quia mercedem tibi reddo? Dixit ei: Ita sanè, sed quia æstus magnus est, & grana tritici de spicis decidunt, idcirco paululum expecto, donec transeat æstus, neque damnnum patiaris. Dicit ad eum agricola: Surge, labora, & ardeant omnia. Cui respondit senex: Et vis, vt ardeant? Dixit ille cum iracundia: Ita planè. Tunc surrexit senior, & ecce continuò ardere cœpit ager. Currens autem agricola venit ad alios senes, qui in alia parte agri operabantur, & orabat eos, vt venirent, & deprecarentur senem, & oraret, & ignem extingueret. Venientes autem senes prostrauerunt se humi: Ille autē dixit eis: Dixit ipse arderet. Exortatus tamen ab eis, abiit, & stans modius inter ea, quæ arserant, & ea quæ non arserant, orauit, & continuò 2. extinctus est ignis, & saluata est pars reliqua ruris.

I. Vide in sanctis pauperibus opus magnum.

2. Magna virtus orationis sancti senis, vt per eam ignis agri exstinctus sit.

I. Vide alissimam paupertatē huius patris.

Cuvero præterissent anni duo & agricola illud non redderet, accersit illum Abbas Ioannes, & ait illi: Da mihi numisma, frater. Qui dixit. Nouit Deus, quia non habeo. Tunc ait illi senex: Agnosce, frater, quia inueni tibi modum, per quem possis mihi illud reddere. Qui ait seni: Lube quicquid vis, & faciã, putans homo quod senior sibi aliquid iniungere vellet. Tunc dixit Abbas Ioannes: Cum tibi opportunũ est, nec habes quid facias, veni huc, & triginta genuflexiones pro me facito, & dabo tibi vnum argenteum. Cui cum ille libenter consensisset, quoties illi vacabat ab opere, pergebat ad senem, & completò orationum numero, dabat ei senex, iuxta constitutũ, argenteum nummum, dabatque illi comedere, & bibere, tribuens insuper paximaria pro tota domo sua. Cum igitur impleset viginti quatuor argenteos, id est aureum nummum, accepit ab eo senex, & dimisit illum, dans ei etiam benedictiones.

Idem Abbas Ioannes Eunuchus narrauit nobis. Ascendimus in Thebaidem ad cœnobium Abbatris Appollo, vidimusque ibi iuniorem fratrem habentem etiam carnalem patrem, & ipsũ monachũ. Statuit ergo iuuenis nunquam bibere aquam, neque vinum, neque 2. potionem aliam toto vitæ suæ tempore. Edēbat igitur olera quædam comestibilia, quæ ipsam ex siti recreare poterant. Habebat autem & tunc gemis ministerium coquendi panes. Cum verò tres annos nulla pehoc abstinentiæ modo cucurisset, incidit in grauis simam ægritudinem, ex qua etiam defunctus est. Cũ que febre vreretur, & ex immensa siti fatigaretur, horrabatur ab omnibus, vt vel modicam portionem degustaret, neque profus hoc facere frater ille passus est. Abbas igitur, accersito medico, vt languenti, si qua ratione posset subueniret, precabatur. Qui cõuenisset, & videret fratrem in tali necessitate, rogare eum cœpit, vt modicum alicuius portionis acciperet. Sed cum ille non acquiesceret, dixit abbat: Afferte mihi huc vas magnum.

Quo allato, mittens in illud repentis aque amphoras quatuor, fecit illi intrus immiti vsque ad fœmora per vnam horam. Assumebat autem nobis Abbas Ioannes (illic enim aderat) quod cum illum ex aqua eduxissent, metiens medicus aquam, inuenit eam ex magna parte imminutam. Ecce quam vim sibi intulerunt continentes monachi, se ipsos propter Deum his necessitatibus subdentes, vt sempiternis fruereutur bonis.

Idem rursus nobis enarrauit, dicens: Ingressus sum in eodem cœnobio cellulam senis cuiusdam, vidique quia vbi stare ad orationem solebat, tabula erat supposita. Vbi autem genua figebat, & manus, concavum erat plusquam digitorum quatuor. Ex frequentia quippe, & vsu continuæ orationis caueerat tabulam.

Vita mulieris fidelis, quæ mira sapientia virum suum gentilem ad fidem conuertit. CAPVT CLXXXV.

Cum in Samo insula essemus, narrauit nobis venerabilis pauperum cultrix Maria mater Domini Pauli candidati, dicens: Cum essem in ciuitate Nisibæ, erat ibi Christiana mulier virum habens gentilem. Erant autem pauperes, habebant tamen quinquaginta numismata. Die verò quadam ait vir vxori suæ: Demus hæc numismata fœneratori, vt aliquod solarium ex eis capiamus. Ea enim sigillatim consumimus, & deficiunt. Respondens autem illa bona

2. Magna abstinentiæ gemis ministerium coquendi panes. Cũ que febre vreretur, & ex immensa siti fatigaretur, horrabatur ab omnibus, vt vel modicam portionem degustaret, neque profus hoc facere frater ille passus est. Abbas igitur, accersito medico, vt languenti, si qua ratione posset subueniret, precabatur. Qui cõuenisset, & videret fratrem in tali necessitate, rogare eum cœpit, vt modicum alicuius portionis acciperet. Sed cum ille non acquiesceret, dixit abbat: Afferte mihi huc vas magnum.

vxor ait viro: Si placet ea fœnerari, veni, demus illa sub fœnore Deo Christianorum. Dicit ei vir eius, Et vbi est Deus Christianorum, vt demus ei? Ait illa: Ego tibi ipsum ostendam. Si enim huic dederis ea, nō solum non illa perdes, sed & vřuras tibi persoluet, & capitale duplum reddet. Qui ait illi: Eamus, ostende mihi illum, & demus ei. Illa verò assumens virum suum, duxit in sanctam Ecclesiam. Habet autem ecclesia illa quinq; magnas ianuas. Cũ ergo induisset illum in Ecclesię porticum, ostendit ei pauperes dicens: Istis si prębueris, Deus Christianorum ipsa accipit. Isti enim omnes sui sunt. Qui mox cum gaudio numismata cępit erogare pauperibus. Reuertęque sunt in domum suam. Cũ verò post menses tres necessitate sumptuum angustaretur, ait vir vxori suę. Soror, nihil, vt video, daturus est nobis Deus Christianorum ex debito illo, & nunc angustamur inopia. Respondit mulier, & ait illi: Profectō dabit. Vade vbi illa dedisti, & exhibebit ea tibi cum omni alacritate.

Quo audito, ille currens abiit in sanctam Ecclesiam. Veniensque in loco, vbi erogauerat numismata pauperibus, & circuens totam ecclesiam, neminē vidit, qui sibi debitum redderet, nisi solos pauperes denuo sedentes. Cũ ergo cogitaret in se ipso, cui diceret aliquid, vel à quo exigeret, aspexit ante pedes suos in marmore iacere numisma vnum ex illis, quę pauperibus ipse erogarat, inclinansque se, & accipiens illud, abiit in domum suā, & ait coniugi suę: Ecce profectus sũ in ecclesiā, & crede mihi, mulier, quia Deum Christianorum non vidi, vt dixisti, nullusque mihi aliquid dedit, nisi quod hoc numisma tibi positum vidi, vbi ego prius erogaueram. Tunc ait ad eum mulier illa mirabilis: Ipse est, qui tibi hoc inuisibiliter pręstitit. Ille enim inuisibilis potestate manus suę disponit hunc mundum. Sed vade, domine mi, eme nobis aliquid, vt comedamus hodie, rursumque ipse prouidebit nobis. Abiit ille, & emisit sibi panem, & vinum, & piscem, & veniens domum dedit vxori. Quę accipiens piscem, cępit ipsum purgare, exenteratque illum, inuenit in visceribus eius lapidē valde mirabilem, ita vt miraretur mulier illius pulchritudinem. Non tamen sciebat quid esset. Seruatum autem ostendit reuertenti viro, dicens: Ecce hęc lapidem in pisce reperi. Vidēs autem & ipse miratus est quidem ipsius pulchritudinem, ignorabat tamen quid esset. Cũ autem comedisset, ait vxori: Da mihi lapidem, vt vadam, & vendam illum, si quid fortassis pretij de illo accipere contingat. Neque enim, vt dixi, nouerat & ipse, quid esset, vt pote simplex, & rudis. Tulit itaque lapidem, & abiit ad trapezitam, cuius erat proprium talia emere, & vendere, inuenit que illum iam clausis omnibus egredientem (advesperum enim iam dies erat) & ait illi: Vis emere hunc lapidem? Ille verò considerans lapidē dixit ei: Quid vis, vt tibi pro eo soluam? Ait autem ille: Da quicquid vis. Ad quem ipse: Accipe, inquit, quinque numismata. Putans autem venditor quia illuderet sibi, dicit ei: Et tantum vis pro illo persolvere? Existimās trapezita, quod ita ille per ironiam loqueretur, ait ipse: Accipe decem pro eo numismata. Venditor iterũ se trideri arbitrans, tacuit. Dicit illi Trapezita: Vingtum numismata accipe. Ille autem tacebat nihil respondens. Cũ verò ad triginta, quadraginta, & quinquaginta numismata emptor ascenderet, & se datum ea iuramento affirmaret, cępit ille amplius la-

pidem æstimare. Paulatim verò emptor ascendens vsque ad trecenta numismata, peruenit, deditque illa vendenti. Ipse igitur, dato lapide, acceptaque pecunia, venit ad vxorem suam gaudens. Quę cum videret illum exultantem dixit: Quanto illum vendidisti? Putabat autem, quod illum quinque, vel decē minutis vendidisset. Tunc ille trecenta numismata profertens, dedit illa vxori suę dicens, tanto se illum vendidisse. Illa verò summam diuinę bonitatis clementiam admirans, dixit ei.

Ecce Deus Christianorum qualis est, quàm bonus, quàm gratus, quàm diues. Vides quia non solum quinquaginta numismata tibi reddidit, quę tu illi mutuasti, sed paucis diebus ipsa tibi sex duplicata restituit? Agnosce igitur, quia non est Deus alius, neque in terra, neque in celo, nisi ipse solus. Ille verò miraculo admonitus, cũ experimento didicisset & ipse veritatem, effectus est repente Christianus, glorificauit Deum, & saluatorem nostrum Christum cũ Patre, & spiritu sancto, plurimas referēs gratias prudentissimę vxori suę, per quam vera Dei notitia ipsi in veritate concessa est.

Vita moschi Mercatoris tyrij. CAPVT CLXXXVI.
Perreximus in cęnobium speluncę Abbatis Sabę, ad Abbatem Eustachium ipsius cęnobij patrem, narrauitque nobis dicens: Erat Tyri mercator quidam, nomine Moschus. Is nobis, cũ Tyrum venissemus, hoc retulit, dicens: Cũ essē super commercia, profundo vespere abij lauatum, & in via reperi mulierem stantem in tenebris. Ad quam ego vbi perrexi, consensit sequi post me. Prę diabolico itaque gaudio non laui, sed ad cęnam properavi, multumque orabam illam, vt comederet, sed illa gustare quicquam passa non est. Tandem surreximus. Et cũ ad cubandum venissemus, velleque illam amplexari, voce magna cum lachrymis clamauit dicēs, Vā mihi miserę. Tremefactus itaque interrogabam causam stetit. Illa verò amplius euilans ait: Vir meus negociator est, & naufragium fecit, perdiditque & sua, & aliena, & ppter ea in carcere inclusus est, nec habeo, quid faciam, vt vel panem illi ministrem: atque ideo prę nimia paupertate corpus meum exponere proposui, vt illi panem inueniam. Omnia enim deperierunt. Et dixi illi. Quantum est debitum? Quę ait: Quinque auti libra. Proferens autem aurum de di illi, dicens: Ecce Dei nutu non terigi te. Da aurum, & redime virum tuum, & orate pro me. Deinde post aliquantulum temporis calumnia contra me conflata est apud Imperatorem, quod commercijs cuncta dissipassem. Mittens autem Imperator diripuit omnem substantiam meam, nudusque pertractum Constantinopolim in carcerem misit. Vbi cum plurimũ temporis egissem, solo vno vestimento pręter camisiam indutus, die quadam audio, quod Imperator me veller occidere. Itaque de vita desperans plorabam. Flentem autem, & euilantem sopor oppressit, vidi que in somnis quasi mulierem illam, quę aliquādo virum habuerat in carcere, dicentem mihi, Quid est, quod habes, domine Mosche? Quare hęc inclusus es? Me autem respondente: Calumniam perpeffus sum, & puto quia occidit me Imperator: ait mihi: Vis, vt loquar pro te Imperatori, & dimittet te? Ad quam ego. Nunquid ille cognoscit te? Ait: Vti que nouit. Expergefactus autem ambegebam; quid hoc esset. Abiit autem mihi secundo, & tertio eadē repetens, & dicens: Noli timere: ego te absolua-

cras.

cras. Diluculo autem, Imperatore iubente, adduxerunt me in palatium. Cũque ingressus essem, ille vt aspexit me putri, & scissa indutum tunica, dixit mihi: Ecce nunc tui miserus sum. Vade, & emendare de reliquo. Aspiciebam autem mulierem illam ad dexteram Imperatoris stantem, & dicentem mihi: Cōfide, & noli timere. Iussitque Rex mihi vniuersa restitui, addensque mihi bona plurima, restituit me in priorem statum, faciens me pręterea locum tenentem. Ipsa igitur nocte apparuit mihi rursus eadem mulier, & ait mihi: Scis, quę sum ego? Illa sum, cum qua fecisti misericordiam, & propter Deum non terigisti corpus meum. Ecce & ego liberaui te à periculo. Vides clementiam Dei, quomodo per me, cui fecisti misericordiam, apparuit tibi misericors, quasi B dicenti: Hoc propter me fecisti, & ego magnificauit misericordiam meam super te.

Dōctrina Abbatis Ioannis Cyzici pro acquirendis virtutibus. CAP. CLXXXVII.

Vm à sancta Gethsemani ascenderemus in sanctum montem Oliueti, monasteriũ offendimus Abbatem Abramij. Huius monasterij pater erat Abbas Ioannes ex Cyzico: Interrogauimus autem eum die quadam dicentes: Quomodo virtutem possidet quispiam? Respondit senior, & ait: Qui virtutem possidere voluerit, nisi prius oderit virtutem ex diametro contrariam malitiam, eam acquirere, ac possidere non potest: Si igitur habere vis luctum, semper odio habeas risum. Si humilitatē habere desideras, superbiā sepe execrare. Si continens esse cupis, gastrimargiam odi. Si pudicus, detestare luxuriam. Si nudus, materiam fuge. Qui vult esse misericors, auaritiam caueat. Qui eremum habitare desiderat, ciuitatis frequentiam odio habeat. Qui cupit inuenire quietem, fiduciam oderit. Qui peregrinus esse vult, apparentiam odio habeat. Qui iracundiam continere desiderat, maledicta consortia fugiat. Qui iniurias obliuisci vult, maledicta detestetur. Qui sine distractione esse appetit, solitarius maneat. Qui cōtinere vult linguam, obstruat aures, ne multa audiat. Qui Dei timorē habere semper cupit, corporalem oderit requiem, diligatque afflictionem, & angustiam.

Vita duorum fratrum trapezitarum Syrorum.

CAPVT CLXXXVIII.

Abbas Theodorus antiqui monasterij pater, narrauit nobis dicens: Erant Constantinopoli fratres duo trapezita Syri. Dixitque maior ex illis minori fratri: Veni, descendamus in Syriam, & possideamus paternam domum nostram. Dixit illi iunior: Cur ambo dimittimus hic ministerium nostrum? Descende ipse, & ego hęc manebō, vel ego descendā, & tu hęc remane. Conuenit ergo inter eos, vt descenderet iunior. Cũ itaque descendisset, post breue tempus is, qui Constantinopoli remanserat, vidit in somnis se nemem quemdam speciosum, & magnę reuerentię, dicentē sibi, Scis quia fornicatus est frater tuus in vxorē cauponis? Qui exurgens à somno contristari cępit, & intra semetipsum dicere: Ego illi causa fui istius lapsus. Cur enim dimisi illum solum? Aspexit autem eundem secundo dicentem sibi, Scis, quia frater tuus in vxorem cauponis? Quo viso, rursus contristatus est. Tertio conspexit eundem dicentem sibi: Nescis, quia frater tuus perdidit liberam mulierem, & in vxorem cauponis effusus est? Scripsit igitur ad

illum ex Constantinopoli, vt statim dimissis omnibus, v eniret Byzantium. Qui, acceptis fratris literis, statim dimisit omnia, venitque ad fratrem suum. Ille verò mox vt vidit eum, duxit in maiorem Ecclesiam, & cępit mœstus culpare illum, ac dicere: Benē fecisti, frater, quia cauponis vxorem adulterasti? Quod ille cũ audisset, iurare per Deum omnipotentem cępit, quod neque adulterauerat, neque mulierem vllam nouerat pręter legitimam vxorem. Cũ hęc maior frater audisset, ait illi: Nunquid aliud quippiam peccati grauioris abs te gestum est? Ille autem asseuerabat dicens: Verē nihil conficius sum iniquitatis admisisse, nisi quod monachos in villa nostra reperi Seueriani dogmatis, ignoransque, an malum esset, communicauit eis. Aliud quodlibet ignoro me fecisse. Intellexit tũc maior natu frater, hoc esse, quod illi dictum fuerat, fornicatũ scilicet cum fuisse, quia sancta Catholica, & apostolica ecclesia omissa, in hęc resum Seueri acciphal, qui reuera caupo est, corruēs, confusus erat, ac nobilitatem rectę fidei contaminarat.

Vita mulieris, quę fidem seruauit viro suo negociatori,

Et ambo à Deo adiuti sunt. CAP. CLXXXIX.

Venimus Alcalonem in Xenodochium patrum, narrauitque nobis Abbas Eusebius Presbyter, quod negociator quidam nauigans perdidisset omnia & sua, & aliena, euasisset que ipse naufragium. Qui cũ venisset huc, à creditoribus comprehensus & in carcerem missus est. Dirceptaque sunt omnia, quęcumque domi habebat, & coniugis etiam ipsius vestimenta. Illa igitur ex multa anxietate, & tristitiā & inopia non poterat virum vel pane nutrire. Sedēte igitur illa die quadam in carcere, & gemente, intravit vir quidam magnus vindictis dare eleemosynā. Videns verò mulierem liberam sedentem cũ viro suo, vulneratus est in amore ipsius, erat enim speciosissima, mandauitque illi per carcerarium, vt ad se veniret. Illa videns, quod agapem acceptura esset, libenter accessit. Qui sumens illam seorsum ait ei: Quid est, quod habes, & cuius rei gratia hic es? Quę illi cuncta enarrauit. Ait autem ipse: Si persoluero debitum, dormies tecum nocte ista: Illa autem verē pulcherrima, & pudicissima dixit ei: Audiui, domine, dicentem Apostolum, quia mulier non habet potestatem proprii corporis, sed vir. Permite ergo, domine, vt interrogem virum meum, & quicquid ille iusserit, faciam. Veniensque omnia nunciavit viro suo. Ille vt prudētissimus, & vxori suę maximo deuinctus affectu, raptus non est spe, & desiderio euadendi carceris iniurias, sed ingemiscens cum lachrymis ait vxori: Perge, perge, soror, abrenūcia homini. Spero enim in Dominum nostrum Iesum Christum, quia non derelinquet nos vsque in finem. Exurgens autem illa dimisit à se hominem, dicens, Dixi viro meo, & non vult. Per id autem temporis; latro quidam iniectus fuerat in ipsum carcerem, priusquam negociator vinciretur. Hęc omnia inspiciebat, & audiebat viri, ac mulieris verba: ingemuitque apud semetipsum dicens: Ecce in quo isti casu existunt, neque tamē libertatem suam prodiderunt, vt pecunias acciperent, & dimitterentur, sed pudicitiam pluris quàm pecuniam existimauerunt, vitęque istius comoda, vt illius pulchritudinē nō violarent, contempserunt. At ego quid faciam, miser, qui nunquam cogitavi, quod Deus esset, & ideo homicidiorum auctor fui? Vocans autem illos ad se per fenestram

eius cellula, ubi vincetus detinebatur, dixit eis: Ego latro sum, & cadium patror, quamobrem quacun- que hora Præfectus venerit, ad mortem vt homici- da ducendus sum. Considerans verò vudicum con- silium vestrum, compunctus sum. Itaque pergite, & in loco illo ciuitatis fodite, & accipite quas inueni- ritis pecunias, cumque persolueritis debitum, pluri- ma etiam benedictio remanebit vobis: & orate pro me, vt & ego inueniam misericordiam. Post paucos ergo dies ingressus ciuitatem Præses latronem edu- ci iussit, & decollari. Sequenti autem die dixit mu- lier viro: Si iubes, mi Domine, vadam ad locum, quò denotauit latro, si fortè vera sint, quæ ille profecu- tus est. Qui ait: Vt tibi videtur, facito. Illa verò, sum- pto breui saculo, vespere ad locum abiit, & fodiens ollam inuenit diligentissime opertam, fumensque illam profecta est. Prudenti verò vsa consilio, pau- larim creditorib⁹ reddebat debita, vt ex hoc ab aliis pecuniam mutuari putaretur. Impleuit autem om- nem debiti solutionem, virumque de carceris custo- dia eduxit. Dicebat autem qui ista narrauit. Ecce quo- niam seruauerunt isti mandatum Domini nostri Ie- su Christi, magnificauit & ipse in eis misericordiam suam.

Miraculum de ligno donato Abbati Brocha Aegypcio.
CAPVT CX.

Narrauit nobis Athanasius Antiochenus de Abbate Brocha Aegypcio, dicens: Cum venisset vir ille ex Aegypto in Seleuciam, quæ prope Antiochiam est, inuenit extra ciuitatem locum desertum, quærebatque construc- re sibi in eo breuem cellulam. Quam cum extruxis- set, neque haberet, vnde illam operiret, ingressus vr- bem die quadam inuenit Anatolium, qui cognomi- natus est Curuus, Seleuciae, & Antiochia vnum ex primariis, sedentem extra domus suæ limen, dixit- que ei: Fac, domine, charitatem, & da mihi ligna modica, vt tegam cellulam meam. Ille verò maximè indignans ait illi: Ecce lignum, tolle, & discede, ostē- dens illi trabem maximam, quam habebat iacentem ante domum suam, de qua facta esset arbor nauis o- nerariae quinquaginta milium. Ait illi Abbas Bro- chas: Benedic, & tollam illud. Dicit ei rursus Anato- lius stomachans: Benedictus Dominus. Apprehen- dit ille trabem, solusque leuauit de terra, & impo- suit humeris suis, abiitque cum illa ad cellulam suā. Stupore autem percussus Anatolius in eo, quod fa- ctum fuerat, insigni, præclaroque miraculo, largitus est ei lignum illud, ex quo nō solum cellulam suam, vt petierat, operuit, sed & alia plurima ministeria exercuit.

Vita compendiosa sancti Ioannis Chrysostomi Patriarchae Constantinopolitani. CAPVT CXCI.

Dicebant de sancto Ioanne Constantinopolita- no Archiepiscopo, qui iustè, ac dignissime pro- punitate doctrinae, & splendore venustissimi eloquij Chrysostomus cognominatus est, quod ex quo sa- lutarem baptismum accepisset, nunquam omnino iurauerit, neque aliquem iurare compulerit, neque mentitus sit, neque alicui vnquam maledixerit, ne- que scurrilia locutus sit, neque iocos admiserit.

Relatio de quodam Monacho monasterij diui Gregorij Papæ, quo modo post mortem ab excommunicatione fuerit ab- solutus. CAPVT CXCI.

Narrauit nobis sanctus quidam Presbyter, Pe- trus nomine, veniens ex Romana Vrbe de beati- ssimo Gregorio eiusdem ciuitatis Antistite, quòd cum esset summus Pontifex, monasterium virorum maximum ædificauerit, mandatumque dederit, vt nullus monachorum i proprium aliquid haberet, ne vnum quidem obolum. Frater ergo monasterij habebat secularem fratrem, à quo petiit dicens: Tu- nicam non habeo, ideo fac in me charitatem, & eme illā mihi. Dixit illi secularis frater: Ecce tria hæc nu- mismata, accipe, & eme tibi, vt placet. Sumens ergo Monachus tria numismata, habuit illa apud se. Quod cum alius Monachus vidisset, abiit, & nunciavit Ab- bati. Quo audito, Abbas renunciauit & ipse sanctis- simo Papæ Gregorio. Beatus verò Gregorius hoc audiens iussit eum, vt qui monasterij 2 regulas præ- tergressus esset, à communione separari. Post modi- cum verò temporis moritur frater ille ita separatus, 3 nesciente Papa Gregorio. Post duos autem, vel tres nachi ha- dies abiit Abbas, & nunciavit illi dicens: Frater ille defunctus est. Quo ille audito, non mediocriter con- tristatus est, quod antequam absolueretur 3 excom- municationis vinculo, migrasset à seculo. Scribens- que orationem in forma epistolæ, dedit vni ex Ar- chidiaconis, iubens illi, vt iret, & super sepulchrum fratris eam legeret. Per ipsas verò literas absoluebat frater in vr- ab excommunicationis nexibus mortuum. Abiens igitur Archidiaconus, sicut illi fuerat imperatum, supra sepulchrum fratris breuem illam chartulam legit. Eademque nocte vidit Abbas defunctum fra- trem, & ait illi: Nonne mortuus es, frater? Qui ait: Ita sanè. Rursus interrogauit eum Abbas: Et vbi fui- sti vsque hodie? Dixit ei frater: Veraciter, domine, in carcere fui vsque heri. Hesterno autem die absolu- tus sum. Notum verò factum est omnibus, quia qua hora Archidiaconus absolutionis verba super fra- trem legerat, fuerat ab excommunicatione absolu- tus, liberatæque est. de iudicio, & damnatione anima ipsius.

Factum mirabilis charitatis sancti Abbatis Apollinaris Patriarchae Alexandrini erga iuuenem diuitem ad inopiam redactum. CAP. CXCI.

Narrauerunt nobis de sancto abbate Apollinari Alexandrino Patriarcha, quod valde fuerit mi- sericors, & compassionis visceribus affluens. Cuius rei indicium id afferebant. Erat, aiebant, Alexandria iuuenis quidam, qui primarij ciuitatis, dignitatæque ac diuitijs clarissimi filius fuerat. Parentibus itaque illius defunctis, qui infinita illi bona tam in auro, quam in naualibus commercijs dereliquerant, non satis sceleriter, & prosperè ea gubernas, perdidit om- nia, atque ad extremam inopiam deductus est, cum neque gulæ, neque luxuriæ vacauerit, quæ solent di- uitum exhaurire patrimonia, sed in casus varios, at- que naufragia inciderit. Itaque exopulentissimo pau- perimus effectus est iuxta illud Psalmista: Ascen- dunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad aby- sos. Namque adolescens quantò fuerat pecunijs su- blimior, tantò per inopiam inferior factus est. Hoc audiens beatus Apollinaris, vidensque in quantum miseræ & paupertatis adolescens delapsus esset, cū parentes eius fuissent locupletissimi, miseratus illius casum, exiguum ipsi charitatis impendere voluit sub- ministrando alimenta, sed erubescerebat. Et quoties videbat illum, in secreto conscientie suæ agebatur, cernens ve&em sordidam, & luridam faciem, quæ sunt

sunt extremæ paupertatis indicia. Cum igitur huius- modi curis angeretur Pontifex, die quadam diuini- bus inspiratus, consilium profectò mirabile inuenit, ipsiusque sanctitati maximè conueniens. Accersit itaque dispensatorem sanctissimæ Ecclesiæ, seorsum que illum alloquens, dixit ei: Potes mihi seruare se- cretum, domine dispensator? Qui ait: Spero, domi- ne, in filium Dei, quia quodcumque mihi iusseris, ne- mini dicam, neque discet vnquam id aliquis ex me, quod mihi seruo tuo aperueris. Tunc ait ad illum Ep- piscopus Apollinaris: Vade, cōscribe chirographum debi quinquaginta librarum auri, quæ à sanctissi- ma ista Ecclesia Machario illius miseri adolescentis patri dedebantur, & appone testes, & stipulationem, & rata, & affer illud mihi. Dispensator cōtinuè quod si fuerat à Pontifice iniunctum, cum omni celeri- tate peregit, attulitque chirographum, & dedit illi. Cum itaque pater adolescentis ante decem annos defunctus esset, chartaque chirographi noua vide- retur, ait illi Pontifex: Vade, domine dispensator, chi- rographum istud vel in tritico, vel in hordeo abscon- de, & post paucos dies affer illud ad me. Quod ille cum fecisset, præfinito die chirographum retulit qua si subuerulum, deditque Pontifici. Tunc ait illi: Per- ge modo, domine Dispensator, & dicitō adolescen- ti: Quid mihi daturus es, si tibi dederō chirographū magnæ pecuniæ, quæ debetur tibi? Et caue, ne plus- quam tria numismata ab illo accipias, & præbe illi chirographum. Respondens autem dispensator: Ve- rē, mi domine, si iusseris, nihil accipiam. Dixit ei ille: Volo omnino vt tria numismata accipias. Perrexit autem ille ad iuuenem, sicut ipsi iussum fuerat, & di- xit ei: Dabis mihi tria numismata, si ostendero tibi aliquid magnæ vtilitatis tuæ? Ille verò pollicitus est illi quicquid vellet se daturum. Fingens autem dis- pensator ait illi: Ante quinque vel sex dies euoluens instrumenta Ecclesiastica, reperi chirographum istud, & memini, quia Macharius pater tuus mihi multum confidens, ipsum mihi diebus aliquot permisit. De- functoque ipso, contigit illud apud me vsque hodie manere, obliuione enim subreptū mihi est, nec vn- quam venit in mentem, vt illud redderem tibi. Ait illi adolescens: Nosti, an locuples sis persona illa, quæ debet? Dixit ei dispensator: Ita sanè locuplex, & gra- ta est, potesque ab illo debitum sine labore recipere. Dixit ei iunior: Nouit Deus, quia modò nihil ha- beo, sed si recepero, quod meum est, quiesquid peti- sti, dabo tibi, vltra tria etiam numismata. Tunc dedit ei dispensator instrumentum quinquaginta librarū. Suscepto itaque chirographo, perrexit ad sanctissi- mum Pontificem, prostratusque ante illum dedit ei chirographum. Cum ergo accepisset ille instrumen- tum ipsum, ac legisset, cepit se ipsum turbatiorem ostendere, dixitque ei: Et vbi fuisisti vsque modo? Pa- ter tuus ante decem annos defunctus est. Perge, no- lo tibi nunc respondere. Qui dixit illi: Veraciter, mi domine, non ego illud habui, sed dispensator illud habebat, & nesciebam.

Sed Deus ipse miseratur, quia modo ipsum mihi reddidit, dicens se illud inter chartas suas domi inue- nisse. Pontifex verò illum interim remisit dicens: delibero mecum, seruato apud me chirographo. Post vnam igitur hebdomadam rediit ad Episcopum iunior, iterumque deprecabatur eum. Ille autem quasi nihil ei dare vellet, dicebat: Qua- re tantum distulisti proferre chirographum? Di-

xit illi adolescens: Mi domine, scit Deus, quia non habeo, vnde familiam meam nutriam. Itaque si De⁹ inspirat vobis, miseremini mei. Tunc dixit illi san- ctus Apollinatis, fingens se illius precibus cedere. Summam quidem integram ego tibi restituiam: hoc autem obsecro, mi domine frater, ne à sancta hac ec- clesia vsuras exigas. Tunc proiciens illi adolescens ait: Quicquid voluerit, & iusserit mihi dominus me⁹, hoc faciam, & si ex principali summa placet minuere aliquid, minue. Dixit illi Episcopus: Non id quidē: Satis est, si nobis vsuras dimittis. Tūc proferens quin- quaginta auri libras dedit ei, & dimisit eum, orans eum pro vsuræ remissione. Hoc opus summi Apol- linaris, ista sancta illius ars, atque misericordia. Ita ve- rò Deus iuueni cōoperatus est per sanctam eius be- nedictionem, vt ex tanta inopia emergeret, atque in- priorem suum statum, ordinemque remearet, plus- que etiam quam parentes sui, opum, ac pecuniarum copia excelleret, ac præterea magna lucra animæ consequeretur.

Admonitio senis, qui morabatur in Sciti, facta cuidam mo- nacho, ne ingrederetur tabernis.

CAPVT CXCI.

Senex quidam morabatur in Sciti. Hic die quadā venit Alexandriam, vt opus manum suarum ven- deret, viditque ibi iuniorem monachum ingressum esse cauponam.

Qua ex re senex vehementer afflictus, manebat foris expectans, donec egredienti iuueni colloquere- tur. Quod & factū est. Mox enim vt egressus est iu- uenem, tenuit illum senior per manus, & seorsum illum ducens, dixit ei: An nescis, domine frater, quia 2 ha- bitum Angelicum fers? Ignoras, quia iuuenis es? Nō nosti, quia multi sunt inimici nostri, laquei? Nescis, quia & per oculos, & per aures, & per figuras va- rias, & habitus monachi in ciuitatibus læduntur? Tu autem in cauponas ingrederis, & quæ non vis, audis, & quæ sunt noxia, vides, inhonestisque & vitis, & mulieribus coniungeris. Noli itaque, fili mi, noli, ob- secro, sic agere, sed fuge in eremum, vbi cum Dei ad- iutorio saluari potes. Respondit ei iunior: Perge se- nior. Deus non querit nisi cor mundum. Tunc ex- pandens in cælum ambas manus suas senex ait: Glo- ria tibi Deus. Ecce enim ego habeo in Sciti annos quinquaginta quinque, & mundū cor nō habeo, hic autem in tabernis conuersans cordis munditiam possidet.

Vita Euagrij Philosophi à Synetio cyrenis episcopo ad Chri- sti fidem conuersi. CAPVT CXCV.

Cum Alexandria essemus, Leontius Apamien- sis vir religiosus, ac fidelissimus, venit ex Penta- poli, multis enim iam annis Cyrene moratus fuerat: Venit autem diebus Eulogij sancti Alexandrini Pa- triarchæ, eiusdem Cyrenensis vrbs futurus Episcopus. Cumque familiari colloquio essemus, narrauit nobis dicens: Fuit temporibus Theophili beatissimi Patriarchæ Alexandrini Cyrene Episcopus Synesius Philosophus.

Qui cum venisset Cyrenem, reperit illic Philoso- phum quendam, Euagrium nomine, qui sodalis suus in studijs liberalibus fuerat, amicum sibi charissimū, sed religione genilem, & culturæ idolorum maxi- mē deditum. Eum Episcopus Synesius ab idololatria transferre ad culturam Christi satagebat, curamque ingentem eius rei sibi assumpserat pro charitate, quā erga ipsum à principio habuerat. Ille verò minimè

Ecce euas- gelicam paupertatem sanctorum monachorum

Etiā an- tiqui Mo- nachi defuncti est. Quo ille audito, non mediocriter con- tristatus est, quod antequam absolueretur excom- municationis vinculo, migrasset à seculo.

Abiens igitur Archidiaconus, sicut illi fuerat imperatum, supra sepulchrum fratris breuem illam chartulam legit.

Ita sanè. Rursus interrogauit eum Abbas: Et vbi fui- sti vsque hodie? Dixit ei frater: Veraciter, domine, in carcere fui vsque heri. Hesterno autem die absolu- tus sum.

Factum mirabilis charitatis sancti Abbatis Apollinaris Patriarchae Alexandrini erga iuuenem diuitem ad inopiam redactum.

Narrauerunt nobis de sancto abbate Apollinari Alexandrino Patriarcha, quod valde fuerit mi- sericors, & compassionis visceribus affluens.

Cum ergo accepisset ille instrumen- tum ipsum, ac legisset, cepit se ipsum turbatiorem ostendere, dixitque ei: Et vbi fuisisti vsque modo?

Ille autem quasi nihil ei dare vellet, dicebat: Qua- re tantum distulisti proferre chirographum? Di-

Notas: 2 Vides habitum monachi esse habitum Angelicū

id patiebatur, neque illius doctrinam admittere volebat. Episcopus tamen prae nimio ad illum amore, ne sic quidem tædio victus desisteret diebus illum singulis hortari, & instruere, ac inducere, ut Christo crederet, ipsiusque sacramenta suscipere. Cùmque illi quotidie ista monita dare persisteret, dixit ad eum semel Philosophus: Verè, mi domine Episcope, cum cæteris, quæ mihi displicent in Christianis, hoc est, quòd consummationem sæculi istius futuram dicunt, & post consummationem, omnes, qui ab initio sæculi fuerunt, homines, in isto corpore resurrecturos, carnemque hæc incorruptibilem recepturos & immortalem, atque ita in perpetuum victuros, sicque eorum, quæ in corpore gesserunt, præmia percepturos, eum etiam, qui miseretur pauperi, feneratori Deo, & qui dispergit in pauperes, & inopes, in cælo sibi thesauros reponere, & contumaciter, quæ erogauerit, in regeneratione cum æterna vita à Christo esse reddenda. Quæ omnia cum dicuntur, deceptio, & irrisio, & fabula mihi videntur. Episcopus autem Synesius asserens, quod post baptismum vera esse, nihilque omnino habere falsum, vel veritati contrarium, idque multis documentis assererat, & persuadere illi nitentur. Post multum verò temporis, cum illum induxisset Christianum fieri, baptizavit ipsum, & filios eius, cunctosque domesticos illius. Cæterum non multo postea quam baptizatus fuerat, dedit Episcopo auri centenaria in usum pauperum, dicens: Accipe aurum istud, & distribue illud pauperibus, & fac mihi cautionem manu tua, quòd Christus mihi ipsum reddet in futuro sæculo. Qui suscepto auro, promptè illi, ut petebat, cautionem fecit. Vixit itaque post baptismum annos aliquot Philosophus, ac tandem infirmatus est ad mortem. Cum verò morti proximus esset, dixit filiis suis: Quando curabitis funem meum, chartam istam in meis manibus ponite, & me cum illa sepelire. Mortuo autem illo, fecerunt filij, sicut eis ipse præceperat, sepelieruntque eum cum chirographo. Tertia verò post sepulturam die, apparuit Episcopo Synesio nocte quiescenti, dicens: Veni ad sepulchrum, ubi iaceo, & accipe chirographum tuum. Accepi enim debitum, satisfactumque mihi est, atque ut certior eius rei fias, propria me subscripti manu. Ignorabam autem Episcopus, quod chirographum illud conspexisset ei. Manè autem facta, accessit filijs eius dixit: Num aliquid cum patre vestro in monumento posuistis? Illi putantes, quod eos de pecuniis interrogaret, dixerunt ei: Nihil, domine, præter pannos consuetos. Quid igitur? Nunquid vel chartam aliquam conspexistis ei? Tunc recordati illi (ignorabant enim, quod de chirographo diceret) dixerunt ei: Ita sanè, domine. Chartam enim quandam moriens dedit nobis, & ait: Quando sepelietis me, chartam istam mihi in manibus date, nullo penitus sciente. Tunc dixit illis Episcopus somnium, quod nocte illa viderat, sumensque illos cum clericis, ac primariis civitatis accessit ad Philosophi tumulum. Quo aperto, inuenerunt iacentem Philosophum, chirographumque manu Episcopi conscriptum suis manibus tenentem. Accipientes autem chirographum ex illius manibus, aperuerunt, inueneruntque in eo nouiter manu Philosophi subscriptum ita: Ego Euaagrius Philosophus tibi sanctissimo domino Synesio Episcopo salutem. Accepi debitum in his literis manu tua conscriptum, satisfactumque mihi est, & nullum contra te habeo ius propter aurum, quod de

di tibi, & per te Christo Deo, & Saluatori nostro. Qui verò conuenerant, hoc videntes obstupuerunt, & per multas horas clamauerunt Kyrie eleison glorificantes Deum, qui facit mirabilia, talemque, ac tantam promissionem suarum euidentiam dat fidei suis. Asserebat autem hoc idem dominus Leontius, cautionem illam manu Philosophi subscriptam seruari vsque hodie, atque in sacrario sanctæ Cyrenensis Ecclesiæ custodiri, & quicumque sacrarij custos ingrederetur, hanc illi cum cæteris vas sacris assignari custodiendam cum omni diligentia, atque eum deinceps successori suo integram illam, inuolatamque reconstituere.

Miraculum, quod pueri Apamiensibus contigit, qui iocosa verba sanctæ consecrationis protulerunt.
CAPVT CXCVI.

NARRAUIT nobis Gregorius Africane provincie Præfectus, fidelis vir, & monachorum, ac pauperum amator, bonisque omnibus semper congaudens. In provincia, inquit, mea, (erat Apamiensis secunda Syrorum provincia, ex oppido, quod dicitur Thorax) ager est ab vrbe quasi quadraginta miliaris distans, qui Gonagus dicitur. In hoc, siue in eius finibus pueri pascebant pecora. Et ut solet pueris contingere, Puerili consuetudine voluerunt ludere. Cùmque luderent, dixerunt adinuicem: Veni, te, celebremus i Missam, & offeramus 2 sacrificium, Missa & communicemus, sicuti semper in sancta Ecclesia sum antipresbyter facit. Quod cum placuisset omnibus, conuenerunt ex eis vnus in ordine Presbyteri, duosque non alios pueros in ministrorum officio, veniuntque ad nouum in saxum quoddam (erant enim in planitie) ac supra saxum in morem altaris apponunt panem, & vas te- 2 Ecce est steum cum vino. Assistentque, vnus quidem coram appellari altari, qui fugebatur officio Presbyteri, medius, duo sacrificium. verò alij hinc, atque hinc veruti ministri. Et ille qui- 3 Vide sanctæ oblationis verba dicebat, illi verò facio crum Eualis, quæ ferebantur, pro flabellis vtentes, auram facie charistia. **D**abant. Qui verò Presbyteri fugebatur officio, ideo appellari sanctæ oblationis verba sciebat, quia consuetudo fuit sanctæ christi in ecclesia vt pueri in missis ante sacrum assistentibus, primique cum clericis communicarent 3 sancti, venientis Christi Dei nostri venerandisque mysterijs. Quo randaque niam verò quibusdam in locis alta voce consuue- mysteria. runt Presbyteri sancti sacrificij rationes pronunciant, pueri vt propius astantes, sapius eas audiendo didicerant. Cùm igitur omnia secundum ecclesiasticam consuetudinem fecissent, priusquam panes frangerent, ac communicarent, ignis cælitus delapsus, quæ proposita erant, consumpsit omnia, saxumque totum combussit, ita vt nihil omnino neque saxi, neque eorum, quæ fuerant superposita, relinqueretur. Hoc repente factum cum pueri dississent, in terrâ omnes præ timore corruerunt, ac diutius seminiui permanferunt, neque erumpere vocem, neque de terra surgere valentes.

Cùm verò non redirent domum hora, qua consuuebant reuerti, sed pauidi in pavimento iacerent, exierunt parentes eorum, vt viderent, cuius rei gratia consueto legitimo tempore non reuertissent. Egredi autem pueros omnes humi iacentes inuenerunt, neque agnoscentes aliquos, neque loqui se alloquētibz valentes. Parentes itaque seminiuos eos aspicientes, vnusquisque filium suum assumentes, domum reuulerunt,

retulerunt, vidensque pueros in huiusmodi excessu diutius durantes, mirabantur nimium, causam stuporis eorum omnino ignorantes, nec discernere valentes, sapiusque illos per totum diem interrogantes, responsum nullum accipere ab eis potuerunt, & quæ illis acciderant, scire omnino nequiverunt, donec dies illa, & nox tota præterit. Tunc enim & pueri paulatim in se ipsos reuersi, cuncta illis retulerunt quæ gesta fuerant, & quæ illis cõtingerant. Assumentes verò parentes suos, & omnes loci ipsius habitatores egressi sunt, & locum eis ostenderunt, in quo mirabiliter ista contigerant, vestigia quædam clausi ignis indicantes. Audientes verò, quæ facta fuerant, & ipsis iudicijs rerum admoniti, in ciuitatem cucurrerunt, cunctaque Episcopo ciuitatis nunciauerunt. Qui percussus magnitudine, & nouitate miraculi, cum omni clero festinus accurrit. Vidensque pueros, & rursum ab eis, quæ euenerant audiens, & cælestis ignis vestigia intuens, pueros quidem omnes continuo in monasterium immisit, locum verò monasterium fecit latissimum, supra locum autem ignis Ecclesiam construxit, & sanctum crexit altare. Dicebat autem ipse dominus Gregorius fidelissimus vir, vnus istorum puerorum aspexisse, cuiusque monasterij, vbi miraculum acciderat, monachum ipsum cognouisse. Et istud quidem magnum re vera, ac diuinum, stupendumque miraculum Gregorius venerabilis nobis ætate nostra contigisse enarrauit.

Relatio Rufini de sancto Athanasio, & alijs pueri sodalibus eius. CAP. CXCVII.

RVFINUS autem, qui ecclesiasticam conscripsit historiam, simile quidam priori ætate gestum à pueris ludentibus narrat. Ait enim, cum puerilia conscriberet Athanasij sanctissimi, magni propugnatoris, ac præconis veritatis, magnæque Alexandrinæ ciuitatis Episcopi, & orbis totius doctoris inclij, quomodo scilicet ipsius promotio ad Episcopatum ex præscientia diuina initium sumpserit: Consequens autem mihi videtur esse, pauca de viri antiquitate repetere, & qualis à puero fuerit vita, qualisve instituti, meminisse, quemadmodum ab his, qui cum illo familiarissime vixerunt, accepimus. Eo igitur tempore, quo Alexander sanctissimus Alexandrinæ Ecclesiæ præerat, cum die quadam ex eminentiore loco mare intueretur, apexit pueros in littore ludentes, vt consuetudo pueris est, Episcopumque imitantes, ac ecclesiasticos ritus omnes. Cùm ergo pueros illos diutius intueretur, maiora quædam, & sacratio- ra illos aggredi videt. Turbatus itaque continuo, clericos aduocans, eis ostendit, quæ ipse conspexerat, præcepitque, vt irent, & pueros omnes apprehenderent, atque ad se adducerent. Venientes igitur pueros interrogat, quis eis ludus fuerit, quidve, & quomodo gesserint. Illi verò, vt pueri, perterriti, ab initio quidem negare cæperunt, postea verò totam seriem exposuerunt, confessique sunt se quosdam baptizasse catechumino per Athanasium, quem sibi pueri Episcopum fecerant. Tunc igitur diligenter inquirens ab eis, & quinam baptizati fuissent, & quid

Ecce quo quomodo interrogati, quidve respondissent, cum modo qui ab eo, qui interrogauerat, cuncta didicisset, comperit baptizatos, quod omnia iuxta ritum religionis nostræ perrexit, rem in commune cum clericis agitans, diffidentem non debet niui, vt dicitur, eos, qui in baptismo consecrati fuerunt, cum omnia circa se solenniter peracta fuissent per interrogaciones, & responstones, secundo qui-

dem non oportere baptizari, sed impleri ea, quæ solent à sacerdotibus fieri. Porro Athanasium, & cæteros, quos ille vt sacerdotes, & diaconos habuerat in ministerio, conuocatis eorum parentibus, sub Deo teste Ecclesiæ tradidit, vt illic nutriverent. Modico itaque transacto tempore, cum & à Notario perfectè, & à Grammatico sufficienter Athanasius iam instructus esset, continuo quasi fidele depositum Dei, sacerdoti à parētibus traditur, & veluti Samuel quidam in templo nutritur. Quoties verò Alexander in senectute ad Episcopos proficisceretur, iste sequebatur eum, ferens sacerdotij amictum, qui Hebraicè appellabatur Ephod. Tanta verò & tam præclara contra hæreticos Athanasij in sancta Ecclesia fuere certamina, vt illud de eo scriptum esse videatur, quod dictum est: Ego ostendam ei, quanta pro nomine meo illum oporteat pati. Nam in eius persecutionem totus conspirauit orbis, cõmoti sunt reges terræ, & gentes, & regna, exercitusque contra illum conuenerunt. Porro ipse diuinum illud eloquium opere implebat, quo dicitur: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Verè enim tanta illius, ac talia fuerunt opera, vt magnitudo quidem rerum nihil me præterire persuadeat, multitudine verò gestorum plurima tacere compellat. Fluctuat itaque ambigua mens, neque planè dignoscere valet, quid conscribere, quid omittere debeat. At que ideo paucorum meminimus, quæ ad rem pertinent. Reliqua verò fama enarrabit, quæ profectò minora, quam se habeat veritas, enunciabit. Veritati quippe nihil addere poterit.

Responsio sancti Athanasij episcopi Alexandrini num quis sine fide baptizari possit. CAP. CXCVIII.

INTERROGATUS est aliquando prædictus sanctus Athanasius postquam Alexandriæ Episcopus constitutus fuit, an posset quispiam sine fide baptizari secundum ritum, & prædicationem Christianorum, aut si credere se simulans, aliquibus aliis occasionibus baptizatus fuisset, quid de illo, sentiendum, aut quomodo suscipiat illud Deus. Et respondit dicens: Audiui aliquando à senioribus nostris quod beato Petro Episcopo, & martyri, cum facta esset mortalitas, & plerique ab baptisma mortis timore confugerent, apparuerit Angelus humana specie dicens: Quamdiu huc mittitis marsupia ista, signata quidem, inania autem prorsus, & vacua, & nihil intus habentia? Erunt itaque quantum ex Angeli voce conuicere licet, signum habentes baptismi, quoniã & beneficiū aliquod existimarunt se consequi, si baptisma susciperent, atque idcirco baptizati sunt.

Relatio de sene quodam simplice, qui cum sacramentum offerret, angelos videbat. CAP. CXCVI.

NARRAUIT quidam patrum quod senex quidam mundus, & sanctus existens, cum offerret i sacramentum, videbat Angelos sibi dextra, leuâque assistentes. Porro hic ab hæreticis consecrationis ritum perciperat, & veluti simplex, & rudis diuinorum dogmatum, quando offerebat, in simplicitate, & innocentia dicebat quæ non decebant secundum re- *Aduerte hunc sim- plicem pa- tris ex- ricordia, dam peritissimum diuinorum dogmatum. Contigit quam ex- vi illorum* *ferre. Dixit autem ei Diaconus: Verba, quæ in offerre verbo- do dixisti, rectè fidei non sunt, sed hæreticorum, rum sacræ*

Eucharistia confessa, si illa forma corrumpantur. 2 offerre sacrificium, missam celebrare intelligit.

& praua opinionis hominum. Senex autem confidens, quoniam videbat Angelos dum offerebat, non intendit his, quae dicebantur à Diacono, sed contemplit. Diaconus autem persistebat dicens: Falleris, Abba. Non enim admittit fides Catholica ista, quae dicitur, neque mater Ecclesia. Cum autem videret diaconi constantiam in se arguendo senex, atque in oblatione salutari sanctos Angelos. ut consueuerat, intueretur, ait eis: Diaconus iste mihi haec, & ista dicit: Quomodo se habet veritas? Dicunt ei Angeli, Aucta ei, nam vera loquitur, & recte ista prosequitur. Dixit autem eis senex: Quare vos non dixistis mihi? Dixerunt autem illi Angeli: Deus ita disposuit, ut homines corrigantur.

Quomodo iuuenis aurifex à viro patricio sit in filium adoptatus. CAPVT CC.

Arrauit nobis quidam quidam sanctorum patrum, quod iuuenis quidam ingeniosus se ad aurificem prodienda arte contulerit: quam dum solerter addisceret, vnus ex patriciis iniunxit eis, ut Crucem auream lapidibus pretiosis ornata facerent, quod illam Ecclesiae offerret. Et quoniam valde ingeniosus erat adolefcens, iniunxit illi magister eius id opus. Cœpit ergo adolefcens cogitare intra se, ac dicere: Si iste tantas offert pecunias Christo, cur non & ego mercedem meam in istam Crucem conferam, ut eam mihi, tanquam duo minuta viduae, computet Christus: Cogitans igitur quantum mercedis esset accepturus, muratur id, & in Crucem mittit. Veniens itaque Patricius ponderat Crucem, priusquam in illa lapides includeretur, inuenitque plus habere ponderis, quam constituerat. Cœpit itaque minitans urgere adolefcentem, quasi fraudem fecisset, aurumque adulterasset. Tunc ait illi adolefcens. Nouit ille, qui solus cordium scrutatur arcana, quia nihil tali feci. Sed cum viderem te tantum pecuniarum Christo Domino obtulisse, cogitavi immittere mercedem meam, ut & ego partem habeam tecum, utque me suscipiat Christus, quemadmodum duo minuta viduae illius accepit. Stupefactus ille dixit iuueni: Ita ne fili, cogitasti? Ait ille: Ita sanè. Patricius verò dixit illi: Quoniam ita cogitasti, totamque voluntatem tuam obtulisti Christo, volens habere partem mecum, ecce ex hodierna die suscipio te mihi in filium, hæredemque constituo. Et allumpfit eum secum, atque hæredem suum fecit.

Vita viri Constantinopolitani nobilissimi, cui pater moriens Dominum Iesum Christum reliquit curatorem. CAPVT CCI.

Arrauit quidam patrum dicens: Ascendi aliquando Constantinopolim cuiusdam necessitatis gratia. Cumque in Ecclesia sederem, ingressus est quidam secularis, maxime illustis, atque fidelissimus. Is cum aspexisset me, accedens salutauit cum omni charitatis officio. Et post salutationem sedit iuxta me, & cœpit interrogare de his, quae pertinent ad animae salutem. Cumque ego illi dicerem, quod his, qui ritè terrena disponunt, caelestia quoque donantur, Benè, inquit, pater, dixisti. Nam verè beatus est, qui spè suam in Deum ponit, & se ipsum totum committit Deo. Et dicebat: Ego filius fui cuiusdam secularis gloria clarissimi. Erat autem ipse pater meus elemosynis maxime deditus, & plurima pauperibus distribuere. Die ergo quadam vocauit me, & ostendit mihi omnes pecunias, dicens: Fili, quid tibi gratius est, ut dimittam tibi pecunias istas, an Christi

stium curatorem tuum? Ego, cum placerent mihi, quae faciebat, respondi me Christum malle. Ista enim omnia praterunt, & hodie sunt, & cras non erunt, Christus autem manet in æternum. Quod ille cum audisset, omnia iam liberè, & larga manu pauperibus erogabat, ita ut moriens pauca admodum mihi relinqueret. Ego autem iam pauper effectus, humilis procedebam, ipem meam habens in Christum, cui me ille reliquerat. Erat autem alius quidam diues valde, & primarius, habens uxorem fidelem Christo, & mentem Dominum, habebat autem & filiam vnica. Dixit ergo illa viro suo: Hanc solam habemus filiam, tantaque bona nobis largitus est. Deus: Cuius ergo rei indiget? Si quaesierimus pauca admodum primario, & diuiti, qui non sit bonis moribus, affliget eam semper. Quæramus illi virum humilem, & timentem Dominum, qui secundum nequam illum diligat, & foueat. Qui dixit illi: Rectè dixisti. Perge ergo in Ecclesiam, & ora intentissime, atque illic reside, & qui primus ingressus fuerit, hic illi à Domino missus est sponsus. Fecit igitur, ut iussit vir eius. Cumque orasset, & sederet, ingressus sum ego primus. Mittens ergo illa seruum suum continuo accersuit me, cœpitque interrogare dicens: Vnde es? Ego autem dixi illi: Ex hac ciuitate (sum talis filius). Dixit autem mihi: Illius elemosynarum? Et dixi: Ita, illius sum filius. Tunc ait mihi: Habes uxorem? Et dixi: Non. Narrauitque illi, quae mihi dixerat pater meus, & quae ego responderam ipsi. Illa verò glorificans Dominum ait: Ecco bonus curator tuus misit tibi uxorem, & pecunias, ut vraris vtrisque cum timore Dei. Deditque mihi filiam suam, & pecunias. Ego autem oro, ut patris mei viam usque in finem teneam.

Vita Abiba secularis hominis filij serui Dei. CAPVT CCII.

Arrauit aliquis patrum, quod secularis quidam habuerit filium pium, religiosum, & virginem, & ab ipsis annis puerilibus continentiae rerum omnium assuerum, adeo ut vinum iam non biberet. Habebat autem in voris sedere in solitudine. Pater verò eius volebat illum seculi obligare negociis, neque poterat, nam hoc ille minimè patiebatur. Erant & illi alij fratres, ipse autem maior natu omnibus. Cum autem illius institutio à patris voluntate esset remotissima, obiurgabat illum assidue pater, exprobrans illi ipsam continentiam, & dicens: Cur similis non es fratribus tuis: nec te ipsum negociis exponis? Ille verò sustinebat tacens. Omnes verò diligebant eum pro illius religione, & modestia. Cum verò pater eius moriturus esset, quidam ex genere ipsius, & alij Abiba (hoc enim erat filio nomen) amantissimi, putantes, quod illum odisset pater eius propter affluas illius obiurgationes, conuenerunt dicentes: Ne forte priuet hæreditate seruum Dei patrem, pro illo deprecemur. Erat enim diues valde. Pergunt itaque ad eum, & dicunt: Conuenimus aliquid abs te precaturi. Quibus ille ait: Quid vultis à me petere? Pro domno Abiba oramus, ne illum negligas. Tum pater. Pro illo rogatis me? Dicit ei: Vtique. Qui ait: Vocate illum huc. Putauerunt autem, quod iuxta consuetudinem obiurgare eum vellet. Cumque ingressus fuisset, ait illa pater: Appropinqua mihi. Et cum appropinquasset ei, tenuit pedes eius plorans, & dicens: Ignosce mihi, fili mi, & ora Deum, ne mihi impiter, quoniam affluxi tē. Tu enim quærebas Christum, & ego secularitèr mouebat.

Vocat

Vocat autem & alios filios, & ait illis: Hic Dominus vester, & pater est: quicquid dixerit, facite, & quod vos habere voluerit, in ipsius potestate erit. Admirati que sunt omnes. Statim verò ut mortuus est pater ipsorum, distribuit fratribus partes. Ipse verò sumens partem suam, dedit eam pauperibus, nihil sibi omnino reseruans. Fecit autem sibi breuem cellulam, ut solitarius degeret, moxque cum consummasset cellam, infirmatus est, atque ad finem peruenit. Aderat autem illi frater eius, cui dixit: Vade frater, fac domui tuæ consolationem. Aderat quippe celebritas sanctorum Apostolorum. Dixit ei frater eius: Quomodo dimittam te, & abibo? Ait illi: Vade, & cum venieris hora mea, ego te vocabo. Cum ergo venisset hora, surrexit ad fenestram, & pulsauit. Intendit autem in eum frater eius. Et ille ipsi annuit dicens: Veni. Statim verò ut venit frater eius, tradidit spiritum Domino. Omnesque mirati sunt, & glorificauerunt Deum dicentes: Eximia charitate, qua dilexit Christum, dignum inuenit finem.

Relatio de quodam lapidario, qui prudenti consilio vitam in mari seruauit. CAPVT CCIII.

Arrauit quidam patrum, quod aliquando lapidarius quidam habes lapides pretiosissimos, & gemmas, & margaritas, nauem conscendit cum filiis suis, peregre ire cupiens, & negociari. Contigit autem illum ex dispositione Dei puerum quendam, qui erat in naui, diligere, qui illi quoque in naui ministrabat, & ipse etiam ab eo reficiebatur comedens ex his, quae ille comedebar. Die verò quadam adiuuit nautas puer submurmurans inter se, & statuentes illum in mare proicere pretiosorum lapidum causa. Venit autem puer ille mœrens ad virum prædictum, ut ex consuetudine sua ipsi ministraret. Qui ait illi: Cur hodie ita mœtus es, fili? Ille verò dissimulabat dolorem, & tacebat. Rursus interrogauit eum dicens: Dic mihi veraciter, quid habes? Tunc ille erumpens in fletum ait illi: Sic & sic consilium fecerunt nautæ de te. Dixit autem ei. Nosti hoc diligenter? Ait: Vtique, sic de te apud se ipsos statuerunt. Tunc aduocans filios suos dixit eis: Quodcunque dixerò vobis, impigrè, & absque vlla disceptatione perficite. Tunc explicans fundo cœpit eis dicere: Afferte capsulas. Quas cum tulissent, aperiens eas cœpit educere lapides. Et cum omnia explicuisset, & in omnium conspectum posuisset, sic dicere cœpit: Hæc vita est? Propter ista perichlor: & cum mari pugno: & post modicum morior: nihilque mecum ex isto seculo fero? Dixit autem filiis suis: Proicite in mare ista omnia. Mox itaque ut locutus est, tulerunt ea, & in mare proiecerunt. Porro nautæ obstupuerunt, consilium suum dissipatum esse cognoscentes.

Quomodo mulier religiosa, & timens Deum, monachum à turpi desiderio compestuerit. CAPVT CCXIII.

Dicebat aliquis patrum: Frater quidam à serpente morsus est, ingressusque est ciuitatem, ut curaretur. Suscepit autem illum religiosa quadam mulier, & timens Dominum, & curabat eum. Cum verò modicum cœpisset à doloribus deseri, cœpit illi diabolus immittere turpes cogitationes in eam, volebatque tangere ipsius manum. Quæ dixit ei: Nō ita, pater. Christum time. Recole tristitiam, & penitentiam dolorè, quem in cella tua passurus es. Memento gemituum, & lachrymarum, quas effusus es. Hæc ille.

Tom. 2

le, & alia familia cum ab ea audisset, fugit ab ipso pagna diaboli, iamque erubescens inde fugere volebat non valens præ pudore in ipsius faciem intendere. Illa rursus eum in visceribus Christi miserans dicebat ipsi: Noli discedere, pater, Opus adhuc habes mentis. Non erat pura animæ tuæ illa cogitatio, sed perdit, corruptorisque diaboli suggestio. Atque ita sine scâdalo curatum illum à se cum viatico dimisit. De alia muliere prudente, quæ se impetentem monachum sapienti consilio reuertit. CAPVT CCV.

Arrauit nobis quidam, quod aliquis manens in cœnobio missus est pro responsis cœnobij. Erat autem quidam religiosus secularis in vico morans, apud quem ille diuertebat, quoties veniret in vicum. Habebat verò ille filiam nuper viduam relictam, quæ vixerat cum viro suo vnum, aut duos annos. Cum ergo frater ille ingrederetur, & egrederetur ad eos, impugnari de illa cœpit. Quæ, ut erat prudens, id cognouit, & obseruabat se, ut non veniret in conspectum eius. Quadam verò die intravit pater eius proximam ciuitatem cuiusdam necessitatis causa, dimittens eam in domo solam. Veniens autem frater ille secundum consuetudinem, solam eam reperit, & dixit ei: Vbi est pater tuus? Cui illa: Ingressus est ciuitatem. Cœpit ergo turbari ab impugnatione, volens insurgere in eam. Quæ cum omni prudentia dixit ad illum: Noli turbari. Pater meus usque sero non reuertetur. Hic ambo sumus. Scio autem, quod vos monachi sine oratione nihil facitis, Surge itaque, & ora Deum, & quicquid miserit in cor hoc faciamus. Ille verò non acquiescebat, sed perturbabatur magis. Quod illa ubi animaduertit, ait illi: Nunquid cognouisti vnquam mulierem? Dicit ei: Non. Sed scire volo, quidnam sit. Quæ ait illi: Idcirco turbaris, quia ignoras fetorem infelicitum mulierum. Et volens illi passionem imminuere, dixit: Nunc ego sum in menstruis, & nemo mihi appropinquare potest, neque odorari præ fetore. His ille aliquid plurimis ab ea auditis, compunctus, & in se ipsum rediens, lachrymatus est. Postquam verò vidit illum puella ad se ipsum rediisse, dixit ei: Ecce si te audissem, & obtemperassem tibi, iamque peccatum perpetrassetis, qua deinceps facie, quibus oculis aspicerere potuisses patrem meum? vel reuerti ad monasterium tuum, & audire psallentium sanctorum chorum? Deprecor itaque ut sobrius, ac vigilans sis, nec velis iam propter breuem voluptatem perdere tot labores, quot pertulisti, & æternisque priuari bonis. Vide Audiens autem hæc ipsius verba frater ille, qui passus fuerat tentationem, quique ista retulit, gratias agens Deo, qui illum per mulieris prudentiam, & pudicitiam, ne funditus periret, eripuerat, reuersus est ad monasterium, & peccati sui penitentiam egit.

Qua arte mulier quadam illustris mansuetudinem edocuit. CAPVT CCVI.

Arrauit quidam ex patribus, quod mulier illustris, & ex senatorio genere, venerit adorare sancta loca. Cumque descendisset Caesaream, placuit sibi illic requiescere, rogauitque Episcopum dicens: Dâ mihi vnam virginem, ut informet me, & doceat timorè Dei, Eligens autem Episcopus virginem humilem, tradidit ei. Post aliquantulum verò temporis occurrens illi Episcopus ait: Quomodo se gerit Virgo, quam assignaui tibi? Quæ ait: Bona quidem est, sed non valde prodest.

2 dd ij

animæ meæ, permittit enim me voluntates meas facere, cum sit humilis. Sumens autem Episcopus vna duriorē dedit ei, quæ illam obiurgabat, appellans eam fatuam diuitem, & his similia illi exprobrans. Post tempus aliquod rursum illam rogauit Episcopus: Quomodo se habet altera virgo? Quæ dixit: Reuera ipsa prodest animæ meæ. Atque ita magnam acquisiuit mansuetudinem.

Pina puella Alexandrinæ, quæ à sanctis angelis de sacro fonte fuit leuata. CAPVT CCVII.

N quod Alexandria sub Paulo Patriarcha puella quædam relicta fuerat pupilla à parentibus magna facultate locupletibus. Erat autem adhuc sine baptismo. Die verò quadam ingressa pomarium, quod sibi reliquerant parentes eius (sunt enim in medio ciuitatis pomaria) vidit quendam parantem sibi laqueum, vt se præfocaret. Cucurrit igitur, & dixit ei: Quid facis, homo? Dixit autem ei: Dimitte me, mulier, quoniam in multa tribulatione sum. Quæ ait illi: Dic mihi causam, & fortassis iuuare te potero. Dixit illi: Graui ære alieno premor, & valde suffocor à creditoribus, elegique potius vitam semel finire, quàm quotidie mori. Quæ dixit illi: Quæro te, accipe omnia, quæ habeo, & redde: tantum ne perdas te ipsum. Sumens verò ille reddidit omnia. Puella ergo angustari cœpit, non habens, qui sibi curam gereret. Itaque destituta parentum solatio, fornicari instituit, & inde sibi victum quærere. Dicebant ergo viri illi sancti. Quis nouit ista, nisi solus Deus? quomodo scilicet permittatur anima propter causam aliquam ipsi soli cognitam, ad tempus derelinqui? Post aliquantum tempus infirmata est puella, & in se reuersa compuncta est, orauitque Pontificem, vt faceret illam Christianam. Omnes autem aspernabantur eam dicentes: Quis hanc suscipiat, quæ meretrix est? Affligebatur autem vehementer. Cum verò in his esset angustias, astitit illi Angelus in specie hominis, cum quo misericordiam fecerat. Cui illa dixit: Cupio fieri Christiana, & nemo vult pro me loqui.

Qui ait: Nunquid te vera istud cupis? Respondit illa: Vtique Domine, & deprecor te vt hoc mihi impetres. Qui ait: Noli tristari. Ego adducam aliquos, qui te accipient. Adduxit ergo alios duos & ipsos sanctos Angelos, duxeruntque illam in Ecclesiam. Rursumque se ipsos transformantes in personas quasdam illustres, & notas ex ordine Augustalium, vocant clericos, Presbyterum scilicet, & Diaconum, qui in hoc ipsum constituti erant.

Dicunt eis clerici: Vestra charitas pro ea pollicetur. Illi autem responderunt: Etiam nos pro illa pollicemur. Sumentes ergo illam baptizauerunt: & albis induta rursus ab eis subuecta est. Quam cum deposuissent, euauerunt. Vicini ergo cum illam ita albis indutam viderent, postquam recesserunt illi, dicunt ei: Quis te baptizauit? Nunciavit autem eis rem totam, dicens: Venerunt quidam, & tulerunt me in Ecclesiam, locutique sunt clericis, & baptizauerunt me. Et dixerunt ad eam: Qui sunt illi? Cum verò non posset dicere, qui essent illi, abeuntes nunciauerunt Episcopo. Dixit autem Episcopus his, qui ad baptizandum constituti erant. Vos illam baptizastis? Er confessi sunt se illam baptizasse exoratos ab illo, & illo Augustalibus. Porro accersitis ex Prætorio his, quos clerici dixerant, dixit Episcopus: Nū

I
vide quod
baptizati
antiqui-
tus alba
veste in-
ducebantur.

ipsi pro ista fideiussistis? Qui dixerunt: Neque nouimus, neque conscij sumus nobis hoc fecisse. Tunc verò iam cognouit Episcopus, Dei hoc opus esse. Conuocantque illam dixit ei: Dic mihi, filia, quid gessisti boni? Quæ ait, Meretrix existens, & pauper-cula, quid boni operari potui? Dixit illi Episcopus: Nihilne omnino operata es? Dixit ei: Non, nisi quod videns quendam, qui à creditoribus premebatur, se suffocare volentem, data illi omni substantia mea liberaui eum. Et his dictis, continuò obdormiuit in Domino. Tunc Episcopus glorificans Dominum dixit: Iustus es domine, & rectum iudicium tuum.

Pulchra responsio senis facta fratri, qui à tristitia impugnabatur. CAP. CCVIII.

F rater, qui à tristitia impugnabatur, interrogauit senem dicens: Quid faciam, quia cogitationes meæ insurgunt aduersum me dicentes: Inutiliter & importunè renunciaui, saluari non potes? Dixit ad eum senior: Scis, frater, quia & si non possumus terram repromissionis ingredi, expedit nobis, vt cadamus in deserto, quàm vt reuertamur in Ægyptum.

Pulchra admonitio cuiusdam sancti viri super verbis orationis Dominice, & ne nos inducas in tentationem.

CAPVT CCIX.

D ixit quidam sanctorum: Cum oramus ad Dominum dicentes: Ne nos inducas in tentationem: non vt non tenemur oramus, hoc enim possibile non est, sed ne à tentatione absterbeamur, si aliquid agamus, quod displiceat Christo: hoc enim est non intrare in tentationem. Sancti enim martyres tentati per supplicia, nec superati, non intrant in tentationem: sicuti neque qui pugnat cum bestia, quousque non deuoratur ab ea: Cum verò deuoratus fuerit, tunc introiuit in tentationem. Ita & in omni passione fit. Neque enim intramus in tentationem, nisi à passione superemur.

Quomodo sanctus episcopus altercantem secum alterum humilitate superauerit. CAP. CCX.

Q uidam ex patribus narravit de duobus vicinis Episcopis, quod aliquando inter eos similitas quædam exorta sit. Erat autem ex his alter quidem diues, & astutus, alter verò humilis valde. Quærebaturque astutus ille alium ledere. Quod cum ipse cõperisset, ait clero suo: Christi gratia vincere possumus. Dixeruntque illi. Quis, Domine, aduersus istum præualere possit? Et ait illis: expectate paulisper, & videbitis misericordiam Dei. Obseruauit igitur diem, quæ ille martyrum festiuitatem celebraret, assumensque clerum suum ait illis: Sequimini me, & quicquid me facere videritis, & vos facite, prorsus que victores erimus.

D icebant ergo: Quid putas facturus est? Venit igitur ad episcopum, & pertranseunte Litaniam, populòque totius ciuitatis cõgregato, procidit ad pedes eius cõtoto clero suo dicens: Ignosce nobis, domine, serui tui sumus. Stupefactus ille, atque compunctus in tanta episcopi humilitate, Deo cor illius immutante, pedes illius tenuit dicens: Tu meus & Dominus, & pater es. Factaque est inter eos ex illa die magna charitas, atque concordia. Dicebat autem clero suo humilis ille: Nunquid non per Christi gratiam vicimus? et vos ergo cum habetis inimicum, ita facite, & victores eritis.

Dixit

Dixit iterum senex: Maiorem habet gloriã humilis, quàm Rex. Ille enim solum in faciem laudatur, hic autem semper, & vbique laudatur, & beatus prædicatur.

De Senæ magna virtute, qui fratrem suum illi suffuratum à carcere liberauit. CAP. CCXI.

Narrauit nobis Abbas quidam, dicens: Erat prope cænobium nostrum senex quidam lenissimi animi, maximæque virtutis. Habebat autem in vicino cellæ suæ fratrem, qui per instigationem diaboli die quadam, dum abesset senex, ingressus est cellam eius, librosque illius, & vasa diripuit. Cum ergo rediisset senex, & aperto ostio, vidisset vasa, omnemque suppellectilem sublatam esse, perrexit ad fratrem, vt nunciaret ei, quid sibi cõgississet, inuenitque vasa adhuc in medio posita: nondum enim frater ea reposituerat. Nolens autem senior confundere, vel arguere fratrem, simulata necessitate, continuò ad necessaria natura egressus est, ibique permansit per multam horam, donec frater ille vasa de medio tolleret, atque reponeret. Veniens autem postmodum senex, de alia re illum alloqui cœpit, neque ipsum omnino arguit. Post paucos autem dies deprehensus est à quibusdam fratris furtum, missusque est in carcerem senex nihil penitus sciens. Cõperto autem, quod in carcere frater ille coniectus esset, ignorans causam senior, venit ad monasterium nostrum, ad quod accedere sæpè consueuerat, dixitque mihi: Fac charitatem, & da mihi aliqua esculentia. Et aio ad illum: Num aliquem habes hospitem? Dixit autem mihi: Habeo sanè. Accepit autem ea senior, vt iret ad fratrem in carcerem, & consolaretur, ac reficeret eum. Vt autem ingressus est carcerem, procidit frater ille ad pedes eius, dicens: Propter te hic detineor, Abba. Ego enim sum, qui tua omnia furatus fui. Sed ecce liber tuus apud illum est, & pallium tuum, & cætera illo, & illo in loco sunt. Dixit ei senior: Certus esto, fili, idque firmiter tene, quia non idcirco ad te veni. Neque enim sciebam penitus, quod propter me hic esses. Immo cõperto, quod hic detinereris inclusus, indolui, ingressusque sum consolandi tui causa. Nam ecce quæ attuli pro refectione tua. Faciam autem omnia, vt te de carcere liberem. Profectusque rogauit pro eo quosdam de principibus. Quibus cum nota esset viri virtus, mittentes eduxerunt fratrem illum de custodia.

De duobus senibus, qui mira patientia erga latrones vti sunt. CAP. CCXII.

Dicebat quidam senum: Accessit ad nos senex magna virtutis. Legentibusque nobis patrum vitas, atque sententias (Delectabatur enim senex ille ea potissimum lectione, ita vt esset illi semper in ore & in corde: vnde & ex ea maximum virtutis fructum acquisiuit) ad eum senem legendo ventum est, ad quem ingressi latrones dixerunt: Omnia quæ habes in cella tua, tollere venimus. Ipso verò dicente: Quancunque videntur vobis, filij, tollite: tulerunt omnia, & abierunt. Et cum solum marsupium, quod pendebat, reliquissent, senex, illo accepto, post eos sequebatur clamans, ac dicens: Accipite, filij, à me, quod tollere oblitus estis de cella nostra. Quamobrem admirantes illi senis tolerantiam, omnia suis locis in cellulam reuersi restituerunt, dicentes adiuuicem: Verè hic homo Dei est. Cum igitur hoc legeremus, ait ad me senex: Hoc exemplum mihi multum profuit, Abba, Ad quem ego: Quomodo pater? Et ait

mihi: Cum aliquando morarer prope loca Iordanis, legi hoc, & mirabar hunc senem, & dicebam: Domine Deus, qui me ad hunc habitum vocare dignatus es, fac me digni huius vestigia sequi. Et cum arderem summo affectu imitandi eum, post biduum superuenerunt latrones, & pulsantibus illis ianuam, agnoui, quia latrones esset, dixique in meipso, Deo gratias tēpus est, vt ostēdā fructū desiderij mei. Aperis autē ianuā hilariter suscepi eos, & accendi lucernam, & corpi eis omnia ostendere, dicens ad eos: Nolite turbari. Confido in dño, quia nihil cœlabo vos. Atiut autem mihi: Habes aurum? Et dixi eis: Etiam habet tria numismata, posuitque illa coram eis. Qui accipientes ea abierunt in pace. His ego auditis, iocans dixi seni: Nunquid isti ad te reuersi sunt; quem admodum illi ad senem? Qui statim dixit mihi: Non. Auertat hoc Deus. Neque enim voluissē ego, vt reuertērent.

Cum signa & prodigia diuinitus in sancta Ecclesia fiant. CAP. CCXIII.

Dicebat senex quidam: Signa, & prodigia diuinitus vsque hodie in Ecclesia fiunt propter eas, quæ pullulant, & quotidie pullulant, impias hereses, & maximè propter Accephali Severi, & cæterorum perniciofa chismata, ad munimen, ac firmitatem infirmarū animarū, atque ad illorum ipsorum, si ita voluerint, conuersionem. Propterea igitur & à sanctis patribus, & à beatissimis martyribus ab initio fidei vsque hodie fiunt mirabilia in sancta Catholica, & Apostolica Ecclesia.

Miraculum fontis baptismalis in Cænesium ciuitate. CAP. CCXIII.

Soruba vicus quidam est ad radices montis, in quo sita est Cænesium ciuitas. In eo baptisterium est, quod in sanctis Epiphaniis sudat, qui sudor per tres horas continuus incrementis augetur, & post baptismum peractum decrefcere incipit, & tribus aliis horis sensum deficit.

Aliud miraculum baptisterij Castellii Cedebratis. CAP. CCXV.

Est & in castello Cedebratis, quod sub monte Acnoandro ciuitatis situm est, baptisterium, quod in paschali sanctæ resurrectionis festiuitate, cum sit lapis vnus, ex se ipso continuò impletur. Duratque aqua illa vsque ad Pentecosten, moxque transacta Pentecoste euanescit. Vtraque verò ista miracula in prouincia Lyciæ fiunt. Si quis autem hæc ita esse non credit, vsque ad Lyciam non grande iter est, pergat, vt rei veritas fidem illi faciat.

Prudens consilium de non temere diffinendo, deque non seruando quæ temere diffinita fuerint. CAP. CCXVI.

Cum essem semel in sancta ciuitate, venit ad me vir quidam fidelis, & dixit mihi: Quia quædam indignatio oborta est inter me, & fratrem meum, & ille non vult reconciliari mihi, alloquere illum, & ad reconciliationem exhortare. Quod ego libentissimè suscipiens, conueni fratrem illius, locutusque cum illo sum ea, quæ ad charitatem, & concordiam pertinere videbantur. Visusque est interrim obtemperare mihi. Postmodum verò dixit ad me: Reconciliari nequeo, quia iuravi per Crucem ultra illi non reconciliari. Quo audito, subridens aio ad illum: Iuramentum tuum talem habet vim, ac si dixisses: Per pretiosam Crucem tuam, Christe, non obseruabo mandata tua, sed inimici tui diaboli vo-

lancatem faciam. Non solum enim non debemus ea feruare, quæ à nobis pessimè diffinita fuerint, sed etiam maximè penitentiam agere, & affligi in his, quæ contra nostram salutem malè diffiniuimus.

Nam si Herodes penitentiam egisset, neque iusurandum, quod stultè emiserat, seruasset, nunquam profectò maximum illud scelus admisisset, vt præcursorem Christi decollaret. Quod quidè ipsius Basilij sententia confirmatur, quam de Euangelio sumpsit, quando voluit Dominus lauare pedes beati Apostoli Petri, cum ille primò pertinaciter obstitens, postea sententiam mutauit.

Optimum senis consilium, ne Monachus mulieri appropinquet. CAP. CCXVII.

Dixit senior quidam: Filioli sal ex aqua est, & si appropinquaerit aquæ, continuò soluitur, & deficiit. Et monach⁹ similiter ex muliere est. Itaque si B appropinquat i mulieri, soluitur & ipse, atque in id definit, vt iam monachus non sit.

I Notent moderni heretici, qui à la-teribus fa-minarum nunquam discedere volunt.

Quomodo Abbas Sergius iniuriantem Agricolam patientia confuderit. CAP. CCXVIII.

Narrauit nobis Abbas Sergius dux monasterij Abbatis Constantini, dicens: Cùm aliquando iter ageremus cum quodam sancto sene, errauimus de via, & neque scientibus nobis, neque volentibus, inter fara inueniti sumus, & aliqua de fatis volentes nolentisque calcuimus. Quod cùm vidisset Agricola (erat enim hic operans) cœpit contra nos iniuria multa proferre cum iracundia, dicens: Vos monachi estis: Vos timetis Deum? Si timorem Dei ante oculos habuissetis, hoc profectò non fecissetis. Tunc ait nobis sanctus senior: Per Dominum nullus ei respondet. Conuersusque ad illum dixit: Rectè locutus es, fili mi. Nam si timorem Dei haberemus, non ita fecissemus. Ille rursus furens, contumeliis impetebat nos. Rursusque dixit senior ad illū: Vera prosequeris, fili, nam si veri Monachi essemus, istud non egissemus. Sed per Dominum indulge nobis, quoniā peccauimus. Stupescit ergo ille ad tantam senis humilitatē, accessit propius, prostratusque se ad pedes senis dicit: Peccanti, indulge mihi, & per Dominum assume me vobiscum. Dicebatque beatus Sergius, quia securus sit illos rusticus, & i acceperit habitum.

I Vides quod monachus factus accipit habitū

Quomodo frater quidam humilitate Diacono de se conquerenti reconciliatus sit. CAP. CCXIX.

Narrauit nobis senior quidam de se dicens. Cùm aliquando in oratore ad breue tempus in monasterio Abbatis Gerasimi, habebam quandam mihi

S. LVDOVICI REGIS GALLIARVM CHRISTIA. MEMORABILE CVM RAIMVND0 THOLOSATVM COMITE ALBIGENSI, FOEDVS.

Sententia Remundi veteris Comitis Tholosæ

N nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amē. Ludovicus Dei gratia Francorum Rex. Nouerint vniuersi præsentis pariter & futuri. Quod cū Remundus filius Remundi quondam Comitis Tholosani dum excommunicatus persistens Ecclesia Dei nobis esset longo tempore contumax & rebellis, ad cor tamē reuerſus Domino faciente ad mandatum Ecclesiæ & literarū domini sancti Angeli Cardinalis Apostolice sedis Legati & nostrū veniū humiliter & deuotè absolutionem suam petens gratiam & misericordiam Ecclesiæ & non iudicium postulado, promissit aut dicto legato nomine ecclesiæ Romanæ, quod ecclesiæ & nobis & heredibus nostris de cætero erit

maximè dilectum fratrem in contubernio.

Die verò quadam sedentibus nobis, & de vtilitate animæ loquentibus, mentionem feci ego de sermone quodam Abbatis Pemenis. Qui ait ad me: Ego experimento didici verborum istorum vim, & tranquillitatem, ac vehementem efficaciam illorum. Habui enim semel Diaconum quendam monasterij mihi charissimum, atque amantissimum mei. Huic, nescio vnde, venit suspicio de me cuiusdam rei sibi inferentis mœtorem, cœpitque contristari, & tunc nō, vt solebat, gratè intruci. Videns autem ego illum tristem, causam ab eo tristitiae percontari cœpi. Qui dixit mihi: Quia rem istam fecisti: Ego cùm nihil mihi omnino ipsius rei concisus essem, cœpi illi satisfacere, ac dicere nullam ipsius rei me habere conscientiam. Et ait mihi: Ignosce, frater, mihi satisfactum nō est. Profectus itaque ab illo in cellulam meam, cœpi examinare eorū, an tale aliquid à me fuisset admissum, neque inueniebam. Cùm ergo ille teneret sanctum calicem in manibus, fratribusque distubere, accessi ad eum, & iuravi per ipsum calicem nihil me omnino tale gessisse. Nec sic quidem illi satisfactum est. Rursus verò in me ipsam rediēs, verbāque ista sanctorum patrum memoria repetēs, eisque credens, verti paulisper cogitationem meam, & dixi in me ipso: Diaconus iste intentissimè diligit me, & charitate motus hoc dixit mihi, quod erat in corde suo de me, vt sobrius, ac vigilans sim, & de cætero custodiam me ipsum, & istud vltra non faciam. Sed tu, infelix anima, dum dicis: Non feci hanc rem, innumera mala gessisti, & latent te. Vbi sunt, quæ fecisti heri, vel nudius tertius, vel ante decem dies? Recole ea si potes. Et hoc itaque fecisti, sicut & illa, & later te similiter, vt illa. Sic itaque animo affectus, quasi reuera id fecissem, sed inter cætera oblitus essem, cœpi gratias referre Deo, & diacono, quoniam per ipsum Dominus dignum me fecisset. recognoscere peccatum meum, & penitentiam de ipso agere. Surgens igitur perrexi ad Diaconum, vt penitentiam agerem, & illi referrem gratias. Vt ergo pulsauit ipsius ianuam, continuò aperiens, primus se mihi prostravit dicens: Ignosce mihi: nam à dæmonio mihi suggestum est, vt rem illam falsò de te suspicarer. In veritate enim Deus me certum reddidit innocentiam tuam. Neque omnino permisit, vt illi satisfacere dicens mihi: Non est necesse. Ego igitur maximè ædificatus glorificauit Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, incommutabilem, atque indiuiduam Trinitatem: Cui est honor, & imperium, & magnificentia, & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Decimas laici non possideāt. Excommunicatio an tumaciter permanſerit, ex tunc idem ad mœdaturum ecclesiæ ipſalis commissa bona sua mobilia & immobilia, donec ad plenū satisfaciatur de causa pro qua fuerit excommunicationis vinculo innodati, & damnis datis contram ecclesiā excommunicationis prædictæ faciat omnes balliuos suos instituendos & instituendo in ipsa institutione iurare quod omnia supradicta obseruabit: ita quod si negligentes in his reperi fuerint, pro modo delicti puniantur: & si culpabiles, omnium puniantur amissione honorū. Instituet autem Balliuos non Iudeos sed Catholicos in terra & nullius hæresis suspicione notatos: & tales prohibiti non possunt admitti ad redditus ciuitatum, villarum, aut castrorum, aut pedagogiorum administrandos: & si talis ignominanter institutus fuerit, expellet eum & punietur super hoc cùm certificatus fuerit. Item promissit idem Comes quod omnia bona mobilia & alia Ecclesiarum & Ecclesiasticorum virorum ad presens restituet & restitui faciet ad plenū à suis in tota terra quæ ipse & sui tenebant, illa videlicet que Ecclesiæ aut Parrochia Ecclesiastica, tenebant ante primum aduentū Crucisignatorum, aut de quibus constat eos esse spoliatos, & de aliis stabit iuri coram Ordinariis aut coram dicto Legato aut a sede Apostolica delegato: promissit etiā quod ipse soluet in posterum integre Decimas, & solui faciet integre à suis bona fide, & Commilitibus & alijs laici nō habebunt decimas in terra quæ ipse & sui tenent & tenebunt, nec permittet eos habere, sed ad Ecclesiā iuxta dispositionem dicti Legati vel Ecclesiæ Romanæ, integraliter reuertentur. pro damnis vero illatis anime aut suis Ecclesiis & viris ecclesiasticis super rebus mobilibus aut destructione villarum aut domorū aut aliquidarum rerum exceptis immobilibus que restituet, soluet. 10000. marcharum argenti assignanda bonis personis idoneis & fidelibus quas ipse legatus eliget vel Ecclesia Romana, que quantitatē prædictam, de honorū virorum consilio, proportionaliter & fideliter diuidant iuxta quantitatem dānorum, nec poterit ipse vel ipsi pro damnis mobilium, vel destructione domorum vel villarum, vltra summam illam amplius conueniri. Item soli Abbatiæ Cisterciensis 2000. marcharum argenti vt emanent inde redditus pro refectione Abbatiæ & fratrum in Capitulo generali. Abbatiæ Clarenallis 500. marchas ad emendum redditus pro refectione Abbatiæ & fratrum cum conuenierint ad festum beate Mariæ virginis, Abbatiæ Grandisualis mille marchas, Abbatiæ Bellapertice marchas. Abbatiæ, candellis marchas ad dicta Monasteria construenda tam pro damnis eis de illis in rebus mobilibus, quam pro salute anime sue. Item soluet 3000. marcharū que retinebitur ad muniendū, inforciandū, & custodiendū castrū Narbone & alia castra que nos pro Ecclesia, & nostra securitate tenebimus per decennium, sicut visum fuerit expedire: supra dicta vero 20000. marcharum soluet usque ad 4. annos ita

usque ad mortem fideliter adharebit & quod hereticos & eorum credentes, fautores & receptatores in terra quæ ipse & sui tenent & tenebunt semper totū viribus expugnabit, nō parces in hoc proximis, vassallis, cōsanguineis, nec amicis & terrā eandē purgabit ab hereticis & hæretica fœditate. Tu uabit aut purgare terrā quā nos tenebim⁹ & promissit quod iustitiā debitā de manifestis fieri faciet per balliuos suos viriliter & potenter, hereticos aut inquiret diligenter & inquiret faciet de inueniendis hereticis, credentibus, fautoribus & receptatoribus eorundē secundū ordinationem quā super hoc faciet dictus Legatus. Et vt facilius & melius heretici valeāt inueniri, promissit quod soluet usque biennium duas marcas argenti & exinde

exinde in perpetuum vna ei qui hereticum ceperit & per Episcopum loci vel alium qui potestatem habeat ille qui captus fuerit de hæresi condemnatus, ita quod si plures ceperit, pro singulis dabit vel dari faciet tantundem de aliis non manifestis & credentibus receptatoribus & fautoribus hereticorū seruabit & seruari faciet secundū quod dictus legatus vel Romana Ecclesia ordinabit. Itē seruabit & seruari faciet pacē in terra, quā ipse & sui tenebant, inuabit seruari in terra quam nos in manu nostra tenebimus, & raptiones expellet & puniet animaduersione debita receptatores eorum ecclesias & viros ecclesiasticos defendet & defendi faciet à suis, & iura libertatis & immunitatis quas habent confirmabit eisdem, & faciet fideliter ea obseruari, & ne de cætero in terra illa clausæ ecclesiæ contemnatur, sententias excommunicationis seruabit & seruari faciet à suis & per suos excommunicatos vitabit & vitari faciet sicut in sacris institutionibus continetur. Et si aliqui in excommunicatione per annum contumaciter permanſerint, ex tunc idem ad mœdaturum ecclesiæ ipſalis commissa bona sua mobilia & immobilia, donec ad plenū satisfaciatur de causa pro qua fuerit excommunicationis vinculo innodati, & damnis datis contram ecclesiā excommunicationis prædictæ faciat omnes balliuos suos instituendos & instituendo in ipsa institutione iurare quod omnia supradicta obseruabit: ita quod si negligentes in his reperi fuerint, pro modo delicti puniantur: & si culpabiles, omnium puniantur amissione honorū. Instituet autem Balliuos non Iudeos sed Catholicos in terra & nullius hæresis suspicione notatos: & tales prohibiti non possunt admitti ad redditus ciuitatum, villarum, aut castrorum, aut pedagogiorum administrandos: & si talis ignominanter institutus fuerit, expellet eum & punietur super hoc cùm certificatus fuerit. Item promissit idem Comes quod omnia bona mobilia & alia Ecclesiarum & Ecclesiasticorum virorum ad presens restituet & restitui faciet ad plenū à suis in tota terra quæ ipse & sui tenebant, illa videlicet que Ecclesiæ aut Parrochia Ecclesiastica, tenebant ante primum aduentū Crucisignatorum, aut de quibus constat eos esse spoliatos, & de aliis stabit iuri coram Ordinariis aut coram dicto Legato aut a sede Apostolica delegato: promissit etiā quod ipse soluet in posterum integre Decimas, & solui faciet integre à suis bona fide, & Commilitibus & alijs laici nō habebunt decimas in terra quæ ipse & sui tenent & tenebunt, nec permittet eos habere, sed ad Ecclesiā iuxta dispositionem dicti Legati vel Ecclesiæ Romanæ, integraliter reuertentur. pro damnis vero illatis anime aut suis Ecclesiis & viris ecclesiasticis super rebus mobilibus aut destructione villarum aut domorū aut aliquidarum rerum exceptis immobilibus que restituet, soluet. 10000. marcharum argenti assignanda bonis personis idoneis & fidelibus quas ipse legatus eliget vel Ecclesia Romana, que quantitatē prædictam, de honorū virorum consilio, proportionaliter & fideliter diuidant iuxta quantitatem dānorum, nec poterit ipse vel ipsi pro damnis mobilium, vel destructione domorum vel villarum, vltra summam illam amplius conueniri. Item soli Abbatiæ Cisterciensis 2000. marcharum argenti vt emanent inde redditus pro refectione Abbatiæ & fratrum in Capitulo generali. Abbatiæ Clarenallis 500. marchas ad emendum redditus pro refectione Abbatiæ & fratrum cum conuenierint ad festum beate Mariæ virginis, Abbatiæ Grandisualis mille marchas, Abbatiæ Bellapertice marchas. Abbatiæ, candellis marchas ad dicta Monasteria construenda tam pro damnis eis de illis in rebus mobilibus, quam pro salute anime sue. Item soluet 3000. marcharū que retinebitur ad muniendū, inforciandū, & custodiendū castrū Narbone & alia castra que nos pro Ecclesia, & nostra securitate tenebimus per decennium, sicut visum fuerit expedire: supra dicta vero 20000. marcharum soluet usque ad 4. annos ita

Excommunicatio an tumaciter permanſerit, ex tunc idem ad mœdaturum ecclesiæ ipſalis commissa bona sua mobilia & immobilia, donec ad plenū satisfaciatur de causa pro qua fuerit excommunicationis vinculo innodati, & damnis datis contram ecclesiā excommunicationis prædictæ faciat omnes balliuos suos instituendos & instituendo in ipsa institutione iurare quod omnia supradicta obseruabit: ita quod si negligentes in his reperi fuerint, pro modo delicti puniantur: & si culpabiles, omnium puniantur amissione honorū. Instituet autem Balliuos non Iudeos sed Catholicos in terra & nullius hæresis suspicione notatos: & tales prohibiti non possunt admitti ad redditus ciuitatum, villarum, aut castrorum, aut pedagogiorum administrandos: & si talis ignominanter institutus fuerit, expellet eum & punietur super hoc cùm certificatus fuerit. Item promissit idem Comes quod omnia bona mobilia & alia Ecclesiarum & Ecclesiasticorum virorum ad presens restituet & restitui faciet ad plenū à suis in tota terra quæ ipse & sui tenebant, illa videlicet que Ecclesiæ aut Parrochia Ecclesiastica, tenebant ante primum aduentū Crucisignatorum, aut de quibus constat eos esse spoliatos, & de aliis stabit iuri coram Ordinariis aut coram dicto Legato aut a sede Apostolica delegato: promissit etiā quod ipse soluet in posterum integre Decimas, & solui faciet integre à suis bona fide, & Commilitibus & alijs laici nō habebunt decimas in terra quæ ipse & sui tenent & tenebunt, nec permittet eos habere, sed ad Ecclesiā iuxta dispositionem dicti Legati vel Ecclesiæ Romanæ, integraliter reuertentur. pro damnis vero illatis anime aut suis Ecclesiis & viris ecclesiasticis super rebus mobilibus aut destructione villarum aut domorū aut aliquidarum rerum exceptis immobilibus que restituet, soluet. 10000. marcharum argenti assignanda bonis personis idoneis & fidelibus quas ipse legatus eliget vel Ecclesia Romana, que quantitatē prædictam, de honorū virorum consilio, proportionaliter & fideliter diuidant iuxta quantitatem dānorum, nec poterit ipse vel ipsi pro damnis mobilium, vel destructione domorum vel villarum, vltra summam illam amplius conueniri. Item soli Abbatiæ Cisterciensis 2000. marcharum argenti vt emanent inde redditus pro refectione Abbatiæ & fratrum in Capitulo generali. Abbatiæ Clarenallis 500. marchas ad emendum redditus pro refectione Abbatiæ & fratrum cum conuenierint ad festum beate Mariæ virginis, Abbatiæ Grandisualis mille marchas, Abbatiæ Bellapertice marchas. Abbatiæ, candellis marchas ad dicta Monasteria construenda tam pro damnis eis de illis in rebus mobilibus, quam pro salute anime sue. Item soluet 3000. marcharū que retinebitur ad muniendū, inforciandū, & custodiendū castrū Narbone & alia castra que nos pro Ecclesia, & nostra securitate tenebimus per decennium, sicut visum fuerit expedire: supra dicta vero 20000. marcharum soluet usque ad 4. annos ita

Decimas laici non possideāt.

quod quolibet anno soluentur 5000. marcharū. Item 4000. deputabuntur ab ipso Comite 4. magistris Theologis, Decretis, 6. magistris artium liberalium, & 2. grammaticis regentibus Tholosæ, que diuidentur hoc modo. singuli magistrorum Theologie habebunt singulis annis 50. marchas usque ad decennium, similiter annuatim uterque Decretistarum habebit 30. marchas usque ad decennium, singuli magistri artium habebunt marchas 20. usque ad decennium, uterque magistrorum Artium Grammaticas habebit similiter anni in 10. marchas usque ad decennium. Statim post absolutionem suam assumet pro penitentia sua crucem manu dicti Legati contra Saracenos & ibit vltra mare infra biennium, ibidem per quinquennium cōtinuum moraturus: illos autē qui adhaeserunt Ecclesiæ, nobis patri nostro, Comitibus Montisfortis, & adherentibus occasione huius quod adhaeserunt Ecclesiæ, nobis, & patri nostro, Comitibus Montisfortis, & adherentibus, non grauabit, sed benigne tractabit idem Comes eos tanquam amicos & si ei contrarij non fuissent, Exceptis hereticis & credentibus ipsorum: Ecclesiæ, & nos similiter faciemus illud idem de illis qui ipsi Comiti contra nos adhaeserunt, Exceptis illis qui ad pacem ecclesiæ, & meam non venerunt cum eodem Comite. Nos autem attendentes humilitatē eiusdem Comitis, sperantes quod deuotione Ecclesiæ, & fidelitate in nostra perseveret fideliter, volentes sibi facere gratiā, fratri cui filiam suam Annam nobis tradet, & trademus in decorem dispensationem de fratribus nostris per dispensationē Ecclesiæ, & dimittimus eidem Comiti totum Episcopatū Tholosanum excepta rebus ra Marscaldi, quam Marscaldus tenebat à nobis post mortē eiusdem Comitis Tholosani, & Episcopatus Tholosanus erit fratris nostri qui habebit filiam suā, & filiorum susceptorum ex ipsi duobus. si autē frater noster, quod absit, moreretur sine filiis ex ipsa, Tholosæ & Episcopatus Tholosanus reuertentur ad nos & heredes nostros, & filia vel alij filij vel filie, vel heredes ipsius Comitis, nihil iuris poterunt reclamare: & si ipsa, sine filia ex fratre nostro moreretur, Tholosæ similiter & Episcopatus Tholosanus ad nos & heredes nostros reuertentur, ita quod omni casu contingente ad nos & heredes nostros Tholosæ & Episcopatus Tholosanus reuertentur, & nulli poterunt ius aliquid reclamare nisi filij & filiae descendentes ex fratre nostro & filia eius.

Decimas laici non possideāt. Item dimittimus eidem Comiti Agenum & Cadurcum Episcopatum, de Episcopatu Albiensi dimittimus eidem Comiti quicquid est Albiense extra flumen de thar, videlicet ex parte de Galhae, & ciuitas Albiensis remanebit ex parte nostra, & quicquid est extra flumen id versus Carcastonam in eodem Episcopatu Albiensi & nos habebimus ripā & aquam ex parte nostra usque ad medium flumen, & idem Comes similiter habebit ripam & aquā usque ad medium flumē ex parte sua, salus iuribus & hereditatibus aliorū, dum modo de iis qui sunt ex parte Comitis ei faciāt similiter quod debebūt, & similiter ex nostra Episcopatum Caturensem seu Cadurcensem dimittimus eidem Comiti excepta ciuitate Cadurcensi & feudis alijs que habuit in eodē Episcopatu Rex Philippus avus noster tempore mortis sue. Et si dictus Comes sine filiis legitimo matrimonio procreatis decesserit, tota terra remanebit filie sue quā habebit frater noster & heredibus susceptis ex ipsa, tantum quod dictus Comes vt verus dominus habeat plenū ius & liberum dominū in supradicta terra que dimittitur eis (saluis conditionibus supradictis tam de ciuitate Tholosæ, & Episcopatu Tholosano, quam de terra alia superius nominata) & in morte pia Ecclesiā facere possit secundū ius & consuetudinem Baronū Regni Franciæ: supradicta vero omnia dimittimus ei salvo iure ecclesiarū, & ecclesiasticorum virorū sicut superius est expressum. Viride solū cum pertinentis suis, & villam de lesbordes cum pertinentiis suis dimittit idem Comes, videlicet domum bone memo-

Penitentia Remundi vltra mare.

Remundū filia Regis litat in nostra perseveret fideliter, volentes sibi facere gratiā, fratri cui filiam suam Annam nobis tradet, & trademus in decorem dispensationē de fratribus nostris per dispensationē Ecclesiæ, & dimittimus eidem Comiti totum Episcopatū Tholosanum excepta rebus ra Marscaldi, quam Marscaldus tenebat à nobis post mortē eiusdem Comitis Tholosani, & Episcopatus Tholosanus erit fratris nostri qui habebit filiam suā, & filiorum susceptorum ex ipsi duobus. si autē frater noster, quod absit, moreretur sine filiis ex ipsa, Tholosæ & Episcopatus Tholosanus reuertentur ad nos & heredes nostros, & filia vel alij filij vel filie, vel heredes ipsius Comitis, nihil iuris poterunt reclamare: & si ipsa, sine filia ex fratre nostro moreretur, Tholosæ similiter & Episcopatus Tholosanus ad nos & heredes nostros reuertentur, ita quod omni casu contingente ad nos & heredes nostros Tholosæ & Episcopatus Tholosanus reuertentur, & nulli poterunt ius aliquid reclamare nisi filij & filiae descendentes ex fratre nostro & filia eius.

Terra relictæ Comiti Remundi

ria patris nostri Ludouici Regis & Comitum Montisfortis episcopo Tholosano & filio. s. deluer s. ita tamen quod Episcopus Tholosanus pro Viridi folio faciat Comitum q. debebat facere Comitum Montisfortis, & filius eius de faciat q. debebat facere bo ne memoria Regi Ludouico patri nostro, donationes alie a nobis, vel a patre nostro, aut Comitibus Montisfortis facta no teneantur, nec Comes vel sui ad eas teneantur in terra q. ipsi Comiti & sua dimittuntur: de omnibus aut supradictis que dimittuntur, dictus Comes faciet nobis homagium legitimum is & fidelitatem secundum consuetudinem Baronum regni Francia, tota aliam terram qua est circa Rodanum in regno Francorum, & omne ius etia quod ipsi Comiti competet vel competere possent in ea, precise & absolute quitant nobis & heredibus nostris in perpetuum. serva autē que est in Imperio ultra Rodanum, & omne ius si quod ipsi Comiti cōpetit vel competere possent in ea, precise & absolute quitant dicto Legato, nomine Ecclesie in perpetuum. Item omnes indigena qui fatidici fuerunt de terra illa pro Ecclesia patre nostro, nobis, & Comitibus Montisfortis, & adherentibus eis, vel propria voluntate recesserunt ab eade terra (nisi inueniantur heretici ab Ecclesia condēnati) integre restituantur in statum pristinum quo ad hereditatem & possessiones, preterea in quibus est causa donationis a patre nostro aut a nobis aut a Comitibus Montisfortis. Si vero aliqui homines qui remanebunt in terra qua dimittit Comes, noluerint redire ad mandatū Ecclesie, & nostrum specialiter. Comes Fuxi, & alij idē Comes faciet unam minimā guerram, nec pacem cum ipsis faciet vel treugas sine ascensu Ecclesie, & nostro: & si terra ipsorum occupabuntur, remanebunt eadē Comiti, destruetis tamen prius munitionibus & fortalicis, muris & fossatis, nisi nos pro securitate nostra & Ecclesie, vellemus ea retinere per decennium post acquisitionē, & tunc cum redditibus ipsorum castrorum ipsa retinebimus. Item idē Comes faciet dirui muros civitatis Tholose, omnino & fossata impleri iuxta mandatū, voluntatem & ordinationem Legati. Item diruentur muri funditus & replebuntur fossata 30. Villariū & castrorū per ipsum Comitem, scilicet Fauvriani, de Castro nouo delabeche, de Aunione, de Podio Laurenti, de Fauro, de Rapetangeo, de Galhaco, de Monte acuto, de Podio celsi, & de Verduno, de Castro sarraceno, de Moyriaco, de Monte Albano, de Mōtecelesio, de Agenio, de Condino, de Alia ripa, de Cassano, de Pugnolio, de Alto Villati, de Villa Portuici, de Lorac, & de quinque aliis ad voluntatem ipsius Legati, nec poterunt redificari sine voluntate Ecclesie, & nostra, nec alibi fient noue forticia, villas tamē no inforticias bene poterit facere idē Comes in terra qua dimittitur ei: si vero alij qua Villariū & castrorum qua debent dirui, ut dictū est, essent hominum suorum & nolent quod diruerentur, idem Comes faciet unā guerrā, nec pacem vel treugas sine ascensu Ecclesie, & nostro eis faciet donec diruatur muri & impleantur fossata. Omnia supradicta iuravit & promisit nobis & dicto Legato prefatus Comes se firmiter & perpetuo seruaturum bona fide sine fraude & malo ingenio, & quod faciet bona fide ab hominibus & vassalis & fidelibus suis firmiter obseruari, & idē iurare omnes ciues Tholosanos & alios homines terre que dimittitur illi, & addetur iuramento eorum q. ipsi dabunt operā efficacem q. ipse Comes seruet ea, & si idē venerit contra predicta vel aliquod predictorū, ipso facto de voluntate eius sint absoluti, & nūc ipse absolut eos a fidelitate & homagio & omni alia obligatione quibus ipsi tenentur ei, & adherentibus Ecclesie & nobis contra ipsum nisi infra quadraginta dies postquam fuerit monitus emendauerit vel iuri steterit coram ecclesia de iis que ad Ecclesiam pertinent, & iuri coram Rege de his que ad Regē pertinent, & tota terra ipsa qua dimittitur ei incidet in Commisum Regis, & erit idem Comes in eo statu in quo nūc est quo ad Regem & quo ad excommunicationem & omnia alia que fuerūt

for. bo
nā. vel
melius
paulo in
fra viua

Iuramentum
Comitū.

statuta contra ipsum et patre suum in concilio generali, vel po stea, addetur autē iuramento ipsorum q. ipsi inuabunt ecclesiam contra hereticos, fautores, credentes et receptatores eorum et contra omnes alios qui occasione heresis vel contemptus excommunicationis ecclesie, contrarij existunt in terra qua dimittitur eis et in terris aliis supradictis, et Regem inuabunt, et quod eis facient unam guerrā donec ad mandatū ecclesie reuertantur, et renouabunt iuramenta de quin quennio in quin quennium ad mandatū Regis. Ut autem omnia supradicta adimplerentur, et Ecclesia, et nobis plenius et melius obseruentur, tradet pro securitate ecclesie et nostra in manibus nostris castrum Narbona, & tenebimus usque ad decēniū et muniemus et Inforciabimus si visum fuerit expedire. Itē dabit nobis pro securitate ecclesie, et nostra in manibus nostris, caput Castri noui, caput castri Fauvi, castrum de Monte acuto, pennam de Agenesio, et rippā verusi, castrū de Cordua, castrum Verdunū, castrū de villa muro, et usque ad decēniū tenebimus ea. Ita q. primis 5. annis si voluerimus tenere, faciemus expensis propriis custodiri, tamē poterimus si placuerit ecclesie, et nobis diruere 4. castra de predictis, videlicet caput castri noui, caput castri Fauvi, Villamurū, et Verdunū, et propter hoc nō minuetur predicta summa 1500. librarū Turonens. redditus, et prouentus castrorum oīa que iure domini percipiuntur, erunt Comitis et nos ad sumptus in omni tenebimus capita ipsorū castrorū, et Corduam, Et idem Comes tenebit ibi Balliuos suos nō suspectos Ecclesie et nobis, qui faciet iusticiam hoībus, et recipiet redditus et prouentus predictos. Post decēniū autē restituemus dicta capita castrorum et Corduā dicto Comiti libere saluis cōditionibus supradictis. et si predicta oīa quantum ad Ecclesiam et nos sunt obseruata. pennā autē de Albigeso tradet nobis ad kal. Aug. proximas cum aliis castris demendā a nobis usque ad decēniū, si vero illā nō poterit habere usque ad terminum illum, extunc obsideri faciet et unā guerrā quousque ipsam habeat, nec pacē nec treugā faciet cū ipso qui tenet eā vel tenebit donec ipsam habeat: non tamen propter hoc retardabitur peregrinatio transmarina de qua superius est ordinatū. Et si usque ad annū integrū post ipsos kal. Aug. iraderint nobis predicta pennā de Albigeso, erit in cōditione supradictorū castrorū, q. reddemus ei quādo reddemus alia castra. si vero post annū predictū, ipsam pennā Albigesem nō poterit assignare, Extunc tradet eā in Ecclesiam Templariū vel hospitalariū, aut aliis Religiosis saluis hereditatibus eorū qui se tenent ex parte nostra possidendā ad voluntatē Legati vel Ecclesie Romanae, tali cōditione q. ipsi nō alienent ipsam de manu sua, nec de ipsa guerrā faciant dicto Comiti nisi de mādato Ecclesie. Et si nō poterint aliqui inueniri qui velint eā habere, diruatur omnino, nec possit redificari sine voluntate Ecclesie Romanae & nostra, & ipsius Comitis. Item donec dictam pennā de Albigeso tradat vel Templariū vel aliis Religiosis sicut dictū est, tenebimus propter hoc obligatū pennā de Agenesio & castrū Narbona: si autē infra decēniū det pennā de Albigeso Templariū vel hospitalariū vel aliis religiosis ut dictū est, post decēniū sub precibus nostris tenebimus si voluerimus illa duo castra prenomina quāto tēpore distulerit tradere pennā de Albigeso, & si post decēniū pennam de Albigeso nō ut acquisita tandiū post tempus memoratū tenebimus illa duo castra quousque ipsa pennā sit restituta es assignata sicut superius est expressum. Et nos solvimus quantum ad nos pertinet, ciues Tholosanos & alios homines terre, qui ipsi Comiti tenentur ad iuramentū, & aliis obligationibus factis, nobis & patri nostro & Comitibus Montisfortis se obligauerāt unquā in dominio ipsius Comitis vel patris eius reuertentur, saluis in omnibus & per oīa cōditionibus supradictis, ut autē oīa predicta rata maneant, presentē paginā sigilli nostri auctoritate, & Regij nominis Characterē inferius annotato fecimus communiri.

Renouatio
Turamētū

